Casa
Gab. 2
Est.
Tab. 37
N.º 4

R
37
4

Est. 1.ª 20 g.ª 12

Est. 1.ª 30 g.ª 4.ª

Liv.ª da Seiva

Est. 1.ª 29 g.ª 6

Est.ª 2.ª g.ª 4.ª

TITI LIVII DECADIS.

UNIVERSIDADE LIVRARIA DA

IO.AN.EPISCOPI ALERIENSIS AD SVMMVM PON.PAVLVM.II. VENETVM: ET MARCVM SANCTI MARCI CARDINALEM EPISTOLA.

IAVSTO AC Felici ſolo tuam urbé Pater beatiſſime Paule.II. Venete. Pont.maxime ac fortunatis originibus poſitá a primis illius fundatoribus cũ ſecuta ĩperii magnitudo teſtaꝫ:tum in primis illud:qđ aut eodẽ ĩ loco maxima ĩnumeraq; excellẽtium hoĩum ſunt exorta ĩgenia:aut undequaq; oriũda natalis dulcedinem pr̃iæ Roma felici migratu cõmutarũt:fortũæ maioris uicem:ac munus romana ſibi mœnia fore arbitrati. Romá.n.ex iis plurimi poſt diffuſum latæ ĩperium:q in diuerſis terraꝝ partibus nati ſunt:miro ſtudio ueluti ĩ primũ:& maximũ orbis theatrũ cõuolarunt. Cuius rei hodie quoq; ſpém ampliſſimã cernimus: cum ex tot clariſſimis regionibus in tua felici curia tantæ maieſtatis patres ĩtuemur:ut merito haud ita ĩperii iure & ſi id quoq; pmagnũ ẽ ut fidei & religiõis gratia ſacroſanctæ:q ẽ ſplẽdidior & iuſtior in terris pr̃icipatus:ab exordio ad tãtam reꝝ molẽ tua urbs eſſe p̃parata noſcaꝫ. Creuit ab exiguis qdẽ initiis (pater ſancte) urbs tua ĩgeniis quoq;:ac ſcriptis claroꝝ hoĩum: uariarũq; linguarꝝ uocibus celebrata:quæ tanq; ad ſpeciẽ ſui oculos luminis fulgor:ac ſplẽdor rapit:ita quicqd magna nixum uirtute & claræ indolis ſibi cõſcium omni in genere mortalium fuit:claritudine ac nitore ad ſeſe propriæ maieſtatis allexit:ut breuiſſime ueriſſimeq; poeta magnus cecinerit.

Scilicet & rerum facta eſt pulcherrima Roma.
Septem quæ una ſibi muro circundedit arces.

Verum ſicuti nihil æque difficile eſt atq; qbus ex orbis terræ partibus p̃ſtantioris ingenii romana felicitas noĩs tãti magnitudine uiros ad ſe ornandã traxerit:ita cõſtanti doctoꝝ cõſenſu ex tua Venetia liquet florẽtiſſima qdem & uiroꝝ ſummoꝝ uberrima:ingenii quoſdã:& doctrinarũ primarũ cultu facile principes Romã acceſſiſſe. Quis eſt.n. Virgilio ſuo in genere:ut ab eo ĩcipiamus:maior? qs Plynio doctior? quis Liuio candidior & huberior? hos certe elegãtiſſimos:& maxios miſit Venetia:quorum reliquis de eorũ laudibus loco alio ſeruaꝫ oratio:Patauino noſtro Veneto ampliſſimũ diuus Hieronymus teſtimoniũ reddidit. In quo certe illud fuit:quod præterea fortaſſe datum eſt nemini:ut ſeipſam facilius in monumẽto ære perẽniore:quã uel in ĩmẽſis ædificiorũ molibus:uel in legum uenerãdis ſanctionibus:imperii tãti uiribus atq; magnitudine nudam:& ſeriã non abſq; ſumma dignitate maieſtate amplitudine:gratia:& quod eſt his maius oĩbus:æternitate oriẽtem ſimul coaleſcentemq; ad faſtigiũ uſq; puectã:ibiq; placidiſſime generi humano dominantẽ Romæ licuerit ĩtueri. Tibi igiꝫ põtifici maximo hiſtoricorũ primũ & maximi ĩperii ornatorẽ:ac per te cultiſſimo tuo:ac modeſtiſſimo Marco ſancti Marci cardinali:ep̃o uicentino:quam fieri potuit diligentiſſime recognitũ:ſiqd unq; alias hoc tempore potiſſimũ deſtinaui:morem meũ tua uenia in præſenti etiã epiſtola ſeruans:ut animi gratia Paulo huberius ſcribam:quã fortaſſe epiſtola poſtularet:ille uero dictiõis huius erit modus Laudationẽ primum delibabo liuianam:rem mihi in primis arduã uires proprias æſtimãti:quis enĩ tam elegãti frætũ ſe putarit ingenio? quis ea doctrinæ copia quis tanta erit eloquentia uel arte politus uel natura præditus:uel imitatione formatus uel ſtudio præparatus:ut ornatorem audeat amplitudinis Ro.imperii Liuiũ non inepte:non ieiune:nõ minus auctoris merito prædicare? quod ẽ tamẽ ideo temptandũ in præſentia:ne laudati romani nominis grauis prædicator exilem : ac modicũ ſaltẽ in operis ſui principio non habeat præconem. Conabimur illud igiꝫ:oſtendemuſq; deiceps:quo præeunte noſtris potiſſimum diebus auſi ſimus Liuium attrectare:illius auctoris admiratiõe ſuccẽſi noſtro tamẽ Marte impotẽtes ad magnificæ dictiõis eius ĩtelligẽtiam aſpirare:quid ego deniq; ac illuſtri lectiõe me plurimum delecter collegiſſe:ita labor mihi lectiõis leuabitur:& qbus maxima debeo parua opera ſatiſfaciam. Sed id primum cõfiteor nõ magis opinione mea liuianæ dignitatis attingi laudẽ poſſe:quã triũphãtis Romæ ſplẽdorem cerni:quæ oceano ĩperium aſtris famam terminauit. Satis ne cõmẽdabit Liuium qſquã:qui maxime oĩum ĩter hiſtoricos cẽſetur flumĩe labi perpetuo eloquẽtiæ tanta ubertate nitore ac gloria:ut Roma.imperio par illius decus dicendo coequarit? Neq; enim urbs præpotẽs tot ãnoꝝ tantaꝝ nationum dominatu præſtãtius armis bellauit:togaue pacis tradidit morem nõ ſublimius inquã uictor nationum populus & eoꝝ:quos uicit illuſtris moderator:aut genero ſior in rebus gerẽdis:aut in gubernãdo iuſtior fuit:quã noſter hiſtoricus domitoris nationum po.facta dictaq; in utriuſq; ſorte fortunæ æquabili rettulit dictiõe. Talis quidem ac tantus ſui ſingulis atq; oĩbus operis partibus:quales & quãti uiri ii fuere:& ſinguli:& uniuerſi:quoꝝ manibus:ac cõſiliis illa ſunt geſta. Herculẽ.n. merito hiſtoriarum dixerim:quod alacris ubiq; incedens robuſtus & floridus: nulla reꝝ difficultate:nullo obrutus pondere ſuperatur. Nõ illum uarietas cõfuſum:nõ ſimplicitas hiſtoriæ faſtidiẽtem reddit in tenui:quod perſæpe accidit:atq; humili rerum materia:nõ eſt exãguis:aridus:& ieiunus:in copia uero:ac magnitudine turgeſcẽs nõ exit ac uaſtus:plenus citra tumorem:æquabilis ac lenis citra molliciem:nec luxurioſe effluens:nec nimia ſterilitate tabeſcens:in aſperis rebus nõ ſalebroſus:neq; languẽs in mollibus:nõ uiolenta &coacta oratione ſubſultans non ita tamen copioſus ut nimius:neq; ita ſuauis:ut laſciuus:nec adeo lenis ut remiſſus:non ſic triſtis ut horridus:neq; ita ſim

plex:ut nudus:aut adeo comptus:ut affectata compositiõe calamistris uideatur inustus par uerbis materiæ:par sententiis:rebus:in re gesta exprimenda grauis:atq; magnificus & tamen succinctus ac proprius:in narratione naturalis:& semper expectatus:ordinem minime confundens & rerũ euenta non præcurrés minime in gratiam adulator:aut reprehẽdendo parcus in ueniam:nõ amarulẽtus in noxã Ipsi quoq; senatui ordini illi orbis terræ moderatori uenerãdo.Po.q; Ro.terrarũ principi:si uel temeritate præcipites uel errore lapsi:uel quacũq; forent ratiõe supra modum iustumq; euecti nequaquam parcens.Res etiam aduersariorum debita commendatione nõ defraudans:ut modo narrator tãtum modo censor esse uideatur:atq; ita seuerus & tetricus ut ne censoribus quidem grauissimis qbus nihil Romæ sanctius fuit:ubi facto usus fuit:unq; ignouerit.Quibus qdẽ uirtutibus summis clarissimisq; scriptoribus comparatur:sicuti in sententiarum ubiq; præcipue tamen in consiliis & disceptationibus maiestate:at uero in concionibus ante omnia uerborum parcus:sententiarum diues:multo est uerbis quam sensu restrictior atq; cõcisior:in qua parte nõ cæteros scriptores tantum:sed seipsum quoq; longe antecellit:ut aliquanto augustius differens sermone humano ad oraculorum pœne responsa accedare iudicet.Quæ res si sunt ulla arte acqsitæ:cur nemini unquam discipulo æmulãdæ tradi potuere cur a quo sint præceptore sumptæ:non differitur.Sin ut potius reor naturæ fuerunt excellentis: uiro unico illi & singulari magis cælitus præbitæ quam humanitus:uel traditæ uel meditatæ sunt censendæ:ut maiestas illa æternæ rationis simul ac Romanum potẽtatum decreuit:tantopere supra omnia imperia eminere cõtinuo quoq; eiuscemodi scriptorem eius decerneret:qui dictionis gloria par.Ro. potentatui æqualem in omnibus sibi historicum neminem unq; foret habiturus.Nam nemo plenius aures hominum implet:uiuidius animos penetrat:excitatq; facilius affectiones:nemo acrius proponit uæhementius persuadet:asperius irritat:urget impẽsius.nemo dissoluit aptius:sedat facilius: uelocius dissuadet:cumq; in delectando sit summus:in amplificãdo ditissimus:exemplis in primis copiosus:stimulos præcipue habet utranuis in partem accõmodatissimos:aculeosq; acerrimos & tormẽtis uerba simillima:ut quocũq; ĩtenderit:humanos illuc sensus affectionesq; uel torrentis rapiat modo: uel turbinis more prosternat:uel roris uice refrigeret:blandiq; malagmatis ad omnem mollitudinem restinguat exemplo.Extollãt Timotheum alii Orpheum prædicent:illum fidibus & cantu armatorum rabiem:istum dirarum horrificos tumultus lenisse.Illorum profecto artes perdiscere nemo est uetitus: huius ne ediscerentur conciones:edicto est principum interdictum:quoniam tãtus nullo quisquam fuerit tempore in flectẽdorum quouis animorũ:uel artificio:uel gratia:uel natura.Quid multis ĩmorror?nõ materiæ magis Liuii decades felicitate censendæ sunt:quã ipse Romanorũ ĩde felicissimus potẽtatus quod Liuium illi contingit habere præconem:huius sit orationis summa:hic cardo:ueluti solum Ro.ĩperium denuo refloresces:aut nulla mũdi potẽtia Romã rediuiuã ex suis bustis:ac ĩgẽtium moliũ parietinis q̃ sparsa:lacera:& trũca cõspicimus:excitabit:ĩstaurabitq; oĩno:pari modo:aut Liuius si restituat ab ĩferis:aut mortalium q̃ sunt:quiq; erũt:nemo extinctas suæ historiæ partes renouabit: aut similes cudet.Quod si cuipiam dicere nimis uideor:ea historiarũ mãbra ĩ manius sumat:q̃ noster Liuius semel absoluerat:nã hodie quoq; ex græcorũ thesauris supstes ad nos puenit historia:& uel ex Polybio magno qdẽ illo & graui scriptore primũ pũicũ bellũ:a Fabii retro Gurgitis & collegæ ĩchoãs q̃do ibi desiit:Liuius consulatu uel ex Appiano alexãdrino: uel auctorũ alio bella ciuilia socialiaue aut cætera rõanorũ rerũ membra cõplectat.At sunt uiri clari: & nobiles:q̃ hæc cũ laude uerterũt in latinũ: nõ equidem inficias eo uerum ea non sunt talia:ut cum liuianis scriptis conferant.Hactenus pauca de liuio. Ad primi æuo nostro prelectoris eius memoriam propero: nec tacebo Frãciscum Petrarcã: qd' fando accepi:modestissimũ illum quidem:& amœni cultus:atq; ingenii uirum non mediocriter tempestate sua in liuiana historia uigillasse:sed ille:ut dicam:cum Pacuuio sibi profecit :& musis:illud uerissime referre me puto primum omniũ ætate nostra Victorinum feltrensem lectionem publice audientibus præbuisse liuianam ingẽti hominum admiratione & fama.Quo uiro: quia mihi Christus Dominus dedit:ut altore sim usus atq; præceptore:ueniam præfatus:peto:ut mercedis loco pauca de illius moribus te audiente perstrĩgam.Victorinus feltrensis æui nostri Socrates:sæculi sui ornator ac decus:fama & gloria academiæ mantuanæ:uiuẽs ille quidem uite constantia uenerabilis:legẽs admirabilis absens quæsitus:mortuus admodum desyderatus:hospes ille quinĩmo pater pauperũ studiosorũ:humanitatis suscitator:latinitatis erector sapientiæ magister honestis specimen bonitatis exemplum:diuitiarũ contẽptor:ingeniorũ subleuator:& alia plæraq;:& Liuium primus ut ĩactum pelagus atq; inexpertum noster Tihpys aperuit:& patauinos thesauros hesperidum hortis clusiores patefecit: ille quidem in Italiæ natus ueneto angulo Patauii partim:ptim Venetiis ingenti gratia & fama:& qd' est in docentibus laudatissimum:magna docuit cum integritate:ubi cũ auditorũ liberalitatibus grandem posset pecuniã facere:ita diuitum scholasticorũ dona capiebat neq;.n.uir ille quæstu docebat mercenario ut Proculi illius socratici præceptoris more atq; ĩstituto daturus aliquid:aliquid sumeret: ut diuidẽda haberet in pauperes studiosos:tãtum.n.aberat:ut fundis delectaret ac peculio:ut singularibus annorũ oĩum contentus uestimẽtis æstatis atq; hyemis:quotannis in egentiores:quos domi alebat:&docebat:bina sua diuideret suis manibus indumenta.Haq; fama uirtũtum Io.Franciscum Marchionem illum ĩclytum mãtuanum:Car.illustris:ac liberalissĩmi mãtuani auũ ad illum Mãtuam trahendum ĩcendit:quo cum plurimo honore:& donis tãdem uenisset principis liberis datus est præceptor.Istic ego sum illo usus parente & magistro.Istic Liuii decadum partem prælegentem audiui:qd'

ideo non fuit ſilentio prætereundum:ut ſi quid in recognitione profeci: auctori acceptum Victorino referatur:tantum enim ab eſt:ut me pœniteat p̄ceptorum meorꝝ gloriæ ut id unum ac maximū do/cti animi atq; ingenui argumentum cenſeam:a quibus ipſe hauſerim oīa fontibus referre magiſtrorꝝ. Qui plura uoluerit diſcere de Victorino:ſunt.n.eius omnis ſplēdoris:ac dignitatis plæne actione Sa/xoli pratenſis inter cōdiſcipulos noſtros minime conténendi:quanq̄ admodum iuuenis ille fato con ceſſerit:librū legat de uita & moribus Victorini:aut cæterorꝝ:quibus laudi magnæ eſt:nō mores:& ui tam ſolum uerum etiam totam Victorini ſcholam p̄ſcripſiſſe:quorum ſcriptis potueram equidem eſſe contentus:niſi in eadem cultus officina:obtuſiore licet ſcalpro:mihi uiſus in præſenti epiſtola fo/rem nō abſq; ingratitudinis crimine potuiſſe diſſimulare ac præterire Victorinum. Venio ad te pater colendiſſime:cui:ut ipſe noſtri:maxima debeo:atq;:ut cæteri ſe ī hac quoq; haud exigua humanitatis parte tibi debere ſciant:cogor oſtēdere:tua enim opera ſubſidioq;:ac liberalitate impreſſorꝝ noſtrorꝝ ars iuuatur:& creſcit:unde mirum īmodum egenorum neceſſitatibus ſubuenitur: cum doctiſſimus ipſe ac minime inuidus lībros excellentes omnis generis habens facultatum:nobis uolens & expoſi/tus bibliothecam tuam ſemper aperias. Tu uero:ut reuertar ad Liuiū modeſtiſſime uir atq; ſapiētiſſi/me:in noſtro teipſum codice:hoc eū incredibiles animi tui uerecundi in primis uirtutes:ut ſepiſſime antea p̄cenſens:nunc quoq; non ſine ratione delectabere Grauis enim morum tuorum cenſura:quo ſāctius monumēto cognoſci:quo exemplo reddi uerius poteſt:& ſi præcipua pars tui uirtus uere chri ſtiana quaſi manus optimi uictoris extrema: quod conſtanter fateor:omni gentilitatis ornamento in te ſuperlinenda reſtabat. Recognoſcis tu quidem in liuio laudes tuas:cum illuſtrium uirorum uer/ba:& actiones legis in alio religionis cultum:in alio animi magnitudinem in alio uitæ omnis tenorē æqualem:& iugem:hic tuam maximam modeſtiam:quæ per raro in alto dignitatis & ſtatus faſtigio poſitorum eſt comes:refert hinc tuarum in repubilca ſententiarum modū:hic in caſtigādis moribus multe lenitatis grauitatem. Mihi quidem hæc p̄xime legenti tu iugiter eras in mēte:actionum tuarꝝ imaginem in grauiſſimis & compoſitiſſimis uiris de p̄pinquo cernebam:in. Qu. Fabio Maximo pla/cidum ac cunctabundum tuum ingenium admirabar:in Furio Camillo maximi animi uigorem:gra uitatem:atq; in omni fortuna conſtantiam:in Appiis miram ſcientiam:atq; facundiā in Scipione dex teritatem:alacritatemq; animi:& minime inanes cogitationes ardua & magna negocias capeſcendi:in T. Quintio prouidentis ac mirifice caſti pectoris tui monita ſalutaria:in Papyrio celeritatē:atq; inde/feſſum ad res gerendas robur:in Valeriis popularitatem placidam:modeſtamq;:ac nequaquam efflu/entem obſequelam:fidē uero in omnibus maximā:paremq; prudentiam. Addebam religionem: & a gentilibus longiſſime abſedens eam quidem chriſtianam atq; catholicam. Vnum apud Liuiū reperie bam:cui tu maximo quanq̄ ſimillimus es omni tamen a parte non es idem. Cato ille Cenſorinus uir/conſumatus & ſummus:in quo uelut in te hodie hoc maximū quondam decus uirtutis fuit:ut quic/quid ille ageret:natus ad id tantum eſſe uideretur. Cato ille inquā tantus uir amaro fuiſſe fertur inge nio:atq; ad lacerandum ſemper expoſito:cætera eius in te cognoſcimus: naturæ uero amaritudinem & carpendi ingenium nō uidemus:quinīmo:ſi quiſquam eſt:tu es maxime detratorum aduerſarius quippe qui es ad benemerendū de omnibus hoībus natus:atq;. S.D.N. inſtitutis: eruditus. Tibi igitur tali uiro ac tanto præſtet gratiarum dator Chriſtus dominus:ut aſſīdue magis pacem ac gloriā ſacro ſancte eccleſiæ uideas. Chriſtiani populi de paganorꝝ feritate:& hereticorꝝ obſtinata prauitate uictori/am ſummi noſtri pon. ſoſpitatem:oīum terræ fructuū copiam:cæli temperiem & aeris ſalubritatē:& ueliti in ſanctiſſimo dominici gregis feliciſſimoq; paſtore tua ſtudia ſpemq; omnem a natiuitate col/locaſti:ita tuarꝝ quoq; actionum ſucceſſu fortunato ille aſſidue magis in te quieturus recumbat Vt cū ſummus deus ſuo in terris uicario cuncta mentis tranquillæ optata tribuat:tibi ille rerꝝ maximarꝝ ad miniſtrationem ſecundet:tu nobis apud illum oīa impetres:quibus aliq̄ cum dignitate uitæ præſen/tis neceſſitates per ſtudia honeſta:honorataſq; actiones tranſeamus. Vale.

L. FLORI EPITOMA DECADVM QVATTVORDECIM: TITI LIVII PATAVINI HI/STORICI IN CENTVM ET QVADRAGINTA LIBROS DISTINCTVM.

EX LIBRO PRIMO.

ADVENTVS Aeneæ in Italiam & res ab eo geſtæ. Aſcanii regnum Albæ & Siluii Aeneæ:ac deinceps Siluiorum regum primo libro continētur. Numitoris filia a Marte compreſſa:nati Romulus & Remus. Amulius obtruncatus. Vrbs a Romulo condita. Senatus lectus. Cum ſabinis bel/latum. Opima ſpolia Ioui feretriolata. In centurias populus diuiſis Fide/nates & Veientes uicti. Romulus conſecratus. Numa pompilius ritus ſa crorum tradidit. Iano templum conſtituit:eiuſq; portam:pacatis omni/bus circa populis:primus clauſit. Cum dea Aegeria ſibi congreſſus no/cturnos eſſe ſimulās feroces populi animos ad religionem perpulit. An/cus Martius cerimonias a Numa inſtitutas renouauit. Latinis uictis: & ad ciuitatem aſcitis:montem auentinum aſſignauit. Politorum urbem latinorum bello repetitam:quam priſci latini occupauerant: diruit. Pon tem ſublicium in tyberi fecit. Ianiculom collem urbi addidit. Fines im/

perii protulit. Ostiam condidit. Tullus Hostilius albanos bello petiit: post hæc tergeminorum pugna Horatius absolutus: Metii Suffecii supplicum. Alba diruta albani in ciuitatem recepti sabinis bellum indictum: ad postremum fulmine absumptus est: Tarquinius priscus in anci amicitiam receptus centum additis patrum numerum auxit: Latinos subegit: circum designauit: Ludos edidit: sabinorũ bello potitus equitum centurias ampliauit: temptandæ scientiæ causa Acii Nauii auguris cõsuluisse fert: an id de quo cogitaret: effici posset: quod cum ille fieri posse respondisset: iussisse eum nouacula cotem præcidere: idq; protinus factum. Sabinos præterea acie uicit. Vrbem muro circundedit. Cloacas fecit. Seruius Tullius natus est captiua corniculana: cui puero in cunis posito: caput arsisse traditum est: uientes atq; æthruscos prælio fudit. Censum primus omnium egit. Lustrũ condidit classes centuriasq; descripsit. Pomœrium ꝓtulit. Colles urbi quirinalem. Viminalem: Esquilinumq; adiecit. Templum Dianæ cum latinis in auentino fecit. Lucius Tarquinius superbus: occiso Seruio eius socero: inuasit regnum: quo die scelerata Tullia per patris iacentis corpus carpentum egit. Armatos circa se ad custodiã corporis sui habuit. Turnum Herdonium fraude interemit. Bellum cum uolscis gessit: & ex eorum præda templum Ioui in capitolio fecit. Terminus & iuuentas non addixere: quorum aræ moueri nõ potuerunt. Filii. Sex. Tarquinii dolo Gabios in potestatem suam redegit. Huius filiis Delphos profectis & consulentibus: quis eorũ regnaturus esset Romæ: dictum est eum regnaturum: qui primũ matrem osculatus esset: quod responsum cum ipsi aliter interpretarentur. Iunius Brutus: qui cum iis ꝓfectus erat: prolapsum se simulauit: & terram osculatus est: idq; factum eius euẽtum rei comprobauit nam cum impotenter se gerendo Tarquinius superbus omnes in odium suum adduxisset: ad ultimũ propter expugnatam nocturna ui a Sex. filio eius Lucretiæ pudicitiam: quæ uocato patre ad se Tricipitino & uiro collatino obtestata. ne inulta mors eius esset: cultro se interemit: Bruti opera maxime expulsus est: cum regnasset annos uigintiquinq;. Tunc consules primum creati sunt. L. Iunius Brutus & L. Tarquinius Collatinus.

EX LIBRO SECVNDO.

b Rutus iureiurando populũ astrinxit neminem regnare Romæ passurũq;. Tarquinium Collatinum collegam suum ꝓpter affinitatẽ Tarqniniorũq; suspectum coegit consulatu se abdicare & ciuitate cedere: bona regum diripi iussit: agrũ Marti cõsecrauit: qui campus martius nominatus est: adolescentes nobiles: in quibus suos quoq; & fratris filios: qa coniurauerant de recipiẽdis regibus: securi percussit: seruo uindici: cui Vindicius nomẽ fuit libertatem dedit: ex cuius noĩe uindicta est appellata. Cũ aduersus reges: qui contractis ueientiũ & tarquiniorũq; copiis bellum intulerant: exercitũ duxisset: in aciem cũ Arunte filio Superbi cõmortuus est eumq; matrõnæ annũ luxerunt. L. Valerius consul legẽ de prouocatione ad populũ tulit capitoliũ dedicadũ est. Porsena rex clusinorũq; bello ꝓ Tarquiniis susceptο: cum ad ianiculũ uenisset: ne tyberim trãsiret: uirtute Coclitis Horatii prohibitus est qui dum alii pontẽ subliciũ rescindũt: solus æthruscos sustinuit: & ponte rupto armatus se i flumẽ misit: & ad suos tranauit: alterũq; accessit uirtutis exemplũ a Mutio: qui cum ad feriẽdum porsenam castra hostiũ intrasset: occiso scriba: quẽ regẽ esse putabat: cõpræhẽsus ipositam altaribus manũ: in quibus sacrificatũ erat: exuri passus est: dixitq; tales trecentos esse cõiuratos in mortem ipsius regis: quorũq; admiratiõe coactus Porsena pacis conditiones ferre bellum omisit: acceptis obsidibus: ex quibus uirgo una Chlœlia deceptis custodibus per tyberim ad suos tranauit: & cum reddita eẽt: a Porsena honorifice remissa equestriq; statua donata ẽ. Aduersus Tarquinium superbũ cum latinorũq; exercitu bellum inferentem Aulus Posthumius dictator prospere pugnauit apud lacum Regillum. Appius Claudius ex sabinis Romam trãsfugit: ob hoc claudia tribus adiecta est. Numerus tribuũ ampliatus est: ut eẽnt triginta una. Plebs: cũ ꝓpter nexos ob æs alienũ sacrũ i mõtem secessisset: cõsilio Meneni Agrippæ a seditione reuocata est: idem Agrippa cũ decessisset ꝓpter pauptatem publico impẽdio elatus: tribuni plebis qnq; creati sunt. Oppidum uolscorũq; Corioli captum est uirtute: & opa. Gn. Martii: qui ob hoc Coriolanus uocatus ẽ. Titus latinus uir de plebe: cũ in uisu admonitus esset: ut de qbusdam religionibus ad senatum perferret: & neglexisset: amisso filio: debilis factus: posteaquã delatus ad senatum lectica eadem illa indicauerat: usu pedum recepto domum reuersus est. Cum. Gn. Martius Coriolanus: qui in exilium pulsus: dux uolscorum factus: exercitum hostium urbi primo admouisset: & missi ante eum primum legati: postea sacerdotes frustra deprecati essent: ne bellum patriæ inferret: Veturia mater: & Volumnia uxor impetrauerunt ab eo: ut recederet. Lex agraria primum lata est. Sp. Cassius consularis regni crimĩe dãnatus est necatusq;. Oppia uirgo uestalis ob iestum uiua defossa est. Cum uicini hostes ueientes incommodi magis: quã graues essẽt familia fabiorum id bellum gerẽdum depoposcit: missitq; in id trecentos sex armatos: qui ad Cremeram ad unum ab hostibus cæsi sunt uno ipubere domi relicto. Ap. Claudius cõsul: cum aduersus uolscos cõtumatia exercitus male pugnatum eẽt: decimũ. quẽq; militum fuste ꝓcussit. Res prærea aduersum Volscos: & Hernicos & Veiẽtes: & seditiones inter patres plebemq; continet.

EX LIBRO TERTIO.

f Editiones de agrariis legibus factæ. Capitolium ab exulibus & seruis occupatum cæsis iis receptum est. Census bis actus ẽ: priore lustro censa sunt ciuium capita octoginta milia. dcc. xiiii. præter orbos orbasq; ꝑsequenti. cxyii. milia. ccxlyiii. Cum aduersus equos res male gesta eẽt. L. Quintius Cincinatus dictator factus cũ rure intentus rustico operi esset: ad bellum gerendum accersi-

tus est:is uictos hostes sub iugum misit.Tribunorum pl.numerus ampliatus est:ut essent decē.xxxvi. anno a primis tribunis pl.Petitis per legatos & allatis atticis legibus:ad construēdas eas proponēdasq; decēuiri pro cōsulibus sine ullis aliis magistratibus creati altero & trigētesimo anno quam Roma cōdita erat:& ut a regibus ad cōsules:ita a cōsulibus ad decēuiros translatum imperium.ii.decem tabulis legum positis cum modeste se in honore gessissent:& ob id in alterum quoq; annum eūdem esse magistratum placuisset.cum complura impotēter fecissent: magistratum noluerunt deponere:& in tertium annum detinuerūt:donec iuicto eoꝝ imperio finem attulit libido.Ap.Claudii: qui cū in amorē uirginis icidisset:summisso:q eam in seruitutem peteret necessitatem patri eius Virginio imposuit:rapto ex taberna proxima cultro:ut filiā iterimeret:cum aliter eam tueri nō posset:ne in potestatem stuprum illaturi ueniret:hoc tam magnæ luxuriæ exemplo plebs icitata mōtem auentinum occupauit: coegitq; decēuiros abdicare se magistratu:ex quibus Appius & unus collegaꝝ:q præcipue pœnā meruerant:in carcerem coniecti:cæteri in exilium acti.Res præterea cōtra sabinos:& uolscos prospere gestas cōtinet:& parum honestum populi Ro.iudicium qui iudex iter Ardeates & Aricinos sumptum agrum:e quo ambigebatur:sibi adiudicauit.

EX LIBRO QVARTO.

Ex de cōnubio patrum & plebis contētione magna patribus repugnātibus perlata ē a tri.pl.

I Aliquot ánis res Po.Ro.domi militiæq; per hoc genus magistratus administratæ sunt. Item censores tūc primū creati sunt.Ager ardeatinus Romani populi iudicio ablatus:missis i eum colonis:restitutus est.Cum fame populus Romanus laboraret.Sp.Melius eques Romanus frumētū populo sua ipensa largitus est:& ob id factum:cōciliata sibi plebe:regnū affectās a Gaio Seruilio Hala magistro equitū iussu Quintii Cincinati dictatoris occisus est:Titus Minutius index boue aurata donatus est.Legatis romanis a fidenatibus occisis:quoniā ob rēpublicam occubuerāt:statuæ i rostris posite sunt.Cornelius cossus tribunus militum:occiso Volumnio rege ueientium:opima spolia secūda rettulit.Mamercus. Aemilius dictator:censuræ honore:q antea p quiqnēniū gerebaī:anni & sex mensium spacio finito ob eā rem a cēsoribus notatus ē.Fidenæ i potestatē redactæ:eoq; coloni missi sunt: qbus occisis:fidenates cū defecissent a po.Ro.a Mamerco Aemilio dictatore uicti sūt:& Fidenæ captæ Coniuratio seruoꝝ oppressa est.Posthumius tribunus militum ꝓpter crudelitatem ab exercitu occisus est.Stipendium ex ærario tum primum militibus datum est.Res præterea gestas aduersum uolscos:fidenates:& faliscos continet.

EX LIBRO QVINTO.

N obsidione Veioꝝ tabernacula militibus facta sunt ea res cum esset noua:indignationē tri-

i bunoꝝ ple.mouit querentium nō dari plebi:nec per hyemem:militiæ requiem:equites tum primum equis suis merere cœperunt.Cū inundantio in lacu albano facta esset:uates qui eam rem interpretraretur:ab hostibus captus est.Furius Camillus dactator decē annos obsessos Veios cœpit:simulacrum Romam transtulit:decimam parte prædæ Delphos apollini misit.Idē tribunus militum:cum Faliscos obsideret : proditos hostium filios parentibus remisit:statimque deditione facta falisco rum uictoriam iusticia consecutus est:Cum alter ex censoribus Iulius decessisset: in locum eius M.Cornelius suffectus est:nec id postea factum ē:quoniā eo lustro a gallis Roma capta est.Furius Camillus:cum ei dies a.L.Apuleio tri.ple.dicta esset:in exilium abiit.Cum senones galli Clusium obsiderent:& legati a senatu missi ad componēdum iter eos & clusinos pacem pugnātes cōtra gallos in acie clusinoꝝ stetissent:hoc facto eorum cōcitati senones urbē infesto exercitu petierunt: fusisq; ad alliam flumen romanis cepere urbem præter capitolium:in quod se iuuenes cōtulerant.Maiores: natu cum insignibus honorum quos quisq; gesserat:in uestibulis ædium sedentes occiderunt: & cum per auersam partem capitolii iam in summum euasissent:proditi clágore anserum.M.Manalii præcipue opera deiecti sunt.Coactis deīde propter famem romanis despondere ut mille pondo auri darent:& hoc præcio finem obsidionis emerent.Furius Camillus dictator absens creatus inter pendendum aurum cum exercitu uenit:& gallos post sextum mensem urbe exuplit:cecidituq;:dictum est ad Veios migrā dum esse propter incensam & dirutam urbem:quod cōsilium Camillo auctore discussum est:mouit populum uocis quoq; omen ex centurione auditæ:qui:cum in forum uenisset:manipulariis suis dixerat:sta milles:hic optime manebimus:ædes Ioui capitolino facta:quo loco ante urbem captam uox audita erat aduentare gallos.

EX LIBRO SEXTO.

Es aduersus equos & uolscos & prænestinos prospere gestas continet:quattuor tribus addi-

r tæ sunt:stellatina:sabbatina:promentina:arniensis.M.Manlius:qui capitolium a gallis defenderat:cum obstrictos ære alieno liberaret:nexos exolueret crimine affectati regni damnatus de saxo tarpeio deiectus est:in cuius notam senatusconsultum factum est:ne cui de manlia gente Marco cognomen esset.G.Licinius:&.L.Sestius tribu.ple.legem promulgarunt:ut consules etiam ex plebe fierent: qui ex partibus crebantur. Eam legem cum magna contentione repugnantibus patribus cum idē tri.ble.per quinquennium soli magistratus fuissent:pertulerūt:& q primus omnium ex plebe consul.L.Sestius creatus est.Lata est altera lex ne cuiquam plus quingentis iugeribus agri liceret possidere.

EX LIBRO SEPTIMO.

Vo noui magiſtratus adiecti ſunt:ꝑterea & ædilitas curulis: peſtilentia ciuitas laborauit: eaq; d inſignem fecit mors furii Camilli:cuius remedium & finis:cum per nouas religiones: quære retur:ludi ſenici tunc primum facti ſunt:Cum dies Lucio Manlio dicta eſſet a Marco põpeio tribuno plebis propter delectum acerbe factum:& ob.T.Manlium filium relegatum ſine ullo crimíe adoleſcẽs ipſe cuius relegatio patri obiiciebatur:uenit in cubiculũ tribuni ſtrictoq; gladio coegis eum in uerba ſua iurare non perſeueraturum ſe in accuſatione:tunc omnia præcioſa omiſſa ſunt:In patentem uoraginem urbis Romæ Curtius armatus equo ſe præcipitauit eaq; expleta eſt. Manlius adoleſcens:qui patrem a tribunitia uexatione liberauerat:contra gallum prouocanté aliquem ex militibus romanis in ſingulare certamen deſcendit:eiq; occiſo torquem aureum detraxit:quem ipſe poſtea tulit & ex eo Torquatus eſt nuncupatus duæ tribus additæ pompeiana & publicia Lucinius Stolo lege ab ipſo lata damnatus eſt:quod plus quingẽtorum iugerũ agri poſſideret. Marcus Valerius tribunus militum gallum:a quo prouocatus erat inſidente galea coruo:& unguibus:roſtroq; infeſtante: hoſté interemit:& ex eo Coruini nomen accepit:conſulq; proximo anno creatus eſt ob uirtutem: cum uigeſimũtertium haberet annm. Amicitia cum carthaginenſibus iuncta. Campani cum urgerentur a ſamnitibus bello auxilio aduerſus eos a ſenatu petito :cum id non impetrarẽt: urbem:atq; agros populo romano dediderunt:ob quam cauſam ea quæ populi romani facta eſſent:defendi bello aduerſus ſamnites placuit. Cum ab aulo Cornelio conſule exercitus in iniquum locum deductus in magno diſcrimine eſſet:Publii Decii tribuni militum opera ſenatus eſt: qui occupato colle ſuper id iugum in quo ſamnites dederant:occaſionem conſuli in æquiorem locum euadendi dedit: ipſe ab hoſtibus circunſeſſus erupit. Milites romanos:qui Capue in præſidio erat relicti:cum de ea occupanda urbe cõſpiraſſent:& detecto conſilio:metu ſupplicii a populo romano defeciſſent: per Marcum Valerium Coruinum dictatorme:qui conſilio ſuo eos a furore reuocauerat:patriæ reſtituti ſunt.

EX LIBRO OCTAVO.

Atini cum campanis defecerunt:& miſſis legatis ad ſenatum conditionem tulerunt:ut ſi pa-
1 cem habere uellent:alterum ex latinis conſulem facerent. Qua legatione perlata prætor eorũ Annius de capitolio ita ꝓlapſus é:ut examinaretʼ. Titus Manlius conſul filiũ eius qđ cõtra edictum pugnauerat aduerſum latinos:quamuis proſpere pugnaſſet ſecuri percuſſit. Laborantibus romanis publius Decius tunc cum Manlio deuouit ſe pro exercitu:& concitato equo cum in medios hoſtes ſe intuliſſet:interfectus morte ſua romanis uictoriam reſtituit:latini in deditionem uenerunt. Tito Manlio in urbem reuerſo nemo ex iuuentute obuiam proceſſit. Minutia uirgo ueſtalis inceſti damnata é. Auſonibus uictis in oppidum Cales colonia deducta eſt: item Fregellæ collonia deductæ ſunt. Veneficium quam plurium matronarum compræhenſum:quarum plurimæ ſtatim epotis medicaminibus perierunt:lex de ueneficio tunc primum conſtituta eſt. Priuernatibus:cum rebellaſſent: uictis ciuitas data eſt. Neapolitani uicti bello:& obſidione in deditionem uenerunt. Quintio Publio: qui eos obſederat primum imperium prolatum:& per conſules ei decretus triumphus Plebs nexu liberata eſt propter Lucii Papyrii creditoris libidinem:qui Gaio publio debitori ſuo ſtuprum inferre uoluerat Cum Lutius Papyrius dictator reuerſus in urbem ab exercitu eſſet propter auſpicia repetẽda Quintius Fabius magiſter equitũ occaſione rei bene gerendæ inuitatus contra edictum eius prælia-tus eſt:qui proſpere aduerſus ſamnites pugnauit:ob eam cauſam cum dictator de magiſtro equitum ſupplicium ſumpturus uideretur. Fabius Romam profugit:& cum cauſa parum proficeret:populi precibus donatus eſt:Res præterea contra ſamnites Proſpere geſtas continet.

EX LIBRO NONO.

Eturius & SP.poſthumius apud caudinas furcas deducto in locũ iniquum exercitu cum nul-
11 la ſpes euadendi eſſet:fœdere cum ſamnitibus facto:& ſexcentis equitibus romanis obſidibus datis:ita exercitum abduxerunt:ut omnes ſub iugum mitterentur: iidemq; auctore Spurio poſthumio conſule:qui in ſenatu ſuaſerat:ut eorum deditione: quorum culpa tam deforme fœdus ictum erat:publica fides liberaretur cum duobus tribu.ple.& omnibus:qui per fœdus ſpoponderant: dediti ſamnitibus non ſunt recepti:nec etiam multo poſtea fuſis a Papyrio Curſore ſamnitibus & ſub iugum miſſis receptiſque ſexcentis equitibus romanis:q obſides dati erant:pudor prioris flagitii abolitus eſt. Tribus duæ adiectæ ſunt oſentina & faleria. Sueſſa:& pontia coloniæ deducte ſunt. Appius Claudius cenſor aquam perduxit:uiam ſtrauit:quæ appia uocata eſt:libertinorum filios in ſenatum legit:ideoque quoniam is ordo uidebatur inquinatus indignis:ſequentis anni cenſores in ſenatu legẽdo obſeruauerunt:quemadmodum ante per proximos cenſores obſeruatum fuerat. Res præterea cõtra Appluos:ethruſcos:umbros marſos:pelignos:equos:& ſamnites: quibus fœdus erat reſtitutum: proſpere geſtas continet. Flauius Scriba libertino patre natus ædilis curulis fuit per forenſem factioné creatus:quæ cum comitia & campum turbaret:& in iis propter nimias uires dominaretur:a Quinto Fabio cenſore in quattuor tribus redacta eſt eaque res Fabio Maximo nomen dedit. In hoc libro mentionem habet Alexandri:qui temporibus his fuit:&æſtimatis populo romano:uiribus quæ tunc erát colligitur:ſi Alexander in Italiam traieciſſet non tam facilem ei uictoriam de populo romano: fore: quam de iis gentibus:quas ad orientem imperio ſuo ſubiecerat.

EX LIBRO X.

Oloniæ deductæ sunt Sora & Alba:carceoli marsi in deditionem accepti sunt.collegium augu
c rum ampliatum est:ut essent nouem:cum antea quaterni fuissent.Lex de prouocatione ad po
pulum a Valerio consule tunc primum lata est.Duæ tribus adiectæ sunt aniensis & terentina
Samnitibus bellum indictum:& aduersus eos prospere pugnatum est.Cum aduersus æthruscos:um
bros:Samnites:gallos Publio Decio & Quinto Fabio ducibus pugnaretur:romanusque exercitus in
maximo esset discrimine:Publius Decius secutus exemplum patris deuouit se pro exercitu : & morte
sua victoriā eius pugnæ populo ro.dedit. Papyrius Cursor samnitiū:exercitū qui iureiurādo astrictus
suo:quo maiore constantia uirtutis in aciemd escenderet:fudit.Census actus est:lustrum conditum cē
sa sunt ciuium capita ducenta septuaginta duo millia .& tercenta uiginti.

EX LIBRO. XI.

Vm Fabius Gurges con.male aduersum samnites:pugnasset:& senatus de remouendo eo ab
c exercitu ageret.Fabius maximus pater deprecatus hanc filii ignominiam:eo maxime senatū
mouit:quod iterum se filio legatum pollicitus est:idque præstitit:atque eius consiliis & opera
filius consul adiutus cæsi samnitibus triumphauit.Gaium Pontium imperatorem samnitium du
ctum in triumpho securi percussit.Cum ciuitas pestilentia laboraret:missis legatis:ut Aesculapii signū
Romam ab Epidauro transferrent:anguem:qui se in nauem eorum contulerat in quo ipsum numē
esse constabat:deportauere eoque in insulam tyberis egresso:eodem loco sedes Aesculapii constituta
est.Lucius Posthumius consularis:quoniam cum exercitui præesset:opera militum in agro suo usus
eēt:damnatus est: samnitibus pacē petentibus fœdus quarto renouatum est.Curius Dentatus consul
samnitibus cæsis & sabinis:qui rebellauerant:uictis:& in deditionem acceptis:bis in eodem magistra
tu triumphauit:Coloniæ deductæ sunt Castrū Sena Adria Triumuiri capitales tūc primū creati sunt.
Census actus est lustrum conditum:censa sunt ciuium capita.cclxxiii.m.Plebs ꝓpter æs alienū & gra
ues & longas seditiones ad ultimum secessit in ianiculum:unde a.Qu.Hortēsio dictatore deducta est
isq; in ipso magistratu decessit.Res præterea contra uolscinienses gestas cōtinet:item aduersus lucāos
contra quos auxilium tyrrhenis ferre placuerat

EX LIBRO.XII.

Vm legati romanorum a gallis senonibus interfecti essent:bello ob id gallis indicto.L.Cecili
c us prætor cum legionibus ab iis cæsus est.Cum a tarentinis classis romana direpta esset:duce
qui præerat classi:occiso:legati ad eos a senatu:ut de iis iniuriis quererentur: missi :pulsati sunt
ob id bellum iis indictum est. Samnites defecerunt aduersus eos:& Lucanos:& Brutios & æthruscos
aliquot præliis a compluribus ducibus bene pugnatum est.Pyrrhus epirotarum rex:ut auxilium fer
ret tarentinis: in Italiam uenit. Cum in præsidium rheginorum legio campana cum præfecto Decio
Iubellio missa esset:occisis rheginis.Rhegium occupauit.

EX LIBRO.XIII.

Alerius Leuinus consul parum prospere aduersus Pyrrhum pugnauit: elephaotorum maxi
u me inusitata facie terrtitis militibus:post id prælium cum corpora romanorū: qui ī acie ceci
derant. Pyrrhus inspiceret:omnia uersa in hostē īuenit:populabunduſque ad urbem Romā
processit.G. Fabritius missus ad eum ut de redimendis captiuis ageret: frusta: ut patriam desereret:
a rege temptatus est captiui sine p̄tio remissi sunt.Cyneas legatus a Pyrrho ad senatum missus petiit:
ut componendæ pacis cā rex in urbē reciperet:de qua re cum ad frequentiorem senatum referri pla
cuisset.Ap.Claudius:qui ꝓp in ualitudinem oculorum iam diu a consiliis pub.abstinuerat:uenit in cu
riam:& sententia sua tenuit:ut id Pyrrho negaretur.P.Domitius censor primus ex plebe lustrum con
didit:censa sunt ciuium capita.cclxxviii.millia.ccxxii.Iterum aduersus Pyrrhum dubio euētu pugna
tum est.Cum carhtaginensibus quarto fœdus renouatum est.Cum.G.Fabricio consuli iis qui ad eū a
Pyrrho transfugerat:polliceretur se regi uenenum daturum:cum indicio ad regem remissus est.Res
preterea contra æthruscos.Lucanos: & Brutios:& samnites prospere gestas continet.

EX LIBRO.XIIII.

Yrrus in Siciliam traiecit.Cum īter alia ꝓdigia fulmine deiectū eēt ī capitolio Iouis signum
p caput eius per aruspices īuentum est.Curius Dentatus:cum delectū haberet:eius: q citatus nō
respōderat:bona uēdidit.Pyrrhum iterum ex Sicilia in Italiā reuersum uicit: & italia expulit.
Fabricius censor Publium Cornelium Ruffinū cōsularem senatu mouit:qđ decem argēti pōdo facti ha
beret.Lustro a cēsoribus cōdito:censa sunt capita ciuiū.cclxxi.millia.ccxxiiii.Cum Ptolemæo ægypti
rege societas iūcta est.Sextilia uirgo uestalis dānata īcesti uiua defossa ē.Coloniæ deductæ sunt Possi
donia & Consa.carthaginensium classis auxilio mamertinis uenit:quofacto ab iis fœdus uiolatum ē
Res præterea contra lucanos samnites & brutios fœliciter gestas:& pyrrhi mortem cōtinet.

EX LIBRO. XV.

Ictis tarētinis pax & libertas data est.Legio campana:quæ Rhegium occupauerat: obsessa:de
u ditione facta securi percussa est.Cum legatos appolloniatiū ad senatum missos quidā iuuenes
pulsassent:dediti sunt appolloniatibus.Picentibus uictis pax data.Coloniæ deductæ Ariminū
in Piceno:Beneuētum in samnio.Tunc primum po.Ro.argēto uti cœpit. Vmbri & saleni uicti ī de
ditiouem accepti sunt:Quæstorum numerus ampliatus est.

EX LIBRO. XVI.

Rigo Carthaginẽſium:& primordia urbis referuntur:contra quos & Hieronem regem ſyra-
o cuſanorum auxilium Mamertinis ferẽdum cenſuit ſenatus:cũ de ea re inter ſuadẽtes:ut id fie-
ret:diſſuadenteſq; contentio fuiſſet.Tranſgreſſis tum primũ mare equitibus Romanis aduer
ſus Hieronem ſæpius bene pugnatum petenti pax data eſt.Luſtrum a cenſoribus conditum:cẽſa ſunt
ciuium capita.ccclxxii.milia.ccxxiiii.D.Iunius Brutus munus gladiatoriũ ĩ honorẽ defuncti pr̃is ædi-
dit primus.Colonia Eſernia deducta eſt.Res præterea cõtra pœnos & uolſcos ꝓſpere geſtas continet.

EX LIBRO. XVII.

N.Cornelius conſ.a claſſe punica circũuẽtus:& ꝑ fraudẽ ueluti in colloquiũ euocatus captus ẽ.
g Gn.Duilius cõſul aduerſus claſſem pœnoꝝ proſpere pugnauit:primuſq; omniũ Romanorũ
ducũ naualis uictoriæ duxit triumphũ:ob quã cãm ei perpetuus honos habitus ẽ: ut reuertẽti
a cœna tibicines canerẽt:& funale ꝓferretur.L.Cornelius conſul ĩ Sardinia cõtra Sardos:& Corſos : &
Hannonem pœnoꝝ ducem feliciter pugnauit.Attilius Calatinus cõſul:cum in locũ iniquum a pœnis
circũſeſſum temere duxiſſet exercitũ.M.Calphurnii tri.militũ uirtute & opa euaſit:q cũ trecentis mili
tibus eruptione facta hoſtes ĩ ſe cõuertit. Hannibal dux pœnoꝝ uicta claſſe:cui præfuerat:a militibus
ſuis in crucem ſublatus eſt.Attilius regulus conſul uictis nauali prælio pœnis in Africam traiecit.

EX LIBRO. XVIII.

Ttilius Regulus in africa ſerpentem potentoſæ magnitudinis cum maxima militũ clade occi-
a dit:& cũ aliquot præliis aduerſum Carthaginenſes pugnaſſet.ſucceſſorq; a ſenatu ꝓſpere bel-
lum gerenti nõ mitteretur:idipſum ꝑ litteras ad ſenatum miſſas cõqueſtus eſt:ĩ qbus ĩter cau-
ſas petenti ſucceſſoris:quod agellus eius a mercænariis diuaſtaretur.Quærẽte deinde fortuna:ut ma-
gnum utriuſq; caſus exẽplum in Regulo ꝓderetur:accerſito a Carthaginenſibus Xanthippo lacedæ-
monioꝝ duce uictus prælio & captus eſt.Res deinde a ducibus Romanis oĩbus terra mariq; proſpe-
re geſtas deformauere naufragia claſſium.Titus Corũcanus primus ex plebe pontifex maximus crea-
tus eſt.M.Sempronius Scopus Valerius Maximus cenſores:cũ ſenatũ legerent.xiii.ſenatu mouerũt:
luſtrum condiderunt:quo cenſa ſunt ciuiũ capita.cccxvii.m.ccxvii.Regulus miſſus a Carthaginenſi-
bus ad ſenatum ut de pace:& ſi eam minime impetraret:de captiuis commutandis ageret : iureiuran-
do aſtrictus eſt rediturum ſe Carthaginem : ſi commutaricaptiuos nõ placuiſſet:utrunq; negandi au-
ctor ſenatui fuit:& cum fide cuſtodita reuerſus eſſet:ſupplicio a Carthaginẽſibus de eo ſumpto periit.

EX LIBRO. XIX.

Ecilius Metellus rebus aduerſus pœnos proſpere geſtis ſpecioſiſſimum egit triumphum.xiii.
c ducibus hoſtium & centum uiginti elephantis in eo ductis.Claudius pulcher con.qui contra
auſpicia profectus iuſſit immergi pullos:qui cibari nolebant:infeliciter aduerſus Carthaginẽ-
ſes claſſe pugnauit:& reuocatus a ſenatu iuſſuſq; dictatorem dicere.G.Glauciam dixit ſortis ultimæ
hominem qui coactus abdicare ſe magiſtratu poſtea ludos prætextatus ſpectauit. Attilius Calatinus
primus dictator extra Italiam exercitum duxit.Cum pœnis captiuorum commutatio facta eſt.Colo-
niæ deductæ ſunt Fregellæ in agro ſalentino Brunduſium.Luſtrum a cenſoribus conditum eſt: cenſa
ſunt ciuium capita.ccli.milia ducentum uiginti duo.Claudia ſoror Publii Claudii:qui contemptis au-
ſpiciis male pugnauerat:a ludis diuertens:cum turba premeretur: dixit:utinam frater meus uiueret:
iterumq; claſſem duceret:ob eam cauſam mulctata eſt.Duo prætores tum primum creati ſunt. Ceci-
lius Metellus pontifex maximus.A.Poſthumium conſulem:quoniam idem & flamẽ Martialis erat:
cum ille ad bellum gerendum proficiſci uellet:in urbe tenuit:nec paſſus eſt a ſacris recedere.Rebus ad
uerſus pœnos pluribus ducibus geſtis ſummam uictoriæ.G.Luctatius conſ.uicta ad Aegades inſulas
claſſe pœnorum finem bello impoſuit.Petentibus Carthaginenſibus pax data eſt.Cum templum Ve-
ſtæ arderet:Cecilius Metellus Pontifex maximus ex incẽdio ſacra rapuit.Duæ tribus adiectæ ſunt ue-
lina & eſquilina.Faliſci:cum rebellaſſent:ſexto die domiti in deditionem uenerunt.

EX LIBRO.XX.

Poletũ colonia deducta eſt.Aduerſum ligures tunc primum exercitus promotus eſt . Sardi &
f corſi:cũ rebellaſſent:ſubacti ſunt.Tutia uirgo ueſtalis ĩceſti damnata ẽ.Bellum illyricis ꝓpter
unũ ex legatis:qui ad eos miſſi erãt:occiſum:indictũ ẽ:ſubactiq; ĩ deditionẽ uenerunt.Prætoꝝ
numerus ampliatus eſt:ut eẽnt q̃ttuor.Galli trãſalpini:q in Italiã eruperant:cæſi ſunt:eo bello Po.Ro.
ſocioꝝ latiniq; nominis trecẽta milia armatoꝝ habuiſſe dicit᷑.Exercitibus Romanis tũ primũ trãs pa
dũ ductis galli ĩſubres aliquot p̃liis ĩ deditionẽ uenerũt.M.Claudius Marcellus cõſul:occiſo ĩſubrium
galloꝝ duce Viridomato opima ſpolia rettulit.Hiſtri ſubacti ſunt.Iteꝝ illyrici:cũ rebellaſſent: domiti
in deditionẽ uenerũt.Luſtrũ a cẽſoribus cõditũ ẽ:ex quo cẽſa ſunt ciuiũ capita.cclxx.milia.Libertini in
quattuor tribus redacti ſunt:cũ antea diſperſi fuiſſent:æſquilinã:pallatinã:ſuburnã:collinã:miniuit:&
circũflaminium extruxit.Coloniæ deductæ ſunt in agro a gallis capto Placentia & Cremona.

EX LIBRO. XXI.

N Italiam belli punici ſecundi acta narrantur:& Hannibalis pœnorum ducis contra fœdus ꝑ
i iberum amnem tranſitus:a quo Saguntus ſocioꝝ Po.Ro.ciuitas octauo mẽſe capta eſt:de q̃-
bus iniuriis miſſi legati ad carthaginẽſes:q quererent᷑:& cũ ſatiſfacere nollẽt:bellũ iis indictũ ẽ.
Hannibal:ſuperato pyreneo ſaltu:per Gallias fuſis Volſis:qui obſiſtere ei conati erãt:ad alpes uenit: &

laborioſo p eas tranſitu cum mõtanos quoq; gallos obuios aliquot præliis reppuliſſet:deſcendit ĩ Italiam:& ad ticinum amnem romanos equeſtri prælio fudit:ĩ quo uulneratum Publium Corneliũ Scipionem protexit filius:qui Africani poſtea nomen accepit.Iterumq;:exercitu Romano ad flumẽ Trebiam fuſo:Hannibal appœnninũ per maximã militum uexationẽ propter uim tempeſtatum tranſit. Gn.Cornelius Scipio in Hiſpania contra pœnos proſpere pugnauit duce:hoſtium Magone capto.

EX LIBRO. XXII.

h Annibal per continuas uigilias in paludibus oculo amiſſo uenit in æthruriam:per quas paludes quatriduo & tribus noctibus ſine ulla requie iter fecit.Gaius Flaminius conſul homo temerarius cõtra auſpicia profectus:ſignis militaribus effoſſis:quæ tolli non poterãt:& ab equo quem concenderat:per caput deuolutus:inſidiis ab Hannibale circunuentus ad Tranſimenum lacum cum exercitu cæſus eſt.Sex millia:quæ eruperant:fide ab Maharbale data perfidia Hannibalis uincta ſunt. Cum ad nunciũ cladis Romæ luctus eſſet:duæ matres inſperato receptis filiis gaudio mortuæ ſunt.Ob hanc cladem ex ſibyllinis libris uer ſacrum uotum:Cum deinde Quintus Fabius Maximus dictator aduerſus Hannibalem miſſus nollet acie cum eo confligere:ne contra ferocẽ tot uictoriis hoſtem aduerſis præliis militem pugnæ committeret:& opponendo ſe tantummodo conatus Hannibalis impediret:Marcus Minutius magiſter equitum ferox & temerarius criminando dictatorem tãquam timidum & ſegnem:effecit:ut populi iuſſu ei imperium cum dictatore æquaretur: diuiſoque exercitu:cum in iniquum locum conflixiſſet:& in maximo diſcrimine legiones eius eſſent:ſũperueniente cum exercitu Fabio Maximo ex diſcrimine liberatus eſt:quo beneficio uictus caſtra cum eo iunxit:& patrem eum ſalutauit:idemque milites facere commilitonibus iuſſit.Hannibal uaſtatã Campania inter Caſilinum oppidũ & Calliculam montem a Fabio clauſus:ſarmentis ad cornua boum alligatis & incenſis præſidium Romanorum:quod Calliculam inſidebat fugauit:& ſic tranſgreſſus eſt ſaltum.Idemq; Fabii Maximi dictatoris:cum circũpoſita ureret:agro pepercit:ut illũ tãquam proditorẽ ſuſpectũ faceret.Aemilio deinde Paulo & Terentio Varrone conſulibus & ducibus cum maxima clade aduerſus Hannibalem ad Cãnas pugnatũ eſt:cæſaq; eo prælio Romanorũ quadragĩta quinq; milia cum Paulo conſule & ſenatoribus nonaginta:cõſularibus:atq; prætoriis aut ædiliciis triginta.Poſtquã cladem cũ a nobilibus adoleſcentibus ꝓpter deſperationẽ conſiliũ de relĩquẽda Italia iniretur:Publius Cornelius Scipio tribunus militũ:qui poſtea Africanus nuncupatus ẽ:ſtricto ſup capita deliberãtium ferro iurauit pro hoſte ſe habiturũ eum:qui in uerba ſua non iuraſſet:effecitq; ut omnes minime relictum irĩ a ſe Italiam iureiurando aſtringerentur.Propter paucitatem uero militum ſeruorũ octo milia armata ſunt.Captiui:cum poteſtas eſſet redimendi:redempti non ſunt.Præterea trepidationem urbis & luctum:& res in Hiſpania meliore euentu geſtas continet.Oppia & Florentia ueſtales uirgines inceſti damnatæ ſunt.Varroni obuiam itum eſt:& gratiæ actæ quod de repu.non deſperaſſet.

EX LIBRO.XXIII.

c Ampani ad Hannibalem defecere.Nuncius cannenſis uictoriæ Mago Carthaginenſem miſſus anulos aureos a digytis occiſorum Romanorum detractos in ueſtibulo curiæ fudit: quos exceſſiſſẽ modii menſuram traditur.Poſt quẽ quidem nunciũ Hanno ex pœnis uir nobiliſſimus ſuadebat ſenatui Carthaginenſium:ut pacẽ a Po.Ro.peterent:nec tenuit obſtrepẽte Barchina factione.Claudius Marcellus ꝓtor ad Nolam eruptione aduerſus Hãnibalem ex oppido facta ꝓſpere pugnauit.Caſilinum a pœnis obſeſſum ita fame uexatũ eſt:ut lora:& pelles ſcutis detractas: item mures eſſent:& nucibus per uulturnum amnem a Romanis miſſis:uixerunt.Senatus ex equeſtri ordine hominibus centum nonagĩnta ſeptẽ ſuppletus eſt.L.Poſthumius prætor a gallis cum exercitu cæſus eſt. Gn.&.P.Scipiones in Hiſpania Haſdrubalem uicerunt:& Hiſpaniam ſuam fecerunt.Reliquiæ cãnenſis exercitus in Siciliam relegatæ ſunt:ne recederent inde:niſi finito bello.Sempronius Grachus cõſul cãpanos cecidit.Claudius Marcellus prætor Hannibalis exercitum ad Nolam prælio fudit & uicit:primuſq; omniũ tot cladibus feſſis romanis meliorẽ ſpem belli dedit.Inter philippũ Macedonũ regẽ & Hãnibalem ſocietas iuncta eſt.Præterea in Hiſpania feliciter a Publio & Manlio prætoribus aduerſus pœnos res geſtas continet:a quibus Haſdrubal dux & Mago & Hanno capti.Exercitus Hannibalis ꝑ hyberna Capuæ ita luxuriatus eſt:ut corporum uiribus atq; animorum eneruaretur.

EX LIBRO. XXIIII.

h Ieronymus Syracuſanorum rex:cuius pater Hiero amicus Po.Ro.fuerat ad carthaginẽſes defecit:& propter crudelitatem ſuperbiamq; a ſuis interfectus eſt:Titus Sẽpronius Grachus ꝓconſul proſpere aduerſus pœnos & Hãnibalem ducem ad Beneuentum pugnauit ſeruorum maxĩe opa:quos liberos eſſe iuſſit.Claudius Marcellus conſul in Sicilia:quæ prope tota ad pœnos defecerat:Syracuſas obſedit.Philippo Macedonum regi bellũ indictũ eſt:q; ad Apolloniam Nocturno ꝑlio oppreſſus fugatuſq; in Macedoniam cum prope inermi exercitu profugit:ad id bellum gerendum Valerius prætor miſſus eſt.Celtiberi quoq; in amicitiam recepti ſunt:quorum auxiliis accitis tunc primum mercænarium militem Romana caſtra habuerunt.Res præterea in Hiſpania a.P.& Gn.Scipionibus aduerſus Carthaginenſes geſtas continet.Syphax rex Numidarum in amicitiam aſcitus contra Maſiniſſam regem Maſſiliorum pro Carthaginenſibus pugnans uictus:in Hiſpaniam ad Scipionem cum maxima manu tranſiit contra Gades:ubi anguſto freto Africa & Hiſpania dirimuntur.

EX LIBRO. XXV.

Vblius Cornelius Scipio postea Africanus ante legitimos annos ædilis factus est. Hãnibal ur/
p bẽ Tarentum præter arcẽ ꝑ tarentinos iuuenes:qui se noctu uenatũ ire simulauerant:cepit.Lu
di apollinares ex martiis carminibus:qbus cannensis clades p̃dicta fuerat:ĩstituti sunt.A.Qui/
tio Fuluio & a Publio Claudio cõsulibus aduersus Hannonẽ pœnor̃ ducẽ ꝓspere pugnatũ est. Titus
Sempronius Grachus ꝓconsul ab hospite suo Lucano ĩ insidias ductus a Magone ĩteremptus é. Cen/
tenius penula:qui centurio militauerat:cũ petisset a senatu:ut sibi exercitus daretur : pollicitusq̃ esset:
si hoc ĩpetrasset:de Hánibale uictoriã:octo milibus acceptis militũ dux factus cõflixit acie cum Háni/
bale:qui cũ exetcitu eũ cecidit.Capua obsessa est a Quinto Fuluio & a Publio Claudio cõsulibus.Gn.
Fuluius prætor male aduersus Hánibalem pugnauit:ĩ quo prælio hominum uiginti milia ceciderũt:
ipse cũ equitibus ducentis effugit.Claudius Marcellus Syracusas expugnauit anno tertio:& ingentem
se uir̃ gessit:in eo tumultu urbis captæ Archimedes intentus formis:quas in puluere descripserat:in/
terfẽctus est.P.& Gn.Scipiones ĩ Hispania tot tantarumq̃ rer̃ feliciter gestar̃ tristem exitum tulerũt
prope cũ totis exercitibus cæsi anno octauo quã ĩ Hispaniã iuerat. Amissaq̃ eius ꝓuinciæ possessio fo
ret:nisi.L.Martii eqtis Romãi uirtute & idustria cõtractis exercituũ:reliqis:eiusdẽ hortatu bina castra
hostiũ expugnata cẽnt:ad.xxvii.milia cæsa ex mille octigẽtis:p̃da igẽs capta:dux Martius appellatus é.

EX LIBRO. XXVI.

Annibal ad tertium ab urbe Roma lapidẽ super Anienem castra posuit:ipse uero cum duobus
h milibus equitum usq̃ ad portam Capenam:ut urbis situm exploraret:obequitauit:& cum ꝑ
triduum in acié utrinq̃ exercitus omnis descendisset:certamẽ tẽpestas diremit:nã cũ in castra
redissent:statim serenitas erat.Capua capta est a.Q.Fuluio & Ap.Claudio consulibus: principes cam/
pani ueneno sibi conscIuerunt mortem.Cum senatus campanorum deligatus esset ad palos : ut securi
feriretur:litteras a senatu missas.Q.Fuluius consul:quibus iubebatur parcere:antequam legeret:in si/
nu posuit:& lege agi iussit:& supplicium peregit.Cum in comitiis apud populum quæreret:cui man
daretur Hispaniarum imperium:nullo id uolente suscipere.P.Scipio.P.filius:qui in Hispania cecide/
rat:professus est se iturum:& suffragio populi:consensuq̃ omnium missus nouam carthaginem uno
die expugnauit:cum ageret uigesimum quartum annum:uideretur̃q̃ diuina stirpe creatus:quoniam
& ipse:posteaquam togam acceperat:quottidie in capitolio erat:& in cubiculo matris eius anguis sæ/
penumero uisus est.Res præterea in Sicilia gestas continet:& amicitiam cum ætolis iunctam.Bellũq̃
gestum aduersum Acarnanes & Phylippum Macedonum regem.

X LIBRO. XXVII.

N.Fuluius proconsul cum exercitum ab Hannibale cæsus est.Meliore euentu a Claudio Mar
g cello consule aduersus eundem ad Numistronem pugnatum est:inde Hannibal noctu recessit
Marcellus insecutus é:& subĩde cedentẽ pressit:donec effugeret.Priore pugna Hánibal supior
fuit.Marcellus insequnti.Fabius Maximus pater cõsul tarẽtinos ꝑ deditionẽ accepit. Claudius Marcel/
lus.T.Quintius Crispinus cõsules speculandi cã egressi a castriis insidiis ab Hánibale circunuenti sunt.
Marcellus occisus fuit.Crispinus fugit.Lustrũ a cẽsoribus cõditum é:censa sunt ciuiũ capita centũ uigi
ti septẽ milia & centũ octo:ex quo numero apparuit q̃tũ hominũ tot prælior̃ aduersa fortuna Popu.
Ro.abstulisset.In Hispania ad Betuliã Scipio cũ Hasdrubale & Hamilchare cõflixit & uicit . Inter alia
captũ puer̃ regalẽ eximiæ formæ ad auunculũ Masinissam cũ donis misit.Hasdrubal:q cum exercitu
nouo trãscenderat alpes:ut se Hánibali cõiungeret:cũ milibus hominũ.lvi.cæsus est.M.Liuii consulis
ductu:non minore opera Claudii Neronis consulis:qui cum Hánibali oppositus esset:relictis castris:
ita ut inimicum falleret:electa manu profectus Hasdrubalem circunuenit.Res præterea a Publio Sci/
pione in Hispania & a.P.Sulpitio prætore aduersus Philippum:& Achæos gestas continet.

EX LIBRO. XXVIII.

Es in Hispania prospere gestæ a Syllano Scipionis legato:& a Lucio Scipione fratre aduersus
r pœnos.A.Sulpitio proconsule:& ab Attalio rege Asiæ aduersus Philippum regem Macedo/
num pro ætolis referuntur.Cum.M.Liuio & Claudio Neroni consulibus triumphus decre/
tus esset:Liuius:qui in prouincia sua rem gesserat:quadrigis inuectus est:Nero:qui in collegæ prouin/
ciam ut uictoriam eius adiuuaret:uenerat:equo est secutus:& in hoc habitu plus gloriæ reuerentiæq̃
habuit:nam & plus in bello quam collega fecerat.Ignis in æde Vestæ negligentia uirginis : quæ non
custodierat:extinctus est . Virgo cæsa est flagro.P.Scipio in Hispania cum pœnis bellauit.xiiii.Anno
eius belli:anno quinto posteaquam ierat:excluisq̃ in totum possessione eius hostibus Hispaniam re
cepit:& Tarracone in Africam ad Syphacem regem Numidarum duobus nauigiis trãsuectus fœdus
iunxit.Hasdrubal Gisgonis : ibi cum eo in eodem lecto cœnauit.Munus gladiatorium in honorẽ pa/
tris patruique Carthagini nouæ dedit:non ex gladiatoribus sed ex iis:qui aut in honorem ducis : aut
ex prouocatione in certamen descendebant:in quo reguli fratres de regno ferro contenderunt.Cum
Gytthia urbs ab Romanis oppugnaretur : oppidani liberos:& coniuges rogo extructo occiderunt
se insuper præcipitauerunt . Ipse Scipio dum graui morbo implicitus esset.seditionem in parte exer/
citus motam confirmatus discussit:rebellantesq̃ Hispaniæ populos coegit in deditionem uenire . Et
amicitia facta est cum Masinissa rege numidarum:qui illi quidem auxilium: si in Africam traiecisset:
pollicebatur.Cum gaditanis quoque post discessum inde Magonis:cui ex Carthagine scriptum erat:
ut in Italiã traiiceret:Romam reuersus:consulq̃ creatus Africam prouinciam petenti: contradicente.

Q.Fabio Maximo:Sicilia data est:permissumq; ut in Africam traiiceret:si ex repu.esse censeret. Mago Hamilcaris filius a minore Baleari insula:ubi hyemarat:in Italiam traiecit.

EX LIBRO. XXIX.

e X Sicilia Gaius Lelius in africam a Scipione missus ingentem prædam reportauit:& mandata Masinissæ Scipioni exposuit conquerentis:quod non exercitum in africam traiecisset.Bellum in Hispania finitū uictore Romano:quod indibilis excitauerat:ipse in acie occisus.Mandonius expoſcentibus romanis a suis deditus Magoni:qui in Galliā & liguriā ierat ex Africa:& militū ampla manus missa & pecuniæ:qbus auxilia conduceret:præceptumq;:ut se Hannibali iungeret.Scipio a Syracusis in Brutios traiecit:& Locros:pulso punico præsidio:fugatoq; Hannibale recepit. Pax cum Philippo facta est.Idæa mater deportata est Romam a Pessimunte oppido Phrigiæ carmine in libris sybillinis inuento:pelli Italia alienigenam hostem posse: si mater Idæa deportata Romam esset. Tradita autem est romanis per Attalum regem Asiæ.Lapis erat:quam matrem deum incolæ dicebāt excipit.P.Scipio Nasica.Gn.filius eius:qui in Hispania perierat:uir optimus a senatu iudicatus adolescens nondum quæstorius:quoniam ita responsum habebatur:ut numen id ab optimo uiro recipere tur:consecraretur q;.Locrenses legatos Romam miserunt:qui de impudentia Publii Pleminii legati quererentur:quod pecuniam Proserpinæ abstulerat:& liberos eorum:& coniuges stuprauerat.Plemi nius in cathænis Romam perductus in carcere mortuus est.Cum falsus rumor de.P.Scipione procōsule:qui in Sicilia erat:in urbem perlatus esset:tāquam luxuriaretur:missis ob hoc legatis a senatu:qui explorarent:an ea uera essent:purgatus infamia Scipio in Africam traiecit senatus permissu.Syphax accepta filia in matrimonium Hasdrubalis Gisgonis amicitiæ:quam cum Scipione ipse iunxerat:renunciauit.Masinissa rex Massiliorum:dum pro Carthagine in Hispania militat:amisso patre Galla de regno exciderat:quo per bellum sæpe repetitio:aliquod præliis a Syphace rege Numidarum uictus:ī totum priuatus est:& cum ducentis equitibus exul Scipioni se iunxit:& cum eo primo statim bello Hānonem Hamilcaris filium cum ampla manu interemit.Scipio aduentu Hasdrubalis & Syphacis: qui prope cum centum milibus armatorum uenerant:ab obsidione Vticæ depulsus hyberna communiuit.Sempronius consul in agro crotonienſi prospere aduersus Hannibalem pugnauit. Inter censores Marcum Liuium & Claudium Neronem notabilis discordia fuit:nā & Claudius Liuio collegæ equū ademit:quod a Popu.Roma.damnatus:actusq; in exilium fuerat:& Liuius Claudio quod falsum in se testimonium dixisset:& quod minime bona fide secum in gratiam rediisset:Idem omnes tribus extra unam ærarias reliquit:& quod innocentem se damnassent:& postea consulem censoremque fecissent Lustrum a censoribus conditum est:censa sunt ciuium capita.ccxiiii.milia.

EX LIBRO. XXX.

i N Africa Scipio Carthaginenses & eundem Syphacem Humidarum regem Hasdrubalemq; pluribus præliis uicit adiuuante Masinissa:binaq; hostium castra expugnauit:ī quibus.xl.milia hominum ferro igniq; consumpta sunt.Syphacem per.G.Lælium cepit.Masinissa Sophonisbam uxorem Syphacis filiam Hasdrubalis captam statim adamauit:& nuptiis factis uxorem habuit:castigatusq; a Scipione uenenum ei transmisit:quo quidem hausto illa decessit:effectumq; é multis Scipionis uictoriis:ut Carthaginenses in desperationem acti in auxilium publicæ salutis Hannibalem ex Italia reuocarent:isq; anno decimo sexto Italia discedens in Africam traiecit:tentauitq; per colloquium pacem cum Scipione componere:& cum de conditionibus pacis non cōueniisset acie uictus est.Pax Carthaginensibus data est petentibus.Hannibal Gisgonem pacem dissuadētem manu sua detraxit:excusata deinde temeritate facti ipse pacem suasit.Reuersus in urbem Scipio amplissimum nobilissimumq; egit triumphum:quem.Q.Terentius Culeo senator pileatus secutus est.Scipio Africanus incertum militari prius fauore an populari aura ita cognomīatus sit:primus certe hic imperator uictæ a se nomine gentis nobilitatus est.Mago bello:quo in agro insubrium cum Romanis conflixerat:uulneratus:dum in Africam per legatos reuocatus reuerteretur:ex uulnere mortuus est.

EX LIBRO. XXXI.

b Elli aduersus Philippum Macedoniæ regem:quod intermissum erat:repetiti causæ feruntur hæ:tempore initiorum duo iuuenes acarnanes:qui non initiati erant. Athenas uenerunt:& in sacrarium Cereris cum aliis pluribus suis intrauerunt:ob hoc tanquam nefas summum cōmissent:ab atheniēsibus cæsi sunt:acarnanes mortibus suor& commoti ad uindicandū illos auxilium a Philippo petierunt: post pacem Carthaginensibus datam quingentesimo anno ab urbe condita paucis mensibus porta Iani clausa cœptum est autem anno quingentesimo quinto.Cum Athenienſium: qui obsidebantur a Philippo legati auxilium a senatu petissent:& senatus id censuisset ferendum: plebe:quod tot bellorum continuus labor grauis erat dissentiente:tenuit auctoritas patrum:ut sociæ ciuitati ferre quoq; opem populus iuberet.Bellum id.P.Sulpitio con.mandatum est:qui exercitu ī Macedoniam ducto equestribus præliis cum Philippo prospere pugnauit.Abydeni a Philippo obsessi ad exemplum saguntinorum suos:seque occiderunt.L.Furius prætor gallos insubres rebellantes:& Hamilcharem pœnum bellum in ea parte molientem acie uicit.Hamilchar eo in bello occisus est:& milia hominum.xxxvi.Præterea expeditiones Philippi regis & Sulpitii consulis: expugnationesq; urbiū ab utroque factas continet. Sulpitius consul adiuuantibus rege Attalo & Rhodiis bellum gerebat. Triumphauit de Gallis.L.Furius prætor.

EX LIBRO. XXXII.

Omplura prodigia ex diuersis regionibus nunciata referuntur:inter quæ in Macedonia ī pup
c pi longæ nauis lauream esse natā.T.Quitius Flaminius consul aduersus Philippū feliciter pu/
gnauit ī faucibus Epiri:fugatūq; coegit in regnū reuerti.Ipse Thessaliā:quæ ē uicina Macedo/
niæ sociis:ætolis:& Acarnanibus:uexauit.L.Quintius Flaminius cōsulis frater nauali p̄lio Attalo re/
ge:& Rhodiis adiuuātibus:Euboeā & maritimā orā cepit.Achæi ī amicitiā recepti sunt: Prætorꝫ nu/
merus ampliatus ē:ut seni crearent.Cōiuratio seruorꝫ facta de soluēdis carthaginēsibus obsidibus op
pressa ē:duo milia necati sunt.Cornelius cōsul gallos īsubres p̄lio fudit.Cum lacedæmoniis & tyrāno
eorum Nabide amicitia iuncta est.Præterea expugnatiōes urbium in Macedonia referuntur.

EX LIBRO. XXXIII.

Itus Quintius Flaminius proconsul cum Philippo ad Cynocephalas in Thessalia acie uicto de
t bellauit.L.Quintius Flaminius frater procōsulis acarnanes Leucade urbe:quæ caput est Acar
naniæ:expugnata in deditionē accepit:Pax petenti Philippo Græciæ libertas data est.Attalus a
Thebis ob subitam inualitudinē trāslatus decessit.G.Sempronius Tuditanus prætor a celtiberis cum
exercitu cæsus est.L.Furius & Claudius Marcellus consules boios & insubres gallos subegerunt. Mar
cellus triumphauit.Hannibal frustra in Africa bellum molitus:& ob hoc Romanis per epistolas ad/
uersæ factionis principum delatus:p̄p metū Romanorꝫ:q̄ legatos ad Carthaginēsium senatum de eo
miserant:profugus ad Antiochum regem Syriæ se contulit bellum contra Romanos parantem.

EX LIBRO. XXXIIII.

Ex Oppida:quam Gnæus Oppius tribunus plebis bello punico de stringendis cultibus ma/
1 tronarum tulerat:cum maxima contentione abrogata est:cum Portius Cato auctor fuisset:ne
ea lex aboleretur.Is in Hispaniam profectus:bello:quod Emporius orsus est: citeriorem His/
paniam pacauit.T.Quintius Flaminius bellum aduersus lacedæmonios:& tyrannum eorum Nabi/
dem prospere gestum:data iis pace:qualem ipse uoluit:liberatisq; Argis:qui sub dicione tyranni erant
finiuit.Res præterea in Hispania atq; aduersus Boios:& Insubres gallos feliciter gestæ referuntur.Se/
natus tunc primum secretus a populo ludos spectauit:ut id fieret.Sex.Elius Pætus &.L.Cornelius Ce
thegus censores interuenerunt cum indignatione plebis.Coloniæ pleræq; deductæ sunt. Marcus Por
tius Cato de Hispania triumphauit.Titus Quintius Flaminius:qui Philippum Macedonum regem:
& Nabidem Lacedæmoniorum tyrranum uicerat.Græciamq; omnem liberauerat:ob hanc rerum
factarum multitudinem triduo triumphauit.Legati Carthaginensium nunciauerunt Hannibalem:
qui ad Antiochum confugerat:bellum cum eo moliri.Temptauerat autem per Aristonem tyrium si
ne litteris Carthaginem missum ad rebellandum pœnos concitare.P.Scipio Africanus legatus missus
ad Antiochum Ephesi cum Hannibale:qui se Antiocho iunxerat:collocutus est:ut si fieri posset: me/
tum uitæ quem ex Po.Ro.conceperat:eximeret.Inter alia cum quæreretur ab Hannibale:quem fuis/
se maximum imperatorem Hannibal crederet:respondit Alexādrum macedonum regem:quod par/
ua manu innumerabiles exercitus fudisset:quodq; ultimas oras:quas uisere supra fidem humanā es/
set:peragrasset.Quærenti:deinde quem secundum poneret:inquit. Pyrrhum: eo quod castrametari
docuisset:adhæc neminem elegantius loca cepisse:præsidia disposuisse.Exequenti quem tertium dice
ret:semet dixit:ridens Scipio quidnam tu diceres:si me:inquit:uicisses? tunc uero inqt:me & ante Ale
xandrum:& ante Pyrrhum:& ante alios posuissem.

EX LIBRO. XXXV.

Nter ea prodigia:quæ plurima fuisse traduntur:bouem.Gn.Domitio consule locutum Ro/
i ma caue tibi:refertur.Nabis Lacedæmoniorum tyrannus incitatus ab ætolis:qui & Philippū
& Antiochum ad inferendum bellum Popu.Roma.sollicitabant:a Po.Roma.desciuit:& bel/
lo aduersus Philopœmenem Achæorum prætorem gesto ab ætolis interfectus est.Aetoli quoque ab
amicitia Popu.Roma.defecerunt:cum quibus societate iuncta Antiochus Syriæ rex:cum bellum græ
ciæ intulisset:complures urbes occupauit:inter quas Chalcidem & tota Euboeam.Res præterea in li/
guribus gestas:& apparatum belli ab Antiocho continet.

EX LIBRO. XXXVI.

Arcus Attilius Glabrio con.Antiochum apud Thermopylas.Philippo rege adiuuāte:uictum
m Græcia expulit:idemq; ætolos subegit.P.Cornelius Scipio Nasica con.ædem matris deū quā
ipse in palatium intulerat:uir optimus a senatu iudicatus dedicauit:idemq; Boios:& gallos ui
ctos in deditionem accepit:& de iis triumphauit.Præterea naualia certamina prospera aduersus præ/
fectos Antiochi regis referuntur.

EX LIBRO. XXXVII.

Ornelius Scipio con.legato.P.Scipione Africano:qui se fratris legatum futurum dixerat: si ei
c Græcia:& Asia prouincia decerneretur:cum Gaio Lælio:qui multum in senatu poterat:ea ꝓ
uincia dari uideretur:profectus ad bellum aduersus Antiochū gerendū:in Asiā primus oium
Romanorꝫ ducū traiecit. Aemilius Regillus aduersus regiam classem Antiochi feliciter pugnauit ad
Myonesum Rhodiis adiuuantibus.Filius Africani ab antiocho captus patri remissus ē. Victo deinde
Antiocho a Lucio Cornelio Scipione adiuuante Eumene rege Attali pergameni filio pax data:ea con
dicione:ut omnibus prouinciis citra taurum montem cederet.Lucius Cornelius Scipio:qui cum An/

tiocho bellauerat:cognomine fratri coæq̃tus Aſiaticus appellatus ẽ.Colonia deducta eſt Bononia.Eumeni:quo iuuãte Antiochus uictus erat:regnum ampliatum.Rhodiis quoq;:q & ipſi iuuerãt: quædã ciuitates conceſſæ.Aemilius Regillus:qui præfectos Antiochi nauali certamine uicerat:naualem triũphum duxit.M.Attilius Glabrio de Antiocho quam Græcia expulerat:& de ætolis triumphauit.

EX LIBRO. XXXVIII.

Fuluius con.in Epiro Ambracienſes obſeſſos per deditionem accepit: Caphaleniam ſubegit.

m. Aetolis perdomitis pacem dedit.Gn.Manlius con.collega eius Gallogræcos:Aetolos: Regios:Totoſagios:& Trocinos:qui Brenno duce in Aſiam trãſierant:cum ſoli citra taurũ montem minime parerent:uicit.Eorum origo & cum ea loca:quæ tenent:occupaueruntq;:refertur.Exemplum quoque uirtutis & pudiciciæ ĩ fœmina traditur:quæ cum regis gallogræcorum uxor fuerat capta:centurionem:qui ei uim intulerat:occidit.Luſtrum a cenſoribus conditum eſt:cenſa ſunt ciuium capita.cclviiii.m.&.cccxxx.Cum Ariarathe rege Cappadociæ amicitia iuncta eſt.Gn.Manlius contradicentibus decem legatis:ex quorum conſilio fœdus cum Antiocho conſcripſerat:de gallogræcis acta per ſe cauſa in ſenatu triumphauit.Scipio Africanus die ei dicta:ut quidam aiunt:a Petilio Acteio trib. ple.ut quidam a Næuio quod præda cum Antiocho capta ærarium fraudaſſet:poſteaquam is dies uenit euocatus in roſtra:hac die:inquit:quirites Carthaginem uici:& proſequente populo capitoliũ aſcẽdit:inde na amplius tribuniciis iniuriis uexaretur:in uoluntarium exilium Linternum conceſſit:incertum ibi an Romæ defunctus:nam eius monumentum utrobiq; fuit.L.Scipio Aſiaticus frater Africani eodem peculatus crimine accuſatus damnatuſq;:cum in uincula & carcerem duceretur.T.Sempronius Gracchus tribunus plebis:qui antea Scipionis inimicus erat:interceſſit:& ob id beneficium Africani filiam duxit.Cum populus quæſtores in bona eius publice poſſidenda miſiſſet: non modo in iis ullum ueſtigium pecuniæ regiæ apparuit:ſed nequaquam tantum in ærarium redactum:quãtæ ſummæ erat damnatus.Collatam a cognatis & amicis innumerabilem pecuniam accipere noluit:quæ neceſſitati ei erat ad cultum retenta

EX LIBRO. XXXVIIII.

Emilius conſul liguribus ſubactis uiam a Placentia uſque Ariminum perductã flaminiæ iun-

a xit.Initia luxuriæ introducta ab exercitu aſiatico referuntur.Ligures: quicunq; citra Appenînum erant:ſubacti ſunt.Bacchanalia ſacrum græcum & quidẽ Nocturnum ſcelerum omniũ maximum fæminariũ:cum ad ingẽtis turbæ coniurationem peruenîſſent:a cõſule îueſtigatũ & multorum pœna ſublatũ ẽ a cenſoribus.M.Valerio Flacco &.M.Portio Catõe & belli & pacis artibus maximo motus eſt ſenatu.L.Quintius Flaminius.T.Quintii frater eo quod cum Galliam prouinciã cõſul obtinuerat:rogatus a Penio Philippo:quem amabat:ſcorto nobili:gallum quendam ſua manu occiderat:ſiue ut quidam tradiderunt:unum damnatorum ſecuri percuſſerat:rogatus a meretrice Placẽtina:cuius amore deperîbat:extat in eum.M.Catonis oratio.Scipio Linterni deceſſit.Et tanquam iungente fortuna circa id tempus duo funera maximorum uirorum:Hannibal a Pruſia Bithyniæ rege: ad quem uicto Antiocho confugerat:cum dederetur romanis:qui ad expoſcendum illum.T. Quitiũ Flaminium miſerant:ueneno ſibi mortem conſciuit.Philopœmenes quoq; dux achæorum uir maximus eſt a meſſeniis interemptus ueneno:cum ab iis bello captus eſſet.Coloniæ Polentia:& Piſaurum & Mutina:& Parma deductæ ſunt.Præterea res aduerſum celtiberos proſpere geſtas & initia cauſaq; belli Macedonici continet:cuius origo inde uenit:quod Philippus ægre ferebat regnum ſuum minui a romanis:eo quod cogeretur a thracibus aliiſq; locis præſidia deducere.

EX LIBRO. XL

Vm Philippus liberos eorum:quos in uinculis nobiliſſimoꝝ quidẽ hoîum habebat: cõquiri:

c ad mortẽ iuſſiſſet.Theoxena ꝑ liberis ſuis & ſororis uerita admodũ pueris regis libidinẽ:ꝑlatis ĩ mediũ gladiis & poculo:ĩ quo erat uenenũ:ſuaſit iis:ut îminens ludibriũ morte effugerẽt & cum ꝑſuaſiſſet:ipſa etiã ſe interemit. Certamina îter Philippi Macedoniæ regis liberos Perſeum & Demetriũ referũtur:& ut fraude fratris ſui Demetrius confictis criminibus:inter quæ accuſationem parricidii:& affectionẽ regni primũ ferro petitus:ad ultimũ quoniã Po.Ro.amicus erat:ueneno necatus ẽ:regnũq; Macedoniæ mortuo Philippo ad Perſeũ deuenit.Itẽ res ĩ Liguribus & Hiſpania contra celtiberos a ꝙpluribus feliciter geſtas cõtinet.Colonia Aquileia deducta ẽ.Libri Numæ Põpilii ĩ agro. L.Petilii Scribæ ſub ianiculo a cultoribus agri in arca lapidea clauſi:& græci & latini îuẽti ſunt:ĩ ꝙbus plura:quæ diſſoluẽdaꝝ religionũ erãt prætor:ad quẽ delati erãt:cũ legiſſet:iurauit ſenatui cõtra rempublicam eſſe ut legerentur ſeruarenturq;:& ex ſenatuſcõſulto in comitio exuſti ſunt.Philippus ægritudine animi confectus:quod Demetrium filium falſis alterius filii in eũdem delationibus impulſus ueneno ſuſtuliſſet:& de pœna Perſei cogitauit:uoluitq; Antiogonum potius amicum ſuum ſucceſſorem regni ſui relinquere:ſed in hac cogitatione morte raptus eſt regnum Perſeus accepit.

EX LIBRO. XLI.

Gnis in æde Veſtæ extinctus ẽ.T.Sempronius Grachus ꝓcon.celtiberos uictos in deditionẽ

i accepit:monumentumq; operum ſuorum Grachorum oppidum in Hiſpania conſtituit.Et a poſthumlo Albino ꝓconſule Vaccei ac Luſitani ſubacti ſunt:de utriſq; triũphauit. Antiochus Antiochi filius obſes Romanis a patre datus:mortuo fratre Seleuco: qui patri defuncto ſucceſſerat ĩ regnum Syriæ ab urbe dimiſſus.Luſtrum a cenſoribus conditum ẽ:cenſa ſunt ciuium capita.cclxiii.

milia.cclxxxxiiii.Q.Volumnius Saxa tri.ple.legem tulit:ne quis hæredem mulierem instituere: sua/ sit legem.M.Cato:extat oratio eius.Præterea res contra ligures:histros:sardos:& celtiberos a complu ribus ducibus gestas continet.Et inicia belli macedonici: quod Perseus Philippi filius moliebatur:mi serat ad Carthaginenses legationem:& ab iis nocte audita erat:sed & alias Græciæ ciuitates sollicita/ bat:qui præter religionem quod quam multa tẽpla magnifica multis locis erexit Athenis:Iouis olym pii & Antiochiæ uilissimum regem egit.

EX LIBRO. XLII.

f Vluius Flaccus censor templum Iunonis Laciniæ tegulis marmoreis spoliauit:ut ædẽ: quam dedicauerat:tegeret tegulæ ex.S.C.reportatæ.Eumenes Asiæ rex in senatu de Perseo Mace/ doniæ rege quæstus est:cuius iniuriæ in Populum Romanum referuntur:ob quas bello ei in dicto.P.Licinius Crassus consul:cui Macedonia decreta erat:in Macedoniam transiit:leuibusq; expe/ ditionibus equestribus præliis in Thessalia cũ Perseo felici euẽtu pugnauit.Inter Masinissam & Car/ thaginenses de agro fuit dies ad disceptandũ a senatu datus.Legati missi ad ciuitates socias & reges ro gandos ut in fide permanerẽt dubitantibus rhodiis.Lustrum a censoribus conditum est: censa sunt ciuium capita.cclyii.milia.cc.xxxi.Res præterea aduersus corsos & ligures prospere gestas continet.

EX LIBRO. XLIII.

p Rætores nonnulli:eo quod auare & crudeliter ꝓuincias administrassent:damnati sunt.P.Li/ cinius Crassus pro consul quamplures in Græcia urbes expugnauit & crudeliter diripuit: ob id captiui:qui ab eo uænierant:ex.S.C.postea restituti sunt.A.præfectis classium Romanorũ multa impotenter in socios facta:Res præterea a Perseo rege in Thracia prospere gestas continet:& ui ctis dardanis & Illyrico:cuius rex erat Gentius:Motus qui in Hispania ab Olonico factus erat:ipso in/ terempto consedit.M.Aemilius Lepidus a censoribus princeps in senatu lectus.

EX LIBRO. XLIIII.

c Aius Martius Philippus per saltus penetrauit in Macedoniam:complureſq; urbes occupauit. Rhodii misere legatos Romam minantes ut Perseo essent auxilio nisi populus Romanus cũ eo pacematque amicitiam coniungeret:indigne id latum.Cum id bellum.L.Aemilio Paulo sequentis anni consuli iterum mandatum esset.Paulus in concione precatus est: ut quicquid diri.Po. Roma.immineret supra domum suam conuerteretur:& in Macedoniam profectus Perseũ uicit:uni uersamq; Macedoniam in potestatem redegit:antequam confligeret dixit:exercitui ne miraretur:qd' luna nocte proxima defectura esset.Gentius quoq; rex illyricorum:cum rebellasset:a Licinio prætore uictus uenit in deditionem:& cum uxore & liberis & propinquis Romam missus.Ab Alexandria le/ gati a Cleopatra & Ptolomæo regibus uenerunt querentes de Antiocho rege Syriæ: quod is bellum inferret.Perseus sollicitatis in auxilium Eumene rege Pergami & Gentio rege illyricorum:quia iis pe cuniam quam promiserat:minime dabat:ab iis relictus est:

EX LIBRO. XLV.

p Erseus ab Aemilio Paulo in Samothracia captus est.Cum Antiochus Syriæ rex Ptolemæum & Cleopatram Aegypti reges obsideret:& missis ad eum a senatu legatis:qui iuberent ab obsi dione socii regis absisteret:æditisq; mandatis consideraturum se ille:quid faciundum esset:re/ spondisset:unus legatoꝝ Popilius uirga regẽ circũscripsit:iussitq;:ante quã circulo excederet:respon/ sum daret:qua asperitate effecit:ut Antiochus bellum omitteret.Legationes gratulantium populoꝝ ac regum in senatum admissæ.Rhodiorum:quia eo bello contra populum Romanum fuerant:exclu sa:postero die:cum de eo quæreretur:ut iis bellum iudiceretur:causam in senatu patriæ suæ legati ege runt:nec tãquam hostes nec tãquam socii dimissi.Macedonia in prouinciæ formã redacta est. Aemi/ lius Paulus repugnantibus militibus eius propter minorem prædam & contradicente Seruio Sulpi/ tio Galba triumphauit:& Perseum cum tribus filiis ante currum duxit:cuius triumphi lætitia:ne so/ lida ei contingeret:duorum filiorum funeribus insignita est:quorum alterius mors patris triumphũ præcessit:alterius secuta est.Lustrum conditum est a cẽsoribus: censa sunt ciuiũ capita.cccxii.milia.d. ccv.Prusias Bithyniæ rex Romã:ut senatui gratias ageret ob uictoriã ex Macedonia partam uenit:& Nicomedem filium suũ senatui cõmendauit:rex plenus adulationis libertum se Po.Ro.eẽ dicebat.

EX LIBRO. XLVI.

e Vmenes rex Romam uenit:qui quia macedonico bello se medium egeret:ne aut inimicus iu dicatus uideretur:si excluſus esset.aut liberatus crimine:si admitteretur:in comitio lex lata ẽ: ne cuiquam regi Romam uenire liceret.Claudius Marcellus cõsul alpĩos gallos.G.Sulpicius Gallus ligures subegit.Legati Prusiæ regis conquesti sunt de Eumene:quod fines suos popularetur: dixeruntq; eum conspirasse cum Antiocho contra Populum Romanũ.Societas cum deprecantibus rhodiis iniuncta ẽ.Lustrũ a censoribus conditũ ẽ:censa eo sunt ciuium capita.cccxxvii.milia.xxii.Prin ceps senatus lectus.M.Aemilius Lepidus.Ptolemeus ægyptiorum rex a minore fratre e regno pulsus missis ad eum legatis in regnũ restitutus est.Ariarathe Cappadociæ rege mortuo:filius eius Ariara/ thes accepit regnũ:& amicitiã per legatos cum populo romano renouauit.Res præterea aduersus ligu res:corsos:& lusitanos:uario euẽtu gestas:& motus Syriæ mortuo Antiocho: q filiũ Antiochũ pue/ admodũ reliquerat:continet hunc Antiochum puerum cum Lysia tutore Demetrius Seleuci filius: qui Romã obses missus fuerat:clam:quia minime dimitebaꝭ a romanis:ĩteremit:& ipse ĩ regnũ rece/

ptus Lucio Aemilio Paulo:qui Perſeum uicerat:mortuo:cuius tanta abſtinentia fuit:ut cum ex Hiſpa nia & Macedõia maxias opes rettuliſſet:uix ex auctiõe bonorꝝ eius redactũ é:unde dos uxori eius red/ deret.Põtinæ paludes a Cornelio Cethego cõſule:cui ea puícia euenerat:ſiccatæ:agerq; ex iis factus.

EX LIBRO. XLVII.

N.Tremelio tri.pl.mulcta dicta eſt:quod cum.M.Aemilio Lepido pontifice maximo iniurio
g ſe contenderat:ſacrorum quoq; magiſtratuum ius potentius fuit.Lex de ambitu lata. Luſtrũ a cenſoribus conditum eſt:cenſa ſunt ciuium capita.cccxxxviii.milia.cccxiiii.princeps ſenatus lectus Aemilius Lepidus.Inter Ptolemæos fratres:qui diſſidebant:fœdus ictum:ut alter in Aegypto: alter Cyrenis regnaret.Ariarathes Cappadociæ rex conſilio Demetrii regis Syriæ:& uiribus pulſus re gno a ſenatu reſtitutus eſt.Miſſi a ſenatu legati:qui inter Maſiniſſam & Carthaginenſes de agro iudi/ carent.Gaius Martius conſul aduerſum dalmatas parum proſpere primum:poſtea feliciter pugnauit cum quibus bello confligendi cauſa fuit:quod illyricos Populi romani ſocios uaſtauerat:eandemque gentem Cornelius Naſica conſul domuit.Q.Opimius conſul tranſalpinos ligures:qui Maſſilienſium oppidum Antipolim & Niceam uaſtabant:ſubegit.Præterea in Hiſpania a compluribus parꝝ proſpe re res geſtas cõtinet.Cõſules anno qngẽteſimo nonageſimo octauo ab urbe cõdita magiſtratũ pactis comitiis inſequẽtiſq; anni con.creatis inire cœperunt:mutandi comitia cauſa fuit:quod Hiſpani rebel labant.Legati ad diſceptandum inter Maſiniſſam & Carthaginẽſes miſſi nũciauerũt uim naualis ma teriæ ſe Carthagine depræhẽdiſſe.Quidã ptores a prouinciis auariciæ nomine accuſati & dãnati ſunt.

EX LIBRO. XLVIII.

Vſtrum a cẽſoribus cõditũ é:cẽſa ſunt ciuiũ capita.cccxxiiii.milia.Semia belli tertii punici refe
1 runt:cũ i finibus Carthaginẽſiũ maxius numidarꝝ exercitus. Archo barzane duce: Syphacis nepote diceret ee.M.Portius Cato ſuaſit:ut carthaginẽſibus:q exercitũ ſpecie contra Maſiniſ/ ſam regẽ:ſed re uera cõtra Romanos accitũ i finibus haberẽt:bellũ idiceretur:cõtradicẽte.P.Cornelio Naſica:placuit legatos mitti Carthaginẽ q ſpecularent:qd ageret:caſtigato ſenatu carthaginẽſiũ:qđ cõ tra fœdus exercitũ & nauales materias haberẽt:pacẽ iter Maſiniſſam & eos facere uoluerũt: Maſiniſſa agro:de quo lis erat:cedẽte.Sed Giſgo Hamilcharis filius hõ ſeditioſus:q tũc i mgiratu erat:cũ ſenatus parituꝝ ſe iudicio legatorꝝ dixiſſet:ita bellũ aduerſus Romanos ſuadẽdo cõcitauit:ut legatis:quo mi/ nus uiolarent:fugã explicuerit:id nũciãtes ifeſtũ iã ſenatum Carthaginẽſibus ifeſtioré fecerũt:Marcus Portius Cato funus mortui filii in ptura tenuiſſimo:ut ualuit:nã paup erat:ſumptu fecit.Andriſcus:q ſe Perſei filiũ regis quõdã Macedoniæ ingẽti aſſeueratione mẽtiret: Romã miſſus. Marcus Aemilius Lepidus:q priceps ſenatus ſextis iã cẽſoribus erat lectus:ante quã expiraret:pcepit filiis lecto ſe ſtrato ſi ne liteis:ſine purpura efferrẽt:i reliquũ funus:ne plus quã æris denos cõſumerent:imaginũ ſpecie non ſumptibus nobilitari maximorꝝ uirorꝝ funera ſolere.De ueneficiis quæſitũ:Publia & Licinia nobiles fœminæ:quæ uiros ſuos necaſſe iſimulabant:cognita cã cũ ptori pdes uadeſq; dediſſent:cognatorum decreto necatæ ſunt.Guluſſã Maſiniſſæ filius denũciauit Carthagine delectus agi:claſſem comparari & haud dubium bellum ſtrui:cum Cato ſuaderet:ut iis bellum indiceretur.P.Cornelio Naſica dicen te nihil temere faciẽdum:placuit decem mitti legatos exploratũ.L.Licinius Lucullus.A.Poſthumius Albinus conſules cum delectum ſeuere agerent:nec quẽquam gratia dimitterent:a tri.plebis : qui pro amicis ſuis uacationem impetrare non potuerunt:in carcerem coniecti ſunt.Hiſpaniẽſe bellum cum parũ pſpere aliquotiẽs geſtũ ita cõfudiſſet ciuitatẽ Romanã:ut ne ii qdẽ iuenirẽtur:q aut tribunatũ ex ciperẽt:aut legati ire uellent.P.Cornelius Aemilianus pceſſit: & exceptuꝝ militiæ genus quodcunq; imperatũ eſſet: pfeſſus é:quo exemplo ad militandi ſtudium oẽs incitauit.L.Lucullus cõſul:cui Clau/ dius Marcellus ſucceſſerat:pacaſſe omnes Celtiberiæ populos:cũ uideretur: uacceos: cãtabros: & alias regiones:& iteꝝ alias i cognitas nationes in Hiſpania ſubegit:ibiPublius Cornelius Africanus Scipio Aemilianus.L.Pauli filius Africani nepos:& adoptiuus prouocatorem barbaꝝ tribunusmilitum oc/ cidit:& in expugnatione captæ urbis maius multo etiam periculum adiit:nã muꝝ primus oium tran ſcendit.Seruius Sulpicius Galba ptor male aduerſus luſitanos pugnauit.Cũ legati ex africa cũ Cartha ginenſium oratoribus & Guluſſa Maſiniſſæ filio rediſſent:dicerentq; & exercitũ & claſſem Carthagi ne dephendiſſe:prorogari ſentẽtiam placuit:Catone & aliis principibus ſenatus ſuadentibus:ut i Afri cam confeſtim trãſportaretur exercitus:quia uero Cornelius Naſica dicebat nõdũ ſibi iuſtam cãm bel li uideri:placuit:ut bello abſtineret:ſi Carthaginẽſes claſſem exuſiſſent:& exercitũ dimiſiſſent:ſi mius proximi cõſules de bello punico referrent.Cũ locatũ a cẽſoribus theatrũ extueret.P.Cornelio Naſica auctore tanq̃ inutile & nociturum publicis moribus ex Se.C.deſtructum eſt:populuſq; aliquam diu ſtans ludos ſpectauit.Carthaginenſes tum aduerſum fœdus bellum Maſiniſſæ intulerunt:uicti ab eo nonageſimum ſecundum annum habente:& ſine pulpamine mandere & guſtare cybum tãtum mo/ do ſolito:inſuper Romanum bellum meruerunt.

EX LIBRO. XLVIIII.

Ertii punici belli initium altero & ſexcenteſimo anno ab urbe condita intra quintum annum
t quã erat cœptũ conſumatũ omnino eſt.Inter.M.Portiũ Catonẽ & Scipionem Naſicã: quoꝝ alterũ ſapientiſſimũ uirum in ciuitate habebant:alter uir optimus a ſenatu iudicatus erat:di/ uerſis certatum eſt ſententiis:Catone ſuadente bellũ:& ut omnino deleretur Carthago:Naſica diſſua dente:placuit nihilominus quod cõtra fœdus naues haberẽt:& extra fines exercitũ duxiſſent: quodq;

ſocio populi.ro.& amico Maſiniſſe arma intuliſſent:& quod filium eius Guluſſam:qui cum legatis ro manis erat:in oppidum minime recepiſſent:bellum iis indici.Priuſquam ullæ copiæ in naues impo/ nerẽtur: uticenſes legati Romã uenerunt:ſe ſuaq; oĩa dedentes:ea legatio ueluti maximũ belli omen grata patribus:acerba carthaginenſibus fuit:Diti patri ludi ad tarentum ex Præcepto libroꝝ ſybillino rum facti:qui anno primo primi punici belli quingenteſimo:& altero anno ab urbe condita facti erãt Legati triginta Romam uenerunt:per quos carthaginenſes ſe dedebant.Catonis ſententia peruicit:ut decreto perſtaret:& ut conſules quãprimum proficiſcerẽtur ad bellum:qui ubi in Africam tranſierũt acceptis:quos imperauerant:trecentis obſidibus:& armis:oĩbuſq; inſtrumentis belli:ſiqua Carthagi/ ne erant.Tunc cum ex auctoritate patrum iuberent:ut in alio loco procul a mari decẽ milia paſſuum nec minus remoto oppidum facerent:indignitate rei ad bellandum carthaginenſes cõpulerunt:obſi/ deri oppugnariq; cœpta eſt carthago a.L.Martio.M. Manlio conſulibus. In qua oppugnatione cum neglectos ab una parte muros duo tribuni temere cum cohortibus irrupiſſent:& ab oppidanis graui ter cæderentur:a Scipione Africano expliciti ſunt:per quẽ & caſtellũ romanoꝝ:quod nocte expugna/ bant:paucis equitibus iuuantibus liberatum eſt caſtriſq; quæ carthaginenſes oĩbus copiis pariter ab urbe egreſſi oppugnabant: liberatoris præcipuam gloriã tulit.Præterea cum ab irrita oppugnatione Carthaginis conſul(alter.n.Romam ad comitia ierat) exercitum ducere aduerſus Haſdrubalem uel/ let:qui cum altera manu iniquum ſaltum inſiderat:ſuaſit primo conſuli ne tam iniquo loco conflige/ ret:uictus deinde cõplurium:qui & prudentiæ eius:& uirtuti inuidebant:ſententiis:& ipſe ſaltum in/ greſſus eſt:cumq;:ſicut prædixerat:fuſus fugatuſq; eſſet romanus exercitus:& duæ cohortes ab hoſte obſiderẽtur:cum exiguis equitum turmis in ſaltum reuerſus liberauit eas:& incolumes reduxit:quã uirtutẽ eius & Cato uir promptioris multo ad uituperãdum linguæ:in ſenatu ſic proſecutus eſt ut di/ ceret reliquos:qui in Africa militarẽt:umbris militare.Scipionem uigore:& populus romanus eo fa/ uore illum cõplexus eſt:ut comitiis cõplurimæ eum tribus conſulẽ ſcriberent:cum hoc per ætatẽ mi/ nime liceret.Cum.L.Scribonius tribunus plebis rogationẽ promulgaſſet ut luſitani qui in fœdere po puli.ro.dediti a Sergio Galba in Galliam ueniſſent:in libertatẽ reſtituerentur.M.Cato acerrime ſuaſit extat oratio in annalibus eius incluſa.Qu.Fuluius Nobilior etiã ab eo in ſenatu laceratus reſpondit ꝑ Galba ipſe quoq; Galba:cum ſe dãnari uideret:complexus duos filios prætextatos:& filium Galli Sul picii cuius tutor erat:ita miſerabiliter pro ſe locutus eſt:ut rogatio antiquaretur:extant tres orationes eius duæ aduerſum Libonẽ tribunum plebis rogationeſq; eius habitæ de luſitanis:una cõtra.L. Cor nelium Cethegum:in qua luſitanos ꝓpter ſeſe caſtra habentes cæſos:fatetur:quod cõpertum habue/ rit equo atq; hoĩe ſuo ĩmolatus per ſpẽm pacis adoriri exercitum ſuũ in animo habuiſſe:Andriſcus q/ dam ultimæ ſortis homo Perſei regis ſe filium ferẽs: & mutato noĩe Philippus uocatus:cum ab urbe Roma:quo illũ Demetrius Syriæ rex ob hoc ipſum mendatiũ miſerat:clam profugiſſet:multis ad fal ſam eius famã uelut ad ueram euntibus:contracto exercitu:totam Macedoniã:aut uoluntate incolen/ tium:aut armis occupauit.Fabulam aũt huiuſmodi finxerat:ex pellice ſe Perſeo rege ortũ:traditũ edu candum Cyrtheſæ cuidam eſſe:ut in belli caſus quod ille cũ romanis ageret:aliquod uelut ſemen ſtir/ pis regiæ extaret.Perſeo demortuo Idramiti ſe educatum uſq; ad duodecimũ annũ ætatis: patrẽ eius eſſe credentẽ a quo educaretẽ:ignaroq; generis fuiſſe ſui:Affecto deinde eo:cum ꝓpe ad uitæ finẽ ultimũ eſſet detectam tandem ſibi originem ſuam:falſæq; matri libellum datum ſigno Perſei:regis ſignatum quem ſibi traderet:cum ad puberem ætatem ueniſſet:obteſtationeſq; ultimas:adiectas ut res in occul to ad id tẽpus ſeruaretur:pubeſcenti libellum tradidit:in quo relicti ſibi duo theſauri a patre dicerentẽ tum ſciẽtem mulierem ſubditicium ſe eſſe ueram ſtirpẽ ignoranti ædidiſſe genus atq; obteſtatam:ut prius:quam ad Eumenem manaret res.Perſeo inimicum excederet iis locis ne interficeretur:eo ſe ex/ teritum ſimul ſperantem aliquod auxilium a Demetrio:in Syriam ſe contuliſſe:atq; ibi primum quis ipſe omnino eſſet:palam expromere auſum.

EX LIBRO.L.

Heſſalia cum & illam inuadere armis:atq; occupare pſeudo Philippus uellet: per Romanorũ t legatos auxiliis achæorum defenſa eſt.Pruſias rex Bithyniæ omnium humilimorum fautor atque uitiorum:a Nicomede filio adiuuante Attalo rege Pergami:occiſus eſt habebat alium fi lium:qui pro ſuperiore ordine dentium enatum habuiſſe unum os continens dicitur.Cum legatos ad pacem inter Nicomedem & Pruſiam faciendam romani miſiſſent:& unus ex iis multis cicatricibus ſparſum caput haberet alter pedibus æger eſſet:tertius ingenio ſecors haberetur:dixit Cato eam lega/ tionem nec caput:nec pedes nec cor habere.In Siria:quæ eo tempore ex ſtirpe generis Perſei regis ma/ cedonum in tertia ſecordiaq; ſimilem Pruſiæ regem habebat:iacente eo in ganeo & luſtris.Hãmoni/ us regnabat:per quem & amici oẽs regis & Laodice regĩa & Antigonus Demetrii filius occiſi Maſi/ niſſa Numidiæ rex maior nonaginta annis uir inſignis deceſſit iter cætera opera iuuenilia:quæ ad ul/ timum ædidit:adeo etiam uerſus in ſenectam uiguit:ut poſt ſextum & octogeſimum annum genue/ rit unum filium:inter tres liberos maximus natu Mycipſa.Guluſa:& Maſtanabal: qui etiam græcis litteris erat eruditis.P.Scipio Aemilianus cum cõe eis pater regnum reliquiſſet:& diuidere eos arbi/ trio Scipionis iuſſiſſet:adminiſtrationem regni diuiſit: item Phaniæ Hamilconis præfecto equitum carthaginenſium uiro forti:& cuius opera præcipua pœni utebantur:ſuaſit ut cum equitatu ſuo ad ro

manos transiret. Trium legatorum qui ad Masiniſſam miſſi fuerant. Claudius Marcellus: coorta tempeſtate fluctibus obrutus eſt. Carthaginenſes Haſdrubalem Maſiniſſæ nepotem: quem prætorem habebant proditionis ſuſpectum: in curia interemerũt: quæ ſulpitio inde emanauit quod propiquus eẽt Guluſſæ auxilia romanorum iuuantis. P. Scipio Aemilianus cum edilitatem peteret: conſul a populo dictus: quoniam per annos conſulem fieri minime licebat: cum maximo certamine ſuffragantis legis & repugnantibus aliquãtulum patribus: legibus ſolutus: & conſul creatus eſt. M. Aemilius nõnullas urbes circumpoſitas Carthagini expugnauit. Pſeudo Philippus in Macedonia cæſo cum exercitu. M. Iuuentio prætore a. Q. Cecilio uictus captuſq; eſt relicta Macedonia.

EX LIBRO. LI.

c Arthago uiginti tria milia quidem paſſuum in circuitu labore maximo obſeſſa & per partes capta eſt: primum a Mantino legato: deinde a Scipione conſule: cui extra ſortem prouicia africa data eſt. Carthaginẽſes portu nouo: quia uetus a Scipione erat obſtructus: facta & contracta exiguo tempore ampla claſſe nauali prælio infeliciter pugnauerunt. Haſdrudalis quoq; eorum ducis caſtra ad Neſentum oppidum loco difficillimo ſita cum exercitu deleta ſunt a Scipione: qui tãdem urbem expugnauit ſeptingenteſimo anno: quã erat condita. Spoliorum maior pars ſiculis: quibus ablata erant: reddita. Vltimo urbis excidio: cũ ſe Haſdrubal Scipiõi dedidiſſet: uxor eius quæ paucis antè diebus de marito minime impetrare potuerat: ut ad uictorem trãſfugeret: ſe flagrantis in medium urbis incendium duobus cum liberis ex arce præcipitauit. Scipio exemplo patris eius Aemiliani Pauli: q Macedoniam uicerat ludos fecit: tranſſugas atq; fugitiuos beſtiis obiecit. Belli achaici ſemina referuntur hæc: quod legati. Ro. ab achaicis pulſati ſunt: Corinthum miſſi erant: ut eas ciuitates: quæ ſub dictione Philippi fuerant: ab achaico concilio ſecernerent.

EX LIBRO. LII.

c Vm Achæis: qui in auxilium boetios & chalcidenſes habebant. Quintus Cecilius Metellus ad Termopylas bello conflixit quibus uictis: dux eorum Critolaus ueneno ſibi mortem cõſciuit In cuius locũ Dracus achaici motus primus auctor ab achæis: dux creatus: ad Iſthmon a Lucio Manlio conſule uictus eſt: qui omni Achaia in deditionem accepta: Corinthum ex ſenatuſcõſulto diruit: quia ibi legati Romanorum uiolati erant. Thebæ quoq; & Chalcis: quæ auxilio fuerant: diruꝛtæ. Ipſe. L. Mumius ſe abſtinentiſſimum uirum egit: nec quicquam ex iis opibus ornamentiſq; quæ prædiues Corinthus habuit: in domum eius peruenit. Quintus Cecilius Metellus de Andriſco triũphauit. Publius Cornelius africanus Scipio Aemilianus de Darthagĩe & Haſdrubale. Viriatus primũ in hiſpania ex paſtore uenator & ex uenatore latro: mox iuſti quoq; exercitus dux factus uniuerſam Luſitaniam occupauit. M. Vetilium prætorem: fuſo eius exercitu: cepit poſt quem. G. Blaucius prætor nihilo felicius rem geſſit: tantumq; terrorem is hoſtis intulit: ut aduerſus eum conſulari opus eẽt & duce: & exercitu. Præterea motus Syriæ: & bella inter reges geſta referuntur. Alexãder homo ignotus & incertæ ſtirpis occiſo: ſicut ante dictum eſt: Demetrio rege in Syria regnabat: hunc Demetrius Demetrii filius: qui a patre quondam ob incertos belli caſus ablegatus in Gnidon fuerat: contempta ſecordia inertiaq; eius: adiuuante Ptolemæo ægypti rege: cuius filiam Cleopatram acceperat in matrimonium: bello interemit. Ptolemæus in caput grauiter uulneratus: ĩtercurationem: dum oſſa medici terebrare contendunt: expirauit: atq; in locum eius frater minor Ptolomeus: qui Cyrenis regnabat: ſucceſſit. Demetrius ob crudelitatẽ quam per tormenta in ſuos exercebat: a Diodoto quodã uno ex ſubiectis: qui Alexandri filio bimulo admodum regnum aſſerebat: bello ſuperatus. Seleuciam fugit. Lucius Mumius de achæis triumphauit: ſigna ærea marmoreaq; & tabulas pictas in trjumpho tulit.

EX LIBRO. LIII.

a P. Claudius con. ſalaſſos gentẽ alpinã domuit: alter pſeudo Philippus i macedõia a. L. Tremelio q̃ſtor cũ exercitu cæſus é. Q. Cecilius Metellus ꝓcõſul celtiberos cecidit a. Q. Fabio ꝓcõſule ps maxia luſitãiæ: expugnatis multis urbibus recepta é. G. Iulius ſẽator græce res roma. ſcripſit.

EX LIBRO. LIIII.

q Vintus Pompeius conſul in Hiſpania termeſtinos ſubegit: cũ eiuſdẽ quidem: & numãtinis pacem ob infirmitatẽ fecit. Luſtrum a cẽſoribus conditum eſt: cenſa ſunt ciuiũ capita. ccccxxviii. millia. cccxlii. Cum macedonum legati conqueſtum ueniſſent de Iunio Syllano prætoræ: q; acceptis pecuniis prouinciam ſpoliaſſet: & ſenatus de querelis eorum uellet cognoſcere. T. Manlius Torquatus Syllani pater petiit: ĩpetrauitq;: ut ſibi huiuſmodi cognitio mandaret: & domi cã cognita filium condẽnauit: abdicauitq;: ac ne funeri quidẽ eius cum ſuſpendio uitam fuiſſet interfuit: ſedenſq; domi poteſtatẽ conſultãtibus ex inſtituto fecit. Q. Fabius procon. rebus in Hiſpania ꝓſpere geſtis: labem impoſuit: pace cum Viriato æquis conditionibus facta uiriatus a proditoribus conſilio ſeruilii Cepionis interemptus eſt: & ab exercitu eius multũ imploratus: ac nobiliſſime tumulatus: uir duxq; maximus per quartumdecimum annum: quibus romanis bellum geſſit frequentius ſuperior.

EX LIBRO. LV.

p Vblio Cornelio Naſica: cui cognomen Serapion fuit: ab irridẽte curiatio tri. pl. ĩpoſitum. &. D. Iunio Bruto con. delectum habentibus in conſpectu tyronum res ſaluberrimi exempli facta eſt. nam. G. Matienus accuſatus eſt apud tri. pl. quod exercitum in Hiſpania deſeruiſſet damna

tusque sub furca diu uirgis cæsus est:& sestertio nūmo ueniit tri.ple.quia nō impetrarunt:ut sibi de/nos quos uellent milites: eximere liceret:consules in carerem mitti iusserunt. Iunius Brutus consu. in Hispania iis:qui sub Viriato militauerant agros oppidumq; dedit:quod Valentia uocatum est.M. Popilius a numantinis:cum quibus pacem factam senatus irritam censuerat cum exercitu fusus fuga tusq;.Gaio Hostilio Mancino consule sacrificante:pulli ex cauea euolauerunt conscendenti deinde in nauim:ut in Hispaniā proficisceret accidit audiri mane Mancine Mācine auspicia tristia fuisse ꝓbatū est:uictus enim a numantinis:& castris exutus:cum spes nulla seruādi exercitus esset:pacem cum iis fecit ignominiosam:quam ratam esse senatus uetuit:triginta milia romanorū a numātinorū millibus quattuor uicta erant.D.Iunius Lusitaniam urbiū expugnationibus usq; ad oceanum perdomuit & cū fluuium obliuionem transire nollēt:raptum signifero signum ipse transtulit:& sic transgrederentur: persuasit. Alex.filius rex Syriæ decem annos admodum habens:a Diodoto:qui Triphon cognominabatur:tutore suo per fraudem occisus est:corruptis quidem medicis:qui eum calculi dolore consumi ad populum mentiti:dum secant illum occiderunt.

EX LIBRO. LVI.

d Ecius Iunius Brutus in ulteriore Hispania feliciter aduersus gallecios pugnauit Dissimili euentu.M.Aemylius Lepidus procon.aduersus uacæos rem gessit:clademque similem Numantiæ passus est.Ad exoluendum numantini fœderis religione populum.Mancinus:cum huius rei auctor fuisset deditus numantinis:minime est receptus.Lustrūm a censoribus conditum est:censa sūt ciuium capita.cccxxiii.millia Fuluius Flaccus con.uardeos in Illyrico subegit.M.Cesonius prætor in Thracia cum scordiscis prospere pugnauit.Cum uitio ducum bellum numantinum non sine publico pudore duraret delatus est ultro Scipioni Africano a senatu populoque romano consulatus:quem cū ille capere ob legem quæ uetabat:quenquam intra decem annos iterum cosulem fieri licere minime uellet:sicuti priori consulatu legibus solutus est.Bellum seruile in Sicilia ortum cū opprimi a prætoribus minime ualuisset.G.Fuluio con.mandatum est.Cuius belli initium fuit Eunus seruus natione syrus:qui:contracta agrestium seruorum manu: & solutis ergastulis:iusti exercitus numerum impleuit Cleon quoque alter seruus ad.lxx.millia seruorum contraxit:& copiis iunctis contra populum romanum exercitumque eius bellum sæpenumero gesserunt.

EX LIBRO.LVII.

f Cipio Africanus Numantiam obsedit: & corruptum licentia luxuriaque exercitum ad generosissimam militiæ disciplinam reuocauit:omnia enim delitiarum instrumenta recidit:duo millia scortorum a castris eiecit:militem omni die in opere habuit:& trigīta dierum frumentum ac septenos uallos ferre cogebat:ægre propter onus incedenti dicebat:cum gladio recte uallare scieris uallum ferre desinito alii nimium parum habiliter scutum ferenti eum scutum amplius iusto ferre iussit:neq; id se reprændere: quoniam melius scuto:quam gladio uteret:quem militem extra ordinem depræhendit:si romanus esset uitibus:si extraneus uirgis:cecidit:iumenta quidē omnia:ne exoneraret milites:uendidit:multotiens cōtra hostium eruptiones feliciter pugnauit.Vaccei obsessi:liberis & cōiugibus trucidatis:ipsi se īteremerunt.Scipio amplissima munera sibi ab Antiocho rege Syriæ cū celare aliis impatoribus regū munera mos esset:pro tribunali ea acceptur̄ se esse dixit:eaq; oīa referre quæstori in publicas tabulas iussit:ex iis uiris fortibus munera se datur̄.Cū undiq; Numantiā obsidione clausisset:& oppressos fame uideret urgeri hostes qui pabulatum exierant:uetuit interimi: qd' diceret uelocius eos absumpturos frumētum:quod haberent:si plures quidem fuissent.

EX LIBRO. LVIII.

t Itus Sempronius Graccus tri.ple.cum agrariam legem ferret aduersus uolūtatem senatus & equestris ordinis:ne quis ex publico agro plus quam decem iugera possideret:ī eum furorem exarsit:ut.M.Octauio collegæ causam diuersæ Partis defendēti potestatem lege lata abrogaret:seq; & fratrem Graccum &.Ap.Claudium socer̄ triūuiros ad diuidundū agrum crearet:promulgauit & aliam legem agrariam:qua siquis latius agrum patefacerat:ut idem oīno triūuiri iudicarent: qua publicus ager:qua priuatus esset:deinde cum minus agri eēt:quam quod diuidi posset:sine offensa etiam plebis:quoniam eos ad cupiditatem amplum modum sperādi īcitauerat:legem se promulgaturum ostendit: ob id ut iis qui sempronia lege agrum accipere deberēt:pecunia quæ regis Attali fuisset:diuideretur:heredem autem Po.Ro.reliquerat Attalus rex Pergami Eumenis filius:tot īdignationibus cōmotus grauiter senatus ante oēs.C.Antonius con.qui cum ī senatu in Graccum peroraſset raptus ab eo ad populum:delatusq; plebei rursus in eum pro rostris concionatus est.Cum iterum tri.ple.creari uellet:Graccus auctore.P.Cornelio Nasica:in capitolio a primatibus occisus est:ictus primum fragmētis subselliorum:& inter alios:qui in eadem seditiōe occisi erant: insepultus & in flumē proiectus.Res præterea in Sicilia uario euentu aduersum fugitiuos gestas cōtinet:

EX LIBRO. LVIIII.

n Vmantini fame maxime coacti:ipsi se per uices trucidauerunt: captam urbem Scipio Africanus deleuit:& de ea triumphauit:quartodecimo anno post Carthaginem deletam.P. Attilius con.in Sicilia cum fugitiuus debellauit. Aristonicus regis Eumenis filius Asiam occupauit:cū testamento Attali regis legata po.Ro.libera esse deberet. Aduersus eum.P.Lucinius Crassus cōsul:cū

idem pontifex max.esset:quod nunquam antea factum erat:extra Italiam profectus prælio uictus:& interemptus est.M.Perpéna con.uictum Aristonicum in deditionem accepit.Qu.Pompeius: &.Qu. Metellus tunc primum uterq; ex plebe censores facti.Lustrum a censoribus est cõditum censa suntca pita.cccxviiii.milia.dcccxxiii.præter pupillos & uiduas.Q.Metellus censor censuit: ut ducere uxores omnes cogerétur oĩno liberorum creandorum causa:extat oratio eius:quam Augustus Cæsar: cum de maritandis ordinibus ageret: uelut eo tempore scriptam in senatu recitauit.G. Attilius Labeo tri. ple.Qu.Metellum censorem: a quo in senatu legendo præteritus erat: de saxo deiici iussit: quod ne fieret:cæteri tri.ple.auxilio quámaxime fuerunt. Cum Carbo tri.ple.rogationem tulisset:ut eundem tribunus plebis : quotiens quidem uellet : creari : liceret: rogationem eius .P. Africanus grauissima oratione dissuasit: in qua dixit Ti. Graccum iure cæsum uideri. Graccus contra suasit rogationem: sed Scipio censuit.Bella inter Antiochum regem Syriæ & Phrahatem parthorum regem gesta: nec magis quietæ res Aegypti referuntur. Ptolemæus Euergetes cognominatus ob nimiam crudelitaté suis inuisus:ĩcensa a Po.regia:clam in Cyprum profugit:& cum sorori eius Cleopatræ:quam eius uir gine filia per uim compressa:& in matrimonium ducta repudiauerat regnum a populo datum esset: infensus filium:quem ex illa habebat:in Cypro occidit:caputq; eius:& manus:& pedes matri misit. Seditiones a triũuiris Fuluio Flacco.G.Gracco:&.G.Carbone de agro diuidundo creatis excitatæ:q/ bus cum.P.Scipio Africanus aduersaretur:fortisq; ac ualidus pridie domum se recepisset: mortuus in cubiculo inuentus est: suspecta fuit:tanquam uenenum ei dedisset Sempronia uxor: hinc maxime: quod soror esset Graccorum:cum quibus simultas Africano fuerat:de morte tamen eius nulla quæ/ stio acta:quo defuncto seditiones triũuirales acrius exarserũt.G. Sépronius con. cõtra Iapigas: primo male ré gessit:mox uictoria cladé accepta emẽdauit:uirtute.D.Iunii Bruti eius: q Lusitaniá subegerat.

EX LIBRO.LX.

a Vrelius consul sardos subegit.Fuluius Flaccus primus omnium transalpinos ligures bello do muit.missis in auxilium massilienſibus aduersus Falanios gallos qui populabant fines mssi/ lienſium.L.Opimius prætor fregellanos:qui defecerant.in deditionem accepit: Fregellas di/ ruit.Pestilentia in Africa a maxima multitudine locustarum:& deinde necatarum strage fuisse tradi/ tur.Lustrum a censoribus conditum est:censa sunt ciuium capita.ccclxxxx. millia.dccxxxvi. Graccus Tiberii frater tri.ple.eloquentior quam frater pernicioſas aliquas leges tulit:inter quas frumẽtariam: ut semis & triente frumentum plebi daretur:alteram legem agrariam:quam frater eius tulerat:tertiá qua equestrem ordinem cum senatu consentientem corrumperet: trecenti senatores erant: sexcenti equites:ut trecentis senatoribus admiscerentur:id est:ut equester ordo bis tantum uirium in senatu haberet:& continuato in alterum annum tribunatu legibus agrariis latis effecit: ut complures colo/ niæ in italia deducerentur:& una in solo dirutæ Carthaginis:quo ipse triumuir creatus coloniam de/ duxit.Præterea res a.Q.Metello consule aduersus Baleares gestas continet quos græci Gymnesias ap pellant quia æstaté nudi exigant:Baleares a'teli missũ appellati:ut a Balteo Herculis comite ibi relicto tunc cum Hercules ad Geryonem nauigaret.Motus quoq; Syriæ referũtur:in quibus Cleopatra De metrium:uirum suum:& Seleucum filium:multum ĩdignata:quod occiso patre eius:a se iniussu suo diadema:sumpsisset interemit.

EX LIBRO.LXI.

g .Sestius procon.uicta saluorum gente coloniam aquas, Sestias cõdidit ob aquarum copiam & calidis & frigidis fontibus: atque a nomine suo ita appellatas.Gn.Domitius porcon.con/ tra allobroges ad oppidum uindalium multum feliciter pugnauit : quibus bellum inferendi causa fuit:quod Teutomalium Saliuorum regem fugientem recepissent: & omni ope iuissent: quod/ que heduorum agros sociorum populo romão uasta uissent.G.Gracchus:seditioso tribunatu acto:cũ auentinum armata quoq; multitudine occupauisset.a.L.Opimo consule ex.S.C.uocato ad arma po/ pulo pulsus interemptusq; est:& cum eo Fuluius Falccus socius eiusdem.Qu.Fabius Max.consul pau li nepos aduersus allobroges:& Bituitum auernorum regem feciliter pugnauit:ex Bituiti exercitu cæsa millia hominum centum uiginti:& cum ipse ad satisfaciendum:senatui Romam profectus esset albæ custodiendus datus est:quia contra pacem uidebatur:ut in Galliam remitteretur:decretum quo q; est:ut congentiatus filius eius comprehensus Romam mitteretur .Allobroges in deditionem ac/ cepti.L.Opimius accusatus apud populũ a.Q.Decio tri.ple.quod ĩdemnatos ciues ĩ carceré cõiecisset liberatus est.

EX LIBRO.LXII.

g .Martius con. sarnios gentem alpinam expugnauit Mycipsa numidarum rex mortuus re/ gnum tribus filiis reliquit Adherbali.Hyempsali:& Iugurthæ fratris filio quem ĩ filium ado ptauerat.L. Cecelius Metellus Dalmatas obsedit:Iugurtha Hyempsalem fratrem bello petiit quem uictum interemit. Adherbalem regno expulit:q a senatu restitutus est.L.CeciliusMetellus.Gn. Domitius Aenobarbus cẽsores duos & triginta senatu amouerũt:p̃terea motus Syriæ regæq; cõtinet.

EX LIBRO.LXIII.

c Ato.Portius con.in Thracia male aduersus sardiscos pugnauit.Lustrum a censoribus condi/ tum est:censa sunt ciuium capita.cccxciiii.millia.cccxxvi.aemylia Licinia:& martia uirgines ue stales incesti damnatæ sunt : idque incestum : quemadmodum commissum:deprehensum:

& iudicatum sit.refertur.Cimbri gens uaga populabundi in Illyricum uenerunt:ab iis Papyrius Carbo consul cum exercitu fusus est.Liuius Drusus consul aduersus sardiscos gentem a gallis oriunda in Thracia feliciter pugnauit:magnumq; honorem tulit.

EX LIBRO.LXIIII.

a Dherbal bello petitus a Iugurtha:& in oppido Cyrtha obsessus:contra denunciationem senatus ab eo occisus est:ob hoc ipsi Iugurthæ bellum indictum:idque etiam Calphurnius Bestia con. genere iussus pacem cum Iugurtha iniussu populi & senatus fecit.Iugurtha fide publica euocatus ad indicandum consiliorum suorū auctores:quod multos pecunia ī senatu corrupisse dicebatur.Romā uenit:& poter cædem admissam in regulū quédam nomine Masinissam:qui regnū eius po.ro. inuisi appetebat:interfectū.Romæ cum periclitaret:causam capitis dicere iussus clam profugit:& cædens urbe feretur dixisse.O urbem uenalem:& citu perituram:si emptorē inuenerit.A.Posthumius legatus infeliciter prælio aduersus Iugurtham gesto cōflixit:pacemq; atiam multum ignominiosam adiecit:quam quidem minime esse seruandam senatus censuit.

EX LIBRO. LXV.

q Vintius Cecilius Metellus consul duobus præliis Iugurtham fudit:&uniuersam Numidiā uastauit.M.Iunius Syllanus con.aduersum cimbros infeliciter pugnauit legatis cimbrorum sedem & agros:in quibus consisterent: postulantibus senatus negauit.M. Minutius procon.contra thracas feliciter quidem pugnauit.L.Cassius con.a tigurinis gallis pago eluetiorum:qui a ciuitate seccesserant:in finibus allobrogum cum exercitu cæsus est:milites:qui ex ea clade superauerant:obsidibus datis:& dimidia rerum omnium parte ut incolumes dimitterentur:cum hostibus pacti sunt.

EX LIBRO.LXVI.

i Vgurtha pulsus a.G.Mario ex numidia:auxilio Bochi maurorum regis adiutus ē:& cæsus p̄lio Bochi quoque copiis:nolente Bocho bellum infeliciter susceptum diutius sustinere:uinctus ab eo & traditus Mario est ī qua rē p̄cipua opera.L.Coruelii Syllæ quæstoris Marii fuit.

EX LIBRO.LXVII.

a Vrelius Scaurus legatus con.a cimbris:fuso exercitu:captus est:& cum in cōsilium ab iis euocatus deterreret eos:ne alpes transirent italiam petituri:eo quod diceret romanos uinci minime posse:a Bolo rege feroci iuuene occisus é.Ab iisdem hostibus.G.Manlius &.Q. Seruilius: Cepio proconsules uicti prælio castrisq; binis exuti sunt:octoginta millia militum occisa:calonum ac lixarum quadraginta millia.Secundum Po.Ro.iussionem.Cepionis:cuius temeritate clades accepta erat:dānati bona publicata sunt:primoq; post regem Tarquinium imperium ei abrogatum.In triū/pho Gaii Marii ductus ante currum eius Iugurtha cū duobus filiis:& in carcere necatus.Marius triū/phali uestе in senatum uenit:quod nemo ante eum fecerat:eiq; propter cimbrici bellum metum continuatus per quamplures annos magistratus est:consulatu secūdo & tertio absens cōsul creatus:quartum consulatum dissimulanter captans consecutus est.Gnæus Domitius:pontifex maximus: populi suffragio creatus est.Cimbri uastatis omnibus:quæ circa rhodanum & pyreneum sunt per saltum in Hispaniam transgressi:ibiq; multa loca populati:a celtiberis fugati sunt:reuersiq; in Galliam bellicosis quidem se teutonis coniunxerunt.

EX LIBRO.LXVIII.

a Ntonius prætor in Sicilia maritimos prædones persecutus est.Gaius Marius con.summa ui oppugnata a teutonis & ambronibus castra defendit:duobus deīde præliis circa aquas sestias eos hostes deleuit:in quibns cæsa traduntur hostium ducēta millia:capita nonaginta.Marius absens quintum cōsul creatus est:triumphum oblatum:donec cimbros uinceret:distulit.Cimbri repulso ab alpibus fugatoq;.Q.Catulo procon.qui fauces alpium obsederat:& ad flumē athesim castellum æditum insederat:reliqueratq;:ubi uirtute sua explicata fugientem proconsulem exercitumque prosecuti in italiam traiecissent:iunctis eiusdem Catuli &.G.Marii exercitibus prælio uicti sunt ab eis in quo cæsa traduntur hominum centum quadraginta millia.capita.lx.Marius totius ciuitatis consensu receptus pro duobus triumphis:qui offerebantur:uno contentus fuit primores ciuitatis: qui ali quantulum:ut nouo homini ad tantos honores euecto inuiderant: conseruatam ab eo remp. fatebantur.P.Malleolus:matre interempta:primus omnium insutus culeo in mare præcipitatus est. Ancylia cum strepitu mota esse:antequam cimbricum bellum consumaretur:referuntur.Bella præterea iter Syriæ reges continet.

EX LIBRO.LVIIII.

g N.Apuleius Saturninus:adiuuāte.G.Mario:& per milites occiso.A.Numio competitore tri. ple.per uim creatus non minus uiolenter tribunatum.quam petierat:gessit:& cum legē agraria per uim tulisset:Metello Numidico:eo quod in eam minime iurasset diem:dixit: qui cū a bonis ciuibus defenderetur: ne causa malorum certaminum esset:uoluntarium exilium Rhodum profectus est:ibiq; legendo & audiendo magnos uiros aduocabat.Profecto.G.Marius seditionis auctor:qui sextum qdem consulatum per tribus sparsa pecunia emerat:aqua & igni interdixit.Idē Apuleius Saturninus tri.ple.G.Memmium candidatum consulatus petitorem maximum: quem aduer/

ſarium eius actionibus ſuis timebat:interemit.Quibus rebus concitato quaplurimum ſenatu in eius cauſam:&.G.Marius homo mutabilis & uarii conſilii ingeniiq;:qui ſemper ſecundum fortunā tranſierat:eum tueri minime poſſet:oppreſſus armis cum Glaucia prætore:& aliis eiuſdem furoris ſociis bello quodam interfectus eſt.Q.Cecilius Metellus ab exilio ingenti totius fauore ciuitatis reductus ē. M.Aquilius con.in Sicilia bellum ſeruile concitatum confecit.

EX LIBRO. LXX.

c Vm.M.Aquilius de pecuniis repetundis cauſam diceret:ipſe rogare iudices uoluit.M. Antonius:qui pro eo peroabat.tunicam a pectore eius diſcidit: ut honeſtas cicratrices oſtēderet:quibus conſpectis:indubitanter abſolutus eſt:Cicero eius rei ſolus auctor Didius procon. aduerſum celtiberos feliciter pugnauit.Proleomus cyrenarum rex:cui cognomentum Appionis fuit:mortuus hæredem populo.ro.reliquit:& eius regni ciuitates ſenatus liberas eſſe iuſſit.Ariobrazanes in regnum Cappadociæ a.L.Cornelio Sylla reductus eſt:parthorum legati a rege Arſace miſſi ad Sylam uenerunt:ut amicitiam a populo.ro.peterent.P.Rutilius uir ſummæ inocentiæ:qui legatus.G.Marii p con.a publicanoꝝ iniuriis Aſiam defenderat:inuiſus equeſtri ordini:penes quem uitia erant:repetundarum damnatus in exilium miſſus eſt.G.Gemminius prætor cōtra thracas infeliciter pugnauit.Senatus cum ipotentiā equeſtris ordinis in iudiciis exercendis ferre nollet:omni ui niti cœpit:ut ad ſe iudicia tranſferentur:ſuſtinente cauſam eius.M.Liuio Druſo tri.pl.qui:ut uires ſibi acquireret:pernitioſa ſpe largitionis plebem concitauit:præterea motus Syriæ regumque continet.

EX LIBRO.LXXI.

m Arcus Liuius Druſus tri.ple.ut maioribus uiribus ſenatus cauſam ſuſceptam tueretur.ſocios: & italicos populos ſpe ciuitatis romanæ ſollicitauit:iiſque adiuuantibus:per uim legibus agrariis frumentariiſque latis:legem quoque iudicialem tulit:ut æqua parte iudicia penes ſenatū: & equeſtrem ordinem eſſent.Cum deinde promiſſa ſociis ciuitas præſtari non poſſet:irati italici defectionem cœperunt agitare:eorum coitus:coniurationes:orationeſque in cōciliis principum referuntur propter quæ Liuius Druſus etiam ſenatui inuiſus factus:uelut ſocialis belli auctor:incertum a quo domi occiſus eſt.

EX LIBRO.LXXII.

i Talici populi defecerūt picētes:ueſtini:marſi:peligni marucini:Lucani ſānites initio belli a picētibus moto.Qu.Seruilius procon. in oppido Aſculo cum omnibus ciuibus romanis qui in eo oppido erant occiſus eſt:ſaga populus ſumpſit.Seruilius galba a lucanis compræhenſus: unius fœminæ opera:ad quam diuertebatur:captiuitate exemptus eſt Eſernia & Alba coloniæ ab italicis obſeſſæ ſunt.Auxilia demum latini nominis externarumque gentium miſſa populo romano & expeditiones inuicem urbiumque expugnationes referuntur.

EX LIBRO. LXXIII.

l Vcius Cæſar con.male aduerſus Samnites pugnauit.Nola colonia in poteſtatem ſamnitium cum.L.Poſthumio prætore uenit:qui interemptus eſt.Complures populi ad hoſtes defecerunt.Cum.P.Rutilius con.parum proſpere cōtra marſos pugnaſſet & in prælio cecidiſſet.G. Marius legatus eius meliore quidem euentu cum hoſtibus conflixit.Sex.Sulpitius pelignos fudit.Q. Cepio legatus Rutilii cum obſeſſus proſpere in hoſtes irrupiſſet: & ob eum ſucceſſum æquatum ei cum.G.Mario eſſet imperium:temerarius factus & circunuentus incidiis:fuſo exercitu:cecidit.L.Cæſar conſul feliciter cōtra ſamnites pugnauit:ob eam uictoriam Romæ ſaga poſita ſunt & ut uaria belli fortuna eſſet:Eſernia colonia cum.M.Marcello in poteſtatem ſamnitium uenit. Sed &.G.Marius prælio marſos fudit.Hirnio Aſinio prætore marucinorum occiſo.G.Cecilius in Gallia trāſalpina ſaluios rebellantes uicit.

EX LIBRO. LXXIIII.

g N.Pompeius picentes prælio fudit:& obſedit:pp quā uictoriam Romæ p̄textæ:aliaq; magiſtratuū ornamēta iſignia ſumpta ſunt.G.Marius cum marſis dubio euētu pugnauit. Libertini tum primum militare cœperūt.Aurelius plotius legatus umbros.L. Portius p̄tor marſos: cū uterq; populus defeciſſet:p̄lio uicerūt.Nicomedes in Bytiniæ:Ariobarzanes i Cappadociæ regnū reducti ſunt.Gn.Pompeius con.marſos acie uicit. Cū ære alieno oppreſſa eēt ciuitas. A. Sempronius Aſellius p̄tor:quoniā ſecūdum debitores ius dicebat:ab iis:qui fœnerabātur:in foro occiſus eſt. Prætera icurſiones thracum in Macedoniam populationeſq; continet.

EX LIBRO. LXXV.

a .Poſthumius Albinus legatus in obſidione caſtroꝝ hoſtiliū cecidit.Sulpitius legatus: cū claſſi præeſſet:īfamis crimine ꝑditionis ab exercitu ſuo iterfectus.L.Cornelius Sylla legatus ſamnites p̄lio uicit:& bina caſtra eoꝝ expugnauit.Gn.Pompeius ueſtinos in deditionem accepit.L. Portius con.rebus ꝑſpere geſtis fuſiſq; aliquotiēs marſis:dum caſtra eoꝝ expugnat:cecidit: ea res hoſtibus uictoriam eius prælii dedit.Coſconius & Luceius ſamnites acie uicerūt:Mariū ægnatium nobiliſſimū hoſtiū ducē occiderūt:cōpluraq; eoꝝ oppida in deditionem acceperunt.L. Sylla hirpinos domuit:ſamnites multis p̄liis fudit:aliquot populos recepit:quātiſq; raro quiſquā ante cōſulatum rebus geſtis ad petitionem cōſulatus Romam eſt profectus.

EX LIBRO. LXXVI.

a Gabinius legatus:rebus aduersum lucanos prospere gestis:multis oppidis expuganatis:in ob/sidione castrorum hostilium cecidit Sulpitius legatus marucinos cecidit uniuersamque eam regionem recepit.Gn.pompeius procon. uestinos & pelignos in deditionem accepit: marsi quoque a.L.Murena & cecilio Pinna legatis aliquot prælis fracti pacem petierunt Asculum a Gnæo Pompeio captum est cæsis a Mamerco Aemilio legato italicis . Silo popedius dux marsorum auctor huius rei ĩ prælio cecidit Ariobarzanes Cappadociæ. Nicomedes Bithyniæ regno a Mithridate põti rege pulsi sunt:præterea incursiones thracum in macedoniam cõtinet.

EX LIBRO. LXXVII.

c Vm.P.Sulpitius tri.ple.auctore.G.Mario pernicioſas leges promulgasset:ut exules reuocarentur:& noui ciues libertinique distribuerẽtur in tribus:& ut Marius aduersus Mithridatem põti regem dux crearetur:& aduersantibus consulibus.Qu.Pompeio:&.L.Syllæ uim intulisset occiſoq; Pompeii consulis filio genero Syllæ.L.Sylla con.cum exercitu in urbem uenit: & aduersus factioné Sulpitii & Marii ĩ ipsa urbe pugnauit:eãq; expulit: ex quo duodecim a senatu hostes: ĩter quos G.Marius pater & filius iudicati sunt.P.Sulpitius cum in quadam uilla lateret: indicio serui sui retractus & occisus est:seruus:ut præmium promissi indicii haberet:manumissus est:& ob scelus domini proditi de saxo deiectus est.G.Marius filius in Africam traiecit.G. Marius pater:cũ ĩ paludibus Miturnensium lateret: extractus est ab oppidanis: & cum ad occidendum eum missus seruus nationegallus maiestate tãti uiri perterritus:recessisset:impositus publice in naui delatus est in africam.L.Sylla ciuitatis statum ordinauit:exinde colonias deduxit.Qu.Pompeius con.ad capiendum a.Gn. Pompeio procon.exercitum profectus consilio eius occisus est.Mithridates Ponti rex Bithynia & Cappadocia occupatis:& pulso Aquilio legato.Phrygiam prouinciam populi Romani cum ingenti exercitu intrauit.

EX LIBRO. LXXVIII.

m Ithridates Asiam occupauit.Qu.Oppium procon.item Aquilium legatum in uincula conicit:iussuq; eius quicquid ciuium romanorum in Asia fuit:uno die trucidatum é:urbem Rhodum:quæ sola in fide permãserat:oppugnauit:& aliquot prælis naualibus uictus recessit. Archelaus præfectus regis in Græciam cum exercitu uenit:Athenas occupauit.Præterea trepidationem urbium insularumq; aliis ad Mithridatem:aliis ad po.Ro.ciuitates suas trahẽtibus cõtinet.

EX LIBRO. LXXVIIII.

c Aius Cornelius Cinna cum pernicioſas leges per uim ferret:pulsus urbe a. Gn.Octauio collega cum Sex.tri.ple. imperioq; ei abrogato: corruptum.Ap. Claudii exercitum in potestatem sua redegit:& bellum urbi intulit accersito.G.Mario cum aliis exulibus ex Africa:in quo bello duo fratres alter ex Pompeii exrcitu:alter ex Cinnæ:ignorantes concurrerunt: & cum uictor mortuum spoliaret:agnito fratre:ĩgenti lamẽtatione ædita:rogo ei extructo:ipse supra rogum se trãsfodit & eodem igni consumptus est.Et cum opprimi inter initia potuisset.Gn.Pompeii fraude:qui utrãq; partem fouendo uires Cinnæ dedit:nec nisi profligatis optimatium rebus auxilium tulit: & consulis segnitie cõfirmati .Cinna & Marius quatruor exercitibus:quorum duo.Qu.Sertorio & Carboni dati sunt:urbem circũ sederũt.Hostiam coloniam Marius expugnauit:& crudeliter diripuit.

EX LIBRO. LXXX.

i Talicis populis a senatu ciuitas data est:samnites.q soli arma recipiebant.Cinnæ & Mario se cõiunxerunt:ab iis plancius cum exercitu cæsus est. Cinna & Marius cum carbone:& Sertorio ianiculum occupauerunt:& fugati ab octauio consule recesserunt.Marius Antium quidem:& aricią:& Lauinium colonias deuastauit. Cum nulla omnino spes esset optimatibus resistendi propter segniciem & perfidiam & ducum:& militum: qui corrupti aut pugnare uolebant:aut ad diuersas partes transibant.Cinna & Marius in urbem recepti sunt qui uelut raptam eam cædibus & rapinis uastarunt:Gnæo Octauio consule occiso: & omnibus aduersæ partis nobilibus trucidatis:inter quos.M. Antonio eloquentissimo uiro &.G.Cæsare:quorum capita in rostris posita Crassus filius ab equitibus Fimbriæ interemptus: pater crassus:ne quid indignum uirtute sua pateret: gladio se transfixit.Et citra ulla comitia cõsules in sequentem annum seipsos renunciauerunt: eodemque die quo magistratum inierant. Marius.Sex.Licinium senatorem de saxo deiici iussit:æditisq; multis sceleribus idibus ianuariis decessit: uir:cuius si examinentur cum uirtutibus uitia:haud facile sit dictu utrum bello melior:an pace pernicioſior fuerit adeo quam rẽpublicam armatus seruauit eam primo togatus omni genere fraudis: postremo armis euertit

EX LIBRO. LXXXI.

Vcius Sylla athenas:quas Archelaus præfectus Mithridatis occuparet: circũsedit: & cum maximo labore expugnauit: urbi libertatem & ciuibus:quæ habuerant:reddidit.Magnesia:quæ sola in asia ciuitas in fide manserat: summa uirtute aduersus Mithridatem defensa est præterea a thraciis in Macedonia gesta continet.

EX LIBRO.LXXXII.

f Ylla copias regis quæ:Macedonia occupata:in Theſaliam uenerant:prælio uicit:cæſis hoſtium centum millibus:caſtris quoq; expugnatis renouato deinde bello iterum exercitum eius fudit:ac deleuit. Archelaus cum claſſe regia Syllæ ſe tradidit.Lucius Valerius Flaccus conſul collega Cinnæ miſſus ut Syllæ ſuccederet propter auaritiam inuiſus exercitui ſuo a G.Fimbria legato ipſius ultimæ audatiæ homine occiſus eſt:& imperium ad Fimbriam tranſlatum. Præterea expugnatæ in Aſia urbes a Mithridate & crudeliter direpta prouincia:incurſioneſq; thracũ in Macedoniam referuntur:

EX LIBRO.LXXXIII.

c Aius fimbria in aſia fuſis aliquot copiis Mithridatis urbem Pergamum cepit: obceſſumque regem non abfuit multum quin caperet:urbem Ilion:quæ ſe poteſtati Syllæ reſeruabat expugnauit:ac deleuit:& magnam partem Aſiæ recepit.Sylla multis præliis thracas cecidit:Cum L.Cinna:&.Gn.Papyrius Carbo a ſeipſis cõſules per biẽnium creati bellum cõtra Syllam pararẽt effectum quidem eſt per Lucium Valerium Flaccum principem ſenatus:qui orationem in ſenatu habuit & per eos:qui cõcordiæ ſtudebãt:ut legati ad Syllam de pace mitterẽtur.Cinna ab exercitu ſuo:quem inuitum cogebat naues cõſcendere:& aduerſus Syllam proficiſci interemptus eſt:conſulatum Carbo ſolus geſſit.Sylla cum in Aſiam traieciſſet:pacem cum Mithridate fecit: ita ut his cederet prouinciis Aſia:Bythinia:Cappadocia:Fimbria deſertus ab exercitu:qui ad Syllam trãſierat:ipſe ſe percuſſit:impetrauitq; a ſeruo præbens ceruicem ut eum omnino interficeret.

EX LIBEO. LXXXIIII.

ſ Ylla legatis:qui a ſenatu miſſi erant:futurum ſe in poteſtatem ſenatus reſpondit:ſi ciues: qui a Cinna pulſi ad ſe confugerant:reſtituerentur:quæ cõditio cum iuſta ſenatui uideretur: ꝓpter Carbonem'factionemq; eius:cui bellum uidebatur utilius:ne conueniret:effectum eſt:idem Carbo:cum ab omnibus oppidis italiæ obſides exigere uellet:ut fidem illorum contra Syllam obligaret:conſenſu ſenatus prohibitus.Nouis ciuibus.S.C.Suffragium datum eſt. Quintus Metellus Pius: qui partes optimatium ſecutus erat:cum in Africa bellum moliretur: a Caio Fabio prætore pulſus ẽ: ſenatuſq; conſultum per factionem Carbonis & marianarum partium factum eſt:ut oẽs ubiq; exercitus dimitterentur.Libertini in quinq; & triginta tribus diſtributi ſunt:præterea belli apparatum cõtra Syllam:quod plurimum excitabatur:continet.

EX LIBRO. LXXXV.

ſ Ylla in Italiam cum exercitu traiecit:miſſiſq; legatis:qui de pace agerent:& a conſule.Gn. Carbonæ:&.G.Norbano:uiolatis:eundem Norbanum prælio uicit:Et cum.L.Scipionis alterius conſulis:cum quo per omnia id :gerat: ut pacem iungeret: nec potuerat: caſtra oppugnaturus eſſet:uniuerſus exercitus conſulis ſollicitatus per emiſſos a Sylla milites ſigna ad Syllam trãſtulit: Scipio cum interimi poſſet dimiſſus eſt.Gn.Pompeius Gnæi filius eius:qui Aſculum ceperat:conſcripto quidem uoluntariorum exercitu: cum tribus legionibus ad Syllam uenerat ad quem ſe nobilitas omnis conferebat:ita:ut deſerta urbe ad caſtra ueniretur præterea expeditiones per uniuerſam Italiam utriuſq; partis ducum referuntur.

EX LIBRO. LXXXVI.

c Vm Caius Marius.C.Marii.filius con.ante annos uiginti per uim creatus eſſet.G. Fabius in Africam propter crudelitatem & auaritiam in prætorio ſuo uiuus exuſtus eſt.L.philippus legatus Syllæ ſardiniam:Quinto Antonio prætore pulſo & occiſo:occupauit Sylla cum italicis populis ne timeretur ab iis uelut erepturus ciuitatem:& ſuffragii ius nuper datum fœdus percuſſit: itemq; ex fiducia iam certæ uictoriæ litigatores:a quibus adhibebantur uadimonia Romam deferre iuſſit.Cum a parte diuerſa urbs adhuc teneretur.L.Damacius prætor ex uolũtate.C.Marii con.cum ſenatum cõtraxiſſet:omnem:quæ in urbe erat:nobilitatem trucidauit:ex cuius quidem numero.Qu. Mutius Scæuola põtifex max.fugiẽs in ueſtibulo Veſtæ occiſus eſt.Præterea bellum a.L. Murena aduerſus Mithridatem in Aſia renouatum continet.

EX LIBRO. LXXXVII.

f Ylla.C.Marium exercitu eius fuſo deletoq; ad ſacri portum in oppido præneſte obſedit urbẽ Romanam ex inimicorum manibus recepit:Marium erumpere tentãtem reppulit: præterea res a legatis eius eadem ubiq; fortuna partium geſtas continet.

EX LIBRO. LXXXVIII.

f Ylla Carbonem:exercitu eius ad Cluſum:ad fauentiam.Fidentiamq; cæſo italia expulit:cum ſamnitibus:qui ſoli italicorum populorum nondum arma depoſuerant:iuxta urbem Romã ante portam collinam debellauit:recuperataq; repu.pulcherrimam uictoriã crudelitate:quanta in nullo homine unquam fuit:inquinauit:octo millia deditorum in uia publica trucidauit tabulam proſcriptionis poſuit:urbem:& uniuerſam italiam cædibus repleuit:inter quos omnes præneſtinos inermes interemi iuſſit.Marium ſenatorii ordinis uirum cruribus:brachiiſque fractis: auribus præfectis: & defoſſis oculis necauit.C.Marius præneſte obſeſſus a Lucretio Aſella ſyllanarum partium uiro cum per cuniculum captaret euadere:ſeptus ab exercitu mortem ſibi conſciuit: in ipſo

cuniculo:cum sentiret se euadere minime posse:cum Pontio Thelesino fuge comite stricto utriq; gladio occurrit:quem cum occidisset:saucius a seruo impetrauit:ut se occideret.

EX LIBRO.LXXXIX.

1 Vcius Brutus a Gn.Papyrio Carbone:qui Corcyram appullerat missus naue piscatoria Lilybeum ut exploraret:an ibi Pompeius esset:& circūuentus a nauibus: quas Pompeius miserat: in se mucrone uerso ad transtrum nauis obnixus corporis pondere incubuit.Gn.Pomp.in Siciliam cum imperio a senatu missus.Gn.Carbonem:qui flens muliebriter morte tulit:captū occidit. Sylla dictator factus:q; nemo quidem unquam fecerat:cum fascibus uigintiquattuor processit: rebus nouis reipu.statum confirmauit.Tribunorum ple.potestatem minuit:& omne ius legum ferendarū ademit.Pontificum augurumq; collegium ampliauit:ut essent quindecim.Senatum ex equestri ordine suppleuit.Proscriptorum liberis ius petendorum honorum eripuit:& bona eorum uendidit:ex q/ bus primo multa rapuit;redactum est sestertium ter milies quingentiesq;.Lucretium Asellam consu latum contra uoluntatem suam petere ausum iussit interemi in foro:& cum indigne ferret.Pop.Ro. concione uocata:se iussisse dixit.Gn.Pompeius in Africa.Gn.Domitium proscriptum:& Hiericam regem numidarum bellum molientes:uictos interemit:&.iiii.&.xx.annos natus adhuc eques Romanus quod quidem nemini contingerat:ex Africa triumphauit.Gn.Norbanus consularis proscriptus in urbe Rhodo:cum comprehenderetur:se ipse interemit. Metellus ex proscriptis unus clam: capite adoperto:ad posticum æstis Bastiæ uxoris cum accessisset admissus minime est: quia illum ꝓscriptū diceret:itaq; se transfodit:& sanguine suo fores respersit.Sylla Nolam in Sannio recepit.xlvii.legiones in agros captos deduxit:& eos iis diuisit.Vola terras:quod oppidum adhuc in armis erat:obsessum in deditionem accepit.Mitylene quoque in Asia quæ sola urbs post uictum Mithridatem arma retinebat:expugnatæ dirutæq; sunt.

EX LIBRO.XC.

Ylla decessit:honosq; ei a senatu habitus est:ut in campo Martio sepelliretur.M.Lepidus: cum
f acta Sylle temptaret:rescindere bellum excitauit:& a.Q.Catulo Collega Italia pulsus est: & in Sardinia frustra bellum molitus periit.M.Brutus:qui cisalpinam Galliam tenebat:a Gn.Pompeio occisus est.Q.Sertorius proscriptus in ulteriore Hispania ingens bellum excitauit.L.Manlius ꝓcon.&.M.Antonius legatus ab Herculeio quæstore prælio uicti sunt.Præterea a.P.Seruilio procon. aduersus cilicas res gestas continet.

EX LIBRO.XCI.

Næus pompeius cum adhuc quæstor esset:cum imperio consulari aduersus Sertorium mis/
g sus est.Sertorius aliquot urbes expugnauit:plurimasq; ciuitates in potestatem suam redegit. Ap.Claudius procon.thracas pluribus prælis uicit.Q.Metellus procon.L.Herculeium quæstorem Sertorii omnino cum exercitu cecidit.

EX LIBRO.XCII:

Næus Pompeius adhuc dubio euentu cum Sertorio pugnauit.ita ut singula ex utraque parte
g cornua uicerint.Q.Sertorius Metellum:& Perpennam cum duobus exercitibus prælio fudit cuius uictorie partem cupiens auferre Pompeius parum prospere pugnauit.Obsessus deinde Calagurii Sertorius assiduis eruptionibus non leuiora damna obsidentibus tulit.Præterea a.P.Cursore procon.in Thracia res gestas aduersus Dardanos:&.Q.Sertorii multa crudelia in suos facta cōtinet qui plurimos amicorum & secum proscriptorum crimine proditionis insimulatos interemit.

EX LIBRO.XCIII.

Vblius Seruilius procon.in Cicilia isauros domuit & aliquot urbes piratarum expugnauit.Ni
p comedes Bithynie rex moriens Po.Ro.fecit hæredem regnumq; eius in prouinciæ formam redactum est.Mitridates fœdere cum Sertorio icto:bellum Popu.Roma. intulit: Apparatus deinde regiarum copiarum pedestrium naualiumq;:& occupata Bithynia.M.Aurelius Cotta con.ad Calcedoniam prælio a rege uictus est:rexq; a Pompeio & Metello uictus:& ut contra Sertorium egerunt:qui omnibus belli militiæq; artibus par fuit:quos etiam ab obsidione Calagurii oppidi depulsos coegit diuersas regiones petere:Metellum ulteriorem Hispaniam:Pompeium Galliam.

EX LIBRO.XCIIII.

Vcius Lucullus con.aduersus Mithridatem equestribus prælis feliciter pugnauit: & expedi/
I tiones aliquot prosperas fecit poscentesq; pugnam milites a seditione inhibuit.Diotarus Gallo græcie tetrarches præfectos Mithridatis bellum in Phrygia mouentes cecidit. Præterea res a Pompeio in Hispaniam contra Sertorium prospere gestas continet.

EX LIBRO.XCV.

Aio Curio procon.Dardanos in Thracia domuit:Quattuor & septuaginta gladiatores capuæ
c ex ludo Lentuli profugerunt:& congregata seruorum & ergastulorum multitudine. Chryso & Spartaco ducibus bello excitato Claudium pulchrum legatum &.P.Vorenum prætorem prælio uicerunt.L.Lucullus procon.ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroq; deleuit.pulsumq; a Bithynia regē uariis belli ac naufragiorū casibus fractū coegit in pontum ꝓfugere.

EX LIBRO.XCVI.

.Arius prætor Chrysum fugitiuorum ducem cum uiginti milibus hominum cecidit.Gn.Lé
q tulus cons.male aduersus Spatacum pugnauit ab eodem.L.Gellius &.Q.Arius prætor acie ui
cti sunt.Sertorius a.M.Antonio:& M.Perpenna:& aliis coniuratis in conuiuio interfectus est octauo ducatus sui anno:magnus dux:& aduersus duos imperatores Pompeium & Metellum sæpe par:aut frequentius uictor:ad ultimum desertus & proditus.Imperium partium ad Marium transtulatum est:quem Gn.Pompeius uictum captumq; interemit:ac recepit Hispanias decimo fere anno:quã cœptum erat bellum.G.Cassius procon.G.Manlius prætor male aduersus Spartacum pugnauerunt idque bellum.M.Crassio prætori mandatum est.

EX LIBRO. XCVII.

Arcus Crassius prætor primum cum parte fugitiuorum:que ex Gallis Germanisq; constabat
m feliciter pugnauit cæsis inimicorum.xxxv.milibus & duce eorum Granico.Cũ Spartaco deinde bellauit:cæsis cum ipso milibus quadraginta.M.Antonius prætor bellum aduersus cretenses parum prospere gestum morte sua finiuit.M.Lucullus procon.thracas subegit.L.Lucullus í põto aduersus Mithridatem feliciter pugnauit:cæsis hostium amplius quam sexaginta milibus.Marcus Crassus & Gn.Pompeius consules facti sunt:sicut Pompeius antquam quæsturam gereret:ex equite Romano tribuniciam potestatem restituerunt. Iudicia quoque per.M.Aurelium cottam prætorem ad equites Romanos translata sunt.Mithridates desperatione rerum suarum coactus ad Tigranem armenie regem confugit.

EX LIBRO. XCVIII.

Achares filius Mithridatis Bosphori.a.L.Lucullo in amicitiam receptus est.G.Lentulus:&.L.
Gellius censores asperam censuram egerunt quattuor & sexaginta senatu motis:a quibus lustrum conditum est:censa sunt ciuium capita.ccccl.milia.L.Metellus prætor in Sicilia aduersum piratas prospere rem gessit.Templum Iouis in capitolio:quod incendio consumptum erat: refectum a.Q.Catulo dedicatum est.L.Lucullus in Armenia Mithridatem:& Tigranem:& ímensas utriusq; regis copias multis certaminibus fudit.Q.Metellus procon.bello sibi aduersus cretenses mandato:Cydoniam urbem obsedit.G.Triarius legatus Luculli aduersus Mithridatem parum prospere pugnauit.Lucullum:ne persequeretur Mithridatem ac Tigranem:summamque uictorie imponeret:seditio militum tenuit qui sequi nolebant:quia legiones Valerianæ impleta a se stipendia dicentes Lucullum reliquerunt.

EX LIBRO.XCIX.

Vintus Metellus procon.Gnoson:& Lyctium:& Cydoniam:& alias plurimas ciuitates expu
q gnauit.Lucius Rosius tribu.ple.legem tulit.ut equitibus Romanis in theatro quattuordecim gradus proximi assignarentur Gn.Pompeius lege ad Populum lata persequi piratas iussus:q commertium annonæ intercluserant:intra quadragesimum diem toto mari eos expulit:belloq; cum iis in Cilicia confecto acceptis in deditionem piratis agros & urbes dedit.Præterea res a Quinto Metello aduersus cretenses continet:& epistolas Metelli & Gnæi Pompeii inuicem missas: queritur Metellus gloriam rerum a se gestarum a Pompeio sublatam præteriri:qui in cretam miserit legatum suũ ad accipiendas urbium deditiones.Pompeius Romæ rationem reddit hoc se facere debuisse.

EX LIBRO.C.

Aius Manlius tribu.ple.indignatione maxima nobilitatis legem tulit:ut Pompeio bellum mi
c thridaticum mandaretur:concio eius bona.Qu.Metellus domitis cretensibus:libere in id tépus insulæ legem tulit.Gn.Pompeius ad gerendum bellum aduersus Mitridatem profectus: cum rege Parthorum Phrahate amicitiam renouauit: equestri prælio Mithridatem uicit. Præterea bellum inter Phrahatem regem parthorum:& Tigranem Armeniorum regem ac demum inter filiũ Tigranem patremq; gestum continet.

EX LIBRO. CI.

Næus Pompeius Mithridatem Nocturno prælio uictum coegit Bosphoron ,pfugere: Tigra
g nem in deditionem accepit:eiq; ademptis Syria:Phœnicia:& Cilicia regnum Armeniæ restituit.Coniuratio eorum:qui in petitione consulatus ambitus damnati erant:facta de interficiédis consulibus oppressa est.Gn.Pompeius cum Mithridatem persequeretur:in ultimas ignotasq; gentes penetrauit: iberos:albanos:qui transitum minime dabant:prælio uicit.Præterea fugam Mithridatis per cholcos ethnicosq;:& res ab eo in Bosphoro gestas continet.

EX LIBRO.CII.

Næus Pompeius in prouinciæ formam Pontum redegit. Pharnaces filius Mithridatis bel
g lum patri intulit: ab eo Mithridates obsessus in regia cum ueneno sumpto parum profecisset ad mortem: a milite Gallo nomine Bithoco:a quo:ut adiuuaretur petierat interfectus est.G. Pompeius iudæos subegit:fanum eorum in Hierosolyma inuiolatum ante id tempus cepit.L.Catilina bis repulsam in petitione consulatus passus:cum Lentulo prætore:& Cethego:& pluribus coniuravit de cede consulum & senatus incendiis urbis opprimenda republica:exercitu quoq; in Ethruria cõparato:Ea coniuratio.M.Tullii Ciceronis eruta est.Catilina urbe pulso de reliquis coniuratis omnino sumptum supplicium est.

EX LIBRO.CIII.

Atilina.G.Antonio ꝓcõ.cũ exercitu cæſus é.P.Clodius accuſatus qđ ĩ mulieris habitu ſacrariũ:ĩ quo uiros intrare nefas é:cumq; ĩtraſſet uxoré Metelli Põtii ſtuprauiſſet abſolutus.Gn.Põtitius ꝓtor allobroges:q rebellauerant ad Solonĕ domuit.P.Clodius ad plebé tranſiit.G.Cæſar luſitanos ſubegit:eoq; cõſulatus candidato & captãte répu.ĩuadere:cõſpiratio inter tres principes ciuitatis facta eſt Gn.Põpeiũ.M.Craſſum & Gaiũ Cæſaré.Leges agrarie a Cæſare con.cũ maxima cõtẽtione inuito ſenatu & altero cõſule.M.Bibulo latæ ſunt.G.Antonius ꝓcõ.in thratia paꝛ ꝓſpere ré geſſit.M.Cicero lege a.P.Claudio tri.ple.lata:qa indénatos ciues necauiſſet:ĩ exiliũ miſſus eſt.Cæſar ĩ ꝓuinciam Galliam profectus eluetios: gentem uagam: domuit: quæ ſedem quærens per prouinciam Cæſaris Narbonĕ iter facere uolebat.Præterea ſitũ Galliarum continet.Põpeius de liberis Mithridatis Tigrane & Tigranis filio triumphauit:magnuſq; a tota concione conſalutatus.

EX LIBRO.CIIII.

Rima pars libri ſitum Germaniæ moreſq; continet.G.Cæſar cõtra germanos qui Ariouiſto duce in galliam deſcenderant:cum exercitum ducerent:rogatus ab heduis & ſequanis: quorũ ager poſſidebatur:trepidationé militũ ꝓp metũ nouoꝝ hoſtiũ ortá allocutione exercitus ĩhibuit:& uictos prælio germanos Gallia omni expulit.M.Cicero Pompeio inter alios oráte & Tito Annio Milone tribu.ple.ingenti gaudio ſenatus ac uniuerſæ Italiæ:ab exilio reductus eſt.Gn.Pompeio ꝓ quinquennium annonæ cura mandata eſt.Cæſar ambianos:ſueſiones:uiromanduos:atrebates:belgarum populos:quorum quidem maxima multitudo erat:prælio euictos in deditionem accepit:ac deinde contra neruios unam harum ciuitatum cum maximo diſcrimine pugnauit:eamq; gentem deleuit quæ bellum geſſit:donec ex ſexaginta milibus armatorum trecenti ſupereſſent: ex nonaginta quinq; ſenatoribus tres tantummodo euaderent.Lege lata de redigenda in prouinciæ formam Cypro & publicanda pecunia regia.M.Catoni adminiſtratio eiuſdé rei mãdata eſt.Ptolemeus Aegypti rex ob iniurias:quas patiebantur:a ſuis regno pulſus Romam uenit.C.Cæſar gentem oceano iunctam ſcilicet uenetos nauali prælio uicit.Præterea a legatis eius eadem fortuna res geſtas continet.

EX LIBRO.CV.

Vm.M.Catonis tri.ple.interceſſionibus comitia tollerent:ſenatus ueſtem mutauit.M.Cato ĩ petitione præture:prælato Vatinio repulſam tulit.idem cum legem impediret: qua prouiciæ conſulares in quinquennium Pompeio Hiſpaniæ.Graſſo Syria & partichum bellum: Cæſari Gallia & germania dabantur a.G.Trebonio tri.ple.legis auctore in uincula ductus eſt.A.Gabinius ꝓconſ.Ptolæmeum in regnum reduxit Aegypti:reiecto Archelao:quem ſibi regem aſciuerãt.Cæſar uictis germanis:& in Gallia cæſis rhenum tranſcendit proximam partem Germaniæ domuit:ac deide oceano in Britaniam parum proſpere tempeſtatibus aduerſis traiecit:iterumq; parum felicius maximaq; hominum multitudine cæſa reliquam partem inſulæ in poteſtatem redegit.

EX LIBRO.CVI.

Vlia Cæſaris filia Pompeii uxor deceſſit:honoſq; maximus ei a populo habitus eſt:utin campo martio ſepeliretur.Gallorum multi populi Ambiorige duce eburonum defecerunt:a qbus Cotta:&.T.Arunculeius legati Cæſaris inſidiis circunuenti:cum exercitu:cui ꝑerant:cæſi ſunt & cum aliarum quoq; legionum caſtra oppugnata maxmo labore defenſa eſſent: interq; eos:qui ĩtreuiris præerat.Q.Cicero:ab ipſo Cæſare hoſtes prælio fuſi ſunt.M.Craſſus bellũ Parthis illaturus Euphratem fluuium tranſit:uictuſq; prælio:in quo & filius eius cecidit:cum reliquias exercitus in collem recepiſſet:euocatus in colloquium ab hoſtibus ut de pace acturus:quorum dux erat Surenas:compræhenſus:& ne quid uiuus pateretur repugnans:interemptus eſt:& ita periit.

EX LIBRO.CVII.

Aius Cæſar treuiris in Gallia uictis:iterum in Germaniam tranſit:nulloq; ibi ĩuento hoſte:reuerſus in Galliam eburones & alias ciuitates:quæ conſpirauerant:uicit:& regem Ambiorigé ĩfuga perſecutus.P.Clodii a.T.Annio Milone candidato conſulatus appia uia ad bouillas occiſi corpus plebs in curia cremauit.Cum ſeditiones inter candidatos conſulatus Ipſæum Scipionem & Milonem eẽnt:q armis ac ui contendebant:ad comprimendas eas.Gn.Põpeius legatus a ſenatu cõſul tertio factus eſt abſens:& ſolus:quod nemini unq; contigit:quæſtione decreta de morte.P.Clodii Milo iudicio damnatus in exilium actus eſt.Lex dicta eſt:ut ratio abſentis Cæſaris in petitione conſulatus haberetur:inuito & contradicente.M.Catone.Præterea res geſtas a.C.Cæſare aduerſum gallos:qui ꝓpe uniuerſi:Vercingentorige auerno duce:defecerũt:& laborioſas obſidiões urbiũ cõtinet ĩter qs Auarici biturigũ Cergonis auernoꝝ.

EX LIBRO.CVIII.

Aius Cæſar gallos ad Alexiam uicit oẽſq; Galliæ ciuitates:quæ ĩ armis fuerant:in deditionem accepit.C.Cæſius quæſtor.M.Craſſi parthos:qui in Syriam tranſcenderant:cecidit.In petitione conſulatus.M.Cato repulſam tulit:creatis conſulibus.Ser.Sulpitio &.M.Marcello.C.Cæſar Bellouacos cũ aliis gallorũ populus domuit.Præterea cõtinet ĩter conſules de ſucceſſore.C.Cæſari mittendo agente in ſenatu.M.Marcello cõſule:ut cæſar ad petitionẽ cõſulatus ueniret cum is:lege lata in id tẽpus cõſulatus ꝓuincias obtineret debere:reſq; a.M.Bibulo geſtas in Syria continet.

EX LIBRO.CIX.

Auſæ ciuilium armorum & initia referuntur:contentioneſq; de ſucceſſore.C.Cæſari mitten/
c do:cum ſe dimiſſurum exercitum negaret:niſi a Pompeio dimitteretur:&.C.Curionis tri.ple.
primum aduerſus Cæſarẽ actiones continet.Cum .S.C.factũ eſſet:ut ſucceſſor Cæſari omni/
no mitteretur.M.Antonio & Qu.Caſſio tri.ple.quoniam interceſſionibus id.S.C.impediebant urbe
pulſis:mandatumq; a ſenatu cõſulibus &.Gn.Pompeio ut uiderent.nequid reſpu.detrimenti caperet.
C.Cæſar bello inimicos perſecutus cum exercitu in Italiã uenit:Corphinum cum.L.Domitio &.L.Lẽ
tulo cepit eoſq; dimiſit.Gn.Pompeium uniuerſoſq; eius partium Italia omnino expulit.

EX LIBRO.CX.

Aius Cæſar Maſſiliam:quæ portas ipſi clauſerat:obſedit:& relictis ĩ obſidione.C.Trebonio &
c D.Bruto:profectus in Hiſpaniam.L.Afraniũ &.G.Petreiũ legatos.Gn.Pompeii cũ ſeptem le/
gionibus ad Ilerdam in deditionẽ accepit:oẽſq; incolumes dimiſit.Varrone quoq; legato Põ/
peii cũ exercitu in ptãtem ſuam redacto.Gaditanis ciuitatẽ dedit.Maſſilienſes duobus naualibus præ/
liis uicti:Poſt longã obſidionẽ ĩ ptãtẽ Cæſaris ſe pmiſerunt.C.Antonius legatus Cæſaris male contra
Pompeianos pugnauit:& in Illyrico captus eſt:in quo bello opitergini tranſpadani Cæſaris auxiliares
rate ſua ab hoſtilibus nauibus clauſa potius:quam in poteſtatem inimicorum uenirent:intet ſe occur
rentes occubuerunt.C.Curio legatus Cæſaris in Africa cum aduerſum pompeianaꝝ partium ducem
Varronem pugnaſſet:a Iuba rege Mauritaniæ cum exercitu cæſus eſt.C.Cæſar in Græciam traiecit.

EX LIBRO.CXI.

Aius Cecilius Ruffus prætor cum ſeditiones in urbe:quã maxime concitaret nouarum turba
c rum ſpe plebe ſollicitata:abrogato magiſtratu pulſus urbe Miloni exuli:q; fugitiuoꝝ exercitũ
contraxerat:ſe coniunxit:uterq; cũ bellũ molirentur:interempti ſunt.Cleopatra Aegypti regia
a Ptolemæo fratre regno pulſa eſt.Propter.Q.Patuli prætoris auariciam crudelitatẽq; cordubenſes in
Hiſpania cũ duabus uarianis legionibus a partibus Cæſaris deſciuerunt.Gn.Pompeius ad Brunduſiũ
obſeſſus a Cæſare:& præſidiis eius cum magna clade diuerſæ ptis expugnatis obſidione liberatus trã/
lato in Theſſaliam bello apud Pharſaliam acie uictus eſt.Cicero in caſtris remãſit uir nihil minus quã
ad bella natus omnibuſq; aduerſarum partiũ q ſe poteſtati uictoris permiſſerunt:Cæſar ignouit.

EX LIBRO.CXII.

Repidatio uictarum partium p diuerſas orbis terrarum partes & fuga referuntur. Gn.Põpe/
t ius:cum Aegyptum petiſſet:iuſſu Ptolemæi regis pupilli & auctore Theodoro præceptore cu
ius apud regem maxima erat auctoritas:& Photino:occiſus eſt ab achilla:cui delegatũ id facino
nus erat:in nauicula antequam in terrã exiret.Cornelia uxor & Sex.Põpeius filius ĩ Cyprum refuge/
runt.Cæſar poſt tertium diem inſecutus:cũ ei Theodorus caput Pompeii & annulũ obtuliſſet:ĩſenſus
eſt:& illachrymauit ſine periculo Alexandriam tumultuantem intrauit.Cæſar dictator creatus Cleo/
patram in regnum Aegypti reduxit:& inferentem bellum:iiſdem auctoribus Ptolemæum:qbus Põ/
peium interfecerat cum maximo ſuo diſcrimine uicit.Ptolemæus dum fugit:in nilo nauicula : ſubſe/
dit.Præterea laborioſum.M.Catonis in Africa per deſerta cum legionibus iter:& bellum a Gn.Domi
tio contra Phrahatem parthum proſpere geſtum continet.

EX LIBRO.CXIII.

Onfirmatis in Africa Pompeianis parthibus:earum imperium.P.Scipioni delatum eſt:Cato/
c ne:cui ex quo deferabatur imperium cedente. Et cum diruẽda urbe Vtica propter fauorem ci/
uitatis eius in Cæſarem diliberaretur:idq;:ne fieret.M.Cato tenuiſſet:Iuba ſuadente:ut dirue/
retur:tutela eius & cuſtodia mandata eſt Catoni.Pompeii Magni filius in Hiſpania:cõtractis uiribus:
quarum ducatum nec Afranius nec Petreius excipere uolebant:bellum aduerſus Cæſarem renouauit
Pharnaces Mithridatis filius ex Ponto ſine ulla belli mora uictus eſt.Cum ſeditiones Romæ a.P.Do/
lobella tri.ple.legem ferente de nouis tabulis excitate eẽnt:& ex ea cauſa plebs tumultuaretur : ĩductus
a:M.Antonio magiſtro equitum in urbem militibus octingentis a plebe cæſi ſunt.Cæſar ueteranis cũ
ſeditione miſſionem poſtulantibus dedit:& cum in Africam traieciſſet:contra copias Iubæ regis cum
diſcrimine maximo pugnauit.

EX LIBRO.CXIIII.

Ellum ĩ Syria Cecilius Baſſus eques Romanus Pompeianarum partium excitauit:&relicto a
b legione Sexto Cæſare:qui ad baſſum trãſierat:occiſoq; eo Cæſar Scipioné prætoré Afranium
Iubamq; uicit ad Tapſum:caſtris eoꝝ expugnatis:Cato audita re:cum ſe pcuſſiſſet Vticæ:& ĩ/
terueniente filio curaretur:inter ipſam curationem reciſo uulnere expirauit anno ætatis q̃drageſimo
nono.Petreius iubam ſeq; interemit.P.Scipio in naue circunuentus honeſtæ morti uocem quoq; ad/
iecit:quærentibus enim hoſtibus imperatorem dixit:imperator bene ſe habet.Fauſtus & Afranius oc
ciſi.Catonis filio uenia data.Brutus legatus Cæſaris in Gallia bellouacos rebellantes uicit.

ELIBRO.CXV.

Aeſar quattuor triumphos duxit ex Gallia:ex Aegypto:ex Ponto:& Africa:epulum:& omnis
c generis ſpectacula ædidit.M.Marcello conſulari ſenatu rogante conceſſit reditum:qui Marcel
lus beneficio eius frui minime potuit a Gn.Magio Cillone cliente ſuo Athenis occiſus: & cen/
ſum egit:quo cenſa ſunt ciuium capita centum quinquaginta millia . Profectus in Hiſpaniam . Gn.

Pompeium : utrinq; multis expeditionibus factis:& aliquot urbibus expugnatis : summam uictoriã cum maximo discrimine ad Mundam urbem consecutus est.Pompeius Sex.effugit:

EX LIBRO.CXVI.

c Aesar ex Hispania quintum triumphum egit:& cum multi quammaximiq; honores ei a senatu decreti essent inter quos:ut patet patriæ appellaretur & sacrosanctus dictator in perpetuũ esset:inuidiæ causam aduersus eum præstiterunt: quod senatui deferente hos honores: cum ante ædem Veneris genitricis sederet:minime assurrexit:& quod Marco Antonio consule collega suo inter lupercos currente diadema capiti suo impositum in sella reposuit:Et quod Epidio Marulo & cesseceo Flauo tribunis plebis inuidiam ei tanq; regnum affectanti mouentibus potestas abrogata est. Ex iis causis:conspiratione in eum facta cuius capita fuerunt.M.Brutus &.G.Trebonius:& Cassius:& ex Cæsaris partibus.D.Brutus in curia Pompeii occisus est uiginti tribus uulneribus:occupatumque ab interfectoribus eius capitolium.Obliuione deinde cædis eius a senatu decreta:obsidibus Antonii & lepidi:liberis acceptis:coniurati a capitolio descenderunt.Testaméto Cæsaris hæres ex parte dimidia ĩstitutus.C.Octauius ex sorore nepos & in nomen adoptatus est.Cæsaris corpus:cum ĩ campum martium ferretur a plebe:ante rostra crematum est.Dictaturæ honos in perpetuum sublatus est.Chamaces humillimæ sortis homo:qui se.C.Marii filium ferebat cum apud credulam plebem:seditiões moueret:interfectus est.

EX LIBRO.CXVII.

c Aius Octauius Romam ex Epiro uenit:eo enim illum Cæsar præmiserat bellum in Macedonia gesturus omnibusq; prospere exceptis:etiam nomen Cæsaris sumpsit: in confusione rei ac tumultu lepidum Pont.Max.interemit.Sed.M.Antonius con.cum impotenter dominaretur:legemq; de prouinciarum permutatione tulisset per uim:& Cæsarem quoq; petentem:ut sibi aduersum auunculi percussores adesset:magnis iniuriis affecit.Cæsar ut sibi & reipu.uires cõtra eum paraturus deductas in colonias ueteranos excitauit:legiões quoq; quarta & martia signa ab Antonio ad Cesarem tulerunt.deinde plures sæuicia.M. Antonii passim ĩ castris suis trucidati:quia & suspecti erãt & ad Cæsarem desciuerunt.D.Brutus:ut petendi Cisalpinam Galliam Antonio obsisteret:Mutinam cum exercitu occupauit.Præterea discursus utriusq; partis uirorum ad accipiendas prouincias apparatusque belli continet.

EX LIBRO.CXVIII.

m Arcus Brutus in Græcia sub prætextu reipu.& suscepti contra.M.Antoniũ belli:exercitũ:cui Vatinius p̃erat:cũ ꝓuincia in potestaté suam redegit.C.Cæsari q primus reipu.arma sumserat ꝓ Po.Ro.imperiũ a senatu datũ cũ cõsularibus ornamẽtis:adiectũq;:ut senator eẽt.M.Antonius.D.Brutũ mutinæ obsedit:missiq; ad eũ legati a senatu de pace parũ ad eam componẽdã ualuerunt:Po.Ro.saga sumpsit.M.Brutus in Epiro.C.Antoniũ prætorẽ cũ exercitu potestati suæ subegit.

EX LIBRO.CXIX.

c Aius Trebonius in Asia fraude.P.Dolobellæ occisus est:ob id facius Dolobella a senatu inimicus iudicatus est.Cum Pansa consul male aduersus Antonium pugnasset.A.Hircius consul cũ exercitu superueniens:fusis.M.Antonii copiis:fortunam utriusq; partis æquauit.Victus deinde ab Hircio & Cæsare Antonius in Galliam confugit:&.M.Lepidum cum legionibus:quæ sub ipso erant:sibi iunxit:hostisq; a senatu cũ omnibus:qui intra præsidia eius erant:iudicatus est.A.Hircius q post uictoriam ipsius in inimicorum castris ceciderat:&.L.Pansa e uulnere:quod in aduerso prælio exceperat:defunctus in campo Martio sepulti sunt.Aduersus.C.Cæsarem:qui solus e tribus ducibus superarat parum gratus senatus fuit:qui.D.Bruto obsidione mutinensi a Cæsare liberato honore triũphi decreto.Cæsaris militumq; eius mentionem non satis gratam habuit:ob quæ.C.Cæsar:reconciliata per.M.Lepidnm cum.M.Antonio gratia:romam cum exercitu uenit:& præclusis aduentu eius: iis:qui in eum iniqui erant:cum annos.xviii.haberet:consul creatus est.

EX LIBRO.CXX:

c Aius Cæsar consul legem tulit de quæstione habenda in eos quoq; opera pater occisus eẽt:postulatiq; ea lege.M.Brutus.C.Cassius.D.Brutus absentes damnati sunt:Cum.M.Antonio ui res Asinius quoq; Pollio & Munatius Plancus cum exercitibus suis adiũcti ampliassent:&.D: Brutus cui senatus:ut persequeretur Antonium:mandauit:relictus a legionibus suis profugisset:iussũ Antonii:in cuius potestatem uenerat:a Capeno sequano interemptus est.C.Cæsar Pacem cum Antonio & Lepido fecit:ita ut tres uiri reipu.constituendæ quidem per quinquennium præessent: ipse Lepidus & Antonius statuerunt:ut suos quisq; inimicos proscriberent:in qua proscriptione plurimi eq̃tes.cxxx.senatorum nomina fuerant:& iter eos.L.Pauli fratris.M.Lepidi &.L.Cæsaris Antonii auunculi.M.Ciceronis:cuius occisi a Popilio legionario milite:cum haberet annos.lxiii.caput quoque cum manũ dextra in rostris positum est.Præterea res a.M.Bruto in Græcia gestas continet:

EX LIBRO.CXXI.

c Aius Cassius cui mãdatum a senatu erat:ut Dolobellam inimicum iudicatum bello persequetur:auctoritate reipu.adiutus Syriam cum tribus exercitibus:qui in eadem prouincia erant:in potestatem suam redegit.Dolobellam in ube Laodicea obsessum mori coegit.M.quoq; Bruti iussu.C.Antonius captus occisus est.

EX LIBRO.CXXII.

m Arcus Brutus aduersus thracas parum prospere rem gessit: omnibusq; transmarinis prouinciis exercitibusq; in ptātem eius &. C. Cassii redactis coierunt Smyrnæ uterq; ad ordināda futuri belli cōsilia. M. Messalæ Publicolā fratrem iunctū cōmuni cōsilio omnino condēnauerūt.

EX LIBRO.CXXIII.

ſ Extus Põpeius Magni filius: lectis ex Epiro ꝓscriptis ac fugitiuis cū exercitu diu sine ulla loci cuiusq; possessione prædatus in mari Messānā oppidū i Sycilia primū: deinde totā prouinciam occupauit: occisoq; a Pompeio. A. Bithynico prætor: Saluidemū legatū Cæsaris nauali prælio uicit. Cæsar & Antonius cum exercitibus in Græciam traiecerunt bellum cōtra Brutum & Cassium gesturi. Qu. Cornificius in Africa. T. Sestium cassinarum partium ducem prælio uicit.

EX LIBRO.CXXIIII.

c Aius Cæsar & Anto. apud Philippos uario euentu contra brutum & Cassium pugnauerūt: ita ut utriusq; dextera cornua uicerint: & castra quoq; utrinq; ab iis: qui uicerant: expugnarentur: sed & æqualem fortunam partium mors quidem Cassii fecit: qui cum in eo cornu fuisset: qd̄ pulsum erat: totum exercitum fusum ratus mortem sibi consciuit. Altero deide prælio uictus. M. Brutus & ipse uitam finiuit exorato Stratone fugæ comitæ: ut sibi gladium adiiceret: annorum erat circiter ætatis. xl. inter quos. Qu. Hortensius occisus est.

EX LIBRO.CXXV.

c Aius Cæsar relicto Antonio transmarinæ prouinciæ ex pte iperii ei cessit: reuersus i Italiā uetranis agros diuisit. Seditiones exercitus sui quas correpti a Fuluia. M. Antonii uxore milites cōtra iperatorē suum cōcitauerāt: cum grandi periculo inhibuit. L. Antonius consul. M. Antonii frater: eadem Fuluia consulente: bellum Cæsari intulit: receptis ipartes suas populis: quoq; agri uetera nis assignati erant: &. M. Lepido qui custodiæ urbis cum exercitu ꝑerat scisso hostiliter in urbē irrupit.

EX LIBRO.CXXVI.

c Aius Cæsar cū esset annoq;. xxiiii. obsessum i oppido Perusia. L. Antoniū conatūq; aliquoties erūpere & repulsum famē coegit i deditionē uenire: ipsiq; & oibus qdē militibus eius ignouit. Perusiā diruit: redactisq; i potestatē suā oibus diuersæ partis exercitibus: bellū citra ullū sanguinem confecit.

EX LIBRO.CXXVII.

p Arthi Labieno: qui Pompeianarum partium fuerat duce in Syriam irruperunt: uictoque Didio Saxa. M. Antonii legato uniuersam eam prouinciam occupauerunt. M. Antonius cum ad bellum contra Cæsarem gerendum incitaretur: uxore Fuluia dimissā: ne cōcordiæ ducum obstaret: pace facta cum Cæsare: sororem eius Octauiam in matrimonium duxit. Q. Saluidemum consilia nefaria contra Cæsarem molitum indicio suo protexit: isque damnatus mortem sibi consciuit. P. Ventidius Antonii legatus parthos prælio uictos Syria expulit: Labieno eorum duce occiso. Cum uicinus Italiæ hostis Sex. Pompeius Siciliam teneret & annonæ commeatum impediret cum eo postulatā pacē Cæsar & Antonius qdē fecerunt: ita ut Siciliā puinciā haberet. Præterea motus Africæ & bella gesta continet.

EX LIBRO.CXXVIII.

c Vm Sex. Pompeius rursum latrocinis mare ifestum reddert: nec pacem: quam acceperat: præstaret. Cæsar necessario bello contra eum suscepto: duobus naualibus præliis dubio euentu pugnauit. L. Ventidius Legatus. M. Antonii parthos in Syria uicit regemq; eorum interemit: iudæi quoq; a legatis Antonii interempti sunt. Præterea belli siculi apparatum continet.

EX LIBRO.CXXIX.

a Duersus Sex. Pompeium uario euētu naualibus certaminibus pugnatum est: ita ut duaꝝ classiū Cæsaris altera: cui Agrippa præerat: uinceret: altera: quā Cæsar duxerat deleta expositi i terram cum in quā maximo periculo essent. Victus deinde Pompeius: in Siciliā profugit. M. Lepidus: qui ex Africa uelut ad societatem belli contra Sex. Pompeiū a Cæsare gerendi traiecerat: ei bellū cum Cæsar quoque inferret: relicto exercitu abrogato triumuiratus honore uitam impetrauit. M. Agrippa nauali corona a Cæsare donatus est: qui bonos nemini ante eum habitus est.

EX LIBRO.CXXX.

c Aius Anto. dum cum Cleopatra luxuriaretur: Mediam prouinciam ingressus bellum cum legionibus. xviii. &. xvi. milibus equitum parthis intulit & cum duabus legionibus amissis nulla re prospere cedente retro rediret: in secutis subinde parthis & ingenti trepidatiōe: & magno totus exercitus periculo: in Armeniam reuersus est. xxi. die: trecenta milia fuga emensus circa octo milia hominum tempestatibus amisit: tempestates quoq; infestas super infeliciter susceptum parthicum bellum culpa sua passus est: quia hyemare in Armenia nolebat: dum ad Cleopatram festinat.

EX LIBRO.CXXXI.

ſ Ex. Pompeius cum in fidem. M. Antonii ueniret: bellum aduersus eum in Asia moliens a legatis eius oppressus est. Cæsar seditionem ueteranorum cum magna pernicie motam inhibuit: iapidas: dalmatas: & pānonios subegit. Antonius Artiniridem Armeniæ regem: fide data perfectum in uincula coniici iussit: regnumque Armeniæ filio suo ex Cleopatra nato dedit: quam uxoris loco iampridem captus amore eius habere cœperat.

EX LIBRO.CXXXII.

Aius Cæsar in Illyrico dalmatas domuit:Cum.M.Antonius ob amorem Cleopatræ: ex qua
c duos filios habebat:Philadelphum: & Alexandrum:neque in urbem uenire uellet: neque finito eius tempore triumuiratus imperium deponere: bellumque moliretur:quod urbi Italiæq; inferret:ingentibus tam naualibus:q̃ terrestribus copiis ob hoc contractis remissoq; Octauiæ sororí Cæsaris repudio:Cæsar in Epyrum cum exercitu traiecit.Pugnæ deinde nauales & plia equestria secunda Cæsaris referuntur.

EX LIBRO.CXXXIII.

Aius Antonius ad ictum classe uictus Alexandriam profugit:obsessusq; a Cæsare in ultima re
c rum desperatione præcipue occisæ Cleopatræ falso rumore impulsus se ipse interemit. Cæsaris Alexandria in potestatem redacta:Cleopatra ne in arbitriũ uictoris ueniret uoluntaria morte occubuit.In urbem reuersus tres triumphos egit:unum ex Illyrico:alterùm ex actiaca uictoria: tertium ex Cleopatra.Imposito fine ciuilibus bellis altero & trigesimo anno.M.Tepidus:qui lepidi triũuiri fuerat filius coniurationem contra Cæsarem facta:bellum moliens oppressus:& occisus est.

EX LIBRO.CXXXIIII.

Aius Cæsar rebus compositis:& omnibus prouinciis in certam formam redactis: Augustus
c quoq; cognominatus est:& mensis sextilis in honorem eius appellatus est. Cum ille conuentum Narbonæ egit census a tribus galliis:quas Cæsar pater uicerat:actus.Bellum cõtra bastarnas:& mesos:& alias gentes a.M.Crasso refertur.

EX LIBRO.CXXXV.

b Ellum.M.Crasso aduersus thracas a Cæsare aduersus hispanos gestum refertur:& Salasi gentes alpinæ perdomiti.

EX LIBRO.CXXXVI.

g Ræcia a Tyberio Nerõe:& Druso Cæsaris priuigno domita.Agrippa Cæsaris gener mortuus & a Druso census actus est.

EX LIBRO.CXXXVII.

Iuitates Germaniæ cis rhenum & trans rhenum positæ oppugnantur a Druso: & tumultus:
c qui ob censum exortus in Gallia erat: compositus. Ara Cæsari ad confluentem maris & rhodani dedicata: sacerdoteque creato.C.Iulio Vercondari dubio heduo.

EX LIBRO.CXXXVIII.

Hraces domiri a Scipione. Item cerusci: cenchrei: cauci: aliæque Germanorum trans rhe-
t num gentes subactæ a Druso referuntur. Octauia soror Augusti defuncta ante amisso filio Marcello: cuius monumenta sunt theatrum & porticus eius nomini dicata.

EX LIBRO.CXXXIX.

Ellum contra transrhenanas gentes a Druso gestum refertur:in quo inter primores pugnaue
b runt.T.Senectius & Anectius tribuni ciuitatis neruiorum.Dalmatas: & pannonios Nero frater Drusi subegit.Pax cum parthis facta est signis a rege eorum:quæ sub Crasso: & postea sub Antonio capta erant.redditis.

EX LIBRO.CXL.

Ellum aduersus Germanorum trans rhenum ciuitates gestum a Druso refertur: ipse ex fra-
b ctura equo super crus eius collapso.xxx.die:quã id acciderat:mortuus é:corpus a Nerone fratre:q nuncio ualitudinis euocatus:raptim accurerat:Romam reuectum: & in.C.Iulii tumulo conditum.Laudatus a Cæsare Augusto uitrico:& supremis illius funeribus plures honores dedit.

PRAESENTIS CODICIS HAEC SVNT CAPITA OPERVM.

Io.An.Episcopi Alerienſis ad Summum Pont.Paulum.ii.Venetum:& Marcum Sancti Marci Cardinalem epistola. Fausto
T.Liuii patauini historici primæ decadis præfatio. Facturus ne.
T.Liuii patauini historici ad urbe condita decadis primæ liber primus.Iam primum
Liber secundus Liberi
Liber tertius Antio
Liber quartus . . . Hos
Liber quintus Pace
Liber sextus Quæ
Liber septimus Annus
Liber octauus . . Iam
Liber nonus Sequitur
Liber decimus L.Gneus
T.Liuii patauini historici tertiæ decadis præfatio. In parte
T.Liuii patauini historici de secundo bello punico decadis tertiæ liber.i.Missus.

Liber secundus. Iam
Liber tertius Hannibal
Liber quartus Vtex
Liber quintus Cum hæc
Liber sextus Gn.Ful.
Liber septimus Hic
Liber octauus Cum
Liber nonus Scipio
Liber decimus G.Scrui.
T.Liuii Patauini historici Quartæ decadis præfatio. Me quoq;
T.Liuii Patauini historici de bello Macedonico:& asiatico de quartæ li.i.Pacem
Liber secundus Consul
Liber tertius Consules
Liber quartus Inter
Liber quintus Principio
Liber sextus Cornelium
Liber septimus Cornelio
Liber octauus Dum in
Liber nonus Dum hæc
Liber decimus Principio
Lucii Florii Epitoma decadum quattuordecim.T.Liuii Patauini Historici in centum & quadraginta libros distinctum: Aduentus Aeneæ.

M.AN.SABELLICVS.MAGNIFICO ET PRAESTANTI VIRO BENEDICTO CORNARIO PATRITIO VENETO SALVTEM.

NIHIL Hominum memoria utilius fieri cõtigit.Benedicte uir ornatissime q̃ quod uetus iactura quã latina lingua tam bellorũ q̃ tẽporũ iniuria multis retro ætatibus fecerat paucorũ hoiũ industria nobis resarciretur:exhaustæ prorsus consumptæq; erãt bibliothecæ: Romanus sermo barbaricæ fœditatis seruitio p̃ssus:facie situ & sq̃lore obducta:p re sordida & neglecta ĩ obscuro eẽ:nec siqua iterim ingenia emergere:q̃ rem tantã auderẽt seruitio adimere ob ipsam librorũ inopiã multũ proficere poterãt:multi uariiq; hoiũ conatus extitere:sed ĩ utiles illi & irriti oẽs:& iã nihil aliud norant nostra tẽpora q̃ uetera desyderare:& quæ semel deplorata essent perpetuo lugere.Quũ noua hæc & inopinata iprimẽdi ratio q̃si munus quoddã cœlo demissum maiore oĩno admiratiõe q̃ spe futuri successus ꝑdiit in aptum.Quæ res incredibili celeritate nõ Italiã modo sed totã pene Europam mira librorũ referssit opulentia:ueꝝ sæpe fit ut spes spei gradũ faciat:plærisq; his paucis annis partim noua scribẽdo partim quæ uetustate corrupta erãt in integrum restituendo rẽ auspicatissime inchoatã mirum ĩmodum iuuerũt:Velles tam ĩ hoc publico successu ut q ad recognoscẽda emẽdandaq; aliorũ scripta librariis officinis suã operã locarũt cõmunis cõmodi maiorẽ q̃ sui rõnem habuissent:effecissent illi had dubie nisi q̃stui nimiũ studuissent ut nihil hodie aut q̃ pauciss̃ima ĩ multiplici & uaria lectiõe desyderaremus:Cæterũ eorũ uel ĩcuria:uel negligẽtia ita accidit:ut nũc quoq; multi uelut am fractus passim lectoribus occurrãt:qbus sublatis facilior oĩno conatus fuisset ad bonarũ artium studia capessenda:Id ego uitiũ quũ in aliis ægre:tum in Liuio qđ toties imprimi cõtigisset ægerrime ferebam ĩ quo pene plura mercenaria opera q̃ ulla tẽporũ iniuria iuerterat.Nec interea solus ego eam molestiã sentire.Erant & alii q̃ plurimi q ob id ipsum eã lectionẽ cunctantius adirent:quũ nulla alio q uel utilior uel suauior adiri posset.Huic igit̃ multorũ siue q̃relæ siue sollicitudini occurrẽdũ ratus Bernardinus Herasmius Nouocomẽsis hõ ut te non ignorare arbitror fide & ĩdustria singulari a me nuper petiit:qua potiss̃imũ ratione Liuiũ in integrũ posset restituere:cui ego uetustiss̃imo aliquo exẽplari opus essẽ respõdi:ut pauca hæc quæ ex tãto naufragio fragmẽta adhuc restant emẽdatius legerent:tum ille q̃do id inqd haud facile datur:tu si potes da opam quæso ut clariss̃imã historiã aliq̃to integriorem nouæ ipressioni subiiciamus.Recepi ego quũ ipsius cã tum ut iis qui sacra colũt litterarũ aliquid gratificarer me id factuꝝ:sed quũ multo plures loci q̃ putarã uno atq; altero exẽplari paꝝ integri occurrerent ꝑ magno habui negotio cum iis quæ obseruata a me eẽnt uetustioris libri alicuius lectionem conferre:q diutiss̃ime requisitus:ex ornatiss̃ima Bibliotheca tua officiose mihi est demũ oblatus. Multa fateor eram ĩ medio relicturus quæ lectiõe illa cõfirmatus a uitio uĩdicare ꝑseueraui:Cõtra plura qdem ĩ eo sunt quæ nihilo sinceriore fide(ratione enĩ & auctoritate conuincitur)quam ĩ cæteris notata deꝑhendi:quoꝝ ratio ut aliquãto tibi facilior cognitu esset:quum decadũ ordide tum librorũ seruato ad ducentos& amplius locos tibi certa serie digessi quibus sapientiss̃imo iudicio tuo pẽsuatis facile prospicies ueriss̃imum esse illud sophoclis gratia gratiam parit qui quum cæteris paribus satis emẽdatũ mihi librũ concesseris pari officio acceperis per quæ illum adhuc emẽdatiorẽ habere possies.Vale.

M. ANTONII SABELLICI BREVISSIMAE IN LIVIVM ANNOTATIONES LOCIS SVO ORDINE AVT IN INTEGRVM RESTITVTIS: AVT IN FRONTE NE QVID TEMERE OFFENDERETVR BREVI INDICE RELATIS.

PRIMO LIBRO.

Facturus ne ſim opepreciū ſic uulgo oēs liuiani codices habēt: ueꝝ Fabius Quintilianus docet nō ita liuium exorſum: ſed facturus ne operēpcium ſim atq; eo auctore ita reponēdum curaui.

Nec illud ferēdū duxi qđ tam recētia q̄ uetera exēplaria habēt rege philemene ad troiā amiſſo: quum Homeri lectio manifeſte demōſtret pylemene eſſe legēdum eius carmē ex ſecūdo iliados eſt.

Quid illud: ubi primum inquit ex profunda emerſus palude eques curtius inuado ſtatuit curtium lacum appellarunt: ego lectorē admonui uideret ne curtium legēdum ſit potius: ut ueteri uoce uſus. Liuius quod & Maro & Hēnius fecere eques ꝑ equus poſuerit: ſtatuit enim actiuo ſignificatu hoc loco accipias neceſſe eſt.

Plura: Exemplaria habent lex horrendi criminis erat: ubi nos Ciceronem pro rabirio ſecuti integram uocem carminis pro criminis repoſuimus.

Tullios inqt ſeruilios Quintios Geganios Curiatios Cloelios: Dionyſius inter illuſtris familias quæ Ex alba romam traductæ ſunt nō Tullios ſed Iulios quod ſatis conſtat eam familiam ex alba oriundam refert: quod cum ita ſit iulios libentius legerim q̄ Tullios.

In album ait elata: Cæterum ſiquis Macrobium & alios plærosq; reſpiciat relata liuium potiuſquā elata ſcripſiſſe dixerit.

Aruns inqt Tarquinius & Tullia minor prope cōtinuatis funeribus: ſed maior uerius legitur: nam ſi Aruns minor natu fuit fratre qđ Dionyſius ſcribit: oportuit maiorem tulliam periiſſe quæ Tarquinio maiori natu nupſerat.

Itaq; pomptinæ manubiæ. Ego pometine. Dionyſio & Liuio Auctoribus repoſui uterq; auctor ē pometia capta: eius prædæ manubias in capitolini templi erigendi uſum a rege ſepoſitas:

Quædam exēplaria habent Et collatinus cenabat & Tarquinius Egerii filius: uelut Tarquinius a Collatino diuerſus eēt: dionyſius auctor eſt Egerii filium Tarquinium Collatinum appellatum: quare altera particula Copulatiua tollenda eſt:

Illud licet mutare nō auſim: moneri tamē lectorē oportuit: uideret ne: Valeſi ꝑ Voleſi ſit legēdū: & Valeſii nō multū diuerſo loco ꝑ Voleſii. Fabius auctor ē Valeſios & fuſios ꝑ Valeriis & Furiis a uetēribus uſurpatū.

SECVNDO LIBRO.

Omnia Liuii exemplaria Aurelium poſthumium habēt: pro eo qui ad Regillū lacū latinos uicit dionyſius & alii Aulum poſthumium non Aurelium ſcribunt.

Ad eo in alteram cauſam non collega ſolum præceperat ſed omnis factio nobilium & ſi non noua eſt uerbi apud Liuium uſurpatio tamen uideat lector ne præceps erat aut ierat ſit legendum.

Apparuit cā plebis ſuā uicē indignantē magiſtratu abiiſſe: ſic pleraq; habēt exēplaria ſed plæbeis uera ē lectio: quia ſuam uicē dixit uideo & plæbi poſſe legi ſed prior lectio uerior ſequitur. n. proſecuti ſunt

Cum equis fabio cōſule pugnatū ait liuius quū a militibus deſerta ē in acie res publica ſed duobus locis aduerſus ethruſcos prouinciam illi datā dixit quare alterum falſum omnino eſſe oportet.

Conſilia conferunt de Romano bello haud facile credebant plæbem ſuam impelli poſſe ſed ego ob'ea quæ ſequuntur ſua ui libentius quam ſuam legerim.

Plebei: magiſtratus tribunitiis comitiis fierent: ſic pluribus locis: gellius tamen docet tributis comitiis nō tribunitiis eē legendum.

LIBRO TERTIO.

Sp. furius fuſius fuſios furios fabios ſcripſere qdā. Ex q̄ lectiōe nullus elici pōt ſenſus uidēdū igit ne ūerior ſit lectio. Sp. furius ſiue fuſius: fuſios furios fabius & qdā ſcripſer: nā & uetus codex Fabius hēt.

Si uos urbiſq; ſi ueſtri nulla cura tangit ex hac quoq; lectione ob coniunctiuam particulam nihil ſequi poteſt quare uera lectio eſt ſi uos urbis Quirites ſi ueſtri nulla cura tangit.

Eequites item ſuæ cuiq; parti poſt principia collocat cæterum an ſuæ quenq; parti ſit uerior lectio ipe lector uiderit.

Diſtenderent hoſtium copias: ſed cur nō diſtinerent potius?

Relicto exercitu caſtra locat: ſi exercitum reliquiſſet non erat opus caſtrorum metatione quare relicquo exercitu melius tu uide quæ præcedant.

Ibi a legatis ſeu foſſam fodiens palo innixus ſeu cum araret: ſed cur non bipalio aut palæ potiuſq̄ palo gendum ſit? ſi foſſe fodiendæ erat intentus.

De uirgine adeo fœde ad libidinem petita: ego Virginia repoſui. Iu. Virginia forme & liuius paulopoſt manes uirginiæ: rurſus. M. Claudius uirginiæ aſſertor.

P. Numitorius puellæ auus: ſed auunculus legendum ut frater matris Virginiæ eēt: nā ſi pater fuiſſet nō uideo quo pacto tam grādis natu tribunus poſtea fieri potuiſſet cæteꝝ Liuius haud multo poſt iteꝝ corrupta a librariis dictiōe uirginii auunculū uocat quū uirginiæ haud dubie legi oporteat.

LIBRO QVINTO.

Lauinium pro lanuuio quinto libro & pluribus locis mēdoſe legere eſt: Lanuuii ut Cicero clare demonſtrat: fuit ſoſpitæ iunonis templum & non lauinii.

LIBRO SEXTO.

C.Marco omnia exemplaria habent:pro.C.Marco.duo.n.prænomina Romanorum nemo habuit:
Eodem libro promptina pro pontina legere eſt ſiue pomerina.
In quibuſdam codicibus nec adeo paucis médoſe Claudius pro Cincius eodem libro legitur.

LIBRO OCTAVO.

Ad ſaturæ flumẽ:ſic plura exemplaria habét:ſed Aſturæ legẽdum Plynius auctor eſt:& Liuius haud multum diuerſo id loco demonſtrat.

LIBRO DECIMO.

Qui in hoſtium exercitu peditum quadraguinta trecentum triginta:ubi trecẽtum pro trecentum re poſui alioquin trecẽtos legẽdum erat.

TERTIAE DECADIS. PRIMO LIBRO.

Duas legiones romanas:& quadrĩgentos quinquaginta ſociorum:Vera & ſincera lectio eſt: quod polybius plane demõſtrat duas legionas romanas & quattuordecim millia ſociorum.
Nec ita multo poſt Mille equites ſocios ſexcentos Romanos Gallia eodem uerſa habuit ubi poſt mille quadringẽtos quĩquaginta ponit polybius:quo apparet:utrobiq; librariorum incuria Liuianam lectionẽ deprauari:cõtigiſſe:erit id facilius iudicatu ſiqs romanæ militiæ ſit uel mediocriter ꝑitus.
Additi equites libyi phœnices huius quoq; loci lectorem ad monendum duxi quãdoquidem oẽs fere liuiani codices diuiſis dictionibus id habeant:quũ libyphœnices ſit dictio uno ſpiritu enũciãda.
Hannonem Amilcaris filium:Polybius Bomilcaris filium habet quod eo magis placet quia Hannibalis fratrem in Hiſpania potiuſquam alium Hannonem relictum crediderim.
Ridiculum pene eſt quod dicam plurima Liuii exemplaria Hanno nonis cis hiberum in ꝓuĩcia erat. Quum haud dubie legendum ſit Hannonis cis hiberum prouincia' erat.
Cecilius q cremonis iugum uide ne ceutronis uel centronis ut Plinius ait ſit legendum Strabo una in quit uia per ſalaſſos ad montes pœninum ducit iumentis inacceſſibilis altera per centrones ꝓplixior.
Excito deinde ſcipione hibernis ſtoicoſis.Vetus codex ſtoicohis habet ſed neutrum ut ingenue fatear inteillgo.Verum haud omnino abſurdum ſit ſiquis hoſticoſis legat ab eo quod hoſticum ſit qđ':& in pacatum:nam hyberna illa ob incurſus hoſtium fuerant inquietiſſima.
Lauinii hoſtiam ſe mouiſſe:& paulopoſt donum auri Lauinium Iunoni portatum eſt:uerum ſatis cõ ſtat ut ſupra monui Lanuuii eſſe legendum & Lanuuium quia ibi uino ſoſpita:ide haſtam ſe mouiſſe non hoſtiam uero ſimilius eſt Liuium ſcripſiſſe:quod hoſtia mota ſit ĩ prodigiis nunq; quod ſciã eſt legere ſed haſtam idem: auctor alibi Haſtam martis preneſte motam pro prodigio nunciatũ qđ Iunoni fuerit haſta Homerus & alii demonſtrant:idem Liuius alibi põtifices haſtas motas nunciauere & lanuuii ſimulachrum Iunonis ſoſpitæ lachrymaſſe.
Ob hoc ratus auſpiciis emendis latinarumq; feriarum mora ita uulgo habent recentiora exẽplaria uetus codex ementiendis habet ego monui ut uideret lector ne emendandis ſit legemdum:
C.Seruilius &.Gn.Flaminius:ſic plærique codices habent pro eo quod non.C.ſed:Gn.Seruilius ſcribẽdum fuit &.C.Flaminius non.Gn.
Quidam etiam habent:& caput ſpeciem cæli ardentis fuiſſe ubi caput pro capuæ audacter repoſui Iunoniq; ſoſpitæ Lauinii:At lanuuii ut dixi integra eſt lectio Cicero & Liuius auctores:
Donec inſuper eques hæc in acie traſimena ubi inſuber repoſui Polybius auctor eſt inſubres a Flamínio olim uictos:eorumq; fines populatos.
Profectus præputianum agrum deuaſtat Polybius per brutianum ſcribit Plinius uero pretutianum tu quem potiſſimum ex tribus ſequendum putes uideto.
Conſanum portum ego Coſſanum rep oſui eſt coſa ut Plinyus ait oppidũ ethrurie littorale alii coſſas appellãt nec de coſa Fluuio qui apud fruſinonem labitur ĩtelligi põt:neq;.n.celebre ad mare fert nomen:neq; ea ora legẽda fuit ex urbe Roma in Hiſpaniam nauigãtibus.
Fortunæ minas ſaxa:quod ſaxa literni dicas ratione caret paluſtri enim loco eſt id oppidum uide igit ne formiana ſaxa uerior ſit lectio ut legatur inter formiana ſaxa:& literni arenas:nã nõ procul inde formiæ ſunt:& præneſte inde procul eſt ubi fortuna colebatur.Cæterum ſaxa montium arenæ & ſtagna non ſunt fortunæ minæ ſed naturæ.
Iam fame ſedendo & cunctando bellum gerebat.Ego ferme potius legerim tu uide utrum malis.
In hiſpania lergauonenſium:ubi Ilercaonenſium ptolemæi auctoritate reponi potuit: ſed hoc quoq; ĩ medio relinquo.
Mœnia inſula uaſtata Plynius eam inſulam mœnicem uocat Ptolemæus myrinta tu quid potiſſimũ ſequare maturius uideto:
Vt a populo crearetur qui prodictatore eẽt ſed ꝓdictator uera eſt lectio ut ſit prodictator uelut procõſul & proprætor.
Vt dictator pro dictatore diceretur ex qua lectione nihil ſequitur legendum igitur pro prodictatore: ſit ſenſus fabius factum eſt:ut dictator ſit dictus quum uere prodictator fuiſſet.
Se quo die uidiſſet hoſtem profecturum tu uide ne profligaturum legendum ſit potius.
Quid inter armatam iuuẽtutem cenſes futurum:multo uerius facturum legerit aliquis:nam ſi futurum ſcripſiſſet Liuius:quem aut qualem nõ quid dixiſſet.

Donec res eadem manebunt:ſed melius eædem.
Nunciari iam efferenti ſigna porta collegæ iuſſit:obnunciari uerius quid obnunciare eſſet pedianus: & Cicero docent.
Ex ſeptemmilibus armatorum ſexcenti extiterunt qui erumpere auderent ſupra triamilia & ſexcẽtos erupiſſe dixit quare uide ne triamilia reponenda ſint.
Ad nobilitádas Romana clade Cannas miror perſuaſum eſſe nõ paucis Cánas eum fuiſſe locum quẽ hodie Canuſium dicunt nec aduertunt Liuium:ſeorſum Canuſii a cannis mentionem feciſſe ſed is uicus fuit qui hodie corrupta uoce haud procul ab aufidio Cannelæ uuglo dicũtur:ipſius quoq; fluminis uoce ímutata Lophátum locorum í colæ ut audio appellát:id admonui quia illuſtres quidẽ rerum ſcriptores aufidum diuerſa italiæ parte nominant quum is de quo nunc agitur in Apulia ſit.
Hic miles magis placuit cum pretio minore redimi quam captiuorum copia fieret ex qua lectiõe nihil ſane elici poteſt:quod ex omni parte quadret:ego ſic repoſui quum pretio minore redimendorum captiuorum copia fieret.
Neq; his ſexcenta millia hoſtium obſtitere:ego quadraginta millia potius legam at qui hũc numerum notatum iuenerant per duo Elementa.xl.mox præpoſtere notatis:reddiderũt numerum longe máiorem:quod quadraginta ſit legẽdum ea ratione adducor quod Hannibal cum quinquagíta míllibus in aciem ad cannas proceſſerat ex his circiter.x.milia in prælio occubuerát quo factum ut per hũc hoſtium numerum romani noctu euaſerit ſed error ut dicit errorem peperit:ut ex.xl.millibus.lx.primo librariorum in curia fecerit:mox ex ſexaginta ſexcenta ſcribi contigerit:ſcio eſſe qui ſexcentis ſcribant referentes id ad numerum erumpentium ſed ille maior omnino fuit.
Quanto ante maior hæc clades ſuperioribus Cladibus fuerit:at ſincerior lectio erit ſiquis autem pro ante repoſuerit.

LIBRO TERTIO.

Hæc quum dixiſſet gladium in publicum trans maceriam hoſti abiecit:ego horti libentius legerim: quam hoſti ex quo nihil ſequitur.
Ferre ex agris undique conuecto:ſed farre ex ueteris codicis collatione dictione in integrum reſtituta legendum monui.
Structiſq; rohis ueſcebantur:&ſi pro certo ponere non auſim donec tamen alius meliorem inuenerit ſententiam ſtrictis rubis haud grauate legam.
Aræ tantum retentæ Ego lectorem monui uidere ne arces uerius quam aræ legeretur.
Signa Lauinii ad iunonis ſoſpitæ bis ſupra oſtendimus Lanuuium eſſe legendum non Lauinium ut mendoſe habent ueteres:& recentes liuiani codices.
Ad Luciniæ Iunonis templum egreſſi ſic plura habent exemplaria uerum laciniæ quis ignorat ueri or eſt lectio.

LIBRO QVARTO.

Locus ibi erat frequenti ſilua Lucus coniectura prius mox libraria fide uſus:reponere non dubitaui.
Antiquamq; frequentia eorum recipere:at uidendum eſt ne liuius uirorum potius quam eorum ſcriptum reliquerit.
Deinde cæteros auctores ſũmouet Andronodorus ſed nemo non tutores legendum eſſe dixerit quũ Andronodorus:& quindecim alii cum eo tutores puero relicti eſſent.
Vt multis poſt annis fuiſſe non negarim ubi ita pro ut & feciſſe pro fuiſſe: coniectura haud inepta:in fronte:admonendi lectoris gratia aſcripſi.
Claudinus ſamnis:poſſet & Caudinus a Caudio oppido ſcitis apte legi: uerum quia:& Claudium in ſamnio reperio:nihil mutare ſum auſus.
Tarentum triduo anteq; hannibal ad mœnia accederet a.M.Valerio proprætore miſſus Is:ex qua lectio ne plane datur intelligi deeſſe nomen eius qui miſſus ſit nec poſtea a Liuio ponitur. Sed Liuiũ Salinatoris fratrem intelligi uolo ut liuius alio loco demõſtrat q̃q̃ Cicero aliter ſentiet quo præſidium tenente Tarentum eſt annibali proditum:
Prætores in Acradinam cum iuuentute populorum fugiunt:ego popularium Liuium ſcripſiſſe credi derim nam populorum hic ratione caret.
Naues iunctæ aliæ binæ ad quinqueremes ex qua lectione quid ſiqui poſſit uideant illi ſi poſſunt qui ita ſcripſere Ego aliæ a binas quíqueremes lego ut ſingulæ naues duabus eſſent quinqueremibus p̃cinctæ ut ab utraq; parte unam haberent:ſicq; onerariæ remis agerentur.
Hos ſacratos Lacus locoſq;:multo tamen uerius lucoſq; meo iudicio:quod alio etiam loco ex uetuſti Codicis Collatione feci.
Vt proditis q; ſeptemuirali iudicio eſſet quid ſeptemuirale iudicium hoc ſibi loco uelit ut ingenue fatear haud intelligo quare uide an ſemet uirali iudicio legi poſſit ut nouo quodã modo ſit a liuio dictum ſed in ea conſultatione prius uſurpatũ ut eſſet ſenſus ſuo ipſius iudicio Altinium perſuaſum habuiſſe oportere ſe impune uariare proditionem.
Documentũ auté dicant ſtatui oportere Emendatiores codices habét ducát ego dicant potius legerí.
In iugulario q; uico ſic uulgo ſcriptum reperio. Ego iugario eiuſdem liuii auctoritate legendum puta ui qui li.xxxvii. A porta inquit iugario uico in forum uenit.

Ab altero prætore ſempronio Tuditano' Aternum expugnatum ego in gallia ubi res gerebãtur Aternum non reperio quare uide ne Cliternũ ſit legendũ q̃q̃ plures Cliternam & non Cliternum ſcribant Addo quod. lxx. hominum eo loco capta ſcribunt quod in nulla galliæ urbe nõ modo in ignobili una eueniri potuiſſet quare ſeptem millia potius legerim.

LIBRO QVINTO.

Neq; in ſecreto modo atq; ĩtra parietes ab hoſteq; tenebãtur. ro. ritus ſed in publico etiam ac foro capitolioq; mulierum turba erat uide ne poſte & non ab hoſte quod quadrare nõ poteſt ſit legẽdum.

Ad Alliam prope omnis exercitus fuit ſenſus & ratio contra librariam fidem arguunt fugit a Lauio non fuit: ſcriptum quod hiſtoriæ uel mediocriter eruditus plane colligat.

Alterius poſtea eſt aucta dedit Curato auctoritas euentu omnia uetera & recẽtia quæ uidimus exemplaria ſic habent: uerum non inepte ut mihi uideor pro dedit curato declarato repoſui: ut ſit ordo alterius carminis aucta eſt auctoritas declarato euentu.

Amnem troiugenam Cannam Romanæ fugæ: mendoſe & hoc carmen uulgo notatum uideo quaſi Aufidus aut Canna troiugena dici poſſit Amnem troiugenam Cannam legere perſeuerarũt: Ego troiugena reor legendum ut cum romane iungatur: nam romane ibi uocandi caſus eſt: ut ſit ordo o romane troiugena fuge Amnem Cannam.

Triginta paſſuum millia ab urbe: ſi quis attendat quæ non multo poſt ſequuntur facile deprehendat mendoſe numerum hunc poſitum id ego ſecutus quum ad Vetuſtum Codicem confugiſſem tria milia habere repperi: quæ lectio uerior uero eſt.

Præſidiis datis qui commeatus eos proſequerentur: aut præſidio ſcribẽdum eſt aut quæ quod uetus Codex habet & non qui legas oportet.

Cuius aduentu qui ante in exigua ſpe ad tranſitionem ab hoſtibns per colloquia erant ultro ad tranſeundum hoſtem uocabant: ubi quia nihil ex ea lectione ſequebatur ex uetuſtioris codicis collatione: uocati erant repoſui.

Senſu non ſatis pertinente ad omnia tu uide ne pertendente ſit potius legendum.

Satis proſperos euẽtus ad traiiciendum in Siciliã habuit: pro euentus: ego uentos reponẽdũ ab initio putaui ob ea quæ ſequuntur uetuſti inde Codicis fides acceſſit qua freti in reſtituẽda ditione audacius perſeueraui: hæc plura dixi quia euentus non multum diſcrepat ab eo quod dicitur.

Etiam non ſuæ fortunæ conſilium perturbatet: ita plæriq; habent quidam uero & in his uetus codex & non Cœterum melius etiamnum: & duobus poſt uerſibus fidem cuius facere poteſt: alii non pauci legunt: ſed pro cui ius ego cui uis feci.

Cogor ueſtram omnium uicem quod difficilimũ in loctu eſt unus conſulere: ſic uulgo ſcriptum repe rio: ſed librariæ fidei ratione obiecta conſolari legendum eſſe & non conſulere contenderim.

Quia ſub lucæ publica pabulatum lignatum & p̃datum quidam dilapſi fuerant: hæc loquẽdi ratio: ut noua ita apud Liuium receptu difficilis quare uide ne pura ſit legendum: & non publica.

Libyphœnicus Generis Hippocinatis: ſed libyphœnicis Generis Hipponatis: melius implet aures libyphœnix nominandi caſus eſt: & non libiphœnicus hippo ad hæc oppidũ africæ nobile unde hipponas hipponatis uideri poteſt deductum: uerum hæc coniectura eſt.

LIBRO SEXTO.

Obſidebatur tam carius q̃ oppugnabatur uera tamẽ lectio eſt acrius non carius.

In ſpeciẽ honoꝝ erant honorẽ detrectantibus: omnia fere exemplaria ſic habẽt. Cœteꝝ niſi erat legas nihil ſequitur: ut ſit ſenſus negligere honores honori dabatur detrectantibus.

Sedicã oram Lauiniũ premiſit: tu uide ne ſecundũ legi oporteat alioqn qd ſedica ſibi uelit nõ reperio.

Inde præter interamnem Nequinum: infregellanum agrum ad lirim fluuium uentum ipſe: Aquinũ reſtitui: nam Nequinum procul ĩde eſt: & tam auerſum q̃ quiduis aliud auerſiſſimum.

Circa urbem in monte etiã Albano atq; arce Eſulana ponunt. Vetus Codex eluſana habet ſed utrunq; mẽdoſe legitur. Tuſculana igitur uera erit lectio Tuſculi. n. arx fuit eaque maxime celebris in toto latio nec procul alba locus eſt.

Illud quoq; monebo hoc loco uulgo recentibus Codicibus & quod magis mireris aliquanto uetuſtioribus mẽdoſe legi lauicanum pro labicanum: labicum latii oppidum apud plures legere eſt Lauicum quod ſciam ſcribit nemo.

Nullos aptiores iter cõualles tectaq; hortoꝝ & ſepulchra uacuaſq; undiq; uias ad pugnãdum futuros Cur uacuas legi poſſit nõ uideo ſi iter cõualles & ĩpedita loca melius numidas equites pugnaturos dixit: quare uide ne inueꝛſa dictiõe uacuas ꝓ eo q; Liuius Cauas ſcripſit librarioꝝ fecerit incuria.

Poſt profectionem Hannibalis mortui inuenti hoc plæriq; habent Codices alii quod magis placet nõ mortui habent ſed magni.

Cælius Romã euntẽ a freto diuertiſſe Hannibalẽ tradit ſed ille a Capua. i. ꝓcul & mari uenerat nec ad mare deſcẽderat: nec fretum dixiſſet: ſi ẽt ad mare uentum eſſet: quaſi ignoremus quid fretum ſit nec tamẽ ex ipſo freto ſiculo Hánibal ueniſſe dici põt quum ſtatim ſubiungat ab Reate quod ſabinorum eſt oppidum ergo ereto nõ freto legẽdum illuſtres locus Eretum in ſabino agro ſupra tybe rim quã dictionẽ apud Valeriũ de prauatã ĩtegrum ĩ plinianis obſeruationibus amẽdo uindicaui.

Præterq; oppidum ſulmonem iſtituit in Martianos trãſiſſe uideat lector ne Marrucinos ſit legẽdum

qui pelignis sunt affines:Sed coniectura hæc:
Quæ summa ope apparata erat ne impediri posset:placuit ab initio properata legere:inde uetustus codex ostendit approperata Veriorem esse lectionem.
Pari in Curia haud multum infra ut esset aliqua oratorum sedes scripsere quum nemo non perspicue intelligat Liuium Aratorum scriptum reliquisse.
Decimoq; deinde uersu & quoniam nihil in Hánibale fuit:ubi q̃ pro quoniam reposui & proxima linea quod a Capuam attinebat mendose plærisq; codices habuerunt:sed q̃ non quod uera erat lectio.
Quidã etiam Codices de tradendis artibus urbium:paꝛ integra fide cæterum mendo æque notabili habuerunt:nos restituta dictione arcibus fecimus.
Sedicinum ad hæc uulgo notatum uideo:Ego ut uerius ita libentius sidicium dixerim.
Terræ secutæ defectionem hibla & Marcella nullibi locoꝝ in Sicilia Marcella est sed Maccila ut quidã habent:ut alii magella.
Corcyræ tenus ab ætolia incipiente:sed circyra tenus uerior erit ordo.
Expeditionẽ subitã in originoꝝ atq; appolloniatũ fines fecit:oía quæ uidimus exẽplaria sic habẽt q error locoꝝ ĩscitia ẽ ortus:Oricũ.n.haud ꝑcul appollonia ẽ quare oricinoꝝ reponẽdũ ẽ ꝑ originoꝝ.
Et loco pene contigno pro pelagoniam in quibusdam exemplaribus Paphlagoniam bis scriptũ repio.
Præda ex pacto Romanis cessit:Cæterum nihil tale supra Romani pacti erant quare ex Naupacto Liuium scriptum reliquisse credere est id enim oppidum tum captum a Roma.est.
Vt per se non liceat palã Rome Crimina edicta facta ab inimicis uulgare uide quæso ne edita fictaq; sit potius legendum.
Ex quo primũ aduersæ gloriam pugnæ cœperat:& hoc lector aduertat necesse est an primus sit legendum nam si primum aduerbium sit nõ procedit quoniam Marcellus priores honores bellicos fuerat adeptus sed primus Romanorum ducum Hannibalem uicit.
Inclusos onere eos:Ex iis quæ sequuntur tenere legendum est:& non onere haud dubie apparet.
Siculisq; Romam præbuit sed siculis quoq; uera lectio ut sit ordo siculis quoq; obuiã egressis potestatem fecit ad eundi Romam adducens secum accusatores duobus uiris celeberrimis excidio duaꝝ clarissimarum urbium: Syracusarum silicet & capuæ quare nisi ac particulam demas ante celeberrimis neq; ordo:neq; sensus stare poterit.
Capua fuluiũ rerum Marcellum Syracuse habeant:licet plura exemplaria sic habeant:perspicue tamẽ apparet reum Liuium non rerum scripsisse.
Quadragesimo deinde uersu est:Nec uictoris ira captis damnauerit pro capitis & totidem infra uersibus dum nequi maior q̃ quinquaginta iugerum agri modus esset ubi nequi pro necui incuria notari contigisse apparet.
Nisi uellet in multas paruas Capere exercitum:Capere librarii fecerũt pro eo quod liuius carpere scriptum reliquerat.
Auelia & a pesio:debitas ex fœdere exigendo:Pesium in Lucania: aut Brutiis legere quod sciam non est: sed pestum ueram igitur lectionem a Velia & pesto esse haud dubie apparet.
Et Paulum infra ille atque præceps cum armis procidit ante portam & si plæraque exemplaria id habent proram tamen reponendum duxi is enim casus naualis pugnæ est.
Assumpto comite.M. Epicide nulli quod.Sciam Carthaginensium prenomen fuit Marco:uno igitur epicide legerim siue ut Vetustus habet codex inde epicide:
Quam in eo minus sic multa habent exemplaria ubi pro in eo meo scribendum fuit res scio parua sed quia a pluribus non animaduersa idcirco non contemnenda.
Dispositisq; perfidiis accuratio iam urbis:pauci quidem sed illi quoq; licet non multi emendandi codices qui sic habent:ad custodiam Liuius scripserit pro eo quod illi accuratio iam mendose fecerunt.

LIBRO SEPTIMO.

In Lucanos transgressus ad Munistronem castra locat Ptolomeus Numistrum appellat & Plinius numestranos quo datur intelligi Numistronem non Munistronem integram esse Liuii lectionem.
Tenere & darsetiorum quosdam uicos:Plinius & Ptolomeus Dasseretiorum habent.
Corruptoq; arcis p̃fecto Bachindũ cœpisse Ptolomeus & alii Lichindũ legi oportere clare demostrãt.
Omisso igitur actico bello:attico bello legi non potest quod utiq; tunc nullum fuit achaico ꝑinde melius cui emendationi Vetusti Codicis lectio astipulatur.
Dimis p achaiã boetiãq; & euboeam decimis castris demetriadẽ in thessãliã uenit quo pacto euboeam quã utiq; post se hébat & quæ insula est:ex achaia uenerit in thessaliã nullo mõ intelligi põt:quia scilicet fieri nõ potuit:Ergo boebam legendum:fuit.n.una ex urbibus thessalie Strabo Boebeidem uero lacum prope esse oportet quãdo quidẽ Boeba ex Circũiacentibus dometriadi urbibus una fuit.
Erant autem in Celtiberico exercitu quattuor millia scuta tu inde ne scutatorum sit legendum nam paulo post Celtiberorum inquit scutatis Cæsis.
At demetriacum theotidis exposuit:at phthiotidis uerius legitur Plinius pegase inquit quæ postea demetrias dicta est & confestim inde phthiotidis inquit montes Cæterum Theotis in thessalia quod sciam:legere non est.
Et Circa Romanorum sociorumq; ductores Ceciderunt:omnia exemplaria id habent ĩ qua lectione

ego omnino aliquid desydero.
Ad Cynum locridis Emporium ego inter locridem & doridem Cythinium non Cynum apud Pto. & Plinium reperio tu uide utra sit lectio sequenda.
Vnde Commeatibus assumptis phileum Taphenumq; petit:neq; phileum his locis:neque Tapheneū facile reperies Contenderim proinde philiunta,pheneumq;,legendum esse utrunq; oppidum Circa achaiam & archiadiam satis notum.

LIBRO OCTAVO.

Exercitum ab.Gn,Nerone:sed Claudio quis non uidet:scribi oportuit.
Libertas religione mentes turbant:nunciatum frusinone infantem natum esse quadrimo parem:at liberas sine dubio legendum ut sit sensus id quod'rursus nūciatum est puerum natum & cætera turbauit mentes scilicet.Ciuium iam liberas idest pristina religione solutas.
Flaminio Paulo.A.Graccho Posthumio Albino.A.neq; ratione neq; consuetudine pluribus Liuianis exemplaribus scriptum pro Aemylio reperio nam secundum nomen totum scribitur.Præterea primaq; diphthongum habente.
Pudet quædam obseruare quæ in Curia potius q̄ inscitia deprauari Contigisse crediderim uerum q̄a uulgo mendose illa notata reperio haud superuacuum duxi ea in integrum restituere ne errorem error pariat:Viuerent inquit suo populoq; Romano beneficio ubi nemini non apparet suo populiq; Romani beneficio scribi oportuisse.
Inde nauibus ad pitusam insulam sic uulgo scriptum reperio Cœterum Pityusam scribendum esse plinius Strabo & Ptolæmeus docent.
Locus Lautitiaque legatis præberi iussa: sed Lautia scribendum fuit si Plutarchi uera est opinio:
Drepanis atq; Eryce detraxisse Plinius Ptolemeus & Polybius Drepanum singulari non multitudinis numero posuere.
Quantæ pecuniæ ager Iudicatus esset:Sed æstimatus aliter dixisset uide igitur ne indicatus sit legendum quia indici decima pars eius pecuniæ proposita esset.
Per agrum inquit Anxetanum & rursus Auxetanos Plinius tamen & Alii Auxetanos lagunt.
Dirachium ueniisse parthinosq; & alias gentes montanas Plinius & Appianus Parthenos scribunt: ab appiano reditur & nominis ratio.

LIBRO DECIMO.

M.Quintius Alimentus: Alibi Alimentius quod magis placet scriptum reperio.
Consulem profectum ab urbe inter portus Compsanum Lorentanumque atrox uis tempestatis adorta.Ego cosanum & Laurētinum libenter legerim:ut sit dicere iter cosam & Tyberim qui altera parte laurentem agrum alluit nam & Ro.portum his locis habuere:alioquin neq; compsam:neq; loretum in ethrusco littore reperio quod in ora ethruriæ sit Consul tempestate iactatus datur ex eo intelligi quod populonios periculo defunctum peruenisse ait.

LIBRO PRIMO QVARTAE DECADIS.

Cadini prope ipsi exciti ædibus suis exceperunt:quid apud Athenienses Cadini essent haud facile dixerim:reperio tamen apud Sycionios Carnos non Cadinos Sacerdotes summa rerum potitos.
Cypsela & dorison & Sepheū;uera tamē lectio ē doriscon sic Pli.Strabo & Pōpo.sic & uetustus codex.
Saxa exuri dirui tecta:emendatius tamen Sata quæ lectio per se etiam facile deprehendi potest.
Eadem æchios Abidenos:Cœterum chios integra erit lectio:idem alibi neque inquit Ego chium expugnaui sed prusiam expugnantem adiuui.
Signum Maliacum intrauere ad Colloquium cum ætolis perspicue patet sinum legi oportere uerum quia plures sic habent id Circo lector obiter admonendus fuit.

LIBRO SECVNDO.

Trictam proximis limitibus petit quum thessaliam peteret uerum in thessālia triccam non trictam reperio & si quidam triceam scribunt.
Phacium & pala oppida uno fere loco leguntur pro philacium credo & pella q̄q̄ hæc coniectura est ad de quo plures philacem debent:tu uide igitur utra uera sit lectio ego enim utrāq; in medio reliquo illud non ignoro philacen in Emathia pelle proximam esse.
Dimisso Lucio Cui successerat nisi quum de duobus fratribus ueteres loquebantur solis præ nomini bus nunquam usi sunt:quod cum ita sit Dimisso.L.Apustio liuium scripsisse Crediderim.
Achei portus & dat fiduciam postulantibus & demit:Verius ob ea quæ sequuntur dant & demunt legitur:Paulum enim infra de peloponneso queruntur Achei quod nulli sit rei aptior oportunioq; q̄ nauali bello.
Quintius tenentem castra epiri nam loci munientis exercituq; fretum castris exuit.Ego nō castra sed claustra legi quod ex proximo loco potest intelligi Epiri ait Claustrisque illis.
Quodque clunii Abydenique qui procul a nobis passi sunt: quia Eleunta reperio ante abydum ab eo captam:uideat queso lector an Eleuntii recte legi possit:nam ego nihil statuo.
Mirum est quanta sit in propriis noībus uariatio.Cuius rei pauca exempla subiiciam ī exemplaribus quibusdam:sperchias pro partaias Cymīe pro Cumyne Angea pro Angeia Themna pro Theuma Calathana pro Celatana: Acharra pro Acharrea:Pheca ,p Perecha:lisine ,p licinas.Stimō pro strimō

modo.Cercetius ꝑ Cercio:Eginium ꝑ deginium:Phanocea pro phanorhea:Iapolis pro iampholis nec cum uaria noce tradantur:quia non usq; adeo celebrata sint noia apud alios auctores facile perspici potest utra uerior sit lectio:uerū quia illa quæ secundo loco referuntur:ex uetustiore sunt Codice deprompta id Circo uero proximiora habenda sunt.

Pyli eius uxor libidinis causam in macedoniam apportatam:at supra polycratiam asportatam dixit q̄ re plane apparet polycratiam non pyli legendum esse.

Centum triginta isiaci lembi:tu uide ne Asiatici Liuius scripserit.

Quum.T.Quintius captis Elatella in phocide sed elatia legendum est require supra Phthias echinum lariſſam:ptolemeus Echinum uocat:Strabo Echinam quo apparet chinū omnino mēdose scribi.

LIBRO QVARTO.

Tertius liber belli macedonii non extat quod ex ipsa Epithome datur intelligi idque non aduertentes plærique primum decadis huius uolumen parum Considerate in duo diuisere.

Et ascensis Argenti.cclxxviii.millia:Emendatiora exemplaria oscensis habent:nec tam ab eo crediderim qđ ueteres osca sacra dixerūt q̄ ab osca hyspaniæ urbe argēti fodinæ ī hispania plurime fuerūt.

Huius potius loci Consul.sed potitus pro potius reponi placuit.

Iam ab leucada:Leucas oppidum fuit Leucates promontorium quare aut leucata legendum ē aut qđ magis placet leucade.Cicero ad tyronem scribens leucade dixit.

Posteriore die Quintius prope fluuium præter urbem sub ipsas Menali radices quum duceret copias instructas pergit:at uide quæso ne uerior sit lectio Circunducere copias instructas pergit nam si cū duceret legas pergit non sequitur.

Philippei nummi aurei decē q̄ttuor milia sed q̄ttuordcci auctore Plutarcho ī flaminio Liuius scripsit.

Nabidis filium Plutarchus Onabim & non Nabim uocat hunc ipsum Lacedemoniorum Tyrānum.

In citeriori hispania Iluciam.Ptolomeus Hiliciam scribit Plinius Ilici ex quo apparet cum u littera scribi non oportere.

Censa Cuium capita.cxliii.septingenta quattuor:nulli nō liquere potest millia particulam deesse quæ post.cxliii.reponatur necessum est.

Violetæ per sociorum iniurias Romæ amicitias:& si omnia quæ uidimus exemplaria sic habent Romanæ amicitiæ tamen uera erit lectio.

Et iidem porticum extra portam trigeminam inter lignarios fecerunt:uetustus codex inter lignario habet sic quoq; nisi opere adiungas non intelligo quid liuius sibi uoluerit.

Gytheum tueri posset sic semper apud liuium:Ptolomeus & Plutarchus Gythium ubiq; uocant.

Sinistrum aradios & ex pamphilia idetas.Emēdatiora exēplaria Araclios habēt tu uide utrū seq uelis.

LIBRO SEXTO.

Proprætore in prouincia retinere:quidam loci non aduerterunt ex una uoce duas fecere:& nec quæ ꝑxime sequebatur integram manere passi sunt enim uero propretorem prouinciam retinere integra est lectio.i.ut preprætor prouinciam teneret.

Pelæi & peleponenses uenerunt.Ego pelenei peloponenses legerim potius ad differentiam eorum qui sunt in Macedonia nam utrobiq; pelene est q̄q̄ Plinius utranq; palenem & nō pelenem uocet sed uidendū ne elei Liuius scripserit nam Elei & Messenii extra conciliū fuere pelæi nullo modo legerim.

Habentem Bracilli necem at non Bracilli sed ob Rhacilli necem legendum est haud enim multo diuerso loco ab Rhacilli morte dixerat.

Cum oībus terrestribus copiis in Billinum agrū ꝑcedes Græciæ p̄sidebis & spem Romanis traiecturum te p̄bebis:Cæterꝝ bellionum agrū aut bellionium legas necesse est:Belliones populi q̄ inter oricum & appolloniam circa nympheū habitauere qua traiectus ex Macedonia ī Italiam breuissimus.

His ꝑfectis Cramonem cū toto exercitu primo aduētu cœpit:sed Strabo & Plinius nō cramonem sed crannoné duplici.n.posuerūt sic Ci.& Fabius Quintilianus Crānoneū Scopā dixere nō cramoneū.

Præter ad regem & Cyrtonem in potestaté erant:uide ne p̄ter Atracem & Gyrthoné legi oporteat Plinius:Strabo:& Ptolemeus Gyrtoné uocāt iuxtaq; atracé nō ad regē repio sed tu nil temere statuas.

Malleolam & Cyrechias.Ptolemeus quod magis placet chyretias habet:& non Cyrechias.

Super connos & mox inde opidum conni triginta millia ab lariſſa abest Ptolemeus gōnos appellat oppidum non longe a lariſſa.

Phaustum eadem celeritate capit:Ptolomæus phæstum &Strabo phrestum in his locis posuere.

Contiguis pene locis Eginum est pro Aegiū strabo est auctor & ipse Liuius egiēses paulo post scribit.

Pari incuria librarii Melibe pro Meliboea scripsere Lucanus est auctor & pellimenum pro pellineum & Tacta pro Tricca:uide Strabonem & Ptolemeum.

Et ubi non multum infra Compisiliana est:haud meo iudicio inepte pro corrupta dictione Gomphi & lariſſa reponerentur sed in his nihil muto.

Cannonem est profectus:supra Cramonem dixit sed utroq; modo mendose: Strabo Plinius Cicero & Quintilianus Cranonem:docent esse legendum.

Thessalia est Thyote:& sinus Maliacus phthiote ut supra ostendi uera & integra uox est.

Et omnia usq; ad portus solis ubi pro portus ꝑemendatius ortus scripseris.

Ad torontum in sinu Manliaco Plinius & Ptolemeus Tronium in Maliaco sinu posuerunt.

Phalera in ſinu Manliaco tenuit uerior credo lectio phalarna:ſic Plinius:
Romani ubi primum aquilones duo(namq; per aliquot dies ceciderant)tenuerunt uide ne denuo potius ſit legendum & ſi apud Liuium non adeo uſitatum.

LIBRO SEPTIMO.

Fabritium Luſinum emendatius luſcinum ſcripſiſſet.
Poſt Naualem ad Caricum pugnam:ſed Coricum legendum:ſic ſupra.
Ab eleunte & Dardano & rhoetio.Strabo de his locis Dardanus īquit priſca res eſt & mox ſubiicit deinde pteleus lacus & rhytium cæterum elenſam & eleam in phrygia reperio tu boni conſule.
Rhodii contra claſſem ex ſyria uenientem ad terram indiarorum tetẽdere hoc quoq; aduertat lector ne Gnidiorum uerior ſit lectio & enim res in medio eſt.
Qui in meridiem uergit Nauſathemon ab re appellatur:ad melius nauſtrathmon nam & portum & nauium turbam ſignificat.

LIBRO OCTAVO.

Lucaniam & Myliadam utraq; dictione Corrupta exemplaria uulgo habent.Ego licaoniam & Miſiã repoſui proximus id liber demonſtrat.
Librumq; rationis eius cum.L.fratrem afferre iuſſiſſet ſpectante ſenatu ſuis ipſum manibus compreſſiſſe hic quoq; concerpſiſſe reſtitui non temere:ſed auctoritate frætus.

LIBRO NONO.

Tandem Iudicium hoc maxime modo ad poſthumium conſulem peruenit Cæterum indicium uerius de indicio enim agitur & non iudicio.
Tum quoq; mutabundus petebat:& ſi omnia ſic haberent exemplaria uiſum eſt tamen minitabũdus reponere quod Catoni conuenit & de eodem ſupra a multis læſo & lædendi cupido.

FINIS.

T.LIVII PATAVINI HISTORICI PRIMAE DECADIS PRAEFATIO.

Fabius exametri exordio ait Liuium cœpiſſe



ſcum nō tuta ſolum:ſed honorata ét uirtus fuit:laudataq; uirgine parté obſidum ſe donare dixit:ipſa quos uellet:legeret:ꝓductis oĩbus legiſſe impuberes dicit̃:qđ & uirginitati decor̃ & cõſenſu obſidũ ipſor̃ ꝓbabile erat:eam ætaté potiſſimũ liberari ab hoſte:q̃ maxime opportuna iniuriæ eſſet.Pace re dintegrata Romani nouam in fœmina uirtuté nouo genere honoris ſtatua equeſtri donauere:í ſũma ſacra uia fuit poſita uirgo íſidens equo.Huic tam pacatæ ꝓfectioni ab urbe regis ethruſci abhor/rens mos traditus ab antiquis uſq; ad noſtram ætatem inter cætera ſolemnia manet bonis uendédis Bona Porſenæ regis uendendi.Cuius originem moris neceſſe eſt:aut inter bellum natam eſſe neque omiſſam in pace:aut a mitiore creuiſſe principio:quam hic præ ſe ferat titulus bona hoſtiliter ueudé/di.Proximum uero é ex iis:quæ traduntur:Porſenam diſcedentem a ianiculo caſtra opulenta:con//uecto ex propinquis ac fertilibus ethruriæ aruis cõmeatu romanis dono dediſſe: inopi tum urbe ab longinqua obſidione:ea deinde:ne populo ímiſſo diriperent̃ hoſtiliter ueniſſe:bonaq; Porſenæ appellata:gratiam muneris magis ſignificáte titulo:quá auctionem fortunæ regiæ:q̃ ne in ptáte qdem Po. Ro.eſſet.Omiſſo romano bello Porſena:ne ſtuſtra í ea loca exercitus adductus uideret̃:cum parte copiar̃ filium Aruntem Aricią oppugnatum mittit.Primo aricinos res nec opinata ꝓculerat: accerſita deinde auxilia & a latinis populis:& a Cumis tãtum ſpei fecere:ut acie decernere auderét.Prælio inito adeo cõcitato ípetu ſe intulerát ethruſci:ut funderent ipſo ícurſu aricinos.Cumanæ cohortes arte aduerſus uim uſæ declinauere paululũ:effuſeq; ꝑlatos hoſtes cõuerſis ſignis a tergo adortæ ſũt:ita í medio ꝓpe iam uictores cæſi ethrufci:pars exigua:duce amiſſo:quia nullum ꝓpius perfugium erat:Romam inermes fortuna ac ſpecie ſupplicum delati ſunt:ibi benigne excepti:diuiſiq; in hoſpicia: curatis uulneribus alii profecti domos nuncii hoſpitalium beneficior̃:multos Romæ hoſpitum urbiſq; caritas tenuit.Iis locus ad habitandum datus:qué deinde Tuſcum uicum appellauere.P.Lucretius inde &.P.Valerius Publicola conſules facti.Eo anno poſtremum legati a Porſena de reducendo in regnũ Tarquinio uenerunt:qbus cum reſponſum eſſet miſſur̃ ad regem ſenatum legatos: miſſi confeſtim honoratiſſimus qſq; e patribus:nõ qn breuiter reddi reſpõſum potuerit nõ recipi reges:ideo delectos potius patrũ ad eũ miſſos:quam legatis eius romæ daret̃ reſponſum:ſed ut í ꝓpetuũ eius rei mentio finiretur:neu in tantis mutuis beneficiis animi ſolicitarent̃:cũ ille peteret:quod contra libertatem populi romani eſſet:romani:niſi ſi pernitiem ſuam faciles eſſe uellent:negarent.cui nihil negatũ uellent non in regno populũ romanũ?ſed in libertate eſſe:ita induxiſſe in animũ hoſtibus potius:quam portas regibus patefacere:eam eſſe uolunratem oĩum:ut qui libertati erit : in illa urbe finis idem urbi ſit: proinde:ſi ſaluam eſſe uellet Romam:ut patiatur liberam eſſe:orare:Rex uerecundia uictus quando id certum atq; obſtinatũ eſt:inquit:neq; ego obtundam ſæpius eadem ne quicquam agendo:nec Tarquinios ſpe auxilii:quod nullum in me eſt:fruſtrabor:alium hinc:ſeu bello opus eſt:ſeu quieto exilio quærant locum:ne quid meá uobiſcum pacem diſtineat.Dictis facta amiciora adiecit:obſidum quod reliquũ erat:reddidit agrum ueienté:fœderead ianiculũ icto:adenptum reſtituit.Tarquinius ſpe omni reditus inciſa:exultatum ad gener̃ Mamilium Octauiũ Tuſculum abiit:Romanis pax fida ita cum Porſena fuit conſules Marcus Valerius publius poſthumius. Eo anno bene pugnatum cum ſabinis: conſules triũpharunt.Maiore inde molle ſabini bellũ parabant:aduerſus eos:& ne quid ſimul ab Tuſculo.unde & ſi nõ apertũ:ſuſpectũ tamen ballũ erat:repentini periculi oriret̃.P. Valerius quar.T.Lucretius iter̃ conſules facti.Seditio inter belli paciſq; auctores orta in ſabinis aliquantũ uirium tranſtulit ad romanos:namq;. Ap .Clauſus:cui poſtea.Ap. Claudio fuit Romæ nomé:cum pacis ipſe auctor a turbatoribus belli premeret̃ nec par factioni eſſet:ab Gn.Regillo magna cliétium comitatus manu Romam tranſfugit.Iis ciuitas data agerq; trans Anienem uetus claudia tribus poſtea nouis additis tribulibus qui ex eo uenirét agro appellata.Appius íter patres lectus:haud ita multo poſt in principum dignationem peruenit.Conſules infeſto exercitu in agrũ ſabinum profecti cum ita uaſtatione:deinde prælio afflixiſſent opes hoſtiũ:ut diu nihil inde rebellionis timere poſſent:triũphantes Romam redierunt.P.Valerius omniũ conſenſu princps belli paciſq; artibus anno poſt.Agrippta Menenio. P .Poſthumio conſulibus:morit̃ gloria:igéti:copiis familiaribus adeo exiguis:ut funeri ſumptus deeſſet: de publico eſt datus:luxere matronæ:ut Brutum.Eodem áno duæ coloniæ latinæ Pometia & Cora ad Aurũcos deficiũt.Cum aurũcis bellum initum:fuſoq; igéti exercitu:q ſe ígrediétibus fines cõſulibus ferociter obtulerat:omne auruncũ bellũ Pometiam cõpulſum é.Nec magis poſt ꝑlium:qùa in prælio cædibus temperatum eſt:& cæſi aliq̃to plures erát:quá capti:& captos paſſim trucidauerũt ne ab obſidibus qdem:qui.ccc.accepti numero erát:ira belli abſtinuit:& hoc anno Romæ triũphatũ.Secuti conſules Opiter Virgineus.SP.Caſſius primo Pometiá ui:deinde uineis aliiſq; opibus oppugnauerunt: í quos aurunci magis iam inexpiabili odio:quam ſpe aliqua aut occaſione coacti:cum plures igni: quá ferro armati excurriſſent:cæde ícendioq; cuncta cõplent:uineis ícenſis multis hoſtium uulneratis & occiſis:cõſulum quoq; alter̃:ſed uer̃ nomẽ auctores nõ adiiciũt:graui uulnere ex ego deiectũ prope interfecerũt.Romá íde male geſta re reditum:íter multos ſaucios cõſul ſpe ícerta uitæ relictus.Interiecto deinde haud magno ſpacio quod uulneribus curádis ſupplendoq; exercitui ſatis eſſet:cũ ira maiore:tum:uiribus ét aucti:Pometiæ arma illata:& cum uineis refectis aliaq; mole belli iam in eo eſſet ut in muros euaderet miles:deditio eſt facta:cæter̃ nihilominus fœde dedita urbe:quá ſi capta foret: aurũci paſſim príncipes ſecuri ꝓcuſſi:ſub corona uenierũt coloni alii oppidũ dirutum:ager ueniit. Conſules ob iras magis grauiter ultas:quã ob magnitudinem ꝓfecti belli triumpharunt.Inſequens annus

Plutar. & Phunus Valeria & publicolæ filiæ ſtatuá erectá aiunt

Aruns Porſe. filio cir/ca aricią periit

Vii tuſcus ui/cus.P. Lucre. P.Vale. conſul Tarqni uſa porſena ad Mami/liũ generũ abiit M. Va/lerio & P. po/ſthũius conſul ; P.Vale. &.T. lucre. cõſ. Vide ne a laui regillo ſit legédũ potius qđ Dionyſ.ſen/tire uĩ Agrip/pa me/nemus P.po/ſthũius conſul Pome/tia & cora Opiter uirgini us & SP. Caſſiuſ cõſ.

Posthumio cominius &.T.largiusconsul

Posthumiũ Cominiũ.&.T.Largiũ consules abuit.Eo anno Romæ cum per ludos ab sabinorum iuuentute per lasciuiá scorta raperent:concursu hominum rixa ac prope prælium fuit:paruaq; ex re ad rebellionem spectare res uidebatur.Supra belli latini metũ id quoq; accesserat:quadraginta iam coniurasse populos concitante Octauio Mamilio satis constabat.In hac tantaq; expectatione rerum solli/cita ciuitate dictatoris primum creandi métio orta:sed nec quo anno : nec quibus factis consulibus:qa ex factiõe tarquiniana essent.Id quoq; enim traditur:parũ creditũ sit:nec quis primũ dictator sit creatus:satis cõstat: apud ueterrimos tãtum auctores. T.Largiũ dictatorem primũ.SP.Cassium magistrũ equitum creatos inuenio:consulares legere:ita lex iubabat de dictatore creando lata:eo magis adducor:ut credam:Largiũ:qui consularis erat:potius quam.M.Valerium Fusium Volesi nepoté:qui nondum consul fuerat:moderatoré & magistrum consulibus appositum : qui si mexime ex ea familia legi dictatorem uellent:patrem multo potius.M.Valerium spectatæ uirtutis consularem uirum legissent.Creato dictatore primum Romæ:posteaq; præferri secures uiderunt: magnis plebem metus incessit:ut intentiores essent ad dicto parendum:neq; enim ut in consulibus qui pari potestate essent:alterius auxilium:neq; prouocatio erat neq; ullũ usquam:nisi in cura parendi auxiliũ:sabinis etiam creatus Romæ dictator eo magis:quod propter se creatum crediderant:metũ incussit:itaq; legatos de pace mittunt:quibus orantibus dictatorem senatumq;:ut uenia erroris hominibus adolescentibus darent:responsum ignosci adolescentibus posse:senibus non posse:qui bella ex bellis sererent:actum tamen est de pace:impetrataq; foret:si quod impésæ factum in bellum erat:præstare sabini (id enim postulatum erat) in animũ induxissent:bellum indictum:tacitæ inducíæ quetum annum tenuere. Consules Seruilius Sulpicius.M.Manlius Tullus:nihil dignũ memoria actum.T.Ebutius deinde: &.G. Vetusius.His consulibus Fidenæ obsessæ:Crustumeria capta: Prænesteab latinis ad romanos desciuit:nec ultra bellum latinum glíscens iam per aliquot annos dilatum. Aulus Postumius dictator.T. Ebutius magister equitũ magnis copiis peditum equitumq; profecti ad lacũ regillum in agro tusculano agmini hostiũ occurrerunt:& quia Tarquinios esse in exercitu latinorũ auditum est : sustineri ira non potuit quin extéplo cõfligerent.Ergo etiá prælium aliquãto : quam cætera grauius atq; atrocius fuit non enim duces ad regendam modo consilio rem affuere : sed suis metipsis corporibus dimicantes miscuere certamina:nec quisquam procerũ ferme hac aut illa ex acie sine uulnere præter dictatorem romanum excessit.In posthumium prima in acie suos adhortantem instruentemq; Tarquinius Superbus quanquá iam ætate & uiribus erat grauior:equum infestus admisit:ictusq; a latere cõcursu suorũ receptus in tutum é.Et ad alterum cornu Ebutius magister equitum in Octauiũ Mamiliũ impetũ dederat:nec fefellit ueniens tusculanũ ducé:cõtra qué & ille concitat equum:tantaq; uis ifestis ueientiũ hastis fuit:ut brachiũ Ebutio traiectũ sit.Mamilio pectus pcussum:hũc qdé í secúdam aciem larini recepere.Ebutius cũ saucio brachio tenere tælũ non posset:pugna excessit.Latinus dux nihil deterritus uulnere prælium ciet:& quia suos perculsos uidebat: accersit cohortem exulum romanorũ: cui.L.Tarquinii filius præerat:ea quoniam maiore pugnabat ira ob erepta bona patriamq; ademptá: pugnam parumper restituit.Referentibus iam pedem ab ea parte Romanis.M. Valerius Publicolæ frater conspicatus ferocem iuuenem Tarquinium obstentantem se in prima exulum acie domestica etiam gloria accensus: ut cuius familiæ decus eiecti reges erant eiusdem interfecti forent: subdit calcaria equo & Tarquinium infesto.spiculo petit:Tarquinius retro in agmen suorum infenso cessit hosti: Valerium inuectum temere in exulum aciem ex transuerso quidem adortus transfigit:nec quicq; equitis uulnere equo retardato:moribundus romanus labentibus super corpus armis ad terram defluxit.Dictator.Posthumius:posteaquam cecidisse talem uirum exules ferociter citato agmíe inuehi suos perculsos cedere animaduertit: cohorti suæ:quá delecta manu præsidii causa circa se habebat:dat signum:ut quem suorũ fugientem uiderint:pro hoste habeant:ita metu ancipiti uersi a fuga romani í hostem & restituta acies.Cohors dictatoris tum primum prælium iniit: integris corporibus animisque fessos adorti exules cedunt. Ibi alia inter proceres cohorta pugna:imperator latinus:ubi cohortẽ exulum a dictatore romano circunuentam uidit:ex subsidiarii manipulos aliquot in primam aciem secum rapit:hos agmine uenientes.T.Herminius legatus conspicatus inter eos insignem ueste armisque Mamilium noscitans tanto ui maiore:quam pauloanto magister eqiutum cum hoctiũ duce prælium init:ut & uno ictu transfixum per latus occiderit Mamilium:& ipse inter spoliádum corpus hostis ueruto percussus:cum uictor in castra cét:relatus inter primam curationem expirauerit.Tum ad equites dictator aduolat obtestans:ut fesso iam pedite descendãt ab equis:& pugnam capessant: dicto paruere:desiliunt ex equis:prouolant in prelium & pro antesignanis parmas obiiciunt.recipit extemplo animum pedestris acies posteaquam iuuentutis ꝓceres æquato genere pugnæ secum partem periculi sustinentes uidit.Tum demum impulsi latini:perculsaq; íclinauit acies:equitibus admoti equi: ut persequi hostem possent:secuta & pedestris acies: ibi nihil nec diuinæ nec humanæ opis dictator ꝓtermittens ædem Castori uouisse fertur:ac pronunciasse militi præmia: qui primus: qui secundus castra hostium intrasset:tantusq; ardor fuit:ut eodem impetu:quo fuderát hostem:romani castra caperent.Hoc modo ad lacum regillum pugnatum est.Dictator:& magister equitum triumphantes in urbem rediere.Trientio deinde:nec certa pax:nec bellum fuit Consules.Qu.Chloelius:&.T.Lartius inde.A.Sempronius:&.M.Minutius:his consulibus ædes Saturno dedicata:saturnalia instituta festus dies.A.deinde Posthumius &.T. Virgineus consules facti.Hoc demumá no ad regillum lacum

Posthumius cominius &.T.largius consul

Aulus posthuminus dictat

Atq; dum cũ congressus

Valerii iteritus

Mamilii interius

Vota castori ædem

Q.Chloelius &.T. Lartius consul

pugnatum apud quosdam inuenio. A. Posthumium: quia collega dubiæ fidei fuerit: se consulatu abdicasse: dictatorem inde factum. Tanti errores implicant temporum aliter apud alios ordinatis magistratibus: ut nec qui consules secundum quosdam: nec quid quoque anno factum sit: in tanta uetusta te non rerum modo: sed etiam auctorum digerere possis. Ap. Claudius: deinde &. P. Seruilius consules facti: insignis hic annus est nuncio Tarquinii mortis: mortuus est Cumis: quo se post fractas opes latinorum ad Aristodemum Tyrannum contulerat. Eo nuncio erecti patres: erecta plebes: sed patribus nimis luxuriosa fuit lætitia. Plebi: cui ad eam diem summa ope inseruitum erat: iniuriæ a primoribus fieri cœpere. Eodem anno Signia colonia: quam rex Tarqnius deduxerat: supplcto numero colonorum iteꝝ deducta est. Romæ tribus una &. xxx. factæ. Aedes Mercurii dedicata est idibus maiis. Cum uolscorum gente latino bello neq; pax: neq; bellum fuerat: nam & uolsci comparauerant auxilia: quæ mitterét latinis: ni maturatum ab dictatore Ro. esset: & maturauit Romanus: ne prælio uno cum latino uolscoq; contenderet. Hac ira consules in uolscum agrum legiones duxere: uolscos cõsilii pœnam metuentes: nec opinata res perculit: armorum immemores obsides dant. ccc. pricipum a Cora: atq; Pometia liberos: ita sine certamine inde abductæ legiões. Nec ita multo post uolscis leuatis metu suum rediit: ingenium: rursus occultum parant bellum hernicis ĩ societatem armorum assumptis legatos quoq; ad sollicitandum Latium passim dimittunt: sed recens ad regillum lacum accepta clades: latinos ira odioq; eius quicunq; arma suaderet: ne ab legatis quidem uiolandis abstinuit: compræhensos uolscos Romam duxere: ibi traditi consulibus: indicatumq; est uolscos hernicosq; parare bellum romanis: Relata re ad senatum adeo fuit gratum patribus: ut & captiuoꝝ sex millia latinis remitterent: & de fœdere: quod prope in perpetuum negatum fuerat: rem ad nouos magistratus traiicerét. Enimuero tam latini gaudere facto: pacis auctores in ingenti gloria esse: coronam auream Ioui donũ in capitolium mittunt: cum legatis donoq; qui captiuorum remissi ad suos fuerant magna circunfusa multitudo uenit pergunt domos eorum: apud quem quisq; seruierant: gratias agunt liberaliter habiti cultiq; in calamitate sua: inde hospitia iungunt. Nunquam alias ante publice priuatimq; latinum nomen Romano imperio coniunctius fuit. Sed & bellum uolscum imminebat: & ciuitas secum ipsa discors intestino inter patres plebemq; flagrabat odio: maxime propter nexos ob æs alienum: fremebant se foris pro libertate & imperio dimicantes domi a ciuibus captos & oppressos esse: tutioremq; ĩ bello quam in pace: inter hostes: quam inter ciues libertatem plebis esse: inuidiamque eam sua sponte gliscentem insignis unius calamitas accendit. Magno natu quidam cum omnium maiorum suorum insignibus se in forum proiecit: obsita erat squallore uestis: fœdior corporis habitus pallore ac macie peremptiad hoc prolixa barba: & capilli efferrauerant speciem oris: noscitabatur tamen ĩ tanta deformitate: & ordinem duxisse aiebant: aliaq; militiæ decora uulgo miserantes eum iactabant: ipse testes honestarum aliquot locis pugnarum cicatrices aduerso pectore obstentabat. Scisciantibus unde ille habitus: unde deformitas: cum circunfusa turba esset: prope in concionis modum sabino bello ait se militantem: quia propter populationes agri non fructu modo caruerit: sed uilla incensa fuerit: direpta omnia pecora abacta: tributum iniquo suo tempore imperatum: æs alienum fecisse: id cumulatum usuris: primo se agro paterno auitoq; exuisse: deinde fortunis aliis: postremo uelut tabem peruenisse ad corpus: ductum se ab creditore non in seruitium: sed in ergastulum: & carnificinam: inde ostentare tergum fœdum recentibus uestigiis uerberum. Ad hæc uisa auditaq; clamor ingens oritur: non iam foro se tumultus continet: sed passim totam urbem peruadit: nexu uincti folutiq; se undique in publicum proripiunt: implorant quiritium fidem: nullo loco deest seditionis uoluntarius comes: multis passim agminibus per omnes uias cum clamore in forum curritur. Magno cum periculo suo: qui forte patrum in foro erant: in eam turbam inciderunt: nec temperatum manibus foret: ni propere consules. P. Seruilius & Ap. Claudius ad comprimendam seditionem interuenissent: in eos multitudo uersa obstentare uincula sua deformitatemq; aliam: hæc se meritos dicere exprobrantes suã: quisq; alius alibi militiam: postulare magis minaciter: quam suppliciter: ut senatum uocarent: curiamq; ipsi futuri arbitri moderatoresq; publici consilii circũsistunt. Pauci ad modum patrum: quos casus obtulerat contracti ad consules. cæteros metus non curia modo: sed etiam foro arcebat: nec agi quicquam per infrequentiam poterat senatus. Tum uero eludi atq; extrahi se multitudo putare: & patrum qui abessent: non casu non metu: sed impediendæ rei causa abesse: & consules ipsos tergiuersari: nec dubie ludibrio esse miserias suas. Iam prope erat: ut ne consulum quidem maiestas coerceret iras hominum: cum incerti morando: an ueniendo plus periculi contraherent: tandem in senatum ueniunt: frequentiq; tandem curia non modo inter prẽs: sed ne iter cõsules quidem ipsos satis conueniebat. Appius uæhementis ingenii uir ĩperio consulari rem agendam censebat: uno aut altero arrepto quieturos alios. Seruilius lenibus remediis aptior: concitatos animos flecti: quam frangi putabat: cum tutius: tum facilius esse. Inter hæc maior alius terror: latini equites cum tumultuoso aduolant nuncio. Volscos infesto exercitu ad urbem oppugnandam uenire: quæ audita: adeo duas ex una ciuitate discordia fecerat: longe aliter patres ac plebem affecere: exultare gaudio plebes: ultores superbiæ patrum adesse dicere deos: alius alium confirmare: ne nomina darent: cum omnibus potius: quam solos perituros: patres militarent: patres arma caperent: ut penes eosdem pericula belli: penes quos præmia essent. At uero curia mœsta ac trepida ancipiti metu & ab ciue: & ab hoste. Seruilium cõsulem: cui ingeniũ magis populare erat: orare ut tantis circũuentam terroribus expediret rempublicã. Tum cõsul misso se-

An. Sẽpronio & M. Minutiuſ cõ. A. posthumius & T. Virginius cõsules Ap. Claudius. P. Seruilio consul.

Romane latiũq; offiiis intẽdunt

Atť unde orta pñum & plebis discordia

Atť tumultũ ob nexum

Seuilii ad populum oño tpi accommodata

natu in concionē prodiit:ibi curæ esse patribus ostendit:ut cōsulatur plebi:cæterum deliberationi de maxima quidē illa:sed tamē parte ciuitatis metum pro uniuersa republica interuenisse:nec posse: cū hostes prope ad portas essent:bello præuertisse quicquā:nec si sit laxamenti aliquid:aut plebi honestū esse:nisi mercede prius accepta arma pro patria non cepisse:neq; patribus decor& satis p metū potius: quā postmodū uolūtate afflictis ciuiū suor& fortunis cōsuluisse. Concioni deinde edicto addidit fidem quo edixit:neqs ciuem Ro.uinctū:aut clausum teneret. quo minus ei nominis ædendi apud consules potestas fieret:neu quis militis:donec i castris eēt:bona possideret:aut uēderet:liberos nepotesue eius moraretur. Hoc proposito edicto:& qui aderant nexi profiteri extemplo nosa:& undiq; ex tota urbe ꝓripientiū se ex priuato:cum retinendi ius creditori non esset:concursus in forum:ut sacramentum dicerent:fieri:magna ea manus fuit:neq; alior& magis i uolsco bello uirtus atq; opera enituit. Consul copias contra hostē educit:paruo dirimente interuallo castra ponit:proxima inde nocte uolsci discordia romana fręti:siqua nocturna trāsitio ꝓditione fieri posset:tēptāt & castra sensere uigiles:excitatus exercitus signo dato:cōcursum est ad arma:Ita frustra id inceptū uolscis fuit:reliquū noctis utrinq; quieti datū:postero die prima luce uolsci fossis repletis uallum inuadunt. Iamq; ab omni parte munimenta uallabantur:cū consul:q̄q̄ cuncti undiq; & nexi ante omnes:ut signū daret:clamabant:experiēdi animos militū causa parumper moratus:posteaq̄ satis apparebat ingens ardor:dato tandē ad erumpēdū signo:militē auidum certaminis emittit:primo statim incursu pulsi hostes:fugiētibus:quoad insequi pedes potuit:terga cæsa:eques usq; ad castra pauidos egit:mox ipsa castra legionibus circūdatis:cū uolscos etiam pauor inde expulisset:capta direptaq;. Postero die ad Suessam Pometiā:quo cōfugerāt hostes:legionibus ductis intra paucos dies oppidū capitur:captum prædæ datū:ide paulū recreatus egēs miles. Consul cū magna gloria sua uictorē exercitū Romam reducit:decedentē Romā Mecetranorū uolscor& legati rebus suis timentes post Pometiā captam adeunt. His ex senatusconsulto data pax: ager ademptus. Confestim & sabini romanos territauere:tumultus enī fuit uerius:quam bellum nocte in urbe nunciatū ē exercitū sabinū prædabundū ad anienem ꝓuenisse:ibi passim diripi atq; incēdi uillas: missus extemplo eo cū oībus copiis equitum. A. Posthumius:q dictator bello latino fuerat:secutus cōsul Seruilius cum delecta peditū manu. Plærosq; palantes eques circūuenit:nec aduenięti peditū agmini restitit sabina legio:fessi tum itinere:tum populatiōe nocturna:magna pars in uillis repleti cibo uinoq;:uix fugæ:quod satis eēt uiriū:habuere. Nocte una audito pfectoq; bello sabino:postero die i magna iā spe undiq; pfæ pacis legati aurūci senatū adeūt:ni decedat uolsco agro bellū īdicentes cū legatis simul exercitus aurūcor& domo ꝓfectus erat:cuius fama haud ꝓcul iā ab Aricia uisi tāto tumultu cōciuit romanos:ut nec cōsuli ordīe pīres:nec pacatū respōsum arma iferētibus arma ipi capiētes dare possent. Ariciā ifesto agmine itur:nec procul ide cum auruncis signa collata:prælioq; uno debellatū est.

Volsci uicti castris exuunt Sabinius tumultus

Aurūci acie uincuntur

Fusis auruncis uictor tot intra paucos dies bellis Romanus promissa cōsulis fidemq; senatus expectabat:cum Appius & īsita superbia animo:& ut collegæ uanā faceret fidem:quam asperrime poterat ius de creditis pecuniis dicere:deinceps & qui ante nexi fuerant:creditoribus tradebātur:& nectabant alii. Quod ubi:cui militi icciderat:collegā appellabat:concursus ad Seruiliū fiebat:illius promissa iactabant illi exprobrabant sua qsq; belli merita:cicatricesq; acceptas:postulabant:ut aut referret ad senatū aut ut auxilio esset consul suis:imperator militibus. Mouebant cōsulem hæc:sed tergi uersari res cogebat:adeo in alterā causam non collega solū præceperat:sed omnis factio nobiliū:ita mediū se gerendo nec plebis uitauit odiū:nec apud patres gratiā iniit:patres mollem consulē:& ambitiosum rati: plebs fallacē:breuiq; apparuit æquasse eum Appii odiū. Certamē cōsulibus inciderat:uter dedicaret Mercurii ædem:senatus a se rem ad populū reiecit:utri eor& dedicatio iussu populi data esset:eum præesse annonæ:mercator& collegiū instituere:solemnia pro pontifice iussit suscipere populus:dedicationē ædis dat. M. Lectorio primipili cēturioni:quod facile appareret nō tam ad honorem eius:cui curatio altior fastigio suo data esset:factum quam ad consulum ignominiam. Sæuire inde utiq; consulum alter patresq;:sed plebi creuerant animi:& longe alia:quam primo instituerant uia grassabantur:desperato.n. consulum senatusq; auxilio:cum in ius duci debitorem uidissent:undiq; conuolabant:neq; decretum exaudiri consulis præ strepitu:& clamore poterat:neq; cum decreuisset:quisq̄ obtemperabat:ui agebatur:metusq; omnis & periculum libertatis:cum in conspectu cōsulis singuli a pluribus uiolarentur:i creditores a debitoribus uerterant. Super hæc timor incessit sabini belli:delectuq; decreto:nemo nomen dedit:furente Appio & insectante ambitionem collegæ:qui populari silentio rempublicam proderet:& ad id:quod de credita pecunia ius non dixisset:adiiceret:ut ne delectum quidem ex senatusconsulto haberet:non esse tamen omnino desertam rempublicam:neq; proiectum consulare imperium: se unum & suæ:& patrum:maiestatis uindicem fore. Cum circunstaret quottidiana multitudo licentia accensa:arripi unum insignem ducem seditionum iussit:ille:cum a lictoribus iam traheretur:prouocauit:nec cessisset prouocationi consul:quia nō dubium erat populi iudiciū:nisi ægre uicta ptinacia foret consilio magis & auctoritate principum:quam populi clamore:adeo supererant animi ad sustinendam inuidiam. Crescere inde malum i dies non clamoribus modo apertis:sed quod multo perniciosius erat:secessione occultisq; colloquiis. Tandem inuisi plebi consules magistratu abeūt. Seruilius neutris:Appius patribus mire gratus. A. Verginius inde &. T. Vetusius consulatum ineunt. Tum uero plebs incerta:quales habitura cōsules eēt:cœtus nocturnos pars exquiliis:pars in auentio facere: ne in foro subitis trepidaret cōsiliis:& oīa temere ac fortuito ageret. Eam rem consules rati:ut erat perni-

Vide ne ꝓceps ierat sit legendū

A. Verginius &. T. uetusius consl.

cioſam ad patres referunt:ſed delatā conſulere ordine nō licuit:adeo tumultuoſe excepta eſt clamoribus undiq; & indignatione patrū:ſi quod imperio cōſulari exequēdū eēt:iuidiā eius cōſules ad ſenatū reiicerent:profecto:ſi eſſent ī republica magiſtratus:nullum futurꝫ fuiſſe Romæ:niſi publicum cōcilium:nunc in mille curias concioneſq; cum alia in eſquiliis:alia in auentino fiant cōcilia : diſperſam & diſſipatam eſſe Rempu.unum hercule uiꝫ:id enī plus eſſe:quā conſulem:qualis:Ap.Claudius fuerit momento temporis diſcuſſurum illos cœtus fuiſſe.Correpti conſules:cū quid ergo ſe facere uellent: nihil enī ſegnius molliuſue:quā patribus placeat acturos:percūctarentur:decernunt:ut delectū quam accerrimum habeant:otio laſciuire plebē.Dimiſſo ſenatu:cōſules ī tribunal aſcendunt:citant nomina tim iuniores:cū ad nomen nemo reſpōderet:circūfuſa multitudo in concionis modū negaret ultra decipi plebē poſſe:nunquā unū militem habituros:ni præſtaretur fides publica libertatē unicuiq; prius reddendā eſſe:quā arma danda:ut ꝓ patria ciuibuſq;:nō ꝓ dominis pugnēt:cōſules:quid mandatum eſſet a ſenatu:uidebāt:ſed eoꝫ:q intra parietes curiæ ferociter loquerētur:neminē adeſſe inuidiæ ſuæ participem:& apparebat atrox cum plebe certamen:prius itaq;:qua ultima experirentur:ſenatū iterū conſulere placuit:tum uero ad ſellas conſulū prope conuolauere:minimus quiſq; natu patrum abdicare cōſulatu iubentes:& deponere īperiū:ad quod tuendū animus deeſſet : Vtraq; re ſatis experta:tū demū cōſules:ne prædītū negetis patres cōſcripti:adeſt ingens ſeditio:poſtulamus:ut ii : qui maxime ignauiā increpant:ad ſint nobis habētibus delectū:cuiuſcūq; accerrimi arbitrio:quando ita placet:rem agemus.Redeūt in tribunal ſcitari nominatim unum ex iis:qui in cōſpectu erant:dedita opera iubēt: cū ſtaret tacitus:& circa eum aliquot hominū:ne forte uiolaret:conſtitiſſet globus:lictorem ad eum conſules mittunt:quo repulſo:tum uero indignum facinus clamitantes:qui patrum conſulibus aderant:deuolant de tribunali:ut lictori auxilio eſſent:ſed ab lictore nihil aliud:quam præhendere prohibito: cū conuerſus in patres impetus eſſet:conſulum intercurſu rixa ſedata eſt:in qua tamen ſine lapide:ſine tælo plus clamoris:quam iniuriæ fuerat.Senatus tumultuoſe uocatus:tumultuoſius conſulit queſtionem poſtulantibus iis:qui pulſati fuerant:decernente ferociſſimo quoq; non ſententiis magis quam clamore & ſtrepitu:tandem cum iræ reſediſſent:exprobrantibus conſulibus:nihilo plus ſanitatis in curia:quam in foro eſſe:ordine conſuli cœpit:Tres fuere ſententiæ:Publius Verginius rem non uulgabat:de iis tantum:qui fidem ſecuti Publii Seruilii conſulis uolſco aurunco ſabinoq; militaſſent bello:agendum cenſebat.T.Largius non id tempus eſſe:ut merita tantummodo exoluerentur:totam plebem:ære alieno demerſam eſſe:nec ſiſti poſſe:ni omnibus conſulatur:quin ſi alia aliorum ſit condicio:accendi magis diſcordiam:quam ſedari.Ap.Claudius & natura immitis & efferatus hinc plebis odio:illinc patrum laudibus:non miſeriis:ait:ſed licentia tantum concitum turbarum:& laſciuire magis plebem quam:ſæuire:id adeo malum ex prouocatione natum:quippe minas eſſe conſulum : non imperium:ubi ad eos:qui una peccauerint:prouocare liceat agedum inquit:dictatorem:a quo prouocatio:nō eſt:creemus:iam hic:quo nunc oīa ardent:conticeſcet furor:pulſet tum mihi lictorē:qui ſciet ius de tergo uitaq; ſua penes unum illū eſſe:cuius maieſtatē uiolauit.Multis:ut erat:horrida & atrox uidebatur Appii ſententia:rurſus Verginii Largiiq; exemplo:haud ſalubrem utiq; Largii putabāt ſententiā:quæ totā fidē tolleret:mediū maxime & moderatū utroq; conſiliū Verginii habebatur: ſed factiōe reſpectuq; rerum priuatarꝫ:quæ ſemper offecere officientq;: publicis cōſiliis Appius uicit:ac ꝓpe fuit:ut dictator ille diem crearetur:quæ res utiq; alienaſſet plebem periculoſiſſimo tempore : cum uolſci:equiq;:& ſabini forte una omnes in armis eſſent:Sed curæ fuit conſulibus & ſenioribus patrū: ut īperiū ſuo uæhemens manſueto permitteretur īgenio.M.Valeriū dictatorē Voleſi filium creant. Plebs:& ſi aduerſus ſe creatum dictatorem uidebat:tamen cum ꝓuocationē:fratris lege haberet : nihil ex ea familia triſte:nec ſuperbum timebat:edictum deinde a dictatore propoſitū confirmauit animos Seruilii fere conſulis edicto conueniens: ſed & homini & poteſtati melius rati credi omiſſo certamine nomina dedere:quantus nunquam ante exercitus legiones decem effectæ:ternæ inde datæ cōſulibus:quattuor dictatori:nec poterat iam bellum differri.Equi latinum agrum inuaſerant.Oratores latinoꝫ a ſenatu petebant:ut aut mitterent ſubſidium:aut ſeipſos tuendorum finium cauſa capere arma ſinerent.Tutius uiſum eſt defendi inermes latinos:quam pati retractare arma.Vetuſius conſul,miſſus eſt:is finis populationibus fuit:Ceſſere.Equi campis locoq; magis quam armis fræti:ſummis ſe iugis montium tutabantur.Alter conſul in uolſcos profectus:ne & ipſe tereret:tempus: uaſtandis maxime agris hoſtem ad conferenda propius caſtra:dimicandumq; acie exciuit:medio ĩter caſtra campo ante ſuum quiſq; uallum infeſtis ſignis conſtitere.Multitudine aliq̄tum uolſci ſuperabāt:itaq; effuſi & contemptim pugnā iniere.Cōſul Ro.nec ꝓmouit aciem:nec clamorem reddi paſſus: defixis pilis ſtare ſuos iuſſit:ubi ad manū ueniſſet hoſtis:tum cohortes tota ui gladiis rē gerere . Volſci curſu & clamore feſſi:cū ſe uelut ſtupentibus metu intuliſſent romanis poſteaquā impreſſionē ſenſere ex aduerſo factā:& ante oculos micare gladios:haud ſecus:quā ſi inſidias ĩcidiſſent turbati:uertunt terga:& ne ad fugā quidē ſatis uiriū fuit:quia curſu in p̄lium ierant Ro.contra:quia in principio pugnæ quieti ſteterant:uigentes corporibus facile adepti feſſos:& caſtra impetu cœperunt:& caſtris exutum hoſtem Velitras perſecuti uno agmine uictores cum uictis in urbem irrupere:pluſq; ĩbi ſanguiuis promiſcua omnium generum cæde:quam in ipſa dimicatione factum.Paucis data uenia:qui inermes in deditionē uenerūt.Dum hæc ĩ uolſcis geruntur:dictator ſabinos:ubi lōge plurim ſt belli fuerat : fundit fugatq;:exuitq; caſtris eqtatu miſſo mediā turbauerat hoſtiū aciem:qua dū ſe cornua latius pādūt

Attur certamini ſpecies iter pres & plebem

Varinæ pūm denexu ſniæ

Res priuatæ ſp offecere publicis cōſiliis M.Valerius dictator

Attur Vergi/nii ſtratagema

Volſci uicti Caſtris exiunt Velitræ capiũtur

parum apte itrorſus ordinibus aciem firmauerát:turbatos pedes iuaſit:eodé impetu caſtra capta:debellatúq; eſt.Poſt pugnam ad regillũ lacum nõ alia illis annis pugna clarior fuit.Dictator triumphás Romá inuehitur.Sup ſolitos honores locũ í circo ipſi:poſteriſq; ad ſpectaculũ datus ſella in eo loco curulis poſita:Volſcis deuictis ueliternus ager ademptus.Velitras coloni ab urbe miſſi & colonia deducta.Cum Equis poſt aliquáto pugnatũ eſt:inuito qdem conſule:quia loco iniquo ſubeũdum erat ad

Atté ro. í hoſtes ferociá

hoſtes ſed milites extrahi rem criminátes:ut dictator prius:quá ipſi redirent in urbé:magiſtratu abiret:irritaq; ſicut ante conſulis promiſſa eius caderét:perpulerunt:ut forte temere in aduerſos montes agmé erigeret.Id male cõmiſſum ignauia hoſtiũ in bonum uertit:qui priuſq; ad coniectũ tæli uenirétur:ob ſtupefacti audacia Ro.relictis caſtris:quæ munitiſſimis tenuerát:locis:in aduerſas ualles deſiluere :ubi ſatis prædæ & uictoria incruéta fuit.Ita trifariá rebello bene geſta de domeſticaq; req; euentu nec patribus:nec plebi cura deceſſerat:tanta cũ gratia:tum arte præparauerát fœneratores:qđ non modo plebé ſed ipſum ét dictatoré fruſtrarent.Náq; Valerius poſt Vetuſii cõſulis reditũ oĩum actionũ í ſenatũ primá habuit pro uictore populo:rettulitq;:qd de nexis fieri placeret.Quæ cum reiecta relatio eſſet:non placeo:inquit:concordiæ auctor:optabitis mediuſſidius propediẽ:ut mei ſimiles roma

Attur ſeditionem Plebs í ſacrum monté ſeceſſit

na plebs patronos habeat:quod ad me attinet:neq; fruſtrabor ultra ciues meos:neq; ipſe fruſtra dictator ero.Diſcordiæ inteſtinæ:bellum externũ fecere:ut hoc magiſtratu egeret reſpublica:pax foris parta eſt:domi impeditur:priuatus potius:quam dictator ſeditioni ĩtereo:ita curia egreſſus dictura ſe abdicauit.Apparuit cauſa plebis ſuá uicé indignantem magiſtratu abiſſe.Itaq; uelut ꝓſoluta fide: quoniá per eum non ſtetiſſet:quin præſtaretur:decendenté domũ cum fauore ac laudibus proſecuti ſunt. Timor íde patres inceſſit:ne ſi dimiſſus exercitus foret:rurſus cœtus occulti:cõiurationeſq; fierent:itaq;: q̃q̃ per dictatoré delectus habitus eſſet:tamé quia in conſulũ uerba iuraſſent:ſacraméto teneri milité rati:per cauſam renouati ab Equis belli educi ex urbe legiões iuſſere:quo facto maturata é ſeditio : & prío agitatũ dicitur de conſulũ cæde:ut ſoluerentur ſacramento:doctos deinde nullá ſcelere religioné exolui.Sicinio quodá auctore:iniuſſu conſulũ in ſacr̃ monté receſſiſſe trans anienẽ amnẽ tria ab urbe millia paſſuũ.Ea frequétior fama eſt:quá cuius Piſo auctor eſt in auentinũ ſeceſſioné factá eſſe. Ibi ſine ullo duce:uallo foſſaq; cõmunitis caſtris:quieti ré nullá niſi neceſſariá ad uictũ ſumẽdo:per aliquot dies neq; laceſſiti:neq; laceſſentes ſeſe tenuere:pauor ingens in urbe:metuq; mutuo ſuſpenſa erát omnia:timere relicta ab ſuis plebes uiolentiam patrum:timere patres reſidem in urbe plebem incerti manere eam:an abire mallent:quamdiu autem tranquillam:quæ ſeceſſerit multitudinem fore? quid futurum deinde:ſi quod externum interim bellum exiſtat?nullam profecto niſi in concordia ciuiũ ſpẽ

Menenius Agrippa ad plebé reꝯcilandá mittitur

reliquam ducere:eam per æqua:per iniqua reconciliandam ciuitati eſſe.Placuit igitur oratoré ad plebem mitti Menenium Agrippam facundum uirum:& quod inde oriundus erat plebi carum. Intromiſſus in caſtra priſco illo dicendi & horrido modo nihil aliud:quam hoc narraſſe fertur: Tempore: quo in homine non ut nunc omnia in unum conſentiebat:ſed ſingulis membris ſuum cuiq; conſiliũ ſuus ſermo fuerat:indignatas reliquas partes:ſua cura:ſuo labore:ac miniſterio uentri omnia quæri: uentrem in medio quietum nihil aliud quam datis uoluptatibus frui conſpiraſſe inde ne manus ad os cybum ferrent:nec os acciperet datum:nec dentes conficerent:hac ira dum uentrem fame domare uellent:ipſa una membra totumq; corpus ad extremam tabem ueniſſe:inde apparuiſſe uentris quoq; haud ſegne miniſterium eſſe:nec magis ali:quam alere:eum reddentem í omnes corporis partes:huc quo uiuimus uigemuſq;:diuiſum pariter in uenas:maturum confecto cybo ſanguinem.Comparando hinc quam inteſtina corporis ſeditio ſimilis eſſet iræ plebis in patres:flexiſſe mentes hominũ. Agi deinde de concordia cœptum:conceſſumq; in condiciones:ut plebi ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti

C.Licinius & L.Albinus primi Tri. Sp.Caſſius & poſthumius cominius cõſul

quibus auxilii latio aduerſus conſules eſſet:neue cui patrum capere eum magiſtratum liceret:ita tribuni plebeii creati duo.G.Licinius:&.L.Albinus.Hi tres collegas ſibi creauerunt:in his Siciniũ fuiſſe ſeditionis auctor̃:de duobus:qui fuerint:minus conuenit.Sunt:qui duos in ſacro monte creatos tribunos eſſe dicant:ibi ſacratá legé latá:per ſeceſſioné plebis.Sp.Caſſius:& Poſthumius Cominius cõſulatũ inierũt.His cõſulibus cũ latinis populis ictum fœdus:ad id feriendum cõſul alter Romæ manſit alter ad uolſcũ bellũ miſſus.Antiates uolſcos fundit fugatq;:cõpulſos in oppidũ Longulá perſecutus mœnibus potitur:inde protinus Mucamitem uolſcor̃ capit:tũ magna ui adortus eſt Coriolos:Erat tũ ĩ caſtris ĩter primores iuuenũ Gn.Martius adoleſcens & conſilio & manu ꝑmptus:cui cognomé poſtea Coriolano fuit.Cũ ſubito exercitũ Ro.Coriolos obſidenté.atq; in oppidanos:quos intus clauſos habebat ĩtentũ:ſine ullo metu extríſecus iminentis belli uolſcæ legiões ꝑfectæ ab Antio inuaſiſſent:eodéq; tẽpore ex oppido erupiſſent hoſtes:forte í ſtatione Martius fuit.Is cũ delecta militũ manu nõ modo impetũ erumpentiũ retudit:ſed ꝑ patentẽ portá ferox irrupit:cædeq; in proximo urbis facta igné temere arreptũ iminentibus muro ædificiis iniecit.Clamor inde oppidanor̃ mixtus puerili

Attur Martii ſtrẽnitatem circa Coriolos

muliebriq; ploratu ad terroré:ut ſolet:prío ortus & romanis auxit aĩum:& turbauit uolſcos: utpote capta urbe:qui ad ferendam opem uenerant.Ita fuſi uolſci antiates:Corioli oppidum captum:tantũq; ſua laude obſtitit famæ conſulis Martius:ut niſi fœdus cũ latinis columna ahenea inſculptum monumento eſſet ab Sp.Caſſio uno:quia collega abfuerat : ictum:Poſthumium Cominium bellũ geſſiſſe cum uolſcis memoria ceſſiſſet.Eodem anno Agrippa Menenius moritur uir omni uita pariter patribus ac plebi carus:poſt ſeceſſioné plebi carior factus.Huic ĩterpreti:arbitroq; concordiæ ciuiũ legato patr̃ ad plebé:reductori plebis Ro.í urbé ſumptus funeri defuit:extulit eũ plebs ſextãtibus collatis in

capita:Consules deiñde:T.Greganius.P.Minutius facti.Eo anno cum & foris quieta omnia bello eſ/ Mene/
ſent:& domi ſanata diſcordia:aliud multo grauius malum ciuitatem inuaſit.Caritas primum anno/ uii in
næ ex incultis per ſeceſſionem plebis agris:fames deinde:qualis clauſis ſolet:uentumq; ad interitum tertius
ſeruitiorum:utiq; & plebis eſſet:ni conſules prouidiſſent:dimiſſis paſſim ad frumentum coemendũ T.Gre/
non in Ethruriam modo:dexteris ab Hoſtia littoribus:leuoq; per Volſcos mari uſq; ad Cumas: ſed ganius
quæſitum in Sicilia quoq;:adeo finitimorum odia longinquis coegerant indigere auxiliis.Frumentũ P.Mi/
cũ Cumis coemptũ eſſet:naues pro bonis Tarquiniorum ab Ariſtodemo Tyranno:qui hæres erat:re nutius
tentæ ſunt.In Volſcis.Pomptinoq; ne emi quidem potuit:periculum:quoq; ab impetu hominũ ipſis cõſul.
frumentatoribus fuit.Ex ethruſcis frumentum tyberi uenit:eo ſuſtentata eſt plebs.Incommodo bel/
lo in tam arctis commeatibus uerſati forent:ni uolſcos iam mouentes arma peſtilentia ingens inua/
ſiſſet:ea clade conterritis hoſtium animis:ut etiam:ubi ea remiſiſſet:terrore aliquo tenerentur:& Veli
tris auxere numerum colonorum romani:& Norbæ in montes nouam coloniam quæ arx in Pom/
ptino eſſet:miſerunt.M.Minutio deinde &.A.Sempronio conſulibus magna uis frumenti ex Sicilia M.Mi/
aduecta:agitatumq; in ſenatu:quantum plebi daretur.Multi ueniſſe tempus premendæ plebis puta/ nutius
bant:recuperandiq; iura:quæ extorta ſeceſſiõe:ac ui patribus eẽnt.In primis Martius Coriolanus ho A.Sem
ſtis tribuniciæ poteſtatis:ſi annonam:inquit:ueterem uolunt:ius priſtinum reddãt patribus:cur ego pnius
plebeios magiſtratus:cur Sicinium pollentem uideo ſub iugum miſſus tanquam a latronibus redẽ/ cõſul.
ptus?ego ne has indignitates diutius patiar:quam neceſſe eſt?Tarquinium regem:qui non tulerim:
Sicinium:feram?ſecedat nunc auocet plebem:patet uia in ſacrum montem alioſq; colles:rapiant fru/
menta ex agris noſtris:quemadmodum tertio anno rapuere:utantur annona:quam furore ſuo fece/
re:audeo dicere:hoc malo domitos ipſos:potius cultores agrorum fore quam ut armati per ſeceſſio/
nem coli prohibeant.Haud tam facile dictu eſt:faciendum ne fuerit:quam potuiſſe arbitror fieri: ut
condicionibus laxandi annonam:& tribuniciam poteſtatem:& omnia inuitis iura ipoſita patres de/
merent ſibi:& ſenatui.Nimis atrox uiſa ſententia eſt:& ira plebem prope armauit:fame iã ſe ſicut ho/
ſtes peti:cybo uictuq; fraudari:peregrinũ frumentũ:quæ ſola alimẽta exiſperato fortuna dederit: ab
ore rapi:niſi Gn.Martio uincti dedant tribuni:niſi de tergo plebis Ro.ſatiſſiat:eũ ſibi carnificẽ nouũ Martio
exortũ:q aut mori:aut ſeruire iubeat.In exeuntẽ i curia ipetus factus eẽt:ni ꝓpportune tribuni diem a tribu/
dixiſſent.Vbi ira ẽ ſuppreſſa:ſe iudicẽ quiſq;:ſe dominũ uitæ neciſq; inimici factũ uidebat.Contẽptim nis dies
primo Martius audiebat minas tribunicias:auxilii nõ pœnæ ius datũ illi poteſtati:plebiſq; non patrũ dicitur
tribunos eẽ:ſed adeo coorta erat ifenſa plebs:ut unius pœna defungendũ eẽt patribus.Reſtiterunt ta/
mẽ aduerſa inuidia:uſiq; ſunt qua ſuis qſq;.qua totius ordinis uiribus:ac prio tẽptata res ẽ:ſi diſpoſi/
tis clientibus abſterrẽdo ſingulos a cõcionibus cõciliiſq; diſiicere rẽ poſſent:uniuerſi deinde ꝓceſſere:
qcqd erat patrũ reos dicere ꝑcibus plebẽ expoſcentes:unũ ſibi ciuẽ:unũ ſenatorẽ:ſi inocentẽ abſoluere
nollent:ꝓ nocẽte darent.Ipſe:cũ die dicta nõ adeſſet:pſeueratũ i ira ẽ:damnatus abſens in uolſcos exu
latũ abiit:minitans patriæ:hoſtileſq; iam tũ ſpiritus gerens.Venientem uolſci benigne excepere: beni Dãnat
gniuſq; in dies colebãt:quo maior ira in ſuos eminebat:crebæq; nunc querelæ:nũc minæ ꝑcipiebant abſens
hoſpitio utebat Actii Tullii.Longe is tũ princeps uolſci nominis erat romanis ſemꝑ infeſtus:ita cũ al Marti/
tero uetus odium:altero ira recens ſtimularet:cõſilia cõferunt de Romano bello:haud facile credebãt us co/
plebem ſuã impelli poſſe:ut totiens infeliciter tẽptata arma caperẽt:multis ſæpe bellis:peſtilentia po/ rioláus
ſtremo amiſſa iuuẽtute fractos ſpiritus eẽ:arte agẽdũ in exoleto iã uetuſtate odio:ut recẽti aliqua ira Plutar.
exacerbarent animi.Ludi forte ex inſtauratione magni Romæ parabant:Inſtaurandis hæc cã fuerat lu Tulliũ
dis:mane ſeruũ qdam paterfamiliæ nondum cõmiſſo ſpectaculo ſub furca cæſum medio egerat cir/ Amphi
co:cœpti inde ludi:uelut ea res nihil ad religionem ꝓtinuiſſet:haud ita multo poſt.T.Latino de plebe diũ uo/
homini ſopniũ fuit:uiſus Iuppiter dicere ſibi ludi præſultorẽ diſplicuiſſe:niſi magnifice inſtaurarent cat
Ii ludi ꝓiculũ urbi fore:iret:ea cõſulibus nũciaret.Quaq; haud ſane liber erat religione animus:uerecũ T.Lati/
dia tamẽ maieſtatis magiſtratuũ timorẽ uicit:ne in ora hoium ꝓ ludibrio abiret:magno illi ea cũcta nus La/
ſtare:ni eat propere:ac nũciet cõſulibus:iam præſentior res erat:cunctantẽ tamẽ ac prolatantẽ ingens ctãtius
uis morbi adorta eſt debilitate ſubita:tũ enimuero deorum ira admonuit:feſſus igitur malis præte L.Atini
ritis inſtantibuſq; conſilio propinquorum adhibito:cum uiſa atq; audita:& obſeruatũ totiens ſopno um ap/
Iouem:minas iraſq; cæleſtes repræſentatis caſibus ſuis expoſuiſſet:conſenſu inde haud dubio oĩum: pellat
qui aderant:in forum ad conſules lectica defertur:inde in curiam iuſſu conſulum delatus:eadem illa
cum patribus ingenti omnium admiratione enaraſſet:ecce aliud miraculum:qui captus oĩbus mem
bris delatus in curiam eſſet:eum functum officio pedibus ſuis domũ rediſſe traditum memoriæ eſt.
Ludi quam ampliſſimi ut fierent:Senatus decernit:ad eos ludos auctore Actio Tullio uis magna uol Atẽ de/
ſcorum uenit. Priuſquam committerentur ludi.Tullius:ut domi compoſitum cum Martio fuerat: monũ
ad conſules uenit:dicit eſſe:quæ ſecreto agere de Repu.uelit arbitris remotis.Inuitus:inqt:quos ſequi ꝑſtigias
iuſſi de meis ciuibus loquor:non tamen admiſſum quicquam ab iis criminatum uenio: ſed cautum
ne admittant:nimio pluſquam uelim noſtrorum ingenia ſunt mobilia:multis id cladibus ſenſimus:
quippe qui non noſtro merito:ſed ueſtra patientia incolumes ſumus:magna hic uolſcorum multitu
do eſt:ludi ſunt:ſpectaculo intẽta ciuitas erit:memini quid ꝓ eandẽ occaſionẽ ab ſabinoq; iuuẽtute in

hac urbe cõmissum sit:horret animus:nequid iconsulto ac temere fiat:hæc nostra uestraq; cã primũ dicẽda uobis cõsulibus ratus sum:qd' ad me attinet:extemplo hinc domũ abire in aĩo est:ne cuius facti dictiq; contagione præsens uioler:hæc locutus abiit. Consules cũ ad patres rem dubiã sub auctore certo detulissent:auctor magis:ut fit:quã res ad p̃cauendũ uel ex supuacuo mouit:factoq; senatusconsulto:ut urbe excederent uolsci:p̃cones dimittuntur:q cẽs proficisci ante noctem iuberent. Ingens pauor primo discurrentes ad suas res tollendas in hospitia perculit:p̃ficiscentibus deide ĩdignatio aborta:ut cõsceleratos contaminatosq; ab ludis festis diebus cœtu quodãmodo hominũ deorũq; abactos. Cum p̃pe continuato agmine irent:p̃gressus Tullius ad caput ferentinũ:ut quisq; eueniret:primores eor̃ excipiens q̃rendo indignandoq;:& eos ipsos sedulo audientes scẽda iræ uerba:& p̃ eos multitudinẽ aliã in subiectum uiæ campũ deduxit. Ibi ĩ concionis modũ oronem exorsus. Veteres Po.Ro.iniurias cladesq; gentis uolsco r̃:ut oĩa:ĩquit:obliuiscamini alia:hodiernã hãc cõtumeliam quo tandẽ aĩo fertis? q̃ p̃ nostrã ignominiã ludos cõmisere:an non sensistis triũphatũ hodie de uobis esse? uos omnibus ciuibus:peregrinis tot finitimis populis spectaculo abeuntes fuisse? uestras coniuges:uestros liberos traductos p̃ ora hoĩum:quid eos:q audiuere uocem p̃conis? quid qui:uos uidere abeuntes? qd eos:q huic ignominioso agmini fuere obuii:existimasse putatis:nisi aliqd̃ p̃fecto nefas esse:qd' si itersimus spectaculo:uiolaturi simus ludos:piaculũq; merituri:ideo nos ab sede pior̃:cœtu cõcilioq; abigi:quid deide illud nõ succurrit? uiuere nos:qui maturauimus p̃ficisci:si hæc p̃fectio & nõ fuga est:& hanc urbẽ uos nõ hostiũ ducetis? ubi si unũ diẽ morati essetis:moriendũ oĩbus fuit? & bellũ uobis indictũ est magno illor̃ malo:q indixere:si uiri estis. Ita & sua spõte irar̃ pleni & ĩcitati domos ide digressi sunt:instigãdoq; suos q̃sq; populos effecere:ut cẽ uolscũ nomẽ deficeret. Impatores ad id bellũ de oĩum populor̃ snia lecti Actius Tullius & Gn.Martius exul Romanus:in quo aliq̃to plus spei repositũ:q̃ spem neq̃q̃ fefellit:ut facile appareret ducibus ualidioré:quã exercitu rẽ Romanã eẽ. Circeios p̃fectus primũ colonos inde Romanos expulit:liberamq; eã urbẽ uolscis tradidit:inde in latinã uiam trãsuersis tramitibus transgressus. Satricũ Longulã Polustiã Coriolos Nouellã:hæc romanis oppida ademit:inde Lauiniũ recepit:tũc deinceps Corbionẽ Veteliã Trebium Labicos pedũ cepit: postremũ ad urbẽ a Pedo ducit:& ad fossas cluuillas quinq; ab urbe millia passuũ castris positis populatur inde agrum Ro.custodibus inter populatores missis:q patricior̃ agros ĩactos seruarẽt:siue infensus magis plebi:siue ut discordia inter p̃res plebẽq; oriret:quæ p̃fecto orta esset:adeo tribuni ferocẽ p̃ se plebem criminando in primores ciuitatis instigabant:sed ex ternus timor maximum concordiæ unicum:q̃uis suspectos infestosq; inter se iungebat aĩos:Id modo non conueniebat:qd' senatus cõsulesq; nusq̃ alibi spem:quã in armis ponebãt:plebs oĩa:quã bellum malebat. Sp.Naucius iam & Sex.Furius consules erant:eos recensentes legiones:præsidia per muros aliaq;:in quibus stationes uigiliasq; esse placuerat:loca distribuentes:multo ingens pacem poscentium multitudo primum seditioso clamore cõterruit:deinde uocare senatum:referre de legatis ad. Gn.Martium mittendis coegit. Acceperunt relationem patres:posteaquam apparuit labare plebis animos:missiq; de pace ad Martium oratores:atrox responsum rettulerunt. Si uolscis ager redderetur:posse agi de pace:si præda belli p̃ otium frui uelit:memorẽ se & ciuiũ iniuriæ:& hospitũ beneficii:annisur̃ ut appareat exilio sibi irritatos nõ fractos animos esse. Iterum deinde iidem missi non recipiuntur in castra. Sacerdotes quoq; suis insignibus uelatos isse supplices ad castra hostium traditum ẽ:nihilo magis:quã legatos flexisse animum.

Actii Tullii oro ad suos

Actius Tullius & Martius Coriolanꝰ belli duces

Bolam quoq; Dionysius ait a Martio occupatã

Sp.Naucius & Sex.furius cõ. M.Minutius

Post cõmunus Sp. Largius P.Pinarius Q.Supplicius

Tum matronæ ad Veturiam matrẽ Coriolani Volumniãq; uxorẽ frequentes coeunt:id publicum consiliũ:an mulieribus timor fuerit:parum inuenio:peruicere certe:ut & Veturia magno natu mulier & Volumnia duos paruos ex Martio ferens filios secum in castra hostium irent:& quã armis uiri defendere urbem nõ possent:mulieres precibus lachrymisq; defenderent. Vbi ad castra uentum ẽ:nunciatumq; Coriolano est adesse ingens mulierũ agmen:ut qui nec publica maiestate in legatis:nec in sacerdotibus tanta essusa oculis animoq; religione motus cẽt:multo obstinatior aduersus lachrymas muliebres erat:deinde familiarium quidã:qui insignem mœsticia inter cæteras cognouerat Veturiam inter nurum nepotesq; stantem:nisi me frustrantur:inquit:oculi:mater tibi coniũxq; adsunt & liberi. Coriolanus propere ut amens consternatus ab sede sua:cũ ferret matri obuiæ cõplexum:mulier in iram ex precibus uersa:sine:priusquam cõplexũ accipio:sciam:ĩquit:ad hostẽ:an ad filiũ ueneri captiua mater ne in castris tuis sim:in hoc me longa uita infelix senecta traxit:ut exulem te:deide hostẽ uiderem? Potuisti populari hãc terrã:q̃ te genuit atq; aluit? non tibi q̃uis ĩfesto aĩo & minaci p̃ueneras ingrediẽti fines ira cecidit nõ? cũ in conspectu Roma fuit:succurrit:intra mœnia illa domus ac penates mei sunt? mater cõiunx liberiq;? Ergo:ego nisi peperissem:Roma nõ oppugnaret? nisi filiũ haberem:libera in libera patria mortua essem? Sed ego nihil iam pati:nec tibi turpius:q̃ mihi miserius possum:nec ut sim miserrima:diu futura sum:de his uideris:quos:si p̃gis:aut ĩmatura mors: aut lõga seruitus manet. Vxor deide ac liberi amplexi:fletusq; ab oi turba mulier̃ ortus:& cõploratio sui patriæq; fregere tãdẽ uir̃:cõplexus ide suos dimittit:ipse retro ab urbe castra mouit: abductis deide legiõibns ex agro Ro. iuidia rei op̃pssum:pisse tradũt:alii alio lœto:apud Fabiũ lõge antiq̃ssimũ auctorẽ usq; ad senectutẽ eũdẽ uixisse ĩuenio:refert certe hãc sæpe eũ exacta ætate usurpasse uocẽ:multo miserius seni exiliũ eẽ. Nõ iuiderũt laudes suas mulieribus uiri Ro.adeo sine obtrectatiõe gloriæ alienæ uiuebat' monumẽto quoq;:qd' eẽt tẽplũ mulieri Fortunæ edificatũ dedicatũq; ẽ. Rediere deinde uolsci:adiunctis Equis:ĩ agrũ Ro.sed Equi Actium Tulliũ haud ultra tulere ducẽ. Hinc ex certami-

ne uolſci Equi ne imperatorem coniuncto exercitui darent ſeditio:deinde atrox prælium ortum.Ibi fortuna Po.Ro.duos hoſtium exercitus haud minus pernicioſo:quā ptinaci certamīe cōfecit: Cōſules.T.Sicinius &.C.Aquilius.Sicinio uolſci:Aquilio hernici:ná ii quoq; in armis erāt: puincia euenit eo anno hernici deuicti:cum uolſcis æquo marte diſceſſum eſt.Sp.Caſſius deīde & Proculus Verginius cōſules facti:cú hernicis fœdus ictū:agri ptes adéptæ:īde dimidiū latinis dimidiū plebi diuiſurus cōſul Caſſius erat:adiiciebat huic muneri agri aliq̄tū:qué publicū poſſideri a priuatis criminabat. Id multos qdé patr̄e ipſos poſſeſſores periculo reī ſuaī terrebat:ſed & publica patribus ſollicitudo inerat largitione cōſulé piculoſas libertati opes ſtruere.Tum primū lex agraria pmulgata eſt:nunquam deīde uſq; ad hanc memoriā ſine maximis motibus reī agitata.Cōſul alter largitiōi reſiſtebat auctoribus patribus:nec omni plebe aduerſante: quæ primo cœperat faſtidire munus uulgatū a ciuibus iſſe ī ſocios:ſæpe deīde & Verginiū cōſulé ī cōcionibus uelut uaticināté audiebat:peſtilés collegæ munus eé:agros illos ſeruituté iis:q acceperāt:laturos:regno uiā fieri.Quid.n.ita aſſumi ſocios noméq; latinū? quid attinuiſſet hernicis pauloante hoſtibus capti agri tertiā parté reddi? niſi ut hæ gétes p Coriolano duce Caſſium habeant? popularis iam eé diſſuaſor & interceſſor legis agrariæ cœperat:uterq; deinde conſul certatim plebi īdulgere:Verginius dicere paſſuī ſe aſſignari agros:dum necui:niſi ciui Ro.aſſignentur.Caſſius:quia in agraria largitione ambitioſus ī ſocios eoq; ciuibus uilior erat:ut alio munere ſibi recōciliaret ciuium aīos:iubere p ſiculo fruméto pecuniā acceptā retribui populo.Id uero haud ſecus:quā pſenté mercedé regni aſpnata plebs:adeo pp ſuſpicioné inſitā regni uelut abūdarét oīa:munera eius ī aīs hominū reſpuebant:qué ubi primū mgratu abiit:dánatū necatumq; cōſtat.Sūt q patré auctoré eius ſupplicii ferant:eū cognita domi cauſa uerberaſſe ac necaſſe:peculiumq; filii Cereri cōſecrauiſſe:ſignū īde factū eé & inſcriptū ex Caſſia familia datū.Inuenio apud quoſdam:idq; ppius fidei é:a quæſtoribus Ceſone Fabio &.L.Valerio diem dictā pduellionis:damnatūq; populi iudicio:dirutas publice ædes:ea é area ante Telluris ædem.Cæteī ſiue illud domeſticum:ſiue publicū fuit iudiciū:damnatur.Seruilio Cornelio.Qu.Fabio cōſulibus.Haud diuturna ira populi ī Caſſium fuit:dulcedo agrariæ legis ipſa per ſe dempto auctore:ſubibat animos:accenſaq; ea cupiditas eſt mali gnitate patr̄e:qui deuictis eo anno uolſcis:equiſq; milité præda fraudauere:quicquid captum ex hoſtibus eſt:uendidit Fabius cōſul:ac redegit in publicū.Inuiſum erat Fabium nomen plebi propter nouiſſimū cōſulem:tenuere tamé patres:ut cū.L.Aemylio Ceſo Fabius conſul creareť:eo infeſtior facta plebes.Seditio domeſtica bellū externū exſciuit: bello deinde ciuiles diſcordiæ ītermiſſæ:uno animo patres ac plebs rebellátes uolſcos & equos duce Aemylio proſpera pugna uicere:plus tamé hoſtiū fuga:quam prælio abſumpſit:adeo ptinaciter fuſos inſecuti ſunt equites.Caſtoris ædes eodé anno idibus quintilibus dedicata eſt:uota erat latino bello Poſthumio dictatore:filius eius duūuir ad idipſum creatus dedicauit.Sollicitati & eo anno ſunt dulcedine agrariæ legis animi plebis.Tr.Pl.popularé poteſtatem lege populari celebrant:patres ſatis ſuperq; gratuiti furoris in multitudine credentes eſſe:largitiones temeritatiſq; inuitamenta horrebant:acerrime patribus duces ad reſiſtendum cōſules fuere. Ea igitur pars reipublicæ uicit:nec in præſens modo:ſed in ueientem etiam annum.M.Fabium Ceſonis fratrem:& magis inuiſum alterum plebi acccuſatione.Sp.Caſſii.L.Valerium conſulem dedit. Certatum eo quoq; anno cum tribunis eſt:uana lex:uaniq; legis auctores iactando irritum munus facti.Fabium inde nomen ingens poſt tres continuos conſulatus:unoq; uelut tenore omnes expertos tribuniciis certaminibus habitū:itaq; ut bene locatus manſit ī ea familia aliquandiu honos.Bellū inde ueiens initum:& uolſci rebellarunt:ſed ad bella externa prope ſupererant uires : abutebanturq; iis inter ſemetipſos certando.Acceſſere ad ægras iā omniū mentes prodigia cæleſtia prope quottidianas in urbe agriſq; oſtentantia minas:motiq; ira numinis cauſam nullam aliam uates canebant : publice priuatimq; nunc extis:nūc per aues cōſulti quam haud rite ſacra fieri:qui terrores eo euaſere:ut Oppia uirgo ueſtalis damnata inceſti pœnas dederit.Qu.Fabius inde &.C.Tullius conſules facti:eo anno non ſegnior diſcordia domi:& bellum foris atrocius fuit.Ab Equis arma ſumpta.Veientes quoq; agrum Romanor̄e populantes inierunt.Quor̄e bellor̄e creſcente cura Ceſo Fabius & Sp.Furius cōſules fiunt.Artonam latiná urbé equi oppugnabant:ueientes pleni iam populationum Romam ipſam ſe oppugnaturos minitabanť:qui terrores cū cōpeſcere deberent:auxere inſuper animos plebis:rediq; nō ſua ſponte plebi mos detrectandi militiam:ſed.Sp.Publius Licinius Tr.Pl.ueniſſe tépus ratus per ultimā neceſſitaté legis agrariæ patribus iniungendæ:ſuſceperat ré militarem impediendam. cæterum tota inuidia tribuniciæ poteſtatis uerſa in auctoré eſt:nec ī eū conſul acrius:quā ipſius eius collegæ coorti ſunt:auxilioq; eor̄e delectū conſules habent. Ad duo ſimul bella exercitus ſcribitur ducendus:Fabio in ueientes:In equos Spurio datur:& in equis qdé nihil dignum memoria geſtum eſt: Fabio aliquanto plus negotii cū ciuibus:quā hoſtibus fuit.Vnus ille uir ipſe cōſul républicā ſuſtinuit: quā exercitus odio cōſulis:quantū ī ſe fuit:prodebat:Ná cum cōſul pter cæteras īperatorias artes:q̄s parando gerendoq; bello ædidit plurimas:ita inſtruxiſſet aciē:ut ſolo equitatu emiſſo exercitū hoſtiū funderet:inſequi fuſos pedes noluit:nec illos & ſi nō adhortatio inuiſi ducis:ſuū ſaltē flagitium:& publicū in pſentia dedecus:poſtmodū piculū:ſi aīus hoſti rediſſet:cogere potuit gradū accelerare : aut ſi aliud nihil iſtare iſtructos:Iniuſſu ſigna referūt:mœſtiq;:crederes uictos:execrátes núc īperatoré:núc nauatam ab equite operā redeunt ī caſtra.Nec huic tam peſtilenti exemplo remedia ulla ab īperatore quæſita ſunt:adeo excellétibus īgeniis citius defuerit arș:qua ciué regant:quā qua hoſtem ſuperent.

Plu. uergiliā coriolá cōiugé & uon uolum má uocat

T.Sicinius & G.aqlius cōſ.

SP.Caſſius & pculuſ uergini uſ cōſ.

Pria lex agraria

SP.caſſii dána tio

Seruiliꝰ Corneliuſ & Q.Fab. conſul

L.Aemiliuſ Cæſo fabiꝰ conſul

M. fab.

L. Valeriuſ cō.

Oppia ueſtaliſ dánať

Q. fab. &.SP. furiuſ conſul

M.Fabius & Gn.Manilius consʃ.

Conſul Romam rediit non tam belli gloria aucta:quá irritato exacerbatoq; ĩ ſe militũ odio obtinuere tamẽ pres:ut in fabia gẽte cõſulatus maneret.M.Fabium cõſulẽ creant:Fabio collega Gn.manilius dat.Et hic annus tribunũ auctorẽ legis agrariæ habuit.T.Põtificius fuit:is eandem uiam uelut ꝓceſſiſſet.Sp.Licinio ingreſſus:delectũ pauliſper ĩpediit.Perturbatis itẽq; pribus.Ap.claudius uictã tribuni tiam poteſtatẽ dicere priore anno:ĩ pſentia:Reipub.exẽplo ĩ perpetuũ:q̃do inuentũ ſit:ſuis ipſam uiribus diſſolui:neq;.n.unq̃ defutuꝝ:q ex collega uictoriã ſibi:& gr̃am melioris partis bono publico uelit eſſe q̃ſitã:& plures:ſi pluribus opus ſit tribunos ad auxiliũ cõſulũ paratos fore:& unũ uel aduerſus oẽs ſatis eẽ:darẽt mõ & cõſules & primores patrũ operã:ut ſi minus oẽs aliquos tamẽ ex tribunis reipu.ac ſenatui cõciliarẽt.Præceptis Appii moniti pres uniuerſi comiter ac benigne tribunos appellare: & cõſulares:ut cuiq; eoꝝ priuatĩ aliqd iuris aduerſus ſingulos erat:partĩ gr̃a:partĩ auctoritate obtinuere:ut tribuniciæ poteſtatis uires ſalubres uellẽt reipu.eẽ:nouẽq; tribunoꝝ aduerſus unũ moratorẽ publici cõmodi auxilio:delectũ cõſules habẽt.Inde ad ueies bellũ ꝓfecti:quo undiq; ex Ethruria auxilia cõuenerãt:nõ tã ueientiũ gratia cõcitata:quã qd' ĩ ſpem uentũ erat diſcordia ĩteſtina diſſolui rem Ro.poſſe:pricipeſq; ĩ oium Ethruriæ populoꝝ cõciliis fremebãt:æternas opes eẽ romanas:niſi inter ſemetipſi ſeditiõibus ſæuiãt:id unũ uenenũ eam labẽ ciuitatibus opulẽtis repertã:ut magna imperia mortalia eẽnt:diu ſuſtẽtatũ id malũ partĩ patrũ cõſiliis:partĩ patiẽtia plebis:iã ad extrema ueniſſe:duas ciuitates ex una factas:ſuoſq; cuiq; parti mgr̃atus ſuas leges eſſe:primũ in delectibus ſæuire ſolitos: eoſdẽ in bello tamẽ parere ducibus:q̃licunq; urbis ſtatu manente diſciplina militari ſiſti potuiſſe:iam nõ parẽdi mgr̃atibus morẽ:ĩ caſtra quoq; romanũ militẽ ſeq.Proxio bello ĩ ipſa acie:ĩ ipſo certamine cõſenſu exercitus traditã ultro uictoriã uictis Equis:ſigna deſerta:ĩperatorẽ ĩ acie relictũ:iniuſſu in caſtra reditũ: ꝓfecto:ſi inſtetur:ſuo milite uinci Romã poſſe:nihil aliud opus eẽ quã indici oſtẽdiq; bellũ:cætera ſpõte ſua fata:& deos geſturos.Hæ ſpes Ethruſcos armauerant multis iuicẽ caſibus uictos uictoreſq;.Cõſules quoq; romani nihil ꝑterea aliud:quã ſuas uires:ſua arma horrebãt:memoria peſſimi ꝓximo bello exẽpli terrebat:ne rem cõmitterẽt:eo ubi duæ ſimul acies timẽdæ eſſent:itaq; caſtris ſe tenebant tam ancipiti ꝓiculo auerſi: diẽ tẽpuſq; forſitan ipſum lenituꝝ iras ſanitatẽq; aĩs allaturꝝ. Veiens hoſtis ethruſciq; eo magis ꝓpropere agere:laceſſere ad pugnã primo obequitãdo caſtris : prouocandoq;:poſtremo ut nihil mouebat tã conſules ipſos:quã exercitũ increpãdo:ſimulationẽ inteſtinæ diſcordiæ remedium timoris inuentũ:& cõſules magis nõ confidere:quã nõ credere ſuis militibus:nouum ſeditionis genus ſilentiũ otiumq; inter armatos.Ad hæc ĩ nouitatẽ generis originiſq; tã falſa:q̃ uera iacere.Hæc cũ ſub ipſo uallo portiſq; ſtreperẽt.Haud ægre cõſules pati:at ĩperitæ multitudini nũc indignatio:nũc pudor pectora uerſare:& ab ĩteſtinis auertere malis:nolle inultos hoſtes:nolle ſucceſſum nõ patribus:nõ cõſulibus:externa & domeſtica odia certare in aĩs:tãdẽ ſuperãt externa: adeo ſupbe ĩſolenterq; hoſtis eludebat:freq̃ntes in ꝓtoriũ conueniunt:poſcunt pugnã:poſtulant:ut ſignũ detur.Cõſules uelut deliberabundi capita cõferunt:diu colloquunt:pugnare cupiebant:ſed retro reuocãda & addẽda cupiditas erat:ut aduerſandoq; remorando ĩcitato ſemel militi adderent impetũ. Reddit reſpõſum ĩmaturam rem agi:nõdum tps pugnæ eſſe:caſtris ſe tenerent:edicunt ĩde:ut abſtineant pugna:ſiqs iniuſſu pugnauerit:ut ĩ hoſtẽ aĩaduerſuros:ita dimiſſis:quo minus cõſules uelle credunt:creſcit ardor pugnandi:accendunt ĩſuper hoſtes ferocius multo:ut ſtatuiſſe nõ pugnare cõſules creditum ẽ:quippe impune ſe inſultaturos:nõ credi militi arma:rem ad ultimum ſeditionis eruptũram:finemq; ueniſſe Romano ĩperio.His fræti occurſant portis:ĩgerunt probra:ægre abſtinent:qui caſtra oppugnẽt.Eniuero nõ ultra contumelia pati romanus poſſe:totis caſtris undiq; ad cõſules curritur:nõ tam ſenſim ut ante per centurionũ principes poſtulãt:ſed paſſim omnes clamoribus agunt: matura res erat tergiuerſantur tamen.Fabius deĩde ad creſcentẽ tumultũ iam metu ſeditionis collega concedente:cũ ſilentiũ claſſico feciſſet:ego iſtos Manili poſſe uincere ſcio:uelle ne ſcirẽ:ipſi fecerũt: itaq; certũ atq; decretum ẽ non dare ſignũ:niſi uictores ſe redituros ex hac pugna iurent:conſulẽ Romanum miles ſemel in acie fefellit:deos nunquam fallet.Centurio erat.M.Flauoleius inter primores pugnæ flagitator:uictor:ĩquit.M.Fabi reuertar ex acie:ſi fallat:Iouem patrem Gradiuumq; Martem alioſq; iratos inuocat deos:inde deĩceps omnis exercitus ĩ ſe quiſq; iurat.Iuratis datur ſignũ:arma capiunt:eunt in pugnam iraꝝ ſpeiq; pleni:nũc iubent ethruſcos probra iacere:nunc armato ſibi quiſq; lingua prõptũ hoſtẽ offerri.Omniũ illo die:qua plebis:qua patꝝ eximia uirtus fuit:fabia gens maxie enituit:multis ciuilibus certaminibus infenſos plebis aĩos illa pugna ſibi reconciliare ſtatuũt:inſtruit acies.Nec ueiens hoſtis ethruſcæq; legiones detrectãt: ꝓpe certa ſpes erat:nõ magis ſecũ pugnaturos: quam pugnauerint cũ equis:maius quoq; aliquod ĩ tã irritatis animis:& occaſione ancipiti haud deſperandum eẽ facinus:res aliter lõge euenit:nã nõ alio ante bello ifeſtior romanus:adeo hinc cõtumeliis hoſtes:hinc cõſules mora exacerbauerãt:præliũ iniit.Vix explicãdi ordinis ſpatiũ ethruſcis fuit:cũ pilis ĩter primam trepidationem abiectis temere magis:quam emiſſis:pugna iam ad manus:iam ad gladios:ubi mars eſt:atrociſſimus:uenerat.Inter primores genus Fabium inſigne ſpectaculo exẽploq; ciuibus erat:ex his.Q.Fabium:tertio hic anno ante cõſul fuerat principẽ in conferctos ueientes euntẽ ferox uiribus & armorum arte:tuſcus incautum inter multas uerſantem hoſtium manus gladio per pectus trãſfigit:tælo extracto præceps Fabius in uulnus abiit.Senſit utraq; acies unius uiri caſum:cedebat inde Romanus:cũ.M.Fabius cõſul trãſiliit iacentis corpus:obiectaq; parma hoc iuraſtis inquit milites:fugiẽtes uos ĩ caſtra redituros?adeo ignauiſſimos hoſtes magis timetis:quã Iouẽ Martẽq; p

Cur uictis eqs quũ duobus locis hetruſcos prouinciam Fabio datum ſuperbius dixeris

Attur pugnandi cupiditatẽ

Immo cum ethruſcis ſi uera ſup/bius dixiſti Q. Fabii interitus

quos iuraſtis? at ego iniuratus: aut uictor reuertar: aut ꝑpe te hic. Q. Fabi dimicās cadā: Cōſuli tū. C. Fabius prioris anni cōſul: uerbis ne iſtis frater: ut pugnēt: te ipetratuꝝ credis? dii impetrabunt: p quos iurauere: & nos: ut decet ꝑceres: ut Fabio noie eſt dignū pugnādo potius: quā adhortādo accēdamus militū aios: ſic in primū infeſtis haſtis ꝑuolāt duo Fabii: totāq; mouerūt ſecū acié. Prælio ex parte una reſtituto nihilo ſegnius in altero cornu Manilius cōſul pugnā ciebat: ubi ꝑpe ſimilis fortuna eſt uerſa ta: nā ut altero cornu. Q. Fabiū: ſic in hoc ipm cōſulem manliū iam uelut fuſos agentē hoſtes: & in pigre milites ſecuti ſunt: & ut ille graui uulnere ictus ex acie ceſſit iterfectum rati gradū rettulere: ceſſiſſentq; loco: ni cōſul alter cū aliquot turmis eqtum in eā parte citato equo aduectus uiuere clamitans collegā ſe uictorē effuſo altero cornu adeſſe: rem iclinatam ſuſtinuiſſet: Manlius quoq; ad reſtituendā aciem ſeipſe corā offert: duoꝝ cōſulū cognita ora accēdunt militū aios: ſimul & uanior iā erat hoſtiū acies: dum abūdāte multitudie fræti ſubtracta ſubſidia mittūt ad caſtra oppugnāda: in quæ haud magno certamie facto ipetu dum ꝑdæ magis: quā pugnæ memores tererent tps: triarii romani: q primā irruptionē ſuſtinere nō potuerāt: miſſis ad cōſules nūciis: quo loco res eēnt cōglobati ad ꝓtoriū redeunt: & ſua ſpōte ꝓlium ipſi renouāt: & Manilius cōſul reuectus in caſtra ad oēs portas milite oppoſito hoſtibus uiā clauſerat. Ea deſperatio tuſcis rabiem magis: quā audaciā accēdit: nā cum icurſantes quācūqꝝ exitum oſtēderet ſpes uano aliquotiēs ipetu iſſent: globus iuuenū in ipm cōſulē inſigné armis inuadit: pria excepta a circūſtantibus tæla: ſubſtineri deide uis neqt: cōſul mortifero uulnere ictus cadit: fuſiq; circa oēs. Tuſcis creſcit audacia: Romanos terror ꝑ tota caſtra trepidos agit: & ad extrema uentū foret: ni legati rapto cōſulis corpore patefeciſſent una porta hoſtibus uiam: ea erumpunt: cōſternatoq; agmine abeūtes in uictorē alteꝝ icidunt cōſulem: ibi iteꝝ cæſi fuſiq; paſſim: uictoria egregia parta: triſtis tamē duobus tam claris funeribus. Itaq; cōſul decernēte ſenatu triūphum: ſi exercitus ſine iperatore triūphare poſſit: ꝑ eximia belli opa ſe paſſuꝝ: reſpondit ſe familia funeſta. Qu. Fabii fratris morte: Rep. ex parte orba: cōſule altero amiſſo publico priuatoq; deformē luctu laureā non acceptuꝝ: omni acto triumpho depoſitus triūphus clarior fuit: adeo ſpreta ī tēpore gloria iterdū cumulatior redit: funera deide duo collegæ fratriſq; ducit. idē ī utroq; laudat: cū cōcedendo illis ſuas laudes: ipſe maximā ptē eaꝝ ferret. Neq; imemor eius: qđ initio cōſulatus imbiberat reconcilandis aios plebis: ſaucios militēs curādos diuidit patribus. fabiis plurimi dati: neq; alibi maiore cura habiti: inde populares iā eē Fabii: nec hoc ulla re niſi ſalubri reip. ptē. Igit nō patrū magis: quā plebis ſtudiis. Gn. Fabius cū. T. Vergilio cōſul factus: neq; bella: neq; delectus: neq; ullā aliā prioré curā agere: quā ut iā aliqua ex arte icohata cōcordiæ ſpe: primo quoq; tempore cū patribus coaleſcerent animi plebis: Itaq; principio anni cēſuit: priuſquā quiſquam agratiæ legis auctor tribunus exiſteret: occuparent patres ipſi ſuum munus facere: captiuum agrum plebi quā maxime æqualiter darent: æquum eſſe habere eos: quorum ſanguie ac ſudore partus ſit. Aſpernati atres ſunt equeſti quoq; qdā nimia gloria luxuriare & euaneſcere uiuidum illud quondā Ceſonis ingeniū: nullæ deide urbanæ factiōes fuere. Vexabant icurſionibus equorum latini: eo cū exercitu Ceſo miſſus in ipſoꝝ equoꝝ agrū depopulādū trāſit. Equi ſe in oppida receperunt: muriſq; ſe tenebāt: eo nulla pugna memorabilis fuit. At a ueiēte hoſte clades accepta tēmerita te alterius cōſulis: actūq; de exercitu foret: ni Ceſo Fabius in tpe ſubſidio ueniſſet. Ex eo tpe neq; pax: neq; bellū cū ueientibus fuit. Res ꝑxime in formā latrocinii uenerat: legionibus romanis cedebant in urbem: ubi abductas ſenſerāt legiones: agros icurſabant. bellū quiete: quietē bello iuicem eludētes: ita neq; omitti tota res: neq; ꝑfici poterat: & alia bella aut ꝓſentia iſtabant: ut ab Equis: Volſciſq; non diutius: quā dolor recēs ꝑxime cladis trāſiſſet ꝙeſcentibus: aut mox moturos ſe apparebat ſabinos ſemꝑ infeſtos Etruriāq; oēm. Sed ueiens hoſtis aſſiduus magis: quā grauis: cōtumeliis ſæpius: quam ꝑiculo aios agitabat: qđ nullo tpe negligi poterat: aut auerti alio ſinebat. Tum fabia gens ſenatū adiit: cōſul ꝑgente loquit. Aſſiduo magis quā magno ꝓſidio: ut ſcitis patres cōſcripti: bellū ueiens eget: uos alia bella curate: Fabios hoſtes ueientibus date: auctores ſumus tutam ibi maieſtatem Ro. nominis fore: noſtrum id nobis uelut familiare bellum priuato ſumptu gerere in aio eſt: reſpu. & milite illic & pecunia uacet. Gratiæ igentes actæ: cōſul e curia egreſſus comitāte Fabioꝝ agmine: q in ueſtibulo curiæ ſenatuſcōſultum expectātes ſteterāt: domum rediit: iuſſi armati poſtero die ad limē cōſulis adeſſe: domos inde diſcedunt. Manat tota urbe rumor: Fabios ad cælū laudibus ferūt: familiā unam ſubiſſe ciuitatis onus: ueiens bellū in priuatā curam: in priuata arma uerſum: ſi ſint duæ roboris eiuſdē in urbe gentes depoſcant hæc uolſcos ſibi: illa equos: Po. Ro. pacem tranquillam agente oēs finitimoſ ſubigi populos poſſe. Fabii poſtero die arma capiūt: quo iuſſi erāt: cōueniūt. Cōſul paludatus egrediēs in ueſtibulo gētem oēm ſuā iſtructo agmine uidet: acceptus ī mediū ſigna ferri iubet. Nunq; exercitus neq; minor numero: neq; clarior fama & admiratiōe hoīum ꝑ urbē inceſſit. Sex &. ccc. milites oēs patricii: oēs unius gentis: quoꝝ neminē ducem ſperneret: egregius qbuſlibet tpibus ſenatus: ibant unius familie uiribus ueienti populo peſtem minitantes: ſequebat turba propria: alia cognatorum ſodaliumq;: nihil mediū nec ſpem: nec curā: ſed immenſa oīa uoluētium aio: alia publica ſollicitudine excitata fauore & admiratione ſtupens: ire fortes ire fœlices iubent: inceptis euentus pares reddere: cōſulatus inde ac triumphos omnia præmia ab ſe: omnes honoes ſperare. Prætereuntibus capitolium arcemq; & alia templa quicquid deoꝝ oculis: quicqd aio occurrit: precantur: ut illud agmen fauſtum atq; fœlix mittāt: ſoſpites breui in patriā ad parētes reſtituāt. Incaſſum miſſæ præces: infœlici uia a dextero Iano portæ carmentalis ꝑfecti ad cremeram flumē ꝑueniunt: is opportunus uiſus locus communiendo præſidio.

Mana/lii cōſulis inte/ritus

Triumphus tē peſtiue ꝛpudia/tus dantur omni triū/pho clarior

Fabia gens ueiens bellum ſuſcipit

Sed & ccc. fabii

L.Aemilius. G. Seruilio

L.Aemylius inde:&.C.Seruilius cõſules facti:& donec nil aliud:quã ĩ populatiõibus res fuit:nõ ad pſidiũ mõ tutandũ Fabii ſatis erát:ſed tota regiõe:qua tuſcus ager romano adiacet:ſua tuta oía: ĩfeſta hoſtium uagãtes ꝑ utrũq; finẽ facere.Interuallũ deĩde haud magnũ populatiõibus fuit:dum & ueientes:accito ex ethruria exercitu:pſidium cremeræ oppugnát:& romanæ legioões ab.L.Aemylio cõſule abductæ cominus cũ ethruſcis dimicát acie:q̃q̃ uix dirigẽdi aciem ſpaciũ ueientibus fuit:adeo inter primam trepidationem:dum poſt ſigna ordines introeunt:ſubſidiaque locant:inuecta ſubito ab latere romana ala equitum non pugnæ modo incipiendæ:ſed conſiſtendi ademit locum:ita fuſi retro ad Saxa rubra ibi caſtra habebát:pacẽ ſupplices petunt:cuius ĩpetratæ ab inſita aĩs leuitate ante deductũ

Fabiorũ ſucceſſus

cremera romanũ pſidiũ pœnituit.Rurſum cũ Fabiis erat ueienti populo ſine ullo maioris belli apparatu certamẽ:nec erant ĩcurſiones mõ in agros aut ſubiti ĩpetus ĩcurſantiũ:ſed aliquotiẽs æquo cãpo collatiſq; ſignis certatũ:genſq; una Po.Ro.ſæpe ex opulẽtiſſima:ut tum res erant:ethruſca ciuitate uictoriá tulit.Id primo acerbũ indignũq; ueiẽtibus eſt uiſum:inde cõſilium ex renatũ inſidiis ferocẽ hoſtem captãdi:gaudere ẽt multo ſucceſſu Fabiis audaciã creſcere:itaq; & pecora p̃dantibus aliquotiens uelut caſu ĩcidiſſent obuiá acta:& agreſtiũ fuga uaſti relicti agri:& ſubſidia armatorũ ad arcẽdas popu

Fabii oẽs ad unũ ceduntur

lationes miſſa:ſæpius ſimulato:quã uero bello refugerũt.Iamq; fabii adeo contẽpſerát hoſtẽ:ut ſua inuicta arma neq; loco:neq; tpe ullo crederẽt ſuſtineri poſſe:hæc ĩpes ꝓuexit ut ad cõſpecta ꝓcul a creme ra magno cãpi ĩteruallo pecora:q̃q̃ rara hoſtiũ apparerẽt arma:decurrerẽt:& cũ ĩprouidi effuſo curſu ĩſidias circa ĩp̃m iter locatas ſupaſſent:palãteſq; paſſim uaga:ut fit:pauor ĩiecto rapẽt pecora:ſubito ex inſidiis cõſurgit:& aduerſi & undiq; hoſtes erant.Primo clamor circũlatus exterruit: deinde tæla ab omni parte accedebát:coeũtibuſq; ethruſcis iã cõtinẽti agmĩe armatorũ ſepti:quo magis ſe hoſtis ĩferebat:cogebant breuiore ſpatio:& ipſi orbẽ colligere:quæ res paucitatẽ eorũ inſignem: & multitudinẽ ethruſcorũ multiplicatis in arcto ordinibus faciebat:tum omiſſa pugna:quã in oẽs partes parem intenderat:in unũ locũ ſe oẽs ĩclinát:eo niſi corporibus armiſq; rupere cuneo uiã:duxit uia in æditũ leniter collẽ:inde primo reſtitere:mox ut reſpirãdi ſupior locus ſpaciũ dedit:recipiẽdiq; a pauore tanto aĩum pepulere ẽt ſubeũtes:uincebatq; auxilio loci paucitas:ni iugo circũmiſſus ueiens in uerticẽ collis euaſiſſet.Ita ſuperior rurſus hoſtis factus:Fabii cæſi:ad unũ oẽs p̃ſidiumq; expugnatum.ccc.vi.periſſe ſatis cõuenit:unũ ꝓpe puberẽ ætate relictũ ſtirpẽ gẽti Fabiæ:dubiiſq; rebuspo.Ro.ſæpe domi belliq; maximũ futurũ auxiliũ.Cũ hæc accepta clades eẽt:iã.C.Horatius &.T.Menenius cõſules erát: Mene

G.Horatius T.Menenius consúl.

nius aduerſus tuſcos uictoria elatos cõfeſtim miſſus:tũ quoq; male pugnatũ eſt:& ianiculũ hoſtes occũ pauere:obſeſſaq; urbs foret ſuper bellum annona p̃mente:trãſierant enĩ ethruſci tyberim:ni Horatius cõſul e uolſcis eẽt reuocatus:adeoq; id bellũ ipſis iſtitit mœnibus:ut primo pugnatum ad ſpei ſit æquo marte:iterum ad portam collinam:ibi quãquam paruo momento ſuperior Ro.res fuit: melioren tamen militem recepto priſtino animo in futura prælia id certamen fecit.A. Verginius: &.SP. Seruilius conſules fiunt.Poſt acceptam proximã pugnæ cladem ueientes abſtinuere acie: populationes erant:& uelut ab arce ianiculi paſſim in Ro.agrum impetus dabant:non uſquam pecora tuta: nõ agreſtes erát:capti deinde eadem arte ſunt:qua ceperant Fabios.Secuti dedita opera paſſim ad illece

A.Verginius &.SP. Seruilio consul.

bras propulſa pecora præcipitauere in inſidias:quo plures erant:maior cædes fuit:ex hac clade atrox ira maioris cladis cauſa:atq; initiũ fuit:traiecto enĩ nocte tyberi caſtra Seruilii cõſulis adorti ſunt oppugnare:inde fuſi magna cæde in ianiculũ ſe ægre receperũt.Cõfeſtim cõſul & ipſe trãſit tyberim:caſtra ſub ianiculo cõmunit:poſtero die luce orta nõ nihil &heſterna felicitate pugnæ ferox:magis tamẽ ĩopia fruméti:quãuis p̃cipitia:dũ celeriora eſſent:agebát cõſilia temere aduerſo ianiculo ad craſtã hoſtium aciẽ erexit:fœdiuſq; ĩde pulſus:quã pridie pepulerat:ĩteruẽtu collegæ ipſe exercituſq; ẽ ſeruatus:ĩter quas acies hetruſci cũ inuicẽ his atq; illis terga darẽt occidione occiſi:ita oppreſum temeritate feli

Ethruſci Verẽq; ianiculũ occupárát ceſi ſunt T.Menenio dié.T. Statio dicit.L. Cæditõ dies dcã

ci ueiens bellũ.Vrbi cũ pace laxiorẽt annona rediit:&aduecto ex Cãpania frumento:& poſteaq̃ timor ſibi cui futuræ inopiæ abiit eo quod abditũ fuerat ꝓplato:Ex copia deĩde ocioq; laſciuere rurſus animi & priſtina mala:poſteaq̃ foris deerant:domi quærere:tribuni plebem agitare ſuo ueneno agraria lege in reſiſtentes ĩcitare patres:nec ĩ uniuerſos mõ: ſed ĩ ſingulos:Qu.Conſidius &.T.Genũtius auctores agrariæ legis.T. Menenio dié dicũt:ĩuidiæ erat amiſſum Cremeræ p̃ſidiũ:cũ haud ꝓcul ĩde ſtatiua cõſul habuiſſet:eã oppreſſit:cũ & patres haud minus quã ꝓ Coriolano annixi eſſent & p̃ris Agrippæ fauor haud dũ exoleuiſſet.In mulcta tẽperarũt tribuni:cũ capitis anqſiſſent:duo milia æris dánato mulctã edixerũt:ea ĩ caput uertit:negãt tuliſſet ignominiá ægritudinẽq;: ĩde morbo ab ſũptũ eẽ:alius indereus.SP. Seruilius ut cõſulatu abiit Gaio Nautio & publio Valerio cõſulibus initio ſtatĩ áni ab.L.Cæditio &.T.Statio tribunis die dicta:nõ ut Menenius p̃cibus ſuis aut patrũ:ſed cũ multa fidutia ĩnocentiæ gr̃æq; tribinitios ĩpetus tulit:& huic p̃liũ cũ tuſcis ad ianiculũ erat crimini:ſed feruidi aĩ uir ut ĩ publico p̃culo ante:ſic tũ ĩ ſuo nõ tribunos mõ:ſed plebẽ or̃one feroci refutãdo.exprobrãdoq;.T.Menenii dãnationẽ:mortẽq;:cuius p̃ris munere reſtituta quõdã plebs :eos ipſos:qubs tum ſcæuiret magiſtratus eas leges hr̃et:p̃culũ audatia diſcuſſit:iuuit & Verginius collega teſtis ꝓductus ꝓticipãdo laudes magis tamẽ menenianũ:adeo mutauerát aĩum: ꝓfuit iuditiũ Certamina domi finita:ueiens bellũ exortũ:qbus ſabini arma cõiũxerát.P.Valerius cõſul:accitis latĩorũ hernicorũq; auxiliis:cũ exercitu Veios miſſus:caſtra ſabina:quæ ꝓ menibus ſociorũ locata erát cõfeſtim aggrediť:tãtãq; trepidationẽ iiecit ut dũ diſpſi alii:alii mãipulati excurrũt ad arcẽdã hoſtiũ uĩ:ea porta:ubi ſignũ ĩtulerat capereť:ĩtra uallũ deĩde cædes magis q̃ p̃liũ eẽ tumultus e caſtris in urbẽ penetrat tanq̃ Veiis captis ita pauidi ueientes

ad arma currūt:pars ſabinis eunt ſubſidio:pars romanos toto ipetu ītentos ī caſtra adoriūt: pauliſper auerſi turbatiq; ſunt:deīde & ipſi utroq; uerſis ſignis reſiſtūt:& eqs ab cōſule īmiſſus tuſcos fundit fugatq;:cadēq; hora duo exercitus:duæq; potētiſſimæ & finitimæ gētes ſupatæ ſunt. Dū hæc ad Veios gerunt:uolſci eqq; in latīo agro poſuerāt caſtra populatiq; fines erāt:eos p ſe ipſi latini aſſūmptis hernicis ſine romano aut duce aut auxilio caſtris exuerūt:īgenti p̄da p̄ter ſuas recup̄atas res potiti ſunt: miſſus tamē ab roma cōſul in uolſcos.C.Nautius.mos:credo:nō placebat ſine romano duce exercituq; p̄priis ſocios uiribus cōſiliiſq; bella gerere nullū genus calamitatis cōtumeliæq; nō æditū in uolſcos eſt:nec tamē perlici potuere:ut acie dimicarēt.L.Furius inde &.C.Manilius cōſules Manilito Vetes p̄uincia euenit:nō tamē bellatū:induciæ ī ānos.xl.petētibus datæ frumēto ſtipēdioq; imperato.Paci externæ cōfeſti cōtinuāt diſcordia domi:agrariæ legis tribunitiis ſtimulis plebs furebat:cōſules nihil Menenii dānatione:nihil piculo deterriti Seruilii ſūma ui reſiſtūt:abeūtes magiſtratu cōſules Genutius tribunus plebis arripuit.L.Aemilius & Opiter Verginius cōſulatū ineūt.Vopiſcū Iulium p Verginio in qbuſdā ānalibus cōſulē īuenio.Hoc anno quoſcūq; cōſules habuit: rei ad populū Furius & Manilius:circūeunt ſorditati nō plebū magis:quā iuniores patrū:ſuadēt:monēt:honoribus & administratiōe reipu.abſtineāt:cōſulares uero faſces:p̄textā:curuleq; ſellā:nihil aliud quā pompā funeris putēt:claris īſignibus uelut infulis uelatos ad mortē deſtinari:qđ ſi cōſulatus tāta dulcedo ſit. iam nūcita in aīum īducant:cōſulatū captū &opp̄ſſum ab tribunicia poteſtate eē:conſuli uelut apparitori tribunitio oīa ad nutū īperiūq; tribuni agēda eē:ſi ſe cōmouerit:ſi reſpexerit p̄res:ſi aliud:quā plebem eē in repu.crediderit:exiliū.Gn.Martii:Menenii dānationē:& mortē ſibi p̄ponāt ante oculos.His accenſi uocibus p̄res cōſilia inde nō publica:ſed in priuato:ſeductaq; a pluriū cōſciētia habuere:ubi cū id mō cōſtaret iure an īiuria eripiēdos eē reos:atrociſſima quæq; maxīe placebat ſnīa:nec auctor,q̄uis audaci facinori deerat.Igit iudicii die:cū pleps in foro erecta expectatiōe ſtaret mirari prīo qđ nō deſcēderet tribunus:deinde cū iā mora ſuſpectior fieret:deterritū a primaribus credere & deſertā ac p̄ditā publicā cām q̄ri:tandē:q obuerſati ueſtibulo tribuni fuerāt:nūciant domi mortuū inuentū:qđ ubi in totā cōcionē p̄tulit rumor:ſicut acies fundit duce occiſo:ita dilapſi paſſim alii alio:p̄cipuus pauor tribunos īuaſerat:quā nihil auxilii ſacratæ leges haberēt morte collegæ monitos.Nec ſatis p̄res moderate ferre lætitiā:adeoq; neminē noxæ pœnitebat:ut ēt īſōtes feciſſe uideri uellēt:palāq; ferret malo domandā tribunitiā p̄tātem.Sub hac peſſimi exēpli uictoria delectus edicit:pauētibuſq; tribunis ſine ītercеſſiōe ulla cōſules rē peragūt. Tū uero iraſci plebs tribunoꝝ magis ſilētio:quā cōſulū īperio:& dicere actū eē de libertate ſua:rurſus ad antiqua reditū:cū Genutio una mortua ac ſepultā tribuniciam p̄tātem:aliud agēdū ac cogitādū quō reſiſtat p̄ribus:id hoc unū cōſiliū eē:ut ſe ipſa plebs:quādo aliud nihi auxilii habeat:defendat:q̄ttuor & uiginti lictores apparere cōſulibus:eos ipſos plebis hoīes nihil contēptius neq; īfirmius:ſi ſint:q conten̄ant:ſibi quēq; ea magna atq; horrēda facere.His uocibus alii alios cum incitaſſent ad Voleronem Publiū de plebe hoīem:qa:qđ ordines duxiſſet:negaret ſe militē fieri debere:lictor miſſus eſt a cōſulibus.Volero appellat tribunos:cum auxilio nemo eēt:cōſules ſpoliari hoīem:& uirgas expediri iubēt p̄uoco inqt,ad populū Volero:quoniā tribuni ciuem Roma.in cōſpectu ſuo uirgis cædi malūt:quā ipſi in lecto ſuo a uobis trucidari:quo ferotius clamitabat: eo infeſtius circūſcindere & ſpoliare lictor:tum Volero & prævalēs ipſe & adiuuantibus aduocatis:repulſo lictore:ubi īdignantiū p̄ ſe accerrimus erat clamor:eo ſe in turbā cōfertiſſimā recipit:clamitās p̄uoco & fidē plebis īploro:adeſte ciues adeſte cōmilitōes : nihil eſt qđ expectetis tribunos : q̄bus ipſis ueſtro auxilio opus eſt.Cōcitati hoīes uelut ad prælium ſe expediūt apparebatq; omne diſcrimē addeſſe: nihil cui quā ſanctū nō publici fore:nō priuati iuris:Huic tātæ tēpeſtati cū ſe cōſules obtuliſſent:facile exp̄ti ſunt parū tutā magieſtatē ſine uiribus eē:uiolatis lictoribus:faſcibus:fractis:e foro īcuriā cōpellūtur incerti quatenus Volero exerceret uictoriā.Cōticeſcēte deīde tumultu:cū ſenatū uocari iuſſiſſent querūtur inuirias ſuas:uim plebis:Voleronis audatiā:Multis ferociter dictis ſentētiis uicere ſeniores: quibus ira patrū aduerſus temeritatē plebis certari nō placuit. Vuleronē amplexa plebs p̄ximis comitiis tribunū creat in eū annū:q.L.Pinariū.P.Furiū cōſules habuit:cōtraq; oīum oponionē:qui eū uexandis prioris anni cōſulibus adminiſtratuꝝ tribunatū credebāt:poſt plublicā cām priuato dolore habito:ne uerbo quidē uiolatis cōſulibus rogationē tulit ad populum : ut plebeii magiſtratus tributis comitiis fierēt.Haud parua res ſub titulo prima ſpecie minime atroci ferebat : ſed quæ patriciiſ oēm p̄tātem p clientiū ſuffragia creādi:quos uellēt:tribunos auferret.Huic actioni gratiſſimæ plebi cū ſūma ui reſiſterent patres:nec quæ una uis ad reſiſtendum erat:ut ītercederet aliquis ex collegio:auctoritate aut cōſulum:aut principū adduci poſſet:res tamen ſuo ipſa molimine grauis certaminibus in annū extrahit. Plebs Voleronē tribunū reficit:p̄res ad ultimū dimicatiōis rati rem uēturā.Ap.Claudiū.Appii filiū iā inde a paternis certaminibus inuiſū infeſtūq; plebi cōſulē faciūt:collega ei Quintius dat.Principio ſtatim anni nihil prius:quā de lege agebat::ſed ut inuētor legis Volero , ſic Lectorius collega eius auctortū recētior:tū acrior erat:ferocē faciebat belli gloria ingēs:qđ ætatis eius haud quiſquā manu prōptior erat:is cū Volero nihil p̄terq; de lege loqueret:inſectatiōe abſiſtēs conſulū ī accuſationē Appii:familiæq; ſupbiſſimæ ac crudeliſſimæ in plebē romanā exorſus:cū a patribus nō cōſulē:ſed carnificē ad uexādam &lacerādā plebē creatū eſſet cōtēderet:rudis in militari hoīe lingua nō ſuppetebat libertati aīoq;. Itaq; deficiēte oīone quādo quidē nō facile loquor iquit:quirites:quā qđ locutus ſum:Præſto craſtina die adeſte:aut hic ego in cōſpectu uīo:moriar:aut perferā legē.Occupāt tribuni tēplū poſtero die:con-

Sabini & Verētes uincuntur

L.Furius G.Manilius consul

L.Aemilius Opiter Verginius

Genutiis tribuni Plb.domi occiſus

Volero

Violāt littores faſces frāgūt pelunt incutia cōſules L.Pinarius.P. Furius conſul.

Ap.claudius Quītius conſul.

Atq̃ certamẽ inter plebem & patres Viator lictor

ſules nobilitaſq; ad ipediendã legẽ in conciõe cõſiſtũt:ſummoueri Lectorius iubet:p̃terq̃ qui ſuffragium ineãt:adoleſcẽtes nobiles ſtabant nihil cedẽtes uiatori:tũ ex his p̃hẽdi quoſqã Lectorius iubet:conſul. Appius negare ius eẽ tribuno in quẽq̃ niſi in plebiũ:nõ.n.populi:ſed plebis eũ magiſtratum eẽ:nec illũ ipſum ſũmouere p̃ iperio poſſe more maiorũ quia ita dicaẽ:ſi uobis uſ:diſcedite quirites.Facile & contẽptim de iure diſſerẽdo p̃turbare Lectoriũ poterat:ardẽs igiẽ ira tribunus uiatorẽ mittit ad conſulẽ:cõſul lictorẽ ad tribunũ:priuatũ eẽ clamitãs ſine iperio:ſine magiſtratu:uiolatuſq; eẽt tribun:ni concio oĩs atrox coorta p̃ tribuno in cõſulẽ eẽt:& cõcurſus hoĩum in foro ex tota urbe cõcitatæ multitudinis fieret:ſuſtinebat tamẽ Appius p̃tinacia tantã tẽpeſtatẽ:certatũq; haud incruẽto p̃lio foret:ni Quintius cõſul alter cõſularibus negocio dato ut collegã ui:ſi aliter nõ poſſent:de foro abducerẽt:ipe nũc plebẽ ſæuientẽ p̃cibus lenire:nũc orare tribunos:ut cõciliũ dimitterẽt:darent: iræ ſpaciũ:nũ uimſuã illis tp̃s adẽptuꝝ:ſed conſilium uiribus additumq;:& p̃es in populi:& cõſulem in patrũ fore ptãte. Aegre ſedata ab Quintio plebs:multo ægrius cõſul alter a p̃ibus.Dimiſſo tãdem cõcilio plebis:ſenatum cõſules habẽt:ubi cũ timor atq; ira iuicẽ ſnias uariaſſent:quo magis ſpatio iterpoſito ab impetu ad cõſultãdũ aduocabanẽ:eo plus abhorrebãt a certatiõe aĩ:adeo ut Quintio gr̃as agerẽt:qđ eius opa mitigata diſcordia eẽt:ab Appio petiẽ:ut tãtam cõſularẽ maieſtatẽ eẽ uellet:q̃ta in cõcordi ciuitate eẽ poſſet:dũ tribuni & cõſules ad ſe qſq; oĩa trahãt:nihil relictũ eẽ uiriũ ĩ medio: diſtractã laceratãq; rẽp. p magiſtratus quoꝝ in manu ſit:quã ut incolumis ſit:q̃ri.Appius cõtrã:teſtari deos atq; hoĩes:remp. prodi p metũ ac deſeri nõ cõſulẽ ſenatui:ſed ſenatum cõſuli deeſſe:grauiores accipi leges:quã in ſacro mõte acceptæ ſint:uictus tamẽ patrum cõſenſu qeuit:lex ſilentio p̃ferẽ.Tum primũ tributis comitiis creati tribuni ſunt:numero ẽt addito:tes perinde ac duo antea fuerint:Piſo auctor eſt:nominat quoq; tribunos Gn.Siccium.L.Numitoriũ.M.Duelliũ.SP.Illicium.L.Meciliũ.Volſcum:Equicũq; iter ſeditionẽ romanã eſt bellũ coortũ:uaſtauerãt agros ut ſi qua ſeceſſio plebis fieret:ad ſe receptũ haberent: cõpoſitis deinde rebus caſtra retro mouere.Ap.Claudius in uolſcos miſſus:Quintio equi p̃uicia euenit.Eadẽ in militia ſæuitia Appii:quæ domi eſſe:eo liberior:quod ſine tribunitiis uinculis erat:odiſſe plebem pluſquã paterno odio:qđ ſe uictum uidebat ab ea:ſe unico conſule obiecto aduerſus tribunitiam poteſtatem:perlatam legem eſſe:quam minore conatu nequaquã tanta patrum ſpe priores ipedierãt conſules.Hæc ira indignatioq; ferocem animum ad uexandum ſæuo iperio exercitum ſtimulabat:nec ulla ui domari poterat:tãtũ certamẽ aĩs ibiberat: ſegniter:ocioſe negligẽter cõtumaciter oĩa agere:nec pudor:nec metus cohercebat:ſi citius agi uellet agmen:tardius ſedulo incedere:ſi adhortator operis adſſet:omnes ſua ſponte motam remittere iduſtriam:præſenti uultus dimittere:tacite præterẽtem execrari:ut iuictus ille odio plebeio aĩus iterdũ mouereẽ:omni nequicquã acerbitate prompta nihil iam cum militibus agere:a cẽturionibus corruptum exercitũ dicere:tribunos plebeios cauillans:interdum & Volerones uocare.Nihil eorum uolſci neſciebant:inſtabãtq; eo magis ſperantes idẽ certamen animoꝝ aduerſus Appiũ habituꝝ exercitũ romanũ:qđ aduerſus Fabium cõſulẽ habuiſſet. Cæteꝝ multo Appio:quã Fabio uiolẽtior fuit:nõ.n.uincere tantũ noluit ut fabianus:ſed uinci uoluit p̃ductus ĩ acĩẽ turpi fugat petit caſtra:nec ante reſtitit:quã ſigna iferẽtẽ uolſcum munimẽtis uidit:fœdãq; extermi agminis cædẽ:tũ expreſſa uis ad pugãdũ ut uictor iã a uallo ſũmoueretur hoſtis:ſatis tamẽ appareret:capi tãtũ caſtra militem romanũ noluiſſe:alii gaudere ſua clade atq; ignominia.Quibus nihil ifractus ferox Appii aĩus:cũ iſuper ſcæuire uellet:cõcionẽq; aduocaret:cõcurrũt ad eum legati tribũiq; monẽtes:ne utiq; experiri uelle iperiũ cuius uis oĩs in cõſenſu obediẽtium eſſet: negare milites uulgo ſe ad cõcionẽ ituros:paſſimq; exaudiri uoces poſtulãtiũ ut caſtra ex uolſco agro moueantur:hoſtẽ uictorẽ pauloãte p̃pe ĩportis ac uallo fuiſſe:igẽtiſq; mali nõ ſuſpitionẽ mõ:ſed aptã ſpeciem obuerſari ãte oculos:Victus tãdẽ quãdoqdẽ nihil p̃ter tp̃s noxæ lucrarẽtur:remiſſa cõcione iter ĩ iſequẽtem diẽ p̃nũciari cũ iuſiſſet:prima luce claſſico ſignũ p̃fectiõis dedit Cũ maxime agmen e caſtris explicaretur:uolſci:ut eodẽ ſigno excitati:nouiſſimos adoriũtur:a qbus p̃latus ad primos tumultus eo pauore ſignaq;:& ordines turbauit: ut neq; imperia exaudiri: neq; inſtrui acies poſſet:nemo ullius niſi fugæ memor:ita effuſo agmiẽ per ſtragẽ corpoꝝ armorũq; euaſere:ut prius hoſtis deſiſteret ſeq;:quã romanus fugere.Tãdẽ collectis ex diſſipato curſu militibus:cõſul cũ reuocãdo nequicq̃ ſuos p̃ſecutus eſſet in pacato agro caſtra poſuit:aduocataq; cõciõe iuectus haud falſo ĩ p̃ditorẽ exercitũ militaris diſciplinæ deſertorẽ ſignorũ:ubi ſigna ubi arma eẽnt ſingulos rogitans:inermes milites:ſigno amiſſo ſigniferos:ad hoc centuriões dupliciarioſq;:qui reliquerãt ordines:uirgis cæſos ſecuri percuſſit:cætera multitudo ſorte decimus quiſq; ad ſupplicium lecti. Contra ea in equis inter conſulem ac militem comitate ac beneficiis certatum eſt:& natura Quintius erat lenior:& ſæuitia ĩfœlix collegæ:quo is magis gauderet ingenio ſuo:effecerat.Huic tantæ concordiæ ducis exercituſq; non auſſi offerre ſe equi: uagari populabundum hoſtem per agros paſſi nec ullo ante bello latius ĩde actæ p̃dæ oĩs militi data eſt:addebantur & laudes qbus haud minus q̃ præmio gaudent militum animi Tum duci tũ p̃pter ducem patribus quoq; placatior exercitus rediit:ſibi parentem:alteri exercitui dominum datum ab ſenatu memorans. Variatum fortuna belli atroci diſcordia domi foriſq; annum exactũ inſignem maxime comitia tribunitia efficiunt:res maior uictoria ſuſcepti certaminis:q̃ uſu plus.n. dignitatis comitiis ipſis detractum eſt patribus ex conſilio ſummouendis:q̃ uirium aut plebi additum aut demptum patribus.

Turbulentior ĩde ãnus excœpit.L.Valerio.T.Aemylio cõſulibus:tum p̃pter certamina ordinũ de lege agraria:tum pp iudicium Ap.Claudii:cui acerrimo aduerſario legis:cauſamq; poſſeſſoꝝ publici

Lex de tributis comitiis perfertur

Atq̃ militũ cõtumaciã ĩ cõſulẽ.Iã tertio ducãt aliio aliter ſupra traidtum

Atq̃ appii aiad uerſionẽ & in ſuos

L.Valerius & T.Aemilius cõſul.

agrí tanq̃ tertio conſuli ſuſtinenti. M. Duellius & Gn. Siccius diem dixere. Nunquam ante tam inui/ ſus plebi reus ad iudicium uocatus popuil eſt: plenus ſuarum plenus paternaꝝ iraꝝ: patres quoq; nõ temere ꝑ ullo æque annixi ſunt: propugnatorem ſenatus maieſtatiſq; uindicem: ſuæ: ad oés tribuni/ tios plebeioſq; oppoſitum tumultus: modũ dũtaxat in certamine egreſſum obiici iratæ plebi. Vnus e patribus ipſe Appius Claudius & tribunos: & plebem: & ſuum iudicium ꝑ nihilo habebat: illum nõ mĩnæ plebis: nõ ſenatus p̃ces ꝑpellere unq̃ potuere: nõ modo ut ueſtem mutaret: aut ſupplex ꝓhenſa/ ret hoíes ſed ne ut ex conſueta qdem aſperitate orationis: cum ad populum agẽda cauſa eẽt: aliquid le niret atq; ſummitteret: idem habitus oris: eadẽ cõtumacia in uultu: idem in oratiõe ſpiritus erat. adeo ut magna pars plebis Appium nõ minus reum timeret: quã cõſulem timuerat: ſemel cãm dixit: quo ſemꝑ agere oía ſolitus erat accuſatorio ſpiritu: adeoq; conſtantia ſua & tribunos obſtupefecit & plebẽ ut diem ipſi ſua uoluntate ꝑducerent: trahi deinde rem ſinerent: haut ita multũ interim tãporis fuit: ante tamẽ: quam prædicta dies ueniret. morbo moritur: cuius cum laudationem tribuni plebis impe dire conarent: plebs fraudari ſolemni honore ſupremum diem tanti uiri noluit: & laudationem tam æquis auribus mortui audiuit: quã uiui accuſationem auiderat: & exequias frequẽs celebrauit. Eodẽ anno Valerius cõſul cum exercitu in equos ꝑfectus: cum hoſtem ad p̃lium elicere nõ poſſet: caſtra op pugnare eſt adortus: prohibuit fœda tempeſtas cum grandine ac tonitribus cælo deiecta: admiratio/ nem: deinde auxit ſigno receptui dato: adeo tranquilla ſerenitas reddita: ut uelut numine aliquo defen ſa caſtra: oppugnare iterum religio fuerit: omnis ira belli ad populatione: ñ agri uertitur. Alter cõſul Aemylius in ſabinis bellum geſſit: & ibi: quia hoſtis mœnibus ſe tenebat: uaſtati agri ſunt. Incendiis deinde nõ uillaꝝ modo: ſed ẽt uicoꝝ: quibus erequenter habitabaẽ: ſabini exciti: cum p̃datoribus oc/ curriſſent ancipiti p̃lio digreſſi. Poſtero die retulere caſtra in tutiora loca: id ſatis cõſuli uiſum cũ ꝑ ui cto relinq̃ret hoſtẽ ĩtegro ĩde decedẽs bello. Inter hæc bella manẽte diſcordia domi. T. Numitius Pri ſcus. A. Verginius cõſules facti. Nõ ultra uidebaẽ latura plebs dilationẽ agrariæ legis: ultimaq; uis pa/ rabaẽ: cũ uolſcos adeſſe fumo ex ĩcendiis uillaꝝ fugaq; agreſtiũ cognitũ ẽ: ea res maturã iã ſeditionẽ ac ꝑpe erũpẽtẽ oppreſſit. Cõſules coacti extẽplo ab ſenatu ad bellũ educta ex urbe iuuẽtute: trãſlioré cæ terã plebẽ fecerũt: & hoſtes qdẽ nihil aliud: q̃ ꝑfuſis uano tĩore romãis citato agmĩe abeũt. Numitius Antiũ aduerſus uolſcos: uerginius cõtra equos ꝑfectꝰ: ibi ex ĩſidiis ꝑpe magna accepta clade: uirtus mi litũ rẽ ꝑlapſã negligẽtia cõſulis reſtituit. Melius ĩ uolſcis ĩperatũ ẽ: fuſi prĩo p̃lio hoſtes: & ĩ urbẽ antiũ: ut tũ res erãt: opulẽtiſſimã acti: quã cõſul oppugnaẽ nõ auſus. Cenonẽ aliq̃ oppidũ neq̃q̃ tã opulẽtũ ab antiatibus cepit. Dũ eq uolſciq; romanos exercitus tenẽt: ſabini uſq; ad portas urbis populãtes inceſſe/ re deinde ipſi paucis poſt biebus a duobus exercitibus: utroq; ꝑ iram conſule ingreſſo infines: plus cla/ dium: q̃ ĩtulerãt: acceperunt. Extremo anno pacis aliqd fuit: ſed ut ſemꝑ alias ſollicitæ pacis certamine patrũ: & plebis: irata plebs ĩtereſſe cõſularibus comitiis noluit ꝑ p̃res cliẽteſq; patrum cõſules creati. P. Quĩtius & Quintius Seruilis: ſimilẽ annũ priori cõſules habent: ſeditioſa ĩnitia bello deinde externo traq̃lla Sabini cruſtuminos cãpos citato agmĩe traſgreſſi: cũ cedes & ĩcẽdiũ circũ Aniené flumẽ feciſ/ ſent: a porta ꝑpe collina mœnibuſq; pulſi: ĩgẽtes tamẽ p̃das hoĩum pecudũq; egere: quos Seruilius cõ ſul ĩfeſto exercitu ĩſecutus: ipſum qdẽ agmẽ adipiſci æqs locis nõ potuit: populationẽ adeo affuſa fecit ut nihil bello ĩctatũ relinqueret: multipliciq; capta p̃da rediret. Et ĩ Volſcis reſpublica egregie geſta: tũ ducis: tũ mulitũ opa: primũ æquo cãpo ſignis collatis pugnatũ: ĩgenti cæde utrinq; plurimo ſanguine: & romani quia paucitas dãno ſentiendo ꝑprior erat gradũ retuliſſent ni ſalubri mẽdatio cõſul fugere hoſtes a cornu altero clamitãs cõcitaſſet acĩẽ: ĩpetu facto: dũ ſe putãt uinci: uicere· Cõſul metuens ne ni/ mis ĩſtãdo renouaret certamẽ: ſignũ receptui dedit. Interceſſere pauci dies uelut tacitis ĩduciis utrinq; q̃ete ſũpta: ꝑ quos ĩgẽs uis hoĩuꝫ ex oĩbus uolſcis: eqſq; populis ĩ caſtra uẽit: haẽ dubitãs: ſi ſẽſerĩt roma nos nocte abituros: itaq; tertia fere uigilia ad caſtra oppugnãda ueniũt. Quĩtiꝰ: ſedato tumultu: quẽ ter ror ſubitꝰ exciuerat: cũ mãere ĩ tẽtoriis q̃tũ militẽ iuſſiſſet: hernicoꝝ cohoté ĩ ſtationẽ educit: cõnicies tibicieſq; ĩ equos ĩpoſitos caneẽ ãte uallũ iubet: ſolicitũq; hoſtẽ ad lucẽ teneẽ: reliquũ noctis adeo traq̃l la oía ĩ caſtris fuere: ut ſõni quoq; romãis copia eẽt. Volſcos ſpẽs armatoꝝ peditũ: quos & plures eẽ: & ormãos putabãt: fremitus hinnituſq; equoꝝ: q ĩſueto ſedẽte eqte: & ĩſuꝑ aures agitãte ſonitu ſcæuie bãt: ĩtẽtos uelut ad ĩpetũ hoſtiũ tenuit. Vbi illuxit: romãus ĩteger: ſatiatuſq; ſõno: ꝑductus ĩ acĩẽ feſſũ ſtãdo & uigiliis uolſcũ prĩo ĩpetu ꝑculit q̃q̃ ceſſere magis: q̃ pulſi hoſtes ſũt: ga a rergo erãt cliui: ĩ quos poſt prĩcipia ĩtegris ordinibus tutus receptus fuit. Cõſul ubi ad iniquũ locũ uentũ eſt: ſiſtit acĩẽ miles ægre teneri: clamare & poſcere ut ꝑculſis ĩſtare liceat: ferocius agũt equites circũfuſi duci: uociferãẽ ſe ante ſigna ituros: Dũ cũctaẽ conſul uirtute militũ fretus: loco paꝝ fidẽs conclamat ſe ituros: clamo/ réq; res eſt ſecuta: fixis ĩ terrã pilis: quo leuiores ardua euaderẽt: curſu ſubeũt: uolſcus effuſis ad primũ ĩpetũ miſſilibus telis: ſaxa obiacentia pedibus ingerit in ſubeuntes turbatoſq; ictibus crebris urget ex ſuperiore loco: ſic prope oneratũ eſt ſiniſtrũ romãis cornu: ni referẽtibus gradũ cõſul icrepãdo ſimul te meritatẽ: ſimul ignauiã: pudore metũ excuſſiſſẽt: reſtitere primo obſtinatis aĩs: deĩde ut obtinẽtes lo/ cũ uires ferebãt: audẽt ultro: gradũ inferre: & clamoẽ renouato cõmouẽt acĩẽ: tũ rurſus ĩpetu capto eni tuntur: atq; exuperãt iniqtatẽ loci: iã ꝑpe erat: ut ĩ ſummũ cliui iugũ euaderẽt: cũ terga hoſtes dedere effuſoq; curſu pene agmine uno fugiẽtes ſequẽteſq; caſtris ĩcidere: in eo pauore caſtra capiũtur: q uol/ ſcoꝝ effugere potuerunt. Antium petũt Antiũ & romanus exercitus ductus: paucos circũſeſſum dies dediẽ nulla oppgnãtiũ ui noua: ſed quod iam inde ab infelici pugna caſtris amiſſis ceciderant animi.

Aṫ. A. Claudii rei cõtu macis ſpiritus Eiuſdẽ mors

Plebei ſtudii uariatõ

T. Nũi/ tius Pri ſcus. A. Vergi/ nio cõſ.

P. Quĩ tius Quĩtio Seruilio cõſul.

Quĩtii ſtata ge ma cõſ.

Aṫ. ro. miſero ciam

Antiũ capitur a ro.

TITI LIVII PATAVINI HISTORICI AB VRBE CONDITA. LIBER TERTIVS.

T. Aemylius Quintio Fabius consul.

bem romanã:aut plebis ĩ patres? Scuto magis uobis:q̃ gladio opus eſt:ſatis ſup̃q; humilis eſt:qui iure æquo in ciuitate uiuit:nec inferendo iniuriã:nec patiendo ctiã:ſi quãdo metuẽdos uos præbituri eſtis cũ recuperatis magiſtratibus legibuſq; ueſtris:iudicia penes uos erũt:de capite noſtro fortuniſq; tunc ut quæq; cauſa erit:ſtatuetis:nuuc libertatem repeti ſatis eſt. Facerent:ut uellent permittentibus cunctis:mox redituros ſe:lagati rebus perfectis affirmãt. Profecti cũ mãdata plebis patribus expoſuiſſent alii decẽuiri quãdo quidẽ præter ſpem iprox̃ ſupplicii ſui nulla mentio fieret:haud quicquã abnuere. Appius truci ĩgenio & inuidia p̃cipua:odiũ in ſe alior̃ ſuo ĩ eos metiẽs odio:haud ignaro:inquit:ĩminet fortuna:uideo:donec arma aduerſariis tradant̃ differri aduerſus nos certamẽ:dãdus ĩuidiæ eſt ſanguis:nihil ne ego quidẽ moror:quo minus decẽuiratu abeã. Factum ſenatuſcõſultũ ut decẽuiri ſe primo quoq; tp̃e magiſtratu abdicarẽt:& necui fraudi eẽt ſeceſſio militum plebiſq;. His ſenatuſconſultis pfectis:dimiſſo ſenatu:decẽuiri ꝓdeũt in cõcionẽ:abdicãtq; ſe magiſtratu ĩgẽti hoĩum lætitia. Nũciantur hæc plebi p̃ legatos:quicquid in urbe hoĩum ſuperat:ꝓſequitur:huic multitudini læta alia turba ex caſtris occurrit:gratulant̃ liberatẽ cõcordiãq; ciuitati reſtitutã. Legati ꝓ contione:qđ bonum fælix fauſtũq; ſit uobis:reiq; publicæ:redite in patriã ad penates coniuges liberoſq; ueſtros: ſed qua hic modeſtia fuiſtis ubi nullus ager in tot uſu rer̃ neceſſario tãtæ multitudini ẽ uiolatus. eã modeſtiã ferte ĩ urbẽ in Auẽtinũ ite:unde ꝓfecti eſtis:ibi fœlici loco:ubi prĩa initia inchoaſtis:libertatis ueſtræ tribunos plebis creabitis:p̃ſto erit p̃tifex maximus:q̃ comitia habeat:Ingẽs aſſenſus alacritaſq; cũcta approbãtiũ fuit:cõuellũt inde ſigna: ꝓfectiq; Romã certãt cũ obuiis gaudio:armati p̃ urbẽ ſilẽtio ĩ auẽtinũ p̃ueniũt:ibi extẽplo:p̃tifice comitia habẽte tribunos plebis creauerunt primũ oĩum. A. Virginiũ:inde. L. Iciliũ:&. P. Numironiũ auunculũ Virginiæ auctores ſeceſſionis:tũ. C. Siciniũ ꝓgenĩẽ eius quem primũ tribunũ plebis creatũ in ſacro mõte ꝓditũ memoriæ ẽ:&. M. Duilliũ:q̃ tribunatũ inſignẽ ante decẽuiros creatos geſſerat:nec ĩ decẽuiralibus certaminibus plebi defuerat:ſpe deinde magis: q̃ meritis electi M. Titinius. M. Põponius. C. Apronius. Ap. Iulius. C. Oppius. Tribunato inito. L. Icilius extẽplo plebẽ rogauit:& plebs ſciuit:necui fraudi eẽt:ſeceſſio a decẽuiris facta cõfeſtim de cõſulibus creãdis cũ ꝓuocatione. M. Duillius rogationẽ ꝓtulit:ea oĩa in Pratis flaminiis cõcilio plebis acta:quẽ nunc circũ flaminiũ appellãt. Per interregẽ deide cõſules creati. L. Valerius:&. M. Horatius:q̃ extẽplo magiſtratũ acceperũt:quor̃ cõſulatus popularis ſine ulla patrũ iniuria nec ſine offenſione fuit:qcqd enim libertati plebis caueret̃:id ſuis decedere opibus credebãt. Oĩum primũ:cum ueluti ĩ cõtrouerſo iure eẽt:tenerent̃ ne p̃es plebiſcitis:legẽ cẽturiatis comitiis tulere:ut qđ tribuni plebis iuſſiſſent:populus teneret:q̃ lege tribunitiis rogatiõbus tælũ acerrimũ datũ eſt. Aliam deide cõſularẽ legẽ de ꝓuocatiõe unicũ p̃ſidium libertatis decẽuirali ptãte euerſam nõ reſtituũt mõ:ſed ẽt in poſter̃ muniũt:ſanctiẽdo nouã legẽ: neq; ullum magiſtratũ ſine ꝓuocatiõe crearet:q̃ creaſſet:eũ ius faſq; eẽt occidi:neue ea cædes capitali noxæ haberet̃:& cũ plebẽ hinc ꝓuocatiõe hinc tribunitio auxilio ſatis firmaſſent:ipſis quoq; tribunis ut ſacroſancti uiderent̃:cuius rei ꝓpe iam memoria aboleuerat:relatis q̃buſdã ex magno ĩteruallo cerimoniis renouarũt:& cũ religiõe iuiolatos eos tũ lege ẽt fecerũt:ſanciẽdo ut q̃ tribunis ple. ædilibus: iudicibus decẽuis nociuiſſet:eius caput Ioui ſacrũ eẽt familia ad ædẽ Cereris liberi liberæq; uænũ irent. Hac lege iuris ĩterpretes negãt quẽq̃ ſacroſanctũ eẽ:ſed eũ:q̃ deor̃ quẽq̃ nocuerit:id ſacrũ ſanciri:itaq; ædilem p̃hendi duciq; a maioribus magiſtratibus:qđ &ſi nõ iure fiat:noceri. n. cũ hac lege nõ liceat:tamẽ argumẽtũ eſt nõ haberi ꝓ ſacroſancto ædilẽ:tribunos ueteres iureiurãdo plebis cũ primũ eã ptãtem creauit ſacroſanctos eẽ. Fuerũt q̃ ĩterp̃tarent̃ eadẽ hac horatia lege cõſulibus quoq; & p̃toribus qa eiſdem auſpiciis:qbus cõſules crearent̃:cautũ eẽ:iudicẽ enim cõſulẽ appellari:q̃ refellit̃ ĩterp̃tatio: qđ his tp̃ibus nõdum cõſulẽ iudicẽ:ſed p̃toꝛẽ appellari mos fuerit. Hæ cõſulares leges fuere. Inſtitutum ẽt ab iiſdẽ conſulibus ut ſenatus cõſulta in ædẽ Cereris ad ædiles plebis deferrẽtur. quæ ante arbitrio cõſulũ ſupprimebatur:nũciabãturq;. M. Duillius deinde tribunus plebis plebẽ rogauit: plebeſq; ſciuit:qui plebẽ ſine tribunis reliquiſſet:quiq; magiſtratum ſine ꝓuocatione creaſſet:tergo ac capite puniretur. Hæc oĩa ut inuitis:ita non auerſantibus patritiis tranſacta:quia nondum in quẽq̃ unum ſæuiebatur.

Fundata deinde & ptãte tribunicia & plebis libertate:cũ tribuni aggredi ſingulos tutũ maturũq; iãrati:accuſatorẽ primũ Virginiũ & Appiũ reũ deligũt. Cũ diẽ Appio Virginius dixiſſet:& appius ſtipatus patriciis iuuenibus in foꝛ̃ deſcẽdiſſet:redĩtegrata eſt extẽplo oĩs mẽoria fœdiſſimæ ptãtis:cũ ip̃m ſatelliteſq; eius uidiſſent. Tum Virginius oro:ĩqt:rebus dubiis ĩuenta ẽ. Itaq; neq; ego accuſando apd uos eũ tp̃s terrã:a cuius crudelitate uoſmetipſi armis uindicaſtis:nec iſtũ ad cætera ſcelera ĩpudentiã ĩ defendẽdo ſe adiicere patiar:oĩum igit̃ tibi Ap. Claudii:q̃ ĩpie nefarieq; p̃ bienniũ alia ſup̃ alia es auſus gratiã facio:unius tãtũ criminis:niſi te uidices ab libertate ĩ ſeruituti cõtra leges uidicias nõ dediſſe:in uincula te duci iubeo. Nec in tribunitio auxilio Appius:nec ĩiudicio populi ullã ſpem hẽbat:attamẽ & tribunos appellauit:& nullo moraꝛ̃te arreptus a uiatore ꝓuoco:ĩquit: Audita uox una libertatis ex eo miſſa ore quo uidiciæ nup ab libertate dictæ erãt:ſilẽtiũ fecit. Et dũ ꝓ ſe qſq; deos & nõ negligere humana fremũt:& ſupbie crudelitatiq;:& ſi ſeras:nõ leues tamẽ ueniret pœnas: ꝓuocare: q̃ ꝓuocationẽ ſuſtuliſſet:& ĩplorare p̃ſidiũ populi:qui oĩa iura populi obtriſſet:rapiq; in uincula egẽtem iure libertatis:q̃ liber̃ corpus in ſeruituti addixiſſet. Ipſius Appii ĩter conciõis murmur fidẽ populi ro. ĩplorãtis uox audiebat̃:maior̃ merita in rẽp. militiæq; cõmemorabat:ſuũ ĩfelix erga plebẽ romanã ſtudiũ coequãdar̃ legũ cã:cũ maxima offenſiõe patrũ cõſulatu abiſſet:ſuas leges:qbus manẽtibus: lator ear̃ in uincula ducat̃. Cæter̃ ſua propria bona malaq; cũ cauſæ dicẽdæ data facultas ſit:tum ſe expturum: in

Decẽ uiri ſe ĩ ordiné redigunt

Noui Tri. ple.

L. Valerius cõſulatus M. Horatius cũ ꝓuocatione

Ecce quo pacto magiſtratuũ ſanctitas Sanciebat̃ p̃tor oli conſul.

præſentia ſe cõmuni iure ciuitatis ciué romanũ dicta die poſtulare:ut dicere liceat:ut iudiciũ po.Ro. experiri nõ ita ſe inuidiam ptimuiſſe:ut nihil in æqtate & miſericordia ciuiũ ſuoꝝ ſpei habeat.Quod ſi in dicta cã in uincula ducat:iteꝝ ſe tribunos plebis appellare & monere ne imitẽt:quos oderint:qđ ſi tribuni eodẽ fœdere obligatos ſe fateant:tollendæ appellationis cauſa:in quã conſpiraſſe decẽuiros criminati ſint:ait ſe ꝓuocare ad populum:ĩplorare leges de ꝓuocatione & cõſulares & tribunicias eo ipſo anno latas:quem enim prouocaturum:ſi hoc indemnato in dicta cauſa non liceat:cui plebeio & humili præſidium in legibus fore:ſi.Ap.Claudio nõ ſit:ſe documẽto futurum utrum nouis legibus dominatio:an libertas firmata ſit:& appellatio prouocatioq; aduerſus iniuriam magiſtratuum oſtentata tantum inanibus litteris an uere data ſit:Contra ea Virginius unum.Ap.Claudiũ & legũ experté & ciuilis & humani fœderis eſſe aiebat:reſpicerent tribunal homines caſtellum omniũ ſcelerum: ubi decẽuir ille perpetuus bonis:tergo:ſanguini ciuium infeſtus uirgas ſecureſq; omnibus minitans: deorum hoĩumq; cõtemptor:carnificibus nõ lictoribus ſtipatus.iam ab rapinis:& cædibus animo ad libidinem uerſo:uirginem ingenuam ĩ oculis populi romani:uelut bello captam:a complexu patris abreptam:miniſtro cubiculi ſui cliẽti dono dederit:ubi crudeli iuditio nefandiſq; indiciis dextram patris in filiam armauerit:ubi tollentis corpus ſemianime uirginis ſponſum auũculũq; in carcerẽ duci iuſſerit:ſtupro interpollato magis:q̃ cæde motus:& illi carcerem ædificatum eſſe:qđ domiciliũ plebis romanæ uocare ſit ſolitus.Proinde ut ille iteꝝ ac ſæpius ꝓuocet:ſic ſe iteꝝ ac ſæpius iudicem illi ferre:ne uindicias in ſeruitutẽ ab libertate dederit:ſi ac iudicẽ nõ eat:ꝓ dãnato in uincula duci iubere. Vt haud quoquã ĩprobãte:ſic magno motu aĩoꝝ:cũ tãti uiri ſupplicio ſua & plebi iam nimia libertas uideret:ĩ carcerẽ eſt cõiectus:tribunus ei diem ꝓdixit.Inter hæc latinis & hernicis legati gratulatũ de concordia patrũ:ac Plebis.Romã uenerunt:donũq; ob eã Ioui optimo maximo coronã auream in capitolio tulere parui põderis:ꝓ ut res haud opulentæ erãt:colebanturq; legiões pie magis:q̃ magnifice.Iiſdẽ auctoribus cognitũ equos uolſcoſq; ſumma ui bellũ apparare.Itaq; partiri ꝓuincias cõſules iuſſi:Horatio Sabini.Valerio Equi euenere.Cũ ad ea bella delectũ edixiſſent:fauore plebis nõ iuniores mõ: ſed ét emeritis ſtipẽdiis pars magna uoluntarioꝝ ad noĩa dãda præſto fuere:eoq; nõ copia mõ:ſed genere etiam militum ueteranis admixtis firmior exercitus fuit.Priuſq̃ urbẽ egrederent:lages decẽuirales:qbus tabulis duodecim é nomẽ:in æs ĩciſas ĩ publico ꝓpoſuerũt:Sunt q iuſſu tribunoꝝ ædiles functos eo miniſterio ſcribant.C.Claudius:qui peroſus decẽuiroꝝ ſcelera:& ante oĩs fratris filii ſuꝑbiæ ĩfeſtus:Regillũ antiq̃ ĩ pairiam ſe cõtulerat.Is magno iã natu cũ ad ꝑicula eius deprecanda rediſſet:cuius uitia fugerat:ſordidatus cũ gẽtilibus cliẽtibuſq; in foro præhẽſabat:ſingulos orabatq; ne claudiæ gẽti eã inuſtam maculam uellẽt:ut carcere & uinculis uiderent digni:uirum honoratiſſimæ imaginis:futurum ad ꝑoſteros legũ latorẽ:cõditoremq; romani iuris iacere uinctũ ĩter fures nocturnos ac latrones: auerterẽt ab ira parũper ad cognitionẽ cogitationẽq; aĩos:& potiũs unum tot Claudiis deprecãtibus cõdonarẽt:q̃ ꝓpter unius odium multoꝝ preces aſpernarent:ſe quoq; id generi ac nomini dare: nec cum eo in gratiã rediſſe:cuius aduerſæ fortunæ uelit ſuccurſum:uirtute libertatẽ recupatam eé: clæmentia cõcordiam ordinũ ſtabiliri poſſe.Erãt quos moueret magis ſua pietate:q̃ eius: ꝓ quo agebat: cauſa:ſed Virginius ut ſui potius miſererentur:orabat:filiæq;:nec gentis claudiæ regnum: in plebe ſortitæ:ſed neceſſarioꝝ Virginie trium tribunoꝝ preces audirent:qui ad auxilium plebis creati ipſi plebis fidem atq; auxilium implorarent.Iuſtiores hæ lachrymæ uidebant.Itaq; ſpe iciſa:priuſquã prædicta dies adeſſet:Appius ſibi morté cõſciuit.Subinde arreptus a.P.Numitorio.Sp.Oppius inuidiæ proximus qđ in urbe fuerat:cum iniuſtæ uindiciæ a collega dicerent:plus tamen facta iniuria Oppio: quã nõ prohibita inuidiæ fecit:teſtis ꝓductus:qui.vii.&.xx.enumeratis ſtipẽdiis.octies extra ordiné donatus:donaq;ea gerẽs in cõſpectu populi:ſciſſaq; ueſte tergũ laceratum uirgis oſtẽdit:nihilũ deprecãs:qn ſiquã ſuam noxam reus dicere poſſet:priuatus in ſe iteꝝ ſæuiret.Oppius quoq; ductus in uincula eſt: & ante iudicii idem finé ibi uitæ fecit:bona Claudii Oppiiq; tribuni publicauere:collegæ eoꝝ exilii cãſolũ uerterũt:bona publicata ſunt:&.M.Claudius aſſertor Virginiæ die dicta damnatus:ipſo remittẽte Virginio ultimã pœnam:dimiſſus Tybur exulatũ abiit:maneſq; Virginiæ mortuæ quã uiuæ feliciores ꝓ tot pœnas uagati:nullo relicto fonte:tãdem qeuerũt.Ingens metus iceſſerat patres: uultuſq; iam inde tribunoꝝ erãt:q decẽuiroꝝ fuerãt:cũ.M.Duillius tribunus plebis inhibito ſalubriter mõ nimiæ poteſtatis:& libertatis ĩquit noſtræ:& pœnaꝝ ex inimicis ſatis é:itaq; hoc ãno nec diem dici cuiq̃ nec ĩ uincula duci quẽq̃ ſum paſſurus:nam neq; uetera peccata repeti iam obliterata placet:cum ét noua expiata ſint decẽuiroꝝ ſuppliciis:& nihil admiſſum iri:qđ uim tribuniciã deſyderet ſpõdet ꝓpetua cõſulum amboꝝ in libertate ueſtra tuẽda cura.Ea primũ moderatio tribuni metum patribus dẽpſit: eademq; auxit cõſulum iuidiã:qđ adeo toti plebis fuiſſent:ut patrum ſalutis libertatiſq; prior plebeio magiſtratui:q̃ patricio cura fuiſſet:& ante inimicos ſatietas pœnaꝝ ſuaꝝ cepiſſet:q̃ obuiam ituros licentiæ eoꝝ cõſules appareret:multiq; erãt:q mollius cõſultum dicerẽt:qđ legũ ab iis latarũ patres auctores fuiſſent:neq; erat dubiũ:qn turbato ripublicæ ſtatu:tẽpori ſuccubuiſſent.Cõſules rebus urbãis cõpoſitis:fundatoq; plebis ſtaru:ĩ ꝓuĩcias diuerſi abiere.Valerius aduerſus cõiũctos iam ĩ Algido exercitus equoꝝ:Volſcorũq; ſuſtinuit cõſilio bellum:quod ſi extemplo rem fortunæ cõmiſiſſet:haud ſcio an q tum animi ab decẽuirorum ĩfelicibus auſpiciis romanis hoſtibuſq; erãt:magno detrimẽto certamen ſtaturum fuerit caſtris mille paſſuum ab hoſte poſitis:copias cõtinebat: hoſtes mediũ ĩter bina caſtra ſpatium acie ĩſtructa complebãt:ꝓuocantibuſq; ad ꝑlium reſpõſum romanus nemo reddebat

Att Appii Claudii ꝓuocationem

Appius Claudius ĩ carcerem

Leges ĩ æs inciſæ ĩ publico ꝓponũt

Ap ius ĩ carcere ſibi mõtem cõſciuit

Oppiuſ & ipſe ĩ carcere periit

M.Duillii tri. ple. ꝓnũciatõ

Valerii cõſulis cõſiliũ

tándem fatigati ſtando:ac nequicq̃ expectádo certamen equi Volſciq; poſteq̃ cõceſſum prope modũ de uictoria credebãt:pars in hernicos ps ĩ latinos prædatũ abeunt:relinquit magis caſtris preſidiũ:q̃ ſatis uirium ad certamẽ.Quod ubi ſenſit cõſul:reddit illatum antea terroré: ĩſtructaq; acie ultro hoſtẽ laceſſit:ubi illi cõſciẽtia qd abeſſet uiriũ detrectauere pugnã:creuit extẽplo romanis aĩus:& ꝑ uictis habebãt pauẽtes ĩtra uallũ:cũ ꝑ totũ diẽ ſtetiſſent ĩtenti ad certamẽ:nocti ceſſere:& romãi qdẽ pleni ſpei corpora curabãt: haud quaq̃ pari hoſtes aĩo nũcios paſſim trepidi ad reuocádos ꝑdatores dimittũt:recurrit ex ꝓximis locis:ulteriores nõ ĩuenti.Vbi illuxit:egredit caſtris romãus uallum ĩuaſurus:ni copia pugnæ fieret:& poſteaq̃ multa iam dies erat:neq; mouebat qcq̃ ab hoſte:iubet ſigna ĩferri conſul: motaq; acie indignatio Equos & Volſcos inceſſit:ſi uictores exercitus uallũ potius:q̃ uirtus & arma tegerent:igitur & ipſi efflagitatũ ab ducibus ſignũ pugnæ accepere.láq; pars egreſſa portis erat: deiceps alii ſeruabant ordinẽ in ſuum quiſq; locũ deſcendentes:cũ conſul romanus:priuſq; totis uiribus fulta conſtaret hoſtium acies:intulit ſigna:adortuſq; nec oẽs dum eductos:nec qui erant:ſatis explicatis ordinibus:prope fiuctuantẽ turbam trepidantiũ huc atq; illuc:circũſpectantiũq; ſe ac ſuos: addito rurbatis mentibus clamore atq; impetu inuadit:Rettulere primo pedẽ hoſtes:deinde:cum animos collegiſſent:& undiq; duces uictis:ne ceſſuri eſſent:increparẽt:reſtituitur pugna.Conſul ex altera parte romanos meminiſſe iubebat:illo die primũ liberos pro libera urbe romana pugnare.ſibimetipſis uicturos non ut decẽuiroꝝ uictores præmiũ eſſent: non Appio duce rẽ geri:ſed cõſule Valerio a liberatoribus populi romani orto:liberatore ipſo oſtenderent prioribus præliis per duces nõ per milites ſtetiſſe: ne uincerẽt:turpe eſſe contra ciues plus animi abuiſſe:q̃ contra hoſtes: & domi.q̃ foris ſeruitutem magis timuiſſe.Vnam Virginiã fuiſſe:cuius pudicitiæ in pace periculũ eſſet Vnũ Appium ciuẽ periculoſe libidinis:at ſi fortũa belli inclinet ab tot millibus hoſtium periculũ fore:Nolle ominari:quæ nec Iuppiter:nec Mars pater paſſuri ſint:iis auſpiciis cõditæ urbi accidere.Auẽtini ſacriq; mõtis admonebet:ut ubi libertas parta eſſet paucis ante mẽſibus:eo imperiũ illibatũ referrẽt:oſtenderẽtq; eandẽ indolẽ militibus romanis poſt exactos decẽuiros eſſe:quæ ante creatos fuerit:nec æquatis legibus ĩminutã uirtutem populi romani eſſe.Hæc ubi ĩter ſigna peditum dicta dedit:aduolat deinde ad equites.Agite iuuenes:inqt:præſtate uirtute peditẽ:ut honore atq; ordine ꝑſtatis:primo concurſu pedes mouebit hoſtẽ:pulſum uos imiſſis equis exigite cãpo:nõ ſuſtinebũt impetũ:& nũc cũctãtur magis:q̃ reſiſtunt:Cõcitant equos:permittuntq; in hoſtem pedeſtri iam turbatum pugna:perruptis ordinibus elati ad nouiſſimam acciem:pars libero ſpatio circũuecti iam fugam undiq; cãpeſſentes pleroſq; a caſtris auertũt præter equitanteſq; abſterrent peditum acies:& conſul ipſe uiſq; oĩs belli fert in caſtra captiſq; cum ingenti cæde maiore præda potitur.Huius pugnæ fama perlata non in urbem modo:ſed in Sabinos ad alterum exercitum in urbe mõ lætitia celebrata:eſt:in caſtris aĩos militũ ad æmulandũ decus accẽdit.

Valerii ſtrata gema

Vincũt hoſtes

Iam Horatius eos excurſionibus ſufficẽdo:præliiſq; leuibus experiũdo:aſſuefecerat ſibi potius fidere:q̃ meminiſſe ignominiæ decẽuiroꝝ ductu acceptæ:paruaq; certamĩa ĩ ſummam totius ꝓfecerãt ſpei.Nec ceſſabãt ſabini feroces ab re priore áno benegeſta laceſſere atq; ĩſtare:rogitantes qd latrocinii modo ꝓcurſantes pauci recurrẽteſq; terrerẽt tempus? & in multa ꝑlia paruaq; carperẽt ſummã unius belli? qn illi cõgrederent acie:inclinãdamq; ſemel fortunæ rem darẽt? ad id qd ſua ſpõte ſatis collectũ animoꝝ erat ĩdignitate ẽt romani accẽdebãtur:iam alteꝝ exercitũ uictorẽ ĩ urbẽ redditurꝝ ſibi ultro ꝑ cõtumelias hoſtẽ ĩſultare:quãdo aũt ſe:ſi tum nõ ſint pares:hoſtibus fore? Vbi hæc fremere militẽ in caſtris cõſul ſenſit:cõcione aduocata:quẽadmodum:ĩquit:in Algido res reſta ſit:arbitror uos milites audiſſe:q̃lem liberi populi exercitũ decuit eẽ:talis fuit:cõſilio collegæ uirtute militũ uictoria parta eſt.Quod ad me attinet:id cõſilii animiq; habiturus ſum:qd uos milites mihi effeceritis: & trahi bellum ſalubriter:& mature ꝑfici põt:ſi trahẽdum ẽ:ego:ut ĩ dies ſpes uirtuſq; ueſtra creſcat:eadẽ q̃ inſtitui diſciplina:efficiã:ſi ſatis animi ẽ:decerniq; placet:agitedum clamorem: qualẽ ĩ acie ſublaturi eſtis: tollite hic ĩdicem uolũtatis uirtutiſq; ueſtræ:Poſteaq̃ ĩgenti alacritate clamor ẽ ſublatus:qd bene uertat geſturꝝ ſe illis morẽ:poſteroq; die ĩ aciem deductuꝝ affirmat:reliquũ diei apparãdis armis cõſumptum eſt.Poſtero die ſimul ĩſtrui romanã aciem uidere ſabini:& ipſi iãpridem auidi certaminis ꝓcedunt.Præliũ fuit q̃le ĩter fidẽtes ſibimet ambos exercitus:ueteris ꝑpetuæq; alteꝝ gloriæ:alteꝝ nuper noua uictoria elatũ.Cõſilio ẽt ſabini uires adiuuere:nã cũ equaſſent acĩe:duo extra ordinem millia:q̃ ĩ ſiniſtrũ cornu romanoꝝ ĩ ipõ certamĩe ĩpreſſionem facerẽt:tenuere:q̃ ubi illatis ex trãſuerſo ſignis de grauabãt ꝓpe circũuectum cornu:eqtes duaꝝ legionum ſexcẽti fere ex eqs deſiliũt:cedẽtibuſq; ſuis ꝓuolant ĩ primum:ſimulq; & hoſti ſe opponũt:& æquato primũ ꝑiculo pudore deide aĩos peditum accendunt:uerecũdiæ erat eqtem ſuo alienoq; marte pugnare:peditẽ ne ad pedes qdem digreſſo equitiparem eẽ.Vadunt igit in ꝑlium ab ſua parte omiſſum:& locum:ex quo exceſſerãt:repetunt:momentoq; reſtituta modo pugna:ſed ĩclinat ẽt ſabinis cornu:eques ĩter ordĩnes peditum tectus ſe ad equos recipit.Tranſuolat inde in partem alteram ſuis uictoriæ nũcius:ſimul & in hoſtes iam pauidos:quippe fuſo ſuæ partis ualidiore cornu:impetum facit:non aliorum eo prælio uirtus magis enituit:conſul prouidere omnia:laudare fortes:increpare ſicubi ſegnior pugna eſſet:caſtigati fortium opera ædebãt: tantumq; hos pudor:quantum alios laudes excitabant.Redintegrato clamore undiq; omnes cõnixi hoſtem auertunt:nec deinde romana uis ſuſtineri potuit.Sabini fuſi paſſim per agros caſtra hoſti ad prædam relinquũt:ibi nõ ſocioꝝ ſicut ĩ Algido res:ſed ſuas romanus populationibus agroꝝ amiſſas recepit.Gemina uictoria duobus bifariã ꝑliis parta:maligne ſenatus in unũ diẽ ſupplicationes conſu

Præſtate uirtute peditẽ

Horatii ad hortatio ad ſuos

Eqtum opa ĩ reparãda

lum noie decreuit:populus iniuſſu & altero die frequés init:ſupplicatumq; ẽ:& hæc uaga populariſq; ſupplicatio ſtudiis ꝑpe celebratior fuit. Cõſules ex cõpoſito eodẽ biduo ad urbẽ acceſſere:ſenatumq; in martiũ campũ euocauere:ubi cũ de rebus a ſe geſtis agerent:q̃ſti primores patrũ ſenatũ iter milites dedita opa terroris cã haberi:itaq; inde conſules:ne criminatiõi locus eſſet:ĩ prata flaminia:ubi núc ædes Appollinis:iã tũ appollinarẽ appellabãt:auocauere ſenatũ:ubi cũ ingẽti cõſẽſu patrũ negaret triũphus L. Icilius trib. ple. tulit ad populũ de triũpho cõſulũ:multis diſſuaſum ꝑdeũtibus:maxie corã Claudio uociferãte:de patribus:nõ de hoſtibus cõſules triũphare uelle:gratiáq; ꝑ priuato merito ĩ tribunũ nõ ꝑ uirtute honorẽ peti:nunq̃ ante de triũpho ꝑ populũ actũ:ſemꝑ æſtimationẽ arbitriũq; eius honoris penes ſenatũ fuiſſe:ne reges qdẽ maieſtatẽ ſũmi ordinis ĩminuiſſe:ne ita oĩa tribuni poteſtatis ſuæ implerent:ut nullũ publicũ cõſiliũ ſinerent eſſe:ita demũ liberã ciuitatẽ fore: ita æquatas leges: ſi ſua q̃ſq; iura ordo ſuã maieſtatẽ teneat. In eandẽ ſniam multa:& a cæteris ſenioribus patrũ cũ eẽnt dicta:oẽs tribus eã rogationẽ acceperũt. Tũ primũ ſine auctoritate ſenatus populi iuſſu triũphatũ ẽ. Hæc uictoria tribunoꝝ plebiſq; ꝑpe in haud ſalubrẽ luxuriã uertit:cõſpiratione inter tribunos facta ut iidẽ tribuni reficerẽtur:& quo ſua minus cupiditas emineret:conſulibus quoq; continuarẽt magiſtratũ cõſenſum patrũ cauſabãtur:quo per cõtumeliam conſulũ iura plebis labefactata eſſent:quid futuꝝ nondum firmatis legibus:ſi nouos tribunos per factiones ſuas conſules adorti eſſent? non. n. ſemper Valerios Horatioſq; conſuleſq; fore qui:libertati plebis ſuas opes poſtferrent. Forte quadã utili ad tẽpus:ut comitiis præeſſet:potiſſimum. M. Duillio ſorte euenit uiro prudẽti:& ex continuatiõe magiſtratus inuidiam iminẽtem cernenti:qui cũ ex ueteribus tribunis negaret ullius ſe rationem habiturũ:pugnarentq; collegæ:ut liberas tribus in ſuffragiũ mitteret:aut cõcederet ſorté comitiorũ collegis habituris e lege potius comitia:quã ex uoluntate patrũ:iniecta contẽtione Duillius cõſules ad ſubſellia accitos cũ interrogaſſet:quid de comitiis conſularibus ĩ animo habarent:reſpondiſſentq; ſe nouos conſules creaturos auctores popularis ſententiæ:haud populares nactus in concionẽ cũ iis ꝓceſſit:ubi cum conſules ꝓducti ad populũ:ĩterrogatiq; ſi eos populus romanus memor libertatis per illos receptæ domi: memor militiæ rerumq; geſtaꝝ couſules iteꝝ faceret:quidnã facturi eẽnt? nihil ſniæ ſuæ mutaſſent? Collaudatis conſulibus:qd' perſeuerarent ad ultimũ:diſſimiles decẽuiroꝝ eſſe:comitia habuit. & quinq; tribunis plebis creatis:cũ præ ſtudiis aperte petentiũ nouẽ tribunoꝝ:alii candidati tribus non explerent: cõcilium dimiſi:nec deinde comitioꝝ cãm habuit:ſatiſfactũ lagi aiebat:quæ numero nuſq̃ præfinito tribuni mõ:ut relinquerent':ſanxiſſet:& ab iis:qui creati eẽnt cooptari collegas iuberet:recitabatq; rogatiõis carmen:in quo:ſi tribunos plebis:decẽ rogabo: ſi qui uos minus hodie decẽ tribunos plebis fecerit ut hi tũ:utiq;:quos ſibi collegas cooptaſſent:ut illi legitimi ea lege tribuni plepei ſint:ut illi quos hodie tribunos plebei feceritis. Duillius cũ ad ultimũ ꝑſueraſſet negando. xy. tribunos plebei rẽpublicam habere poſſe:uicta collegaꝝ cupiditate pariter patribus plebiq; acceptus magiſtratu abiit. Noui tribuni plebis in cooptandis collegis patrũ uoluntatẽ fouerũt duos etiã patritios conſulareſq;. SP. Tarpeium:&. A. Aeterniũ cooptauere. Cõſules creati. Sp. Herminius:&. T. Virginius Cælimõtanus:nihil magnope ad patrum:aut plebis cauſam ĩclinati:otium foris ac domi habuere. L. Trebonius tribunus plebis infeſtus patribus quod ſe ab iis in cooptãdis tribunis fraude captum ꝓditumq; a collegis aiebat rogationem tulit:ut q plebẽ romanã tribunus plebis rogaret:is uſq; eo rogaret dum. x. tribunos plebei faceret:ĩſectandiſq; patribus unde Aſpero ẽt ĩditum eſt cognomẽ:tribunatum geſſit. Inde. M. Geganius Macrinus:&. C. Iunius cõſules facti:cõciones tribunorum aduerſus nobilium iuuentutem ortas ſine ĩſectatione poteſtatis eius:cõſeruata maieſtate patrum ſedauere. Plebem decreto ad bellũ Volſcoꝝ & Equoꝝ delectu ſuſtinẽdo rem ab ſeditionibus cõtinuere:urbano quoq; ocio foris oĩa tráqlla eſſe:affirmantes per diſcordias ciuiles externos tollere aĩos:cura pacis concordiæ quoq; inteſtinæ cã fuit. Sed alter ſemꝑ ordo grauis alterius modeſtiæ:erat quieſcẽti plebi ab iunioribus patrum iniuriæ fieri cœptæ:ubi tribuni auxilio humilioribus eẽnt in primis paꝝ ꝓderat:deíde ne ipſi qdem inuiolati erãt:utiq; poſtremis mẽſibus cum & per cõciones potentiorũ iniuria fieret:& uis poteſtatis omnis aliquanto poſteriore ãni parte languidior ferme eſſet:iamq; plebs ita ĩ tribunatu poneret ſpei aliquid ſi ſimiles Icilio tribunos haberet:noĩa tãtum ſe biẽnio habuiſſe. Seniores cõtra patrum ut nimis feroces ſuos credere iuuenes:ita malle:ſi modus excedendus eſſet:ſuis quã aduerſariis ſupeſſe aĩos adeo moderatio tuendæ libertatis:dum æquari uelle ſimuládo:ita ſe quiſq; extollit ut deprimat alium:ĩ difficili eſt:cauẽdoq; ne metuant hoíes:metuẽdos ultra ſe efficiunt:& iniuriã a nobis repulſa: tanq̃ aut facere:aut pati neceſſe ſit:iniungimus aliis. T. Quĩtius Capitolinus quartum:&. A. Furius cõſules facti nec ſeditionem domi nec foris bellũ acceperũt:ſed ĩminebat utrũq;. Iam nõ ultra diſcordia ciuiũ reprimi poterat:& tribunis & plebe ĩcitata in pr̃es:cũ dies alicui nobiliũ dicta nouis ſemꝑ certaminibus cõciones turbaret:ad quaꝝ primũ ſtrepitũ:uelut ſigno accepto:arma cepe Equi:& Volſci:ſimul qd̃ ꝑſuaſerant iis duces cupidi ꝑdaꝝ:: biẽnio ãte delectũ ĩdictũ haberi nõ potuiſſe abnuẽte iã plebe ĩperiũ:eo aduerſus ſe nõ eẽ miſſos exercitus:diſſolui licẽtia militãdi morẽ nec ꝑ cõi iã pr̃ia Romã eẽ:qcquid iraꝝ ſimultatũq; cũ externis fuerit:in ipſos uerti:occæcatos lupos ĩteſtina rabie opprimẽdi occaſionem eẽ. Coniũctis exercitibus latinũ primũ agrũ populati ſunt:deíde poſteaq̃ ſibi nemo uindex occurrebat:tũ uero exultantibus belli auctoribus ad mœnia ipſa Romæ populabundi regione portæ eſquilinæ acceſſere uaſtationẽ agroꝝ urbi per cõtumeliam oſtentãtes. Vnde poſteaq̃ multi ꝑdam præ ſe agẽtes retro ad Corbionẽ agmine iere: Quintius cõſul ad cõcionem populum uocauit:ibi in hanc ſniam locu-

Sine patrũ auctoritate triũphant cõſul.

Sp. Herminis &. T. Virginius cõſul. Patricii & cõſulares tri. pl. coptati. M. Geganius. C. Iunius cõſul.

T. Quĩtius capitoliuſ An. Furius cõſul.

Quĩtii cõſulis oro

tum accipio. Etsi mihi nullius noxæ conscius quirites: sum: tamen cum pudore summo in concionẽ uestram ꝓcessi: hoc uos sciræ: hoc posteris memoriæ traditum iri. Equos & uolscos uix hernicis mo/ do pares. T. Quintio. iiii. consule ad mœnia urbis Romæ impune armatos uenisse: hanc ego ignomi/ niam: q̃q̃ iã diu ita uiuitur: is status reꝝ est: ut nihil boni diuinet animus: si huic potissimũ iminere an no scissem: uel exilio: uel morte si alia fuga honoris non eẽt: uitassem: ergo si illa arma uiros habuissent quæ in portis fuere nostris: capi Roma me consule potuit? satis honoꝝ satis superque uitæ erat: mori cõsulem. iii. oportuit. Quem tandem ignauissimi hostiũ contẽpsere: nos cõsules: an uos quirites? si cul pa ĩ nobis est: auferte imperiũ ĩdignis: & si paꝝ est: insup pœnas expetite: si ĩ uobis nemo deoꝝ nec ho minũ sit: qui uestra puniat peccata quirites: uosmet tantũ pœniteat. Nõ illi uestrã ignauiã cõtempsere: nec suæ uirtuti confisi sunt: quippe totiẽs fusi fugatiq; castris exuti agro mulctati sub iuga missi: & se: & uos nouere: discordia ordinũ est uenenũ urbis huius: patrũ & plebis certamina: dũ nec nobis ĩperii: nec uobis libertatis est modus: dũ tedet uos patricioꝝ hos plebeioꝝ magistratuũ: sustulere aĩos. Proh deũ fidẽ quid uobis uultis? tribunos plebis cõcupistis: cõcordie causa cõcessimus: decẽuiros desyderas/ tis: creari passi sumus: decẽuiroꝝ uos ꝓtesum est: abiere magistratu manẽte ĩ eosdẽ priuatos ira uestra mori atq; exulare nobilissimos uiros atq; honoratissimos passi sumus: tribunos ple: iteꝝ creare uolui stis: creastis: cõsules facere uestraꝝ partium: & si patribus uidebamus iniquũ: patriciũ quoq; magistra tũ plebi donũ fieri uidimus: auxiliũ tribuniciũ: prouocationẽ ad populũ: sita plebis iniũcta pribus sub titulo æquãdaꝝ legũ: nostra iura oppressa tulimus & ferimus: qui finis erit discordiaꝝ? & q̃do unã ur bẽ habere: & q̃do cõmunem hanc priam esse licebit? Victi nos æquiore aĩo quiescimus: quã uos uicto res: satis ne est uobis uos metuendos esse? Aduersus nos Auentinũ capit̃: aduersus nos sacer occupatur mons: esquilias quidẽ ab hoste prope captas: & scãdentem in aggerẽ uolscum hostẽ nemo submouit: ĩ nos uiri: in nos armati estis. Agitedũ ubi hic curiã circunsederitis: & foꝝ infestũ feceritis: & carcerẽ pri cipibus ipleueritis: hisdẽ istis ferocibus animis egredimini extra portã esquilinã: aut si ne hoc q̃dẽ aude tis: ex muris uisite agros uestros ferro igniq; uastatos: ꝑdã abigi: fumare incensa passim tecta. At. n. cõ/ munis res ꝓ hæc loco est peiore: ager uritur: urbs obsidetur: belli gloria penes hostes est. Quid tandem priuatæ res uestræ quo ĩ statu sunt? iam unicuiq; ex agris sua damna nunciabunt̃: q̃d est tandem do/ mi: unde ea expleatis? tribuni uobis amissã reddent ac restituẽt? uocis uerborũq; q̃tũ uoletis: igerẽt: & criminũ ĩ prícipes & legum aliaꝝ super alias & concionũ: sed ex illis concionibus nũq̃ uestrũ quisq; re fortuna domũ auctior rediit. Ecquis rettulit aliq̃d ad cõiugẽ & liberos ꝑter odia: offensiones: simulta/ tes publicas priuatasq; : a q̃bus semꝓ non uestra uirtute ĩnocẽtiaq; : sed auxilio alieno tuti sitis. At hercu les cũ stipẽdia nobis cõsulibus nõ tribunis ducibus: & ĩ castris nõ in foro faciebatis: & ĩ acie uestrũ cla/ morẽ hostes non ĩ cõcione patres romani horrebãt: ꝑda parta agro ex hoste capto: pleni fortunaꝝ glo riæq; simul publicæ simul priuatæ: triũphantes domũ ad penates redibatis: nũc oneratũ uestris fortu nis hostẽ abire sinitis. Hærete affixi cõcionibus: & ĩ foro uiuite: sequtur uos necessitas militãdi: quã fugi tis. Graue erat in Equos & Volscos proficisci? ante portas est bellũ: si inde nõ pollit̃ iã ĩtra mœnia erit: & arcẽ & capitoliũ scandẽt: & in domos uãs uos ꝓsequent̃. Biẽnio ante senatus delectũ haberi: & edu ci exercitũ in Algidũ iussit: sedemus desides domi mulieꝝ ritu altercantes ĩter nos: ꝓsenti pace læti: nec cernẽtes ex otio illo breui multiplex bellũ redituꝝ. His ego gratiora alia dictu scio: sed me uera ꝓ gra tis loqui: & si meũ ĩgeniũ nõ monet: necessitas cogit: uellẽ equidẽ uobis placere quirites: sed multo ma lo uos saluos essẽ: qualicũq; erga me animo futuri estis. Natura hoc ita cõparatũ est: ut qui apud multi tudinẽ sua cã loqtur: gratior eo sit: cuius mens nihil ꝑter publicũ cõmodum uidet: nisi forte assentato/ res publicos plebicolas istos: q uos nec ĩ armis: nec ĩ ocio eẽ sinũt: uestra uos causa incitare & stimulare putatis: cõcitati aut honori: aut questui illis estis: & q̃a ĩ cõcordia ordinũ nullos se usq̃ esse uidẽt: malæ rei se quã nullius: turbaꝝ ac seditionũ duces esse uolũt. Quaꝝ reꝝ si uos tediũ tandẽ capere põt: & pa/ trũ uestrosq; antiquos mores uultis ꝓ his nouis sumere: nulla supplicia recuso: nisi paucis diebus hos populatores agroꝝ nostroꝝ fusos fugatosq; castris ex muro & a portis nostris mœnibusq; ad illorum urbes hũc belli terrorẽ: quo nunc uos attoniti estis: trãstulero. Raro alias tribuni popularis oratio acce ptior plebi: quã tunc seueriissimi cõsulis fuit. Iuuẽtus quoq; : quæ ĩter tales metus detrectationẽ militiæ tælũ accerrimũ aduersus patres habere solita erat: bellũ & arma spectabat: & agrestiũ fuga spoliatiq; in agris & uulnerati: fœdiora iis: quæ subiiciebant̃ oculis nunciantes: totã urbẽ ira ipleuere. In senatũ ubi uentũ est: ibi uero in Quintiũ oẽs uersi ut unũ uidicẽ maiestatis Romanæ ĩtueri: & primores patrũ di gnã dicere cõcionẽ ĩperio cõsulari: dignã tot cõsulatibus anteactis: dignã oĩ uita plena honoꝝ sæpe ge/ storꝝ sæpius meritoꝝ: alios cõsules aut ꝓ ꝓditionẽ dignitatis patrũ plebi adulatos: aut acerbe tuẽdo iu ra ordinis asperiorẽ domãdo multitudinẽ feciisse. T. Quĩtiũ oroné memorẽ maiestatis patrũ: concor/ diæq; ordinũ & tẽpoꝝ ĩ ꝑmis habuisse: orare eũ collegãq; ut capesserẽt rẽp. orare tribunos ut uno aĩo cũ consulibus bellũ ab urbe ac mœnibus ꝓpulsari uellẽt: plebemq; obedientẽ ĩ re tam trepida patribus ꝑberẽt: appellare tribunos cõmunem priam auxiliũq; eoꝝ implorare. Vastatis agris urbe ꝓpe oppu/ gnata: consensu oĩum delectus decernitur habeturq; . Cõsules cũ in cõcione ꝓnunciassent tempus non esse causas cognoscendi: omnes iuniores postero die prima luce in campo martio adessent: cognoscen/ dis causis eoꝝ: qui nomĩa nõ dedissent: bello perfecto se daturos tẽpus: ꝓ desertore futuꝝ: cuius nõ ꝓ bassent causam: omnis iuuentus affuit: postero die cohortes sibi quæque centuriones legerunt: bini se natores singulis cohortibus ꝑpositi. Hæc omnia adeo mature ꝓfecta accepimus ut signa eo ipso die a

poratio

Att' Subitā expeditionē Corbio

quæſtoribus ex ærario prompta delataq; i Campū: quarta diei hora mota ex Campo ſint: exercituſq; nouus paucis cohortibus ueterum militū uoluntate ſequentibus manſerit ad decimū lapidem: iſeq; ns dies hoſtem in cōſpectu dedit: caſtraq; ad Corbionē caſtris ſunt conjecta: tertia die cū ira romanos: illos cum totiens rebellaſſent cōſcientia culpæ ac deſperatio irritaret: mora dimicandi nulla eſt facta. In exercitu romano cū duo conſules eſſent ptāte pari: quod ſaluberrimū in adminiſtratione magnaq; rerū ē: ſumma iperii cōcedente Agrippa penes collegā erat: & prælatus ille facilitati ſummittentis ſe: comiter reſpondebat cōmunicando conſilia laudeſq; & æquando imparem ſibi. In acie Quintius dexterum cornu: Agrippa ſiniſtrū tenuit. Sp. Poſthumio Albo legato datur media acies tuenda: legatum alterū. P. Sulpiciū equitibus præficiūt. Pedites a dextero cornu egregie pugnauere: haud ſegniter reſiſtentibus uolſcis. P. Sulpicius per mediā hoſtium aciem cū equitatu perrupit: unde cū eadem reuerti poſſet ad ſuos: priuſquā hoſtes turbatos ordines reficerent: terga impugnare hoſtium ſatius uiſum ē: momentoq; temporis in aduerſam icurſando aciem ancipiti terrore diſſipaſſet hoſtes: ni ſuo ꝓprio eum prælio equites uolſcorum & equorum exceptum aliquādiu tenuiſſent. Ibi uero Sulpicius negare cunctandi tēpus eſſe: circūuentos intercluſoſq; ab ſuis uociferans: ni equeſtre prāliū cōnixi omni ui perfi

Vincūt equi

cerēt: nec fugare equitem integrū ſatis eſſē cōficerēt æquos uiroſq;: nequis reueheretur inde ad prāliū aut integraret pugnam: non poſſe illos reſiſtere ſibi: quibus cōferta peditū acies ceſſiſſet. Haud ſurdis auribus dicta: impreſſione una totū equitatū ſudere magnā uim ex equis præcipitauere: ipſos equoſq; ſpiculis confodere. Is finis pugnæ equeſtris fuit: tūc adorti peditum aciem nuncios ad conſules rei geſtæ mittunt: ubi iam īclinabatur hoſtium acies: nūcius deinde & uincentibus romanis aīos auxit: & referētes gradum perculit equos. In media primum acie uinci cœpti: qua præmiſſus equitatus turbauerat ordinē: ſiniſtrum deinde cornu a Quintio conſule pelli cœptum in dextero plurimū laboris fuit: ibi Agrippa ætate uiribuſq; ferox: cū omni parte pugnæ melius rem geri: quā apud ſe uideret: accepta ſigna a ſigniferis ipſe inferre: quædā iacere etiā in confertiſſimos hoſtes cœpit: cuius ignominiæ metu

Caſtra hoſtiū caſta

concitati milites inuaſere hoſtē: ita æquata ex omni parte uictoria ē. Nuncius tum a Quintio uenit uictorē iam ſe īminere hoſtiū caſtris: nolle irrumpere ante quā ſciat debellatū & ī ſiniſtro cornu eſſe: ſi iā fudiſſet hoſtes: cōferret ad ſe ſigna: ut ſimul omnis exercitus p̄da potiretur. Victor Agrippa cum mutua gratulatione ad uictorē collegā caſtraq; hoſtiū uenit: ibi paucis defendentibus momentoq; fuſis: ſine certamine in munitiones irrumpunt: prædaq; ingeti cōpotem exercitū: ſuis etiam rebus recupatis: quæ populatione agroq; amiſſæ erant reducunt. Triumphū nec ipſos poſtulaſſe: nec delatum iis ab ſenatu accipio: nec traditur cauſa ſpreti aut non ſperati honoris: ego quantū in tanto interuallo temporis coniicio: cū Valerio atq; Horatio cōſulibus: qui præter uolſcos & equos ſabini etiam belli perfecti gloriam pepererāt: negatus a ſenatu triumphus eſſet: uerecundiæ fuit pro parte dimidia rerum conſulibus petere triūphū: ne etiā: ſi impetraſſent: magis hominū ratio: quam meritorum habita uideretur.

Victoriam honeſtam ex hoſtibus partā turpe domi de finibus ſociorūq; iudiciū populi deformauit: aricini atq; ardeates de ambiguo agro cum ſæpe bello certaſſent: multis iuicem cladibus feſſi iudicem populum Romanum cepere. Cum ad cauſam orandam ueniſſent: concilio populi a magiſtratibus dato: magna contentione actum: iamq; æditis teſtibus cum tribus uocari: & populum inire ſuffragium oporteret: conſurgit. P. Scaptius de plebe magno natu. Et ſi licet: inqt: cōſules de rep. dicere: errare ego

Scaptii īdiciū d ābiguo agro

populum ī hac cauſa non patiar. Cū ut uanum eum negarent conſules audiendum eſſe: uociferantēq; prodi publicam cauſam ſummoueri iuſſiſſent: tribunos appellat. Tribuni ut fere ſemper reguntur a multitudine magis: quam regunt: dedere cupidæ audiendi plebi: ut quæ uellet: Scaptius diceret. Ibi infit annum ſe tertium & nonageſimum agere: & in eo agro: de quo agitur: militaſſe non iuuenem uigeſima iam ſtipendia merentem: cum ad Coriolos ſit bellatum: eo ſe rem uetuſtate oblitteratam cæteraq; ſuæ memoriæ īfixā afferre: agrum: de quo ambigit': finiū coriolanoruq; fuiſſe: captiſq; Coriolis iure belli publicū Po. Ro. factū mirari ſe quonā more ardeates aricinique: cuius agri ius nunq; uſurpauerit incolumi coriolana re: eū ſe a Po. Ro. quem pro domino iudicē fecerit: intercepturos ſperēt. Sibi exiguū uitæ tp̄s ſupereſſe: nō potuiſſe ſe tamē īducere ī animū: quin quē agrū miles pro parte uirili manu cepiſſet: eū ſenex quoq; uoce: qua una poſſet: uīdicaret: magnopere ſe ſuadere populo: ne inutili pudore ſuam ipſe cauſam damnaret. Cōſules cū Scaptiū nō ſilētio modo: ſed cū aſſenſu ētaudiri aīaduertiſſent: deos hoieſq; teſtātes flagitium īgens fieri: patrū primores accerſunt: cū his circūire tribunos orare ne peſſimū facinus peiore exēplo admitterent: iudices ī ſuā rem litē uertendo: cū p̄ſertim ēt: ſi fas ſit: curā emolumenti ſui iudici eſſe: nequaquam tantū agro intercipiendo acquiratur: quantum amittatur alienandis iniuria ſociorum animis. Nam famæ quidem ac fidei damna maiora ēē: quam quæ æſtimari poſſent. Hoc legatos referre domum? hoc uulgari? hoc ſocios audire? hoc hoſtes? quo cum dolore hos? quo cum gaudio illos? Scaptio ne hoc concionali ſeni aſſignaturos putarent finitimos populos? clarē hoc fore imagine Scaptii Popu. Roma. quadruplatoris & īterceptoris litis alienæ perſonam laturum: quem enim hoc priuatæ rei iudicem feciſſe: ut ſibi controuerſioſam adiudicaret rem? Scaptiū ipſum id quidem & ſi præmortui iam ſit pudoris non facturum. Hæc conſules: hæc patres uociferabant' ſed

Attur fœdum Po. Ro. iudiciū

plus cupiditas & auctor cupiditatis Scaptius ualet: uocatæ tribus iudicauerunt agrum publicum Populi Romani eſſe: nec abnuitur ita fuiſſe: ſi ad iudices alios itum foret: nunc haud ſane quicquam cauſæ bonæ leuatur dedecus iudicii: idq; non Aricinis Ardeatibuſq;: quam patribus romanis fœdius atque acerbius uiſum. Reliquum anni quietum ab urbanis motibus & ab externis manſit.

TITI LIVII PATAVINI HISTORICI: AB VRBE CONDITA LIBER QVARTVS.

M.Genutius P.Curatius cõsul.

OS SECVTI. M. GENVTIVS: ET. P. CVRATIVS CONSVLES. Fuit annus domi foriſq; infeſtus: ná anni principio & de cõnubio patrũ & plebis Caius Canuleius tribunus plebis rogationé ꝓmulgauit: qua cõ taminari ſanguinem ſuum ꝓres: confundiq; iura gentiũ rebátur. Et mé/ tio prío ſenſim illata a tribunis ut alterꝫ ex plebe conſulé liceret fieri: eo ꝓceſſit deinde: ut rogationé nouem tribuni ꝓmulgarent: ut populo po/ teſtas eſſet: ſeu de plebe: ſeu de patribus uellet cõſules faciendi. Id uero: ſi fieret: nõ uulgari modo cum ĩfimis: ſed prorſus auferri a primoribus ad plebé ſummũ ĩperium credebant: læti ergo audiere patres ardeatiũ po/ pulũ ob iniuriam agri abiudicati deſciſſe: & Veiétes depopulatos extre/ ma agri romani: & Volſcos: Equoſq; ob cõmunitá Verruginé fremere: adeo uel infelix bellũ ignominioſæ paci præferebant. His itaq; in maius etiá acceptis: ut inter ſtrepitũ tot bellorꝫ cõticeſcerent actiões tribuniciæ delectus haberi bellũ armaq; ui ſumma apparari iubent: ſi quo ĩtentius poſſit: quá. T. Quintio conſule apparatũ ſit. Tũ. C. Canuleius pauca ĩ ſenatu uociferás necqcq; territando cõſules auertere plebé a cura nouarꝫ legũ: nunq; eos ſe uiuo delectũ habituros anteq; ea: quæ promulgata ab ſe collegiſq; eẽnt plebes ſciuiſſet: & cõfeſtim ad cõcioné aduocauit. Eodé tpore & cõſules ſenatũ ĩ tribunũ: & tribunus populũ in cõſules ĩcitabat: negabát cõſules iá ultra ferri poſſe furores tribunicios: uétũ iá ad finé eé: domi plus belli cõcitari: quá foris: id adeo nõ plebis: quá patrũ: neq; tribunorꝫ magis: quá conſulũ culpa accidere: cuius rei ꝑmiũ ſit in ciuitate eá maximis ſemꝑ auctibus creſcere: ſic pace bonos: ſic bello fieri: maximũ Romæ ꝑmiũ ſeditionũ eſſe: id & ſingulis uniuerſiſq; ſemꝑ honori fuiſſe. Reminiſcerent: quá maieſta té ſenatus ipſi a patribus accepiſſent: quá liberis tradituri eẽnt: ut quéadmodũ plebs gloriari poſſet au/ ctioré amplioréq; eſſe: finé ergo nõ fieri: nec futurꝫ: donec quá felices ſeditiões tá honorati ſeditionum auctores eſſent: qs q̃taſq; res. C. Canuleium aggreſſum: colluuione gentiũ: ꝓturbationẽ auſpicorꝫ pu/ blicorꝫ priuatorũq; afferre: neqd ſyncæri: neqd ĩ cõtaminati ſit: ut diſcrimine oĩ ſublato: nec ſe quiſquá nec ſuos nouerit: quã. n. aliã uim cõnubia ꝓmiſcua habere: niſi ut ferarꝫ ꝑpe ritu uulgent cõcubitus ple bis patrumq;: ut q natus ſit: ignoret: cuius ſanguinis: quorꝫ ſacrorꝫ ſit: dimidius patrũ ſit: dimidius ple bis: ne ſecũ qdé ipſe concors. Parũ id uideri quod oĩa diuina humanaq; turbétur. Iá ad conſulatũ uulgi turbatores accĩgi: & primo: ut alter conſul ex plebe fieret: id modo ſermonibus téptaſſe: nũc rogari ut ſeu ex pribus ſeu ex plebe uelit populus conſules creet: & creaturos haud dubie ex plebe ſeditioſiſſimũ quéq; Canuleios igit. Icilioſq; cõſules fore: ne id Iuppiter optimus maximus ſineret regiæ maieſtatis imperiũ eo recidere: & ſe milies morituros potius: quã ut tantũ dedecoris admitti patiant: certũ habe/ re maiores quoq; ſi diuinaſſent cõcedédo oĩa nõ mitiorem ĩ ſe plebé: ſed aſperioré: alia ex aliis iniqora poſtuládo cũ prima ĩpetraſſet futurá. Prío q̃libet dimicationé ſubituros fuiſſe potius: quá eas leges ſi/ bi ĩponi paterent: quia tũ cõceſſum ſit de tribunis iterꝫ cõceſſum eſſe: finé nõ fieri poſſe ĩ eadé ciuitate tribunos plebis: & patres eé: aut hũc ordiné: aut illũ magiſtratũ tollendũ eé: potiuſq; ſero: quá nũq; ob/ uiá eundũ audaciæ temeritatiq;: illi ne ut ĩpune prío diſcordias ferétes cõcitent finitima bella: deide ad uerſus ea: quæ cõcitauerint: armari ciuitatem: defendiq; ꝓhibeant? & cũ hoſtes tantũ nõ accerſierint: exercitus cõſcribi aduerſus hoſtes nõ patiátur? Sed audeat Canuleius ĩ ſenatu ꝓloqui: ſe niſi ſuas leges tanq; uictoris patres accipi ſinãt: delectũ haberi ꝓhibiturꝫ: qd eé aliud: quá minari ſe proditurꝫ priam? oppugnari atq; capi paſſurꝫ: qd eá uocé aĩorꝫ nõ plebi romanæ: ſed uolſcis & eqs & Veiétibus allaturá nõ ne Canuleio duce ſe ſperaturos capitoliũ: atq; arcé ſcádere poſſe: ſi pribus tribuni cũ iure ac maieſta te adempta aĩos ét eripuerit? cõſules paratos eé duces prius aduerſus ſcelus ciuiũ: quá aduerſus hoſtiũ arma. Cũ maxĩe hæc ĩ ſenatu agerent. Canuleius ꝓ legibus ſuis & aduerſus cõſules ita diſſeruit: Quã/ tope uos qrites cõtemnerent pres: quá ĩdignos duceret: q una ſecũ urbe ĩtra eadé mœnia uiueretis: ſæ/ pe eqdé & ante uideor aĩaduertiſſe: núc tamé maxĩe: qd adeo atroces ĩ has rogatiões nras coorti ſunt: q bus qd aliud: quá admonemus: ciues nos eorꝫ eſſe: & ſi nõ eaſdé opes habere: eádé tamé priam ĩcolere? Altera cõnubium petimus: qd finitimis externiſq; dari ſolet: nos qdé ciuitaté: q pluſq; cõnubiũ é: hoſti bus ét uictis dedimus. Altera nihil noui ferimus: ſed id qd populi é: repetimus: atq; uſurpamus: ut qui bus uelit Po. Ro. honores mádet. Quid tádé é: cur cælũ ac terras miſceát? cur ĩ me ĩpetus mõ pene ĩ ſe natu ſit factus? negét ſe manibus tẽperaturos uiolaturoſq; denũciét ſacroſanctã ptáté? ſi Po. Ro. liberꝫ ſuffragiũ dat: ut qbus uelit cõſulatũm mádet: & non ꝑcidit ſpes plebeio quoq;: ſi dignus ſummo ho/ nore erit: adipiſcédi ſũmi honoris: ſtare urbs hæc nõ poterit? de ĩperio actũ é? & peride hoc ualet ple/ beius ne cõſul fiat: tanq; ſeruũ: aut libertinũ aliqs cõſulé futurꝫ dicat. Ecqd ſentitis: ĩ q̃to cõtẽptu uiua/ tis? Lucis uobis huius partẽ: ſi liceat: adimát: qd ſpiratis: qd uocé mittitis: qd' formá hoĩum habetis: in dignant: qn etiá: ſi diis placer: nefas aiũt eſſe cõſulẽ plebeiũ fieri. Obſecro uos: ſi nõ ad faſtos: nõ ad com mentarios pontificum admittimur. Ne ea quidem ſcimus: quæ omnes peregrini etiam ſciunt: con/ ſules in locum regum ſucceſſiſſe: nec aut iuris: aut maieſtatis quicquam habere: quod non in regibus ante fuerit. En unquam creditis fando auditum eſſe Numam Põpilium non modo non patriciũ: ſed ne ciué qdem romanum ex ſabino agro accitum poouli iuſſu: patribus auctoribus Romæ regnaſſe?

Cõſulũ q̃relæ ĩ curia cõ tra trib.

Quo sanguíe ex for/tũa uiri romæ regna/runt

L.deinde Tarquiũ nõ modo romanæ:sed ne italicæ quidẽ gentis Demarati corínthi filiũ incolã a Tarquiniis uiuis liberis Anci regẽ factũ? Seruiũ Tulliũ post hunc captiua Corniculana natum:patre nullo matre serua:ingenio & uirtute regnũ tenuisse? Quid.n.de.T.Tatio Sabino dicã? qué ipe Romulus parens urbis í societatem regni accepit? Ergo dũ nullũ fastidiẽ genus:í quo eniteret uirtus : creuit iperiũ romanũ:pœniteat uos nũc plebei cõsulis cũ maiores nostri aduenas reges nõ fastidierít:& ne regibus quidẽ exactis:clausa urbs fuerit peregrinæ uirtuti. Claudiã gentem certe post reges exactos ex Sabinis nõ í ciuitaté modo accepimus:sed ét í patricioꝝ numerũ. Ex peregrino ne patricius deíde consul fiat? ciuis romanus si sit ex plebe:p̃cisa cõsulatus:spes erit? Vtrũ tandé nõ credimus fieri posse:ut uir fortis ac strenuus pace belloꝙ bonus ex plebe:Numæ sit.L.Tarqnio:Seruio Tullio similis? an ne sit qdẽ: ad gubernacula reip.accedere eũ patiemur? potiusꝙ decẽuiris teterrimis mortaliũ:qui tũ oés ex patribus erant:quã optimus regum nouis hoíbus similes cõsules simus habituri? At enĩ nemo post reges exactos de plebe cõsul fuit:qd postea? nulla ne res noua instítui debet? & qd' nõdũ est factũ:mulra enĩ nõ dũ sunt facta í nouo populo:ea ne si utilia qdẽ sint:fieri oportet? Põtifices:augures Romulo regnante nulli erãt:ab Numa Põpilio creati sunt:cẽsus í ciuitate.& descriptio cẽturiarũ:classiúꝙ nõ erat:ab Seruio Tullio est facta. Cõsules nunq̃ fuerant:regibus exactis:creati sunt.Dictatoris nec imperiũ:nec nomẽ fuerat:apud patres esse cœpit.Tr.Pl.ædiles:quæstores nulli erãt:institutũ est:ut fierent.Decẽuiros legibus scribẽdis ítra ducem hos annos & creauimus:& e republica sustulimus. Quis.n.dubitat qn í æternũ urbe cõdita & í ímensum crescente:noua imperia:sacerdotia:iura gentiũ hominumꝙ instituantur? Hoc ipsum ne cõnubiũ patribus cũ plebe eẽt:nõ decẽuiri tulerũt paucis his annis pessimo exẽplo cũ súma iniuria plebis? an esse ulla maior aut ísignior cõtumelia põt:quã partem ciuitatis uelut cõtaminatã:indignã cõnubio haberi? quid est aliud:quã exiliũ ítra eadẽ mœnia:quã relegationẽ pati? ne affinitatibus:ne ꝓpíquitatibus ímisceamur:cauet̃:ne societ̃ sanguis:qd hoc si polluit nobilitatẽ ístam uestrã:quã plæriꝙ oriũdi ex albanis:& sabinis nõ genere:nec sanguine:sed p cooptationẽ in patres habetis:aut ab regibus lecti:aut post reges exactos iussu populi:syncerã seruare priuatis cõsiliis nõ poteratis nec ducẽdo ex plebe:neꝙ uestras filias sororesꝙ etiã nubere sinẽdo e patribus? Nemo plebeius patriciæ uirgini uim afferret:patriciorũ ista libido est:nemo inuitũ pactioné nuptialẽ quenq̃ facere coegisset. Verũ eníuero lege id ꝓhiberi:& cõnubiũ tolli patrũ ac plebis:id demum contumeliosum plebi est.cur enim nõ cõfertis:ne sit cõnubium diuitibus:ac pauperibus:qd' priuatoꝝ consilioꝝ ubiꝙ semper fuit:ut in quam cuiꝙ fœminæ conueniset domum:nuberet:ex qua pactus esset:uir domo í matrimoniũ duceret:id uos sub legis superbissimæ uincula coniicitis:qua dirimatis societatẽ ciuilẽ:duasꝙ ex una ciuitate faciatis. Cur nõ sancitis:ne uicinus patricio sit plebeius:ne eodẽ itinere eat? ne idẽ conuiuium ineat? ne in foro eodem cõs stat? qd.n.in re est aliud:si plebeiã patricius duxerit:si patriciam plebeius? Quid iuris tandẽ mutat̃? nempe patrẽ sequunt̃ liberi:nec qd' nos ex cõnubio uestro petamus: quicq̃ est:prætereq̃ ut hominũ:ut ciuiũ numero simus:nec uos nisi í cõtumeliã ignominiamꝙ nostrã certare iuuat:quod cõtendatis:qcq̃ ẽ. Deniꝙ utrũ tandẽ Po.Ro.an uestrũ summum íperiũ é? regibus exactis utrũ uobis dominatio:an oíbus æqua libertas parta é? Oportet licere Po.Ro.si uelit iubere legẽ:an ut quæcꝙ rogatio ꝓmulgata erit:uos delectũ ꝓ pœna decernetis? & simul ego tribunus uocare tribus í suffragium cœpero:tu statim cõsul sacramẽto iuniores adiges:& í castra educes? & minaberis plebi? minaberis tribuno? Quid si nunq̃ tũ istæ minæ aduersus plebis cõsensum ualerẽt:bis iã experti essẽtis? scilicet:qa nobis cõsultum uolebatis certamine abstinuistis? an ideo non est dimicatũ:quod quæ pars firmior eadẽ modestior fuit? Nec nũc erit certamẽ qrites:aíos uíos illi tẽptabũt semp: uires nõ experient̃. Itaꝙ ad bella ista seu falsa:seu uera sunt cõsules:parata uobis plebs é:si cõnubiis redditis unã hãc ciuitatẽ tãdã facitis si coalescere:si iũgi miscericꝙ uobis priuatis necessitudíbus possunt:si spes: si aditus ad honores uiris strenuis & fortibus dat̃:si í cõsortio:si í societate reipublicæ eẽ:si qd' æque libertatis é:iuicẽ ánuis mgr̃atibus parere atꝙ íperitare licet:si hæc ípediet aliqs:ferte sermõibus:& multiplicate fama bella:nemo é nomẽ daturus:nemo arma capturus:nemo dimicaturus ꝓ supbis dominis:cũ qbus nec í republica honor:nec í priuata cõnubii societas é. Cũ í cõcioné consules ꝓcessissent:& res a ꝓpetuis oíonibus í altercationẽ uertisset:íterrogãti tribuno cur plebeiũ cõsulẽ fieri non oportet? ut fortasse uere sic paꝛ utiliter í p̃sens certamẽ respõdit:qd' nemo plebeius auspicia haberet:ideoꝙ decẽuiros cõnubium diremisse:ne incerta prole auspicia turbarentur. Plebes ad id maxime indignatione exarsit quod auspicari:tanquam iuisi diis ímortalibus negarentur posse. Nec ante finis contentionum fuit:cũ & tribunũ acerrimũ auctorẽ plebes nacta eẽt:& ipsa cum eo pertinacia certaret:quam uicti tandẽ patres:ut de connubio ferretur consensere:ita maxime rati contentionẽ de plebeis cõsulibus tribunos aut totã deposituros:aut post bellũ dilaturos esse:contentãqꝙ interim connubio plebẽ paratã delectui fore:Cum Canuleius uictoria de patribus & plebis fauore ingens esset:accensi alii tribuni ad certamen pro rogatione sua summa ui pugnant:& crescente in dies fama belli delectum impediunt. Consules cum per senatum intercedentibus tribunis nihil agi posset:consilia principum domi habebant:apparebat aut hostíbus:aut ciuíbus de uictoria concedendum esse. Soli ex consularibus Valerius atꝙ Horatius non intererant consiliis. C. Claudii sententia consules armabat in tribunos . Quintiorũ Cincinnatiꝙ & Capitolini abhorrebant a cæde : uiolandisꝙ quos fœdere icto cum plebe sacrosanctos accepissent . Per hæc consilia eo deducta res est : ut tribunos militum consulari potestate promiscue ex patribus ac plebe creari sinerent:de consulibus creandis nihil mutaretur:eoꝙ contenti tri/

Vindíc equi

Cæsa hostiũ cæla

Cõsulũ ꝓdæc i cũria cõ ma trib.

Attí Caꝛuillatio nem

Attí í tẽ pestiuũ respõsũ

Rogatio de cõnubiis plebiſ & patꝛ

buni contẽta plebs fuit:Comitia tribuuis cõſulari poteſtate tribus creãdis indicũtur:qbus indictis extẽplo quicũqꝫ aliquid ſeditioſe dixerat aut fecerat:hunc quá maxime tribunicii & præhẽſare homies: & cõcurſare toto foro candidati cœpere:ut patricios deſperatio primo irritata plebe adipiſcendi honoris;deinde ídignatio:ſi cũ his gerẽdus eſſet honos:deterreret:poſtremo coacti tamẽ a primoribus petiere:ne ceſſiſſe poſſeſſione reip.uiderent.Euentus eorꝫ comitiorꝫ docuit:alios animos in contentiõe libertatis dignitatiſqꝫ:alios ſecundum depoſita certamina in corrupto iudicio eſſe: tribunos.n.omnes patricios creauit populus:contentus ao quod ratio habita plebeiorꝫ eẽt.Hãc modeſtiá equitatẽqꝫ & altitudiné animi:ubi nũc in uno inueneris:quæ tum populi uniuerſi fuit? Anno trecẽteſimo decimo:q̃ urbs romana cõdita erat:primũ tribuni militũ ꝑ conſulibns magiſtratũ ineunt.A.Sempronius Atratinus,L. Atilius.T.Cæcilius: quorꝫ in magiſtratu cõcordia domi pacẽ ẽt foris ꝑbuit.Sunt qui ꝑp adiectũ Equorꝫ Volſcorũqꝫ bello & Ardeatiũ defectioni ueiens bellũ:qa duo cõſules obire tot ſimul bella negrẽt:tribunos militũ tres creatos dicãt:ſine mẽtione ꝓmulgatæ legis de cõſulibus creandis ex plebe & impio & inſignibus cõſularibus uſos:nõ tamẽ pro firmato iã ſtetit magiſtratus eius ius:quia tertio mẽſe:quam inierũt:augurꝫ decreto perinde:ac uitio creati honore abiere:qd'.C.Curiatius:q comitiis eorꝫ ꝓfuerat:parꝫ recte tabernaculũ cepiſſet.Legati ab ardeatibus Romam uenerũt ita de iniuria querentes:ut ſi demeret ea ĩ fœdere atqꝫ amicitia manſuros reſtituto agro appareret.Aa ſenatu reſpõſum eſt iudicium populi reſcindi ab ſenatu nõ poſſe:prætereq̃ qd' nullo:nec exemplo:nec iure fieret:cõcordiæ etiá ordinũ cauſa:ſi ardeates ſua tempora expectare uelint:arbitriũqꝫ ſenatui leuandæ iniuriæ ſuæ ꝓmittant:fore ut poſtmodũ gaudeát ſe iræ moderatos:ſciátqꝫ patribus æque curæ fuiſſe:nequa iniuria ĩ eos oriretur ac ne orta diuturna eſſet.Ita legati:cum ſe rem integrá relaturos dixiſſent:comiter dimiſſi.Patricii:cum ſine curuli magiſtratu reſp.eẽt:coiere:& interregem creauere:cõtentio conſules ne an tribuni militũ crearentur in ĩterregno rem dies cõplures tenuit.Interrex ac ſenatus cõſulum comitia:tribuni plebis & plebs tribunorꝫ militũ:ut habeantur:tendũt.Vicerunt patres:quia plebs patriciis ſeu hunc:ſeu illũ delatura honorem:fruſtra certare ſuperſedit:& principes plebis ea comitia malebãt: quibus nõ haberetur ratio ſua:quam quibus ut ídigni præterirent:tribuni quoqꝫ plebis certamẽ ſine effectu in beneficio apud primores patrũ reliquere.T.Quintius Barbatus interrex cõſules creat.L.Papyriũ Mugilanum.L.Séproniũ Atratinum.His cõſulibus cũ ardeatibus fœdus renouatũ é: idqꝫ monumenti eſt:cõſules eos illo anno fuiſſe:q neqꝫ in annalibus priſcis:neqꝫ in libris magiſtratuũ inueniũtur:credo quod tribuni militũ initio anni fuerũt:eo ꝓinde ac ſi totum annũ in impio fuerint:ſuffectis his cõſulibus præter miſſa nomina cõſulum horꝫ.Licinius Macer auctor eſt:& ĩ fœdere ardeatino:& in lĩteis libris ad Monetæ inuentis.Et foris cũ tot terrores a finitimis oſtẽtati eſſent:& domi otiũ fuit. Hũc annum ſeu tribunos mõ:ſeu tribunis ſuffectos conſules quoqꝫ habuit:ſeqtur annus haud dubiis cõſulibus.M.Geganio Macerio iterꝫ.T.Quintio Capitolino.V. conſule.Idé hic annus céſuræ initium fuit rei a ꝓparua origíe ortæ quæ deide tanto ĩcremento aucta eſt:ut morꝫ diſciplinæqꝫ romanæ penes eã regímen:ſenatus:eqtumqꝫ centuriis decoris dedecoriſqꝫ diſcrimen:ſub dicione eius mgr̃atus : publicorꝫ ius priuatorumqꝫ locorꝫ:uectigalia Po.Ro ſub nutu:atqꝫ arbitrio eẽnt.Ortum autẽ initiũ rei eſt:quod ĩ populo ꝑ multos annos incenſo:neqꝫ differri cenſus poterat:neqꝫ conſulibus cũ tut populorum bella íminerẽt:operæ erat id negotiũ agere:mentio illata ab ſenatu é:rem operoſam : ac minime conſularem ſuo proprio magiſtratu egere:cui ſcribarꝫ miniſteriũ cuſtodiæqꝫ:& tabularꝫ cura:cui arbitriũ formulæ cenſendi ſubiiceretur.Patres q̃q̃ rem paruam:tamẽ quo plures patricii magiſtratus ĩ repu.eſſent:læti accepere id quod euenit:futurum etiã credo rati:mox ut ope eorꝫ:q ꝑeſſent ipſi honori:ius maieſtatemqꝫ adiicerent:& tribuni id quod tũc erat magis neceſſariũ q̃ ſpecioſi miniſterii procuratiõé ĩturntes:ne ĩ paruis quoqꝫ rebus ĩcommode aduerſarentur:haud ſane tetendere:cũ a primoribus ciuitatis ſpretus honor eſſet:Papyrium Semproniumqꝫ:quorꝫ de cõſulatu dubitaẽ:ut eo mgr̃atu parꝫ ſolidũ cõſulatum explerent:cenſui agẽdo populus ſuffragiis præfecit:cẽſores ab re appellati ſunt.

Dum hæc Romæ geruntẽ:legati ab Ardea ueniũt ꝓ ueterrima ſocietate:renouatoqꝫ fœdere recẽti auxiliũ ꝓpe euerſæ urbi iplorátes:frui náqꝫ pace optimo cõſilio cũ.Po.Ro.ſeruata ꝑ ĩteſtina arma nõ licuit:quorꝫ cã atqꝫ initiũ traditẽ ex certamie factionũ ortũ:q̃ fuere erũtqꝫ pluribus populis magis exitio:quá bella externa:quá fames morbiue:q̃qꝫ alia ĩ deũ iras uelut ultima publicorꝫ malorꝫ uertũt.Virginé plebeii generis maxie forma notá petiere iuuenes : alter uirgini genere par tutoribus frætus:q & ipſi eiuſdẽ corporis erant:nobilis alter nulla re ꝑterq̃ forma captus:adiuuabant eũ optimatium ſtudia per quæ ĩ domũ quoqꝫ puellæ certamẽ partiũ penetrauit:nobilis ſuperior iudicio matris eſſe:quæ q̃ſplendidiſſimis nuptiis iũgi puellá uolebat:tutores in ea quoqꝫ re partium memores ad ſuum tendere cum res peragi intra parietes nequiſſet:uentum in ius eſt:poſtulatu audito matris tutorumqꝫ: magiſtratus ſecundum parentis arbitrium dant ius nuptiarum:ſed uis potentior fuit:namqꝫ tutores inter ſuæ partis homines de iniuria decreti palam ĩ foro concionati:manu facta:uirginem ex domo matris rapiunt:aduerſus quos infeſtior coorta optimatium acies ſequitur accenſum iniuria iuuenem:fit prælium atrox:pulſa plebs nihil romanæ plebi ſimilis armata ex urbe ꝓfecta colle quodam capto ĩ agros optimatim cum ferro ignicꝫ excurſiones facit:urbẽ quoqꝫ omnis etiam experté ante certaminis:multitudine opificũ ad ſpem prædæ euocata obſidere parat:nec ulla ſpecies cladeſqꝫ belli abeſt:uelut contacta ciuitate rabie duorum iuuenũ:funeſtas nuptias ex occaſu patriæ petentiũ.Parꝫ parti utriqꝫ domi armorũ belliqꝫ é uiſum:optimates romanos ad auxiliũ urbis obſeſſæ plebs ad expugnandã ſecum Ar

Tribũi militares cõſulari poteſtate

L.Papyrius.L. Sépronius cõſul.

M.Geganius T.Quintius cõſul.

Cẽſorie ptãtis origo Papyrio & Sempronius ꝑmi cẽſores.

Atr in nuptiis certamen

deam Volſcos exciuere.Priores Volſci duce equo Ciuilio Ardea uenerũt:& mœnibus hoſtiũ uallum obiecere.Quod ubi Romam eſt nũciatum:extẽplo.M.Geganius cõſul cum exercitu ꝓfectus tria mília paſſuum ab hoſte locũ caſtris cepit:p̃cipitiq; iam die curare corpora milites iubet:quarta deíde uigilia ſigna ꝓfert:cœptũq; opus adeo approperatũ eſt:ut ſole orto uolſci firmiore ſe muniméto ab romanis circũuallatos:quam a ſe urbem uiderẽt:& alia parte cõſul muro Ardeæ brachiũ iniũxerat: qua ex oppido ſui cõmeare poſſent.Volſcus imperator:qui ad eã diem nõ cõmeatũ p̃parato:ſed ex populatione agroꝝ rapto in diem frumento aluiſſet militẽ:poſteaq; ſeptus uallo repente inops oíum rerum erat ad colloquiũ cõſule uocato:ſi ſoluẽdæ obſidionis cã uenerit romanus:abductuꝰq; ſe íde Volſcos ait.Ad uerſus ea cõſul uictis cõditiones accipiẽdas eſſe nõ ferẽdas reſpõdit:neq; ut uenerint ad oppugnandos ſocios Po.Ro.ſuo arbitrio:ita abituros Volſcos eſſe:dedi íperatorem:arma poni iubet fatẽtes uictos ſe eſſe & imperio parere:aliter tã abeuntibus:quã manẽtibus ſe hoſtẽ íſenſum uictoriã potius ex uolſcis: quã pacẽ infidam Romã relaturꝰ.Volſci exiguam ſpem í armis alia undiq; abſciſa cũ téptaſſent: præter cætera aduerſa loco quoq; iniquo ad pugnã congreſſi:iniquiore ad fugã:cũ ab oí partæ cæderent ad p̃ces a certamine uerſi:dedito imperatore:traditiſq; armis:ſub iugum miſſi:cum ſingulis ueſtimentis:ignominiæ cladiſq; pleni dimittuntur:& cũ haud ꝓcul urbe Tuſculo conſediſſent:uetere Tuſculanoꝝ odio inermes oppreſſi dederũt pœnas:uix nunciis cædis relictis.Romanus cõſul Ardeæ turbatas ſeditiõe res pricipibus eius motus ſecuri percuſſis:boniſq; eoꝝ í publicũ ardeatium redactis:cõpoſuit demptamq; iniuriam iudicii tanto beneficio Po.Ro.ardeates credebant:ſenatui ſupeſſe aliquid ad delendũ publicæ auariciæ monumentum uidebatur.Conſul triumphans í urbem redit:Ciuilio uolſcorum duce ante currum ducto:prælatiſq; ſpoliis:qbus dearmatũ exercitũ hoſtium ſub iugum miſerat. Aequauit:quod haud facile eſt.Quintius cõſul togatus armati gloriã collegæ:qua cõcordiæ paciſque domeſticam curã iura ímis ſummiſq; moderando ita tenuit:ut eum:& patres ſeuerum cõſulem:& plebs ſatis comem crediderint:& aduerſus tribunos:auctoritatæ plura:quam certamine tenuit:qnq; conſulatus eodem tenore geſti:uitaq; omnis conſulariter acta:uerendum pene ipſum magis quã honorabilem faciebat:eo tribunoꝝ militarium nulla mentio his cõſulibus fuit. Cõſules creãt.M.Fabiũ Vibulanum Poſthumiũ Ebutium Corniciné.Fabius & Ebutius cõſules quo maiori gloriæ reꝰ domi foriſq; geſtaꝰ ſuccedere ſe cernebant:maxime auté memorabilé annũ apud finitimos ſocíos hoſteſq; eé:quod ardeatibus í re præcipiti tãta foret cura ſubuentum:eo impenſius ut delerét prorſus ex animis hominũ ífamiã iudicii ſenatuſconſultũ fecerunt:ut quoniã ciuitas ardeatiũ inteſtino tumultu redacta ad paucos eſſet:coloni eo præſidii cauſa aduerſus Volſcos ſcriberentur.Hoc palã relatum in tabulas:ut plebem tribunoſq; falleret iudicii reſcíndẽdi cõſilium initũ:cõſenſerãt auté:ut multo maiore parte rutuloꝝ colonoꝝ:quã romanoꝝ ſcripta:nec ager ullus diuideretur:niſi is:qui iterceptus iudicio infami erat:nec ulli prius romano ibi:quã oíbus rutulis diuiſus eẽt:gleba ulla agri aſſignaret. Sic ager ad ardeates rediit:triũuiri ad coloniã Ardeã deducendam creati Agrippa Menenius.T.Cluilius.Sucu-
lus.M Ebutius Helua:qui præter minime populare miniſteriũ agro aſſignãdo ſociis quẽ Po.Ro.ſuũ iudicaſſet:cũ plebem offendiſſent:nec primoribus qdẽ patrum ſatis accepti:quod nihil gratiæ cuiuſq; dederãt:uexationes ad populũ iam die dicta ab tribunis:coloni aſcripti remanẽdo í colonia:quã teſtẽ ítegritatis iuſticiæq; habebãt:uitauere.Pax domi foriſq; fuit:& hoc & íſequẽti anno.C.Furio Pacilio:& M.Papyrio Craſſo cõſulidus.Ludi ab decẽuiris p̃ ſeceſſionẽ plebis a patribus ex ſebatuſcõſulto uoti eo anno facti ſunt.Cauſa ſeditionũ nequicq̃ a Petilio q̃ſita:qui tribunus plebis iteꝰ ea ipſa denunciando factus:neq; ut de agris diuidendis plebi referrẽt cõſules ad ſenatũ ꝓuicere potuit:& cũ magno certamine obtinuiſſet:ut cõſulerent p̃es:cõſulũ an tribunoꝝ placeret comitia haberi:cõſules creari iuſſi ſunt: ludibrio erãt minæ tribuni denũciãtis ſe delectũ ípediturꝰ:cũ qetis finitimis neq; bello:neq; belli apparatũ opus eſſet.Seqtur hãc tranqllitatẽ reꝰ annus:Proculo Geganio Macerino.L.Menenio Lanato cõſulibus multiplici clade ac piculo íſignis:ſeditiõibus:fame regno ꝓpe p̃ largitionis dulcedinẽ í ceruices accepto.Vnũ abfuit bellũ externũ:quo ſi aggrauatæ res eſſent.uix ope deoꝝ oíum reſiſti potuiſſet. Cœpe a fame mala:ſeu aduerſus annus frugibus fuit:ſeu dulcedíe cõcionũ & urbis deſerto agroꝝ cultu:nã utrũq; traditur:& patres plebẽ deſidem:& tribuni plebis nũc fraudẽ:nũc negligẽtiã cõſulũ accuſabãt.Poſtremo ꝓpulere plebem haud aduerſante ſenatu:ut.L.M. p̃fectus annonæ crearet:felicior í eo mgr̃atu ad cuſtodiam libertatis futurus:quã ad curationẽ miniſterii ſui:q̃q̃ poſtremo annonæ quoq; leuatæ haud ímeritã gratiã & gloriã tulit.Qui cũ multis circa finitimos populos legatiõibus terra mariq; nequicq̃ miſſis:niſi quod ex Ethruria haud ita multum frumenti aduectum eſt:ut nullũ momentũ annonæ feciſſet:& reuolutus ad diſpenſationẽ inopiæ profiteri cogendo frumẽtum & uændere qd̃ uſu menſtruo ſupeſſet:fraudãdoq; partem diurni cybi ſeruitia:criminãdo íde & obiiciẽdo iræ populi frumentarios acerba inquiſitione aperiret magis:quam leuaret inopiam:multi ex plebe ſpe amiſſã potius:quam ut cruciarentur trahendo animã capitibus obuolutis ſe í tyberim præcipitauerunt.Tũ Sp. Melius ex equeſtri ordíe:ut illis temporibus prædiues:rem utilẽ peſſimo exẽplo:peiore cõſilio eſt aggreſſus:frumẽto nãq; ex Ethruria priuata pecunia per hoſpitũ clieniiũq; miniſteria coempto:quæ credo ipſa res ad leuandã publica cura annonã ípediméto fuerat:largitiões frumẽti facere íſtituit:plebẽq; hoc munere delinitam:quacũq; ícederet cõſpectus:elatuſq; ſupra modũ hominis priuati:ſecum trahere haud dubiũ cõſulatũ ei fauore:ac ſpe deſpondentẽ.Ipſe:ut eſt animus humanus inſatiabilis:eo qd̃ fortuna ſpondet:ad altiora & non conceſſa tendere:& quoniam cõſulatus quoq; eripiẽdus inuitis pa-

Volſci ad ardeam ſub iugatur

M.Fabius poſthumius ɔſul.

Ager ardeatibꝫ ſtituit

Furius pacilius M.papirius cõſul. Proculus ge ganius L.Menenius conſ.

Fames

Sp.Melii largitio

tribus esset:de regno agitare:id unũ dignũ tanto apparatu cõsiliorũ & certaminũ:quod ingens exudã dũ esset:præmiũ fore. Iam comitia cõsularia instabãt:quæ res eum nec dũ cõpositis:maturisue satis cõ siliis oppressit. Consul. VI. creatus. T. Quintius Capitolinus minime opportunus uir nouãti res:colle/ ga additur ei Agrippa Menenius:cui Lanato erat cognomen:&. L. Minutius præfectus annonæ seu re fectus:seu quod id res poscceret in ĩcertum creatus:nihil.n. constat nisi in libros linteos utroq; anno re latũ inter mgr̃atus p̃fecti nomen. Hic Minutius eandẽ reip. curationẽ agẽs:quam Melius priuati agẽ/ dã susceperat:cum ĩ utraq; domo genus idẽ hoĩum uersaretur:rem cõpertam ad senatum refer:tæla ĩ domum Melii cõferri:eumq; conciones domi habere:ac nõ dubia regni cõsilia esse:tempus agẽdæ rei nondum stare:cætera iã conuenisse:& tribunos mercede emptos ad prodendam libertatem & partita ducibus multitudinis ministeria esse:serius se pene:quam tutũ fuerit:ne cuius incerti uaniq; auctor es set:ea deferre. Quæ posteaq̃ sunt audita:& undiq; primores patrum & prioris anni consules increpa/ rent:quod eas largitiones cœtusq; plebis in priuata domo passi essent fieri:& nouos consules qd' expe ctassent:donec a præfecto annonæ tanta res ad senatũ deferretur:quæ cõsulem nõ auctorem solũ desi deraret:sed etiam uindicem. Tunc Quitius cõsules merito ĩcrepari ait:qui cõstricti legibus de prouo catione ad dissoluendũ imperiũ latis:neq̃q̃ tantũ uiriũ in magistratu ad eã rem pro atrocitate uindicã dam:q̃tũ animi haberent:opus esse non forti solum uiro:sed ẽt libero:exolutoq; legum uinculis. Itaq; se dictatorẽ. L. Quintiũ dicturum:ibi aĩum parem tantæ potestati esse. Approbantibus cunctis prĩo. Quintius abnuere:& qd sibi uellent:rogitare:qui se ætate exacta tantæ dimicationi obiicerent? Dein cũ undiq; plus in illo senili aĩo non cõsilii modo:sed etiam uiriutis esse:quã in oĩbus aliis dicerent:lau/ dibusq; haud ĩmeritis onerarent:& cõsul nihil remitteret:præcatus tãdem deos ĩmortales Cincĩna/ tus ne senectus sua in tã trepidis rebus damno dedecoriq; reip. esset:dictator a cõsule dicitur:ipse dein/ de. C. Seruiliũ Halam magistrũ equitum dicit. Postero die:dispositis præsidiis:cum in forum descen/ disset:cõuersaq; in eum plebs nouitate rei ac miraculo esset:& meliani & ipse dux eorũ in se ĩtentã uim tanti imperii cernerent:exptes consiliorũ regni:qui tumultus:quod bellum repẽs:aut dictatoriã maie statẽ:aut Quintiũ post octogesimũ annum rectorem reipublicæ quæsisset:rogitarẽt:missus ab dicta/ tore Seruilius magister equitum ad Melium:uocat te:ĩquit dictator:cum pauidus ille:quid uellet:q̃re ret:Seruiliusq; cãm dicendã esse proponeret:crimenq; a Minutio delatũ ad senatum: diluẽdum: tunc Melius recipere se ĩ cateruã suorum:& primum circũspectãs tergiuersari:postremo cum apparitor ius su magistri equitũ duceret:ereptus a circũstãtibus:fugiensq; fidẽ plebis romanæ ĩploraret:& opprimi se cõsensu patrũ diceret:quod plebi benigne fecisset:orare:ut opẽ sibi ultimo in discrimĩe ferrẽt: neue ante oculos suos trucidari sinerẽt. Hæc eum uociferãtem assecutus Hala Seruilius obtrũcat:respersus/ que cruore obtruncati:stipatusq; caterua patriciorũ iuuenũ dictatori renũciat:uocatũ ad eum Meliũ repulso apparitore cõcitãtem multitudinẽ pœnã meritã habere. Tũ dictator macte uirtute:inqt. Serui li esto:liberata republica:tumultuãtem deide multitudinem ĩceria existimatiõe facti ad cõcionem uo cari iussit:& Melium iure cæsum ꝓnũciauit:etiã si regni crimĩe ĩsons fuerit:q uocatus a magistro eq/ tũ ad dictatorẽ nõ uenisset:se ad cãm cognoscẽdam cõscẽdisse:qua cognita habituꝝ fuisse Meliũ simi/ lẽ causæ fortunã:uim parãtem ne iudicio se cõmitteret ui coercitũ esse:nec cũ eo tanq̃ cũ ciue agendũ fuisse:i natus ĩ libero populo ĩter iura. legesq;:ex qua urbe reges exactos sciret:eodemq; anno fororis fi lios regis:& liberos cõsulis liberatoris patriæ ꝑ pactionem ĩdicatã recipiẽdoꝝ ĩ urbem regũ a pr̃e se/ curi esse percussos:ex qua Collatinũ Tarquiniũ cõsulem nominis odio abdicare se magistratu atq; exula re iussum:in qua de Sp. Cassio post aliquot annos:propter cõsilia inita de regno:suppliciũ sumptũ:in qua nuper decẽuiros bonis exilio capite mulctatos ob superbiã regiã in ea:Sp. Melius spem regni cõce perit:& quis homo? q̃q̃ nullã nobilitatẽ:nullos honores:nulla merita:cuiquã ad dominationẽ pande re uiam:sed tamen Claudios:Cassios cõsulatibus:decẽuiratibus suis. maiorũq; honoribus: splendore familiaꝝ sustuliss aĩos:quod nefas fuerit. Sp. Meliũ:cui tribunatus plebis magis optandus:quam spe randus fuerit:frumentarium diuitem bilibre farris speraſſe libertatẽ se ciuiũ suorũ emisse:cyboq; obii ciẽdo ratum uictorem finitimorũ oĩum populum in seruitutẽ perlici posse:ut quæ senatorem conco/ quere ciuitas uix posset:regem ferret Romuli conditoris ab diis orti:recepti ad deos insignia:atq; im/ perium habentem nõ pro scelere id magis:quam pro monstro habendum? Nec satis eẽ sanguine eius expiatum:nisi tecta:patieteq; ĩtra quæ tantum amentiæ conceptum esset:dissiparentur:bonaq; con/ tacta pretiis regni mercandi publicarentur. Iubere itaq; quæstores uændere ea bona:atq; in publicum redigere:domum deinde:ut monumento area esset oppressæ nefariæ spei dirui extemplo iussit:id eq/ melium appellatum est. L. Minutius boue aurato extra portam trigeminam est donatus ne plebe qui dem inuita:quia frumentum melianum assibus ĩ modios æstimatum plebi diuisit. Hunc Minutium apud quosdam auctores transisse a patribus ad plebem undecimumq; tribunum plebis cooptatum: seditionem motam ex meliana cæde sedasse inuenio:cæterum uix credibile numerꝝ tribunorꝝ patres augeri passos:idq; potissimũ exemplum a patricio homine ĩtroductũ:nec deinde id plebi concessum semel obtinuisse:aut certe temptasse:sed ante omnia refellit falsum imaginis titulum paucis ante an/ nis lege cautum:ne tribunis collegam cooptare lteret. Qu. Cecilius. Q. Iunius Sex. Titinius soli ex col legio tribunorum neq; tulerant de honoribus Minutii legem:& criminari nunc Minutium:nunc ser uilium apud plebem:queriq; indignam necem Melii non destiterant:peruicerunt igitur:ut tribuno/ rum militum:potius:quam cõsulum comitia haberentur:haud dubii:quin sex locis tot. n. iã creari li/

T. Quĩtius Agrip/ pi con/ sul.

L. Quintius di/ ctator

Sp. Me/ lius oc/ ciditur

Atq; fe/ rocem Quĩtii oronẽ ĩ Sp. Me/ lium

eq. me/ liũ Pli/ nius nõ boue sed sta/ tua do/ natũ ait

Tribũi militares

cebat:& plebeii aliqui profitẽdo ſe ultores fore melianæ cædis crearentur.Pleps q̃q̃ agitata multis eo anno & uariis motibus erat:nec plures:quam tres tribunos cõſulari poteſtate creauit:& in iis.L.Quĩtium Cincinatũ filiũ:ex cuius dictaturæ inuidia tumultus q̃rebaẽ:p̃latus ſuffragiis Quintio Mamercus Aemylius uir ſũmæ dignitatis.L.Iuliũ tert.creant.In hoc mgr̃atu Fidenæ colonia romana ad lartẽ Tolumniũ ueientiũ regem:ac ueientes defecere.Maius additũ defectioni ſcelus.C.Fulciniũ: Cloeliũ Tulliũ:Sp.Antiũ.L.Roſciũ legatos romanos cauſam noui conſilii querentes iuſſu Tolumnii interfecerunt.Leuant q̃dã regis facinus in teſſeraꝝ proſpero iactu:uocẽ eius ambiguã:ut occidi iuſſiſſe uideretur:a fidenatibus exceptã:cauſam mortis legatis fuiſſe:rem incredibilẽ interuentu fidenatiũ nouoꝝ ſociorꝝ conſulentium de cæde ruptura ius gentiũ:non auerſum ab intẽtiõe luſus animũ:nec deinde in horroré uerſum facinus.Propius eſt fidẽ obſtringi fidenatium populum:ne reſpicere ſpem ullam ab romanis poſſet conſcientia tanti ſceleris uoluiſſe.Legatoꝝ:qui Fidenis cæſi erant:ſtatuæ publicæ ĩ roſtris poſitæ ſunt.Cũ ueientibus fidenatibuſq̃ p̃terquã finitimis populis:ab cã etiã tam nefanda bellũ exorſis:atrox dimicatio inſtabat.Itaq̃ ad curã ſummæ reꝝ quieta plebe tribuntiq̃ eius nihil controuerſiæ fuit:quĩ cõſules crearenẽ M.Gaganius Macerinus tert.&.L.Sergius Fidenas:a bello:credo:qd̃ deinde geſſit:appellatus.hic.n.primus cis Anienẽ cũ rege Veiẽtium ſecundo prælio conflixit.nec ĩ cruentam uictoriã rettulit.Maior itaq̃ ex ciuibus amiſſis dolor:quam lætitia fuſis hoſtibus fuit:& ſenatus ut ĩ trepidis rebus dictatorẽ dici Mamercũ Aemyliũ iuſſit:is magiſtrum equitum ex collegio prioris anni:quo ſimul tribuni militũ cõſulari poteſtate fuerãt.L.Quintiũ Cincinatum dignũ parente iuuenem dixit.Ad delectũ a conſulibus habitũ:centuriones urteres belli periti adiecti:& numerus amiſſoꝝ proxima pugna expletus.Legatos Quintiũ Capitolinũ &.M.Fabium Vibulanũ ſequi ſe dictator iuſſit.Tum poteſtas maior:tũ uir quoq̃ poteſtati par:hoſtes ex agro romano trans anienẽ ſubmoueẽ: colleſq̃ intra Fidenas atq̃ anienẽ ceperunt referentes caſtra:nec ante ĩ campos digreſſi ſunt:quã legiones auxilio faliſcoꝝ uenerunt:tum demum caſtra Ethruſcoꝝ pro mœnibus Fidenaꝝ poſita: Et dictator romanus haud procul ĩde ad cõfluentes cõſedit in utriuſq̃ ripis amnis:qua ſequi munimento poterat uallo interpoſito:poſtero die in aciẽ eduxit.Inter hoſtes uariæ fuere ſententiæ:faliſcus procul ab domo militiã ægre patiens:fatiſq̃ fidens ſibi poſcere pugnã:ueienti fidenatiq̃ plus ſpei in trahẽdo bello eſſe.Tolumnius:q̃q̃ ſuoꝝ magis placebant conſilia:ne longinquã militiã nõ paterenẽ faliſci:poſtero die ſe pugnaturꝝ dicit:Dictatori ac romanis:quod detrectaſſet pugnã hoſtis:animi acceſſere.Poſtero die iã militibus caſtra urbemq̃ ſe oppugnaturos fremẽtibus:ni copia pugnæ fiat:utrinq̃ acies ĩter bina caſtra in mediũ cãpi ꝓcedunt.Veiens multitudine abũdans:qui ĩter dimicationẽ caſtra romana aggrederentur:poſt mõtes circũmiſit:trium populoꝝ exercitus ita ſtetit inſtructus: ut dexterum cornu ueientes:ſiniſtrum faliſci tenerent:medii fidenatus eẽnt.Dictator dextero cornu aduerſus faliſcos:ſiniſtro contra ueiẽtem Capitolinus Quintius intulit ſigna:ante mediã aciẽ cũ equitatu magiſter equitum ꝓceſſit.Parumꝑ ſilentium & quies fuit:nec Ethruſcis:niſi cogerenẽ:pugnã inituris:& dictatore arcem romanã reſpectante:ut ex auguribus ſimul aues rite admiſſæ eſſent:excõpoſito tolleretur ſignũ:qd̃ ſimul ubi cõſpexit primos equites:clamore ſublato:ĩ hoſtem emiſit:ſecuta peditum acies ĩgẽti ui cõflixit:nulla parte legiões Ethruſcæ ſuſtinere impetũ romanoꝝ:eques maxĩe reſiſtebat:equitumq̃ lõge fortiſſimus ipſe rex:ab omni parte effuſe ſeq̃ntibus obequitãs romanis trahebat certamẽ.

Coſſus larté Tolumnium occidit

Erat tum ĩter equites tribunus militũ.A.Cornelius Coſſus eximia pulchritudĩe corporis aĩo ac uiribus par.memorq̃ generis:quod ampliſſimũ acceptũ maius auctiuſq̃ reliquit poſteris:is cũ ad impetũ Tolumnii quacũq̃ ſe ĩtendiſſet:trepidãtes romanas uideret turmas:iſignẽq̃ eũ regio habitu uolitanté tota acie cognouiſſet:hiccine eſt:inqt:ruptor fœderis humani:uiolatorq̃ gentiũ iuris? iam ego hanc mactatam uictimã:ſi modo ſancti quicquã in'terris eſſe dii uolunt legatoꝝ manibus dabo:calcaribus ſubditis infeſta cuſpide in unũ fertur hoſtẽ:quẽ cũ ictũ equo deieciſſet:cõfeſtim & ipſa haſta innixus ſe in pedes excipit:aſſurgentẽ ibi regẽ umbone reſupinat:repetitumq̃ ſæpius cuſpide ad terram affixit:tum exãgui detracta ſpolia:caputq̃ abſciſſum uictor ſpiculo gerẽs terrore cæſi regis hoſtes fundit:ita eqtum quoq̃ fuſa acies:quæ una fecerat anceps certamẽ.Dictator:fugatis legionibus: inſtat : & ad caſtra cõpulſos cædit:fidenatium plurimi locoꝝ noticia effugere ĩ montes . Coſſus tyberim cũ eqtatu trãſuectus:ex agro ueientano ingẽtem detulit p̃dam ad urbẽ.Inter p̃lium & ad caſtra romana pugnatum ẽ:aduerſus parteẽ copiaꝝ ab Tolumnio:ut ante dictũ eſt:ad caſtra miſſam.Fabius Vibulanus corona primũ uallũ defendit:intentos deĩde hoſtes in uallũ:egreſſus dextra principali cũ triariis repẽte inuadit:quo pauore iniecto cædes minor quia pauciores erãt fuga nõ minus trepida quã ĩ acie fuit. Oĩbus locis re bene geſta dictator ſenatuſcõſulto iuſſuq̃ populi triũphans in urbẽ redit.Longe maximũ triũphi ſpectaculũ fuit.

Coſſus opima Spolia dedicit

Coſſus ſpolia opima regis ĩterfecti gerens:in eũ milites carmina incondita æquantes eũ Romulo canere:ſpolia in æde Iouis Feretrii prope Romuli ſpolia:quæ prima opima appellata ſola ea tẽpeſtate erant : cũ ſolemni dedicatione dono fixit:auerteratq̃ in ſe a curru dictatoris ciuium ora & celebritatis eius diei fructũ ꝓpe ſolus tulerat.Dictator coronã aureã libræ pondo ex publica pecunia populi iuſſu ĩ capitolio Ioui donũ poſuit.Oẽs ante me auctores ſecutus.A.corneliũ Coſſum tribunum militũ ſecũda ſpolia opima Iouis Feretrii tẽplo intuliſſe expoſui: cæteraꝝ preterq̃ quod ea rite opima ſpolia habentur:quæ dux duci detraxerit:nec ducẽ nouimus:niſi cuius auſpicio bellũ geriẽ:titulus ipſe ſpoliis ĩſcriptus illos meq̃ arguit:cõſulẽ ea Cuſſium cepiſſe:hoc ego cũ Auguſtũ Cæſarem temploꝝ omniũ conditorẽ aut reſtitutorẽ ingreſſum ædem Feretrii Iouis:quã uetuſtate dilapſam

refecit ſeipſum in thorace linteo ſcriptū legiſſe audiſſem, ppe ſacrilegiū ratus ſum Coſſum ſpoliorum ſuoꝝ: Cæſaréq; ipſius tẽpli auctoré ſubtrahere teſtẽ: q ſi ea in re error: qđ tam ueteres annales quodq; magiſtratuū libri: quos linteos ī æde repoſitos Monetæ Macer Licinius citat idẽtidem auctores: ſeptimo poſt demū anno cū. T. Quintio Peno Aulū Corneliū Coſſum conſulé habeāt: exiſtimatio cõmunis oĩbus eſt: nā ét illud accedit: ne tā clara pugna in eū annū trāſferri poſſet: qđ ībelle triēnium ferme peſtilétia inopiaq; frugū circa. M. Corneliū cõſulé fuit: adeo ut quidā annales uelut funeſti nihil p̄ter noĩa cõſulū ſuggerāt: tertius ab cõſulatu Coſſiānus tribunū eū militū cõſulari ptāte habet: eodé anno magiſtrū eqtum quo in imperio alteram inſignem ædidit pugnam equeſtrem: ea libera cõiectura eſt: ſed ut ego arbitror: uana uerſare in oés opiniones licet: cum auctor pugnæ recẽtibus ſpoliis ī ſacra ſede poſitis: Iouem prope ipſum: cui uota erant: Romulúq; intuens: haud ſpernendos falſi tituli teſtes ſeſe A. Cornelium conſulem ſcripſerit. M. Cornelio maluginenſe. L. Papyrio Craſſo conſulibus: exercitus in agrum ueientem ac faliſcum ducti: prædæ abactæ hominum pecorumq;: hoſtis in agris nuſquam inuentus: neq; pugnandi copia facta: urbes tamen non oppugnatæ quia peſtilétia populum inuaſit & ſeditiones domi quæſitæ ſunt: nec motæ tamé ab Sp. Melio tri. ple. qui fauore nominis moturum ſe aliquid ratus: & Minutio diem dixerat: & rogationem de publicandis bonis Seruilii Halæ tulerat: falſis criminibus a Minutio circūuentum Melium argués Seruilio cædem ciuis ĩdemnati obiiciẽs: quæ uaniora ad populum ipo auctore fuere: cæterum magis uis morbi ingraueſcẽs curæ erat terroreſq; ac prodigia: maximeq; crebris motibus terræ ruere in agris nūciabantur tecta obſecratio itaq; a populo duūuiris præeuntibus facta. Peſtilentior inde annus Claudio Iulio iterum &. L. Virginio conſulibus: tãtum metum uaſtitatis in urbem agriſq; fecit: ut non modo prædãdi cauſa quiſquam ex agro romano nō exiret: belliue iferẽdi memoria patribus aut plebi eſſet: ſed ultro fidenates: qui ſe primo aut oppido aut montibus aut muris tenuerant: populabundi deſcenderent in agrum romanum: deinde ueientium exercitu accito: nam faliſci perpelli ad inſtaurandum bellum: neq; clade romanorum: neq; ſociorum precibus potuere: duo populi trāſiere anienem: atq; haud procul collina porta ſigna habuere: Trepidatū itaq; nō in agris magis: quā in urbe eſt. Iulius cõſul ī aggere muriſq; explicat copias Ab Virginio ſenatus ī æde Quirini cõſulit dictatorẽ dici. A. Seruiliū placet: cuiq; Priſco alii: alii Structo fuiſſe cognomé tradūt. Virginius: dū collegā cõſuleret moratus: pmittẽte eo nocte dictatorẽ dixit: is ſibi magiſtrū equitū Poſthumiū Ebuciū Heluiū dicit. Dictator oés luce prīa extra portā collinā ad eſſe iubet quibuſcunq; uires ſuppetebant ad arma ferenda: præſto fuere: ſigna ex ærario prompta feruntur ad dictatorem: quæ cū agerentur: hoſtes in loca altiora cõceſſere eo dictator agmine infeſto ſubit: nec ꝑcul Nomento: ſignis collatis: fudit hetruſcas legiones. compulit inde in urbem Fidenas ualloq; circūdedit ſed neq; ſcalis capi poterat urbs alta & munita: neq; in obſidione uis ulla erat: quia frumentum nō neceſſitati modo ſatis: ſed copiæ quoq; abunde ex ante conuecto ſufficiebat. Itaq; ex pugnãdi pariter cogendiq; ad deditionẽ ſpe amiſſa: dictator in locis ꝑpter ꝑpinquitatem notis ab auerſa parte urbis maxime neglecta: quia ſuapte natura tutiſſima erat: agere in arcem cuniculū inſtituit. Ipſe: diuerſiſſimis locis ſubeūdo ad mœnia quadrifariam diuiſo exercitu: qui alii: aliis ſuccederẽt ad pugnã: cõtinenti die ac nocte prælio: ab ſenſu opis hoſtes auertebat: donec ꝓfoſſo a caſtris monte: erecta in arcẽ uia eſt: intẽtiſq; hetruſcis ad uanas a certo ꝑiculo minas clamor ſupra caput hoſtilis captā urbẽ oſtẽdit. Eo anno. C. Furius. P. Acilius: &. M. Geganius Macerinus cenſores uillā publicam in cãpo martio ꝑbauerūt: ibiq; primū cenſus populi eſt actus. Eoſdẽ conſules in ſequenti anno refectos Iuliū tertiū. Virginiū iterū apud Macrum Liciniū inuenio. Valerius Antias: &. Qu. Tubero. M. Manilium. &. Qu. Sulpicium cõſules in eū annū edunt: cæteq; in tam diſcrepanti editione & Tubero & Macer libros linteos auctores ꝓfitentur: neuter tribunos militū eo anno fuiſſe traditum a ſcriptoribus antiquis diſſimulat Licinio libros haud dubie ſequi linteos placet & Tubero incertus ueri eſt ſed inter cætera uetuſtate incomperta hoc quoq; in incerto poſitū. Trepidatum in hetruria eſt poſt Fidenas captas: non ueientibus ſolum exterritis metu ſimilis excidii: ſed etiam faliſcis memoria initi primo cum iis belli: quāq; rebellantibus non affuerāt. Igitur cū duæ ciuitates: legatis circa. xii. populos miſſis: impetraſſent: ut ad Voltumnæ fanum indiceret oĩ hetruriæ concilium. Velut magno inde tumultu īminente: ſenatus Mamercum Aemyliū dictatorẽ iteq; dici iuſſit. Ab eo Aurelius Poſthumius. Tubero magiſter equitū eſt dictus: bellūq; tanto maiore: quam ꝓximo conatu apparatū eſt: quanto plus erat ab oĩ hetruria periculi quam ab duobus populis fuerat. Ea res aliquanto expectatione oĩum trāquilior fuit. Itaq; cū renūciatū a mercatoribus eſſet: negata ueientibus auxilia: iuſſoſq; ſuo conſilio bellū initum ſuis uiribus exequi: nec aduerſaq; req; quærere ſocios: cum quibus ſpem integrā cõmunicati nō ſint: tū dictator ne nequicq; creatus eſſet: materia quærendæ bello gloriæ adempta: in pace aliquid opis edere: quod monumentū eēt dictaturæ cupiens: cenſuram minuere parat: ſeu nimiam poteſtatẽ ratus ſeu nō tā magnitudine honoris: quā diuturnitate offenſus. Concione itaq; aduocata: rempublicā foris gerendā ait: tutaq; oĩa præſtãda deos īmortales ſuſcepiſſe: ſe quod intra muros agendū eſſet libertati populi romani conſulturū maximā autem eius cuſtodiā eſſe: ſi magna imperia diuturna non eſſent & temporis modus imponeretur: quibus iuris imponi nō poſſet: Alios magiſtratus annuos eſſe: quinquẽnalem cenſurā grauem eſſe: iiſdem ꝑ tot annos magna parte uitæ obnoxios uiuere: ſe legẽ laturum: ne plus: quā annua ac ſemeſtris cenſura eſſet. Conſenſu ingenti populi legẽ poſtero die pertulit: ut re ipſa: inquit: ſciatis quirites: quā mihi diuturna nō placeāt imperia: dictatura me abdico: depoſito ſuo magiſtratu: modo alio-

M. Cornelius L. Papyrius cõſ. Clau. Iulio L. Virginio cõſu.

Fidenæ capiũt, Villa publica

Voltumnæ fanum

Dictatura in annū & dimidiū contracta

rum magiſtratui impoſito:fine alteri congratulatione ac fauore ingeniti populi domū eſt reductus Cē ſores ægre paſſi Mamercū:qđ magiſtratū populi romāi minuiſſet:tribu.mouerūt: octuplicatoq; cēſu ærarium fecerūt.Quā rem ip̄m igenti aio tuliſſe ferūt:cām potius ignominiæ ītuentem:quā ignomi niam.Primores patrū quāq; diminutū cenſuræ ius uoluiſſent:exemplo acerbitatis cenſoriæ offenſos ꝙppe cū ſe quiſq; diutius ac ſæpius ſubiectū cenſoribus fore cerneret:q; cenſurā geſturę.Populi certe tā ta indignatio coorta dr̄:ut uis a cenſoribus nullius auctoritate præterq; ipſius Mamerci deterreri que/ rit.Tribuni plebis aſſiduis concionibus prohibendo conſularia comitia:cū res prope ad interregnū p/ ducta eſſet:euicere tandē:ut tribuni militū conſulari poteſtate crearent.uictoriæ præmiū:quod pete/ batur ut plebeius crearet:nullū fuit.Oēs patritii creati ſunt.M.Fabius.Vibulanus.M.Folius.L.Sergi/ us Fidenas.Peſtilētia eo anno aliaq; req; otium p̄buit:ædes Apollini pro ualitudine populi uota ē: mul ta duūuiri ex libris placandæ deū iræ:auertemdæq; a populo peſtis cā fecere:magna tamē clades ī ur/ Tribūi be agriſq; promiſcue hoīum pecorūq;:pernicie accepta:famē cultoribus agroq; timentes in hetruriam militū pomptinūq; agq; & Cumas:poſtremo in Siciliā quoq; frumenti cā miſere.Conſulariū comitiorq; nul/ cōſulari la mentio habita eſt:tribuni militū cōſulari ptāte oēs patritii creati ſunt.L.Pinarius Mamercus.L.Furi ptāte us Medulinus.Sp.Poſthumius Albus.Eo anno uis morbi leuata:neq; a penuria frumenti:qa ante ꝓ/ Aedes uiſum erat:periculū fuit Conſilia ad mouenda bella in Volſcorū Equorūq; conciliis:& in hetruria ad apollini fanum Voltūnæ agitata.Ibi prolatæ in annū res:decretoq; cautū ne qđ ante conſiliū fieret:nequicq; ue uota iente populo q̄rente:eandē:qua Fidenæ delectæ ſint:īminere Veiis fortunā.Interim Romæ principes plebis iamdiu nequicq; īminente ſpe maioris honoris:dū foris otiū eſſet:cœtus indicere in domos tri/ bunorq; plebei.Ibi ſecreta cōſilia agitare:q̄ri ſe a plebe adeo ſpretos:ut cū per tot annos tribuni militum conſulari ptāte creentur:nulli unq; plebeio ad eum honorē aditus fuerit:multū ꝓuidiſſe ſuos maiores Plebeio q; cauerint:ne cui patritio plebeii mgr̄atus paterēt: aut patritios habendos fuiſſe tribunos plebis:adeo mgr̄atꝰ ſe ſuis etiā ſordere:nec a plebe minus:quā a patribus cōtemni.Alii purgare plebē:culpā in p̄es uerte/ nō pa/ re:eoq; ābitione artibuſq; fieri:ut obſeptū plebi ſit ad honorē iter:ſi plebi reſpirare ab eoq; mixtis p̄ci/ tet pa/ bus miniſq; liceat:memorem eā ſuoq; inituram ſuffragia eſſe:& parto auxilio imperiū quoq; aſcitura. tritiis Placet tollendæ ambitionis cauſa tribunos legē promulgare:ne cui albū ueſtimentū addere petitiōis cauſa liceret:parua nūc res:& uix ſerio agēda uideri poſſit quæ tūc ingenti certamīe p̄es ac plebē accē/ dit.Vicere tamen tribuni:ut legē perferrent:apparebatq; irritatis animis plebem ad ſuos ſtudia inclina turā:quæ ne libera eſſent:ſenatuſconſultū factū eſt:ut conſularia comitia haberentur:tumultus cauſa T.Quī fuit.quem ab equis:& Volſcis latini:atq; Hernici nūciarant.T.Quintius.L.filius Cincinnatus eidem tius. & Peno cognomen addit':&.Gn.Iulius Mento cōſules facti:nec ultra terror belli eſt dilatus lege ſacra Gn. Iu/ ta:quæ maxima aqud eos uis cogendæ militiæ:erat delectu habito:utrinq; ualidi exercitus ꝓfecti in lius cōſ. Algidum cōuenere:ibiq; ſeorſum Equi:ſeorſum Volſci caſtra cōmuniuere:ītentiorq; quā unquā āte muniēdi exercēdiq; militem cura ducibus erat:eo plus nūcii terroris Romam attulere.Senatui dici di ctatorem placuit:qa & ſi ſæpe uicti populi:maiore tamē conatu:quā alias unq; rebellarent:& aliq̄tum romane iuuētutis morbo abſumptū erat:ante oīa prauitas cōſulum:diſcordiaq; īter ipſos & certamīa in cōſiliis oībus terrebāt.Sunt q; male pugnatum ab his cōſulibus in Algido auctores ſint:eamq; cām dictatoris creādi fuiſſe.Illud ſatis cōſtat ad alia diſcordes:in uno aduerſus patrū uolūtatem conſenſiſſe ne diceret dictatorē:donec cum alia aliis terribiliora afferent':nec in auctoritate ſenatus cōſules eſſent. Quintus Seruilius Priſcus ſummis honoribus egregie uſus:uos:inquit:tribuni plebis:quoniā ad ex/ trema uētum eſt:ſenatus appellat:ut in tanto diſcrimine reipublicæ dictatorē dicere cōſules ꝓ poteſta te ueſtra cogatis.Qua uoce audita:occaſionē oblatam rati tribuni augēdæ ptātis ſecedūt: proq; colle/ gio ꝓnunciāt placere cōſules ſenatui dicto audientes eſſe:ſi aduerſus cōſenſum ampliſſimi ordinis ul/ tra tendāt:in uincula ſe duci eos iuſſuros.Cōſules a tribunis:quam a ſenatu uinci maluerūt ꝓditum a patribus ſummi īperii ius:datūq; ſub iugum tribuniciæ poteſtati cōſulatū memorātes: ſi qdem cogi aliqd ꝓ poteſtate ab tribuno cōſules:& quo qd ulterius priuato timēdum foret:in uincula ēt duci poſ ſent.Sors ut dictatorē diceret: nā ne id qdē īter collegas cōuenerat.T.Quītio euenit:is.A.Poſthumiū Tribūi Tubertū ſocerū ſuū ſe ueriſſimi īperii uiq; dictatorem dixit:ab eo.L.Iulius magiſter equitū eſt dictus cōſules ſimul edicit' & iuſticium:neq; aliud tota urbe agi:quā bellū apparari:cognitio uacantium militiæ mu ꝓ ptāte nere poſt bellū differt' ita dubii quoq; īclināt ad noīa dāda:& Hernicis latiniſq; milites īperati: utriq; cogūt obnixe obeditum dictatori eſt.Hæc oīa celeritate ingēti acta:relictoq; Gn.Iulio cōſule ad p̄ſidium ur bis:&.L.Iulio magiſtro eqtum ad ſubita belli miniſteria:ne qua res:qua eguiſſent in caſtris: morarēt: dictator p̄eunte.A.Cornelio pōtifice maximo ludos magnos tumultus cā uouit: ꝓfectuſq; ab urbe:di uiſo cum Quintio cōſule exercitu:ad hoſtes ꝓuenit.Sicut bina caſtra hoſtium paruo īter ſe ſpatio di/ ſtantia uiderāt:ipſi quoq; mille ferme paſſus ab hoſte.dictator Tuſculo:cōſul Lanuuio ꝓpiorē locum Ludi caſtris ceperūt.Ita quattuor exercitus totidem muniēta planiciem in medio nō paruis modo excur magni ſionibus ad prælia ſed uel ad explicādas utriq; acies ſatis patētem habebāt:nec ex quo caſtris caſtra col uoti lata ſunt:ceſſatum a leuibus præliis eſt:facile patiēte dictatore cōferēdo uires ſpem uniuerſæ uictorie temptato paulatim euentu certaminum ſuos p̄cipere.Itaq; hoſtes nulla in prælio iuſto relicta ſpe:no/ cte adorti caſtra cōſulis:rem in caſum ancipitis euētus cōmittūt.Clamor ſubito ortus: nō cōſulis mō uigiles:exercitū deīde oēm:ſed dictatorem quoq; ex ſomno exciuit.Vbi præſenti ope res egebant:con ſul nec aīo deficit;nec cōſilio:pars militum portaq; ſtationes firmant:pars corona uallum cingunt.In

alteris apud dictatorem castris quo minus tumultus é:eo plus aĩaduertĩ:qd opus facto sit missum ex tẽplo ad castra subsidiũ:cui.Sp.Posthumius albus legatus præficitur.Ipse ꝑte copiarꝫ paruo circuitu locum maxime secretũ ab tumultu petit unde ex necopinato aduersũ hostẽ iuadat. Qu. Sulpiciũ legatũ præfecit castris.M.Fabio legato assignat eqites nec ante lucẽ mouere iubet:manũ inter nocturnos tumultus moderatu difficilẽ.Oĩa:quæ uel alius ĩperator prudẽs & ĩpiger in tali re ꝑciperet ageretqꝫ:præcepit ordĩe:atqꝫ egit.Illud eximiũ cõsilii aĩqꝫ specimẽ & neutiqꝫ uulgatæ laudis:qđ ultra ad oppugnãda castra hostiũ:unde maiore agmĩe ꝓfectos exploratũ fuerat.M.Geganiũ cũ cohortibus delectis misit.Qui posteaq̃ ĩtentos hoĩes in euentũ piculi alieni:ꝓ se ĩ cautos neglectis uigiliis statiõibusqꝫ é adortus prius pene cepit castra:q̃ oppugnari hostes satis scirent.Inde fumo:ut cõuenerat:datũ signũ:ubi cõspectũ a dictatore est:exclamat:capta hostiũ castra nũciariqꝫ passim iubet.Et-iã lucescebat:oĩaqꝫ sub oculis erãt:& Fabius cũ equitatu ĩpetũ dederat:& cõsul eruptionẽ e castris in trepidos iam hostes fecerat. Dictator autẽ parte altera subsidia:& secũdã acié adortus:circũagentes ad dissonos clamores ac subitos tumultus:hosti undiqꝫ obiecerat uictorem peditẽ equitẽqꝫ.Circũuenti igitur iã ĩ medio ad unum oẽs pœnas rebellionis dedissent:ni Vectius Messius rex uolscis nobilior uir factis quã genere:iã orbem uoluẽtes suos ĩcrepans clara uoce:Hic ꝑbituri:inquit uos tælis hostiũ estis indefensi:inulti? qd igit̃ arma habetis? aut qd ultro bellum ĩtulistis? ĩ otio tumultuosi:ĩ bello segnes.quid hic stãtibus spei est an deum aliquem ꝓtectuꝫ uos rapturumqꝫ hĩc putatis? ferro uia faciẽda est hac: qua me progressum uideritis:agite:qui uisuri domos:parẽtes:cõiuges:liberos estis:item ecum:nõ murus nec uallum:sed armati armatis obstãt uirtute pares:necessitate:quæ ultimum ac maximum telum est:superiores estis. Hæc locutũ exequẽtẽqꝫ dicta reditegrato calmore secuti dãt impressiõem:qua Posthumius albus cohortes obiecerat:& mouerũt uictorẽ:donec dictator plebem iam referentibus suis aduẽit:eoqꝫ oẽ ꝑliũ uersum est Vni uiro Messio fortũa hostiũ inititur: multa utrĩqꝫ uulnera:multa passim cædes est.Iam ne duces quidem romãi ĩcruẽti pugnãt.Ibi Posthumius ictus saxo perfracto capite acie excessit.Nõ dictatorem humerus uulneratus:nõ Fabiũ prope affixũ equo femur:nõ brachiũ abscisum cõsulem extã ancipiti prælio summouit.Messiũ impetus ꝑ stratos cæde hostes cũ globo fortissimoꝫ iuuẽtum extulit ad castra Volscoꝫ:quæ nõdũ capta erãt eodem oĩs acies ĩclinatur.Cõsul effusos usqꝫ ad uallũ persecutus:ipsa castra uallũqꝫ aggredit̃:eodẽ & dictator alia parte copias admouet: nõ segnior oppugnatio est:quam pugna fuerat.Consulẽ signum quoqꝫ intra uallũ iniecisse ferũt:quo milites acrius subirent repetendoqꝫ signo primã impressiõem factam:& dictator proruto uallo iã ĩ castra bellum ĩtulerat tũ abiici arma passim ac dedi hostes cœpti:castrisqꝫ & his captis:hostes præter senatores oẽs uenũdati sũt Prædæ pars sua cognoscentibus latinis:atqꝫ hernicis reddita partem sub hasta dictator uẽdidit: præpositoqꝫ cõsule castris ipse triumphãs iuectus urbem:dictatura se abdicauit:Egregiæ dictaturæ tristẽ memoriam faciũt:q filium ab.A.Posthumio:quo occasione bene pugnandi captus iniussu discesserit præsidio:uictorem securi percussum tradunt:nec libet credere:& licet in uariis opiniõibus argumento est:quod imperia malliana nõ posthumiana appellata sint:quoniam qui prior auctor tam sæui exẽpli foret:occupaturus ĩsignem titulum crudelitatis fuerit:imperioso quoqꝫ Mallio cognomẽ ĩditum: Posthumius nulla tristi nota est ĩsignitus.C.Iulius cõsul ædem Apollinis:absente collega:sine sorte dedicauit.ægre id passus Quĩtius:cũ dimisso exercitu ĩ urbẽ redisset:ne quicquã ĩ senatu est cõquestus. Insigni magnis rebus ãno additur:nihil tum ad rem romanã pertĩere uisum:quod carthaginẽses tãti hostes futuri:tum primũ ꝑ seditiões siculoꝫ ad partis alterius auxilũ ĩ Siciliam exercitum traiecere.

Agitatum in urbe a tribũis plebis:ut tribuni militũ cõsulari ptãte crearent̃:nec obtineri potuit. Cõsules fiũt.L.Papyrius Crassus.L.Iulius.Equoꝫ legati fœdus ab senatu cum petissent:& ꝓ fœdere dedi tio ostẽtaret̃:iducias annoꝫ octo ĩpetrauerũt.Volscoꝫ res sup acceptã in Algido cladem ptinaci certamine ĩter pacis belliqꝫ auctores ĩ iurgia & seditiões uersa:undiqꝫ otium fuit romãis.Legẽ de mulctaꝫ æstimatiõe ꝑgratam populo:cum ab tribunis parari cõsules unius ex collegio ꝓditiõe excepissent:ipi ꝓoccupauerũt ferre.Cõsules.L.Sergius Fidenas iteꝫ:Hostius Lucretius Tricipitinus:nihil dignum dictu actũ his cõsulibus.Secuti eos cõsules.A.Cornelius Cossus.T.Quĩtius Pœnus iteꝫ Veiẽtes ĩ agrũ romanũ excursiões fecerũt:fama fuit quosdam ex fidenatiũ iuuentute participes eius populatiõis fuisse cognitio eius rei.L.Sergio &.Q.Seruilio & Mamerco Aemylio ꝑmissa:qdam Hostiã relegati:quod cur ꝑ eos dies a Fidenis abfuissent:paꝫ cõstabat:colonoꝫ additus numerus:agerqꝫ iis bello interẽpto rum assignatus.Siccitate eo anno plurimũ laboratũ est:nec cælestes mõ defuerunt aq̃:sed terra quoqꝫ ĩgenito humore egens uix ad peremnes suffecit amnes defectus alibi aquarũ circa torridos fontes riuosqꝫ stragẽ siti pecoꝫ & moriẽtium dedit: scabie alie absumpta uulgatiqꝫ attactu in hoĩes morbi:& primo ĩ agrestes ĩgruerãt seruitiaqꝫ:urbs deĩde ĩpleẽ.Nec corpora mõ affecta tabo:sed aĩos quoqꝫ multiplex religio:& pleraqꝫ externa inuasit:nouos ritus sacrificãdi uaticinãdo ĩferentibus ĩ domos: qbus q̃stui sunt capti supstitione animi:donec publicus iam pudor ad primores ciuitatis ꝓuenit:cernentes in oĩbus uicis sacellisqꝫ ꝑegrina atqꝫ ĩsolita piacula pacis deũ exposcẽdæ:datum ĩde negotiũ ædilibus: ut aĩaduerterẽt:nequi:nisi romani dii:neu quo alio more:quã patrio colerent̃.Iræ aduersus Veiẽtes in ĩsequẽtem annũ.C.Seruilio Hala.L.Papyrio Mugilano cõsulibus dilatæ sunt.Tũc quoqꝫ ne cõfestim bellũ ĩdiceret̃:neue exercitus mitterent̃:religio obstetit:fœciales prius mittẽdos ad res repetẽdas censuere.Cũ Veiẽtibus nup acie dimicatũ ad Nomẽtum & Fidenas fuerat ĩduciæqꝫ ĩde nõ pax facta: q̃rũ & dies exierat:& ante diem rebellauerãt:missi tamẽ fœciales:nec cũ more patrum iurati repeterẽt res

Attur hostiũ cladem

Ro.uictor

Dubiũ an.posthũius filiũ occiderit Carthaginẽses quo primũ tpe ĩ siciliã traiecerint

L.Sergius hostilius tricipitinus cõs. Aulus Cornelius Cossus.T. Quĩtius penus conss. C.Seruilius hala.L. Papyrius consu.

uerba ſunt audita. Cõtroiierſia íde fuit: utrum populi iuſſu ídiceret bellum: an ſatis eſſet ſenatuſcõſul tum: puicere tribuni denũciando ípedituros ſe delectũ: ut Quítius cõſul de bello ad populũ ferret: oés céturiæ iuſſere. In eo quoq; plebs ſupior fuit: qđ tenuit: ne cõſules í ꝓximũ annũ crearétur: tribuni militum cõſulari ptáte q̃ttuor creati. T. Quítius Penus ex cõſulatu. C. Furius. Martius Poſthumius &. A. Cornelius Coſſus: ex iis Coſſus p̃fuit urbi: tres delectu habito ꝓfecti ſũt Veios: documẽtoq; fuere quã pluriũ íperiũ bello inutile eét: tédédo ad ſua qſq; cõſilia: cũ alii aliud uideret: aperuerũt ad occaſionem locũ hoſti: incertá náq; aciẽ: ſignũ aliis dari receptui: aliis cani iubẽtibus: ĩuaſere oportune ueiétes caſtra ꝓpinqua: turbatos ac terga dátes accepe. Plus itaq; ignominiæ: quã cladis ẽ acceptũ: mœſta ciuitas fuit uinci íſueta: odiſſe tribunos: poſcere dictatoré: in eo uerti ſpes ciuitatis: & cũ ibi quoq; religio obſtaret: ne poſſet niſi a cõſule dici dictator: augures cõſulti eã religioné exemere. A. Cornelius dictatorem Mamercũ æmyliũ dixit: & ipſe ab eo magiſter eqtum eſt dictus: adeo ſimul fortuna ciuitatis uirtute uera eguit: qđ nil céſoria aíaduerſio effecit: quo minus regimina rerũ ex notata ídigne domo peterét. Veientes re ſecũda elati miſſis circũ Ethruriæ populos legatis: iactádo tres duces romanos a ſe uno p̃lio fuſos: cũ tamẽ nullá publici cõſilii ſocietatem mouiſſent: uolũtarios undiq; ad ſpem p̃dæ acciuerát. Vni

Recés fidenatiũ ſcelꝰ

fidenatiũ populo rebellare placuit: & táq; niſi ab ſcelere bellũ ordiri nefas eét: ſicut legatorũ antea: ita tũ nouorũ colonorũ cæde íbutis armis Veiétibus ſeſe cõiungunt. Cõſultare íde príncipes duorũ populorũ Veios an Fidenas ſedem belli caperét: Fidenæ uiſæ opportuniores. Itaq; traiecto tyberi ueiétes fidenas tráſtulerũt bellũ: Romæ terror ígens erat: accito exercitu a Veiis: hoſtibus poſitis ad Fidenas: eoq; ipo ob rem male geſtá ꝓculſa caſtra locant ante portá colliná: & in muris armati diſpoſiti: & iuſtitium í foro tabernæq; clauſæ fiũtq; oía caſtris: quã urbi ſimiliora. Tum trepidá ciuitaté p̃cõibus ꝓ uicos dimiſſis dictator ad cõcioné ad uocatã ícrepauit: qđ aíos ex tam leuibus fortunæ momẽtis ſuſpéſos gererét: ut parua iactura accepta: q̃ ipſa nõ uirtute hoſtiũ: nec ignauia Ro. exercitus: ſed diſcordia íperatorũ accepta ſit: ueiétem hoſté ſepties uictũ ꝓtimeſcát: Fidenaſq; ꝓpe ſæpius captas: quã oppugnatas: eoſdé & romanos: & hoſtes eé q ꝓ tot ſæcula fuerit: eoſdé aíos: eaſdé corpis uires: eadem arma gerere: ſe quoq; eundé dictatoré Mamercũ Aemylium eé: q ante ueiétium fidenatiumq; adiunctis faliſcis ad Nomentum exercitus fuderit: & magiſtrum eqtum. A. Cornelium eundé in acie fore: q priore bello tribunus militũ. L. Tolumnio rege Veiétium in cõſpectu duorũ exercituũ occiſo ſpolia opima: Iouis feretrii tẽplo itulerit: proíde memores ſecum triũphos: ſecum ſpolia: ſecum uictoriam eé: cum hoſtibus ſcelus legatorũ cõtra ius gẽtium iterfectorũ: cædem in pace fidenatium colonorũ: íducias ruptas: ſeptimá íſelicem defectionem: arma caperét: ſimul caſtra caſtris cõiunxiſſent ſatis cõfidere: nec ſceleratiſſimis hoſtibus diutinum ex ignominia exercitus romani gaudium fore: & po. Ro. ítellectuꝰ quãto melius de republica meriti ſint: qui ſe dictatorem tert. dixerint: quam eos: qui ob ereptum cẽſuræ regnum: labé ſecundæ dictaturæ ſuæ impoſuerunt. Votis deinde nũcupatis profectus mille &. d. paſſus citra Fidenas caſtra locat: dextra mõtibus: leua tyberi amne ſeptus. T. Quintiũ Pœnũ legatũ occupare mõtes iubet: occultumq; id iugum capere: quod a tergo hoſtibus foret: ipſe poſtero die cum Ethruſci pleni animorum: ac priſtini dici meliore occaſione: quam pugna in aciẽ proceſſiſſent: cũctatus parumper: dum ſpeculatores referrent. Quintium euaſiſſe í iugum propinquũ arci. Fidenarũ ſigna profert: peditumq; aciem inſtructam pleno gradu in hoſtẽ inducit: magiſtro equitũ p̃cipit: ne iniuſſu pugná incipiat: ſe cũ opus ſit eq̃ſtri auxilio ſignum daturũ: tum ut memor regiæ pugnæ memor opimi doni Romuliq; ac Iouis feretrii rem gereret. Legiones ípetu ingéti confligũt: romanus odio accéſus impiũ fidenaté: prædonem ueiétem: ruptores íduciarum: cruétos legatorum infanda cæde: reſpſos: ſanguine colonorum ſuorum: perfidos ſocios: imbelles hoſtes compellans: factis ſimul dictiſq; odium explet. Cõcuſſerat primo ſtatim congreſſu hoſté: cum repente: patefactis Fidenarum portis noua erupit acies: inaudita ante id tépus: íuſitataq;: ignibus armata ígens multitudo: facibuſq; ardentibus tota collucens: uelut phanatico inſtincta curſu í hoſtem ruit: formaq; inſolitæ pugnæ romanos parump exterruit. Tum dictator

Atq; aciẽ flámis ſtructã

magiſtro equitum equitibuſq; tum ex montibus Quintio accito prælium ciens: ipſe in ſiniſtrum cornu quod incendio ſimilius: quam prælio territum ceſſerat flamis. accurrit: claraq; uoce: fumo ne uicti. inquit: uelut: examẽ apum loco ueſtro exacti inermi cedetis hoſti? non ferro extinguitis? ignes non faces has ipſas pro ſe quiſq; ſi igni non tælis pugnádum eſt ereptas ultro inferetis: agite noís romani & uirtutis patrum ueſtræq; memores uertite ícendium hoc í hoſtium urbem: & ſuis flamis delete Fidenas: quas ueſtris beneficiis placare non potuiſtis: legatorũ hoc uos ueſtrorũ colonorumq; ſanguis uaſtatiq; fines monent. Ad imperiũ dictatoris mota cuncta acies: faces partim emiſſæ excipiuntur partí ui eripiũt: utraq; acies armatur igni. Magiſter equitũ & ipſe nouat pugnã equeſtré: frenos ut detrahát equis imperat: & ipſe princeps calcaribus ſubditis euectus effreno equo in medios ignes infertur: & alii concitati equi libero curſu ferunt equité in hoſtẽ. Puluis elatus mixtuſq; fumo lucẽ ex oculis uirorum equorũq; aufert: ea: quæ militem terruerat ſpecies: nihil terruit equos: ruinæ igitur ſimilem ſtragem eques quacũq; peruaſerat: dedit. Clamor deide accidit nouus: qui cum utranq; mirabũdam in ſe aciem uertiſſet: dictator exclamat. Quítium lagatum: & ſuos ab tergo hoſtem adortos: ipſe redítegrato clamore infert acrius ſigna. Cum duæ acies duo diuerſa prælia circunuétos hetruſcos & a fronte & a tergo urgerent: neq; in caſtra retro: neq; in montes: unde ſe nouus hoſtis obiecerat: iter fugæ eſſet. & equitem paſſim liberi frænis diſpuliſſent equi. Vueientium maxima pars tyberim effuſi petunt: fidenatium qui ſuperſunt: ad urbem Fidenas tendunt: infert pauidos fuga in mediam cædem: obtrun-

cãtur in ripis:alios ĩ aqua compulsos gurgites ferunt etiã peritos nandi lassitudo:& uulnera:& pauor degrauãt:alteꝙ agmen fertur per castra in urbem:eodem & romanos sequentes impetus rapit. Quintium maxime:& cum eo digressos modo de mõtibus recẽtissimum ad laborem militem: quia ultimo prælio aduenerãt. Hi posteaq̃ mixti hostibus portam ĩtrauere muros ĩuadunt:suisq; capti oppidi signum ex muris tollunt. Quod ubi dictator conspexit:iam.n.& ipse ĩ deserta hostium castra penetrauerat cupiẽtem militem discurrere ad prædam:spe ĩiecta maioris ĩ urbe prædæ:ad portam ducit:receptusq; intra muros: in arcem:quo ruere fugientium turbã uidebat pergit:Nec minor cædes in urbe:donec abiectis armis:nihil præter uitam petentes dictatori deduntur urbs castraq; diripiuntur. Posstero die singulis captiuis ab equite ad centurionem sorte ductis:& quorum eximia uirtus fuerat binis:aliis sub corona uenditis:exercitum uictorem opulentumque præda triumphans dictator Romam reduxit:iussoq; magistro equitum abdicare se magistratu:ipse deinde abdicat die sextodecimo reddito in pace imperio:quod in bello trepidisq; rebus acceperat. Classibus quoq; ad Fidenas pugnatum cum ueiẽtibus quidam ãnales rettulere rem:æque difficilẽ atq; ĩcredibilem:nec nũc lato satis ad hoc amne: & tum aliquãto ut a ueteribus accipimus arctiore:nisi ĩ traiectu forte fluminis prohibẽdo aliquarum nauium cõcursum:ĩ maius:ut fit:celebrãtes naualis uictoriæ uanum titulum appetiuere. Fidenæ capiũt

In sequẽs annus tribunos militares cõsulari ptãte habuit. A. Sempronium Atratinum. L. Quintiũ Cincinatũ. L. Horatiũ Barbatũ. Veiẽtibus ãnoꝝ. xx. ĩduciæ datæ:& æquis triẽnii cũ plurium annoꝝ petissent:& a seditiõibus urbanis otiũ fuit. Annũ ĩsequẽte neq; bello foris:neq; domi seditione ĩsigne: ludi bello uoti celebrẽ:& tribunoꝝ militũ apparatu & finitimoꝝ cõcursu fecere. Tribũi cõsulari ptãte erãt. C. Crassus. Sp. Neuius Rutilius. T. Seruius Fidenas & Sex. Iulius Tellus:spectaculũ cõmunitate ẽt hospitum ad qđ publico cõsensu uenerãt: aduenis gratius fuit. Post ludos seditiones tribunoꝝ plebis fuerũt:obiurgãtium multitudiné qđ admiratiõe eoꝝ:quos odissent stupẽs: æterno se ipa teneret seruitio:& nõ modo ad spem cõsulatus ĩ partẽ reuocandã aspirare nõ auderet:sed ne ĩ tribunis qdem militum creãdis cõmunia eẽnt comitia patrum ac plebis:aut sui ac suoꝝ meminisset:desineret ergo mirari:cur nemo de cõmodis plebis ageret:eo ipendi laboré ac piculum:unde emolumẽtum:atq; honos speret:nihil nõ aggressuros hoies:si magnis conatibus:magna ꝑmia ꝓponant:ut qd enim aliqs tribunus plebis ruat cæcus in certamia piculo igenti fructu nullo? Ex qbus ꝓ certo habeat:patres:aduersus quos tenderet:bello inexpiabili se ꝓsecuturos:apud plebem: ꝓ qua dimicauerit:nihilo se honoratioré fore:neq; sperãdum:neq; postulãdum eé:magnos aios nisi magnis honoribus fieri:neminé se plebeiũ contẽptuꝝ: ubi contẽni desissent:experiẽdam rem deniq; in uno:aut ĩ altero esse:sit ne aliqs plebeius ferẽdo magno honori:an portẽto simile miraculoq; si fortem ac strenuũ aliqué existere ortum ex plebe crederẽt. Summa ui expugnatũ eé:ut tribuni militũ cõsulari ptãte & ex plebe crearent:petisse uiros domi militiæq; spectatos:primis ãnis fugillatos:repulsos risui patribus fuisse:desisse postremo ꝑbere ad cõtumeliam os:nec se uidere:cur nõ lex quoq; abroget:qa id liceat:qđ nunq̃ futuꝝ sit: minoré qꝑpe ruboré fore in iuris iniquitate:quam si ꝑ ĩdignitaté eoꝝ ꝑtereant. Huius generis oratiões cum assensu auditæ ĩcitauere quosdã ad petẽdum tribunatũ militũ:aliũ alia de cõmodis plebis laturum se in magistratu profitẽté:agri publici diuidẽdi:coloniarũq; deducẽdaꝝ ostẽtate spes:& uectigali possessoribus agroꝝ impositio in stipẽdium militum erogandi æris. Captãtũ deinde tẽpus ab tribunis militũ quo ꝑ discessum hominum ab urbe:cum patres clandestina denũciatione reuocati ad diẽ certũ eẽnt: senatusconsultum fieret absentibus tribunis plebis:ut quoniam Volscos in Hernicoꝝ agros ꝑdatum exisse fama eẽt:ad rẽ ĩspiciẽdam tribuni militum ꝓficiscerẽt:cõsulariaq; comitia haberẽt. Profecti. A. Claudium filium decẽuiri ꝑfectum urbis reliquerũt impigrũ iuuenem: etiã ĩde ad icunabilis ĩbutum odio tribunoꝝ plebis nec cum absentibus iis:qui senatusc̃õsultum fecerãt:nec cũ Appio:trãsacta re qđ contẽderent:fuit. Creati consules. A. Sempronius:&. Qu. Fabius. Vibulanus. Peregrina res:sed memoria digna traditur eo ãno facta. Vulturnũ hetruscoꝝ urbem quæ nũc. Capua est ab samnitibus captam Capuãq; ab duce eoꝝ Capi:uel quod propius uero é a cãpestri agro appellatã. Cepere ãt prius:bello fatigatis hetruscis:ĩ societatem urbis agrorumq; acceptis:deide festo die grauatos uino epulisq; icolas ueteres noui coloni nocturna cæde adorti. His rebus actis consules ii quos diximus:idibus decembris magistratũ occepere. Iã nõ solũ:qui ad id missi erãt:rettulerũt ĩminere uolscum bellum:sed legati quoq; ab latinis & hernicis nũciabãt:nõ ante unquam uolscos nec ducibus legẽdis:nec exercitui scribendo ĩtẽtiores fuisse: Vulgo fremere:aut ĩ perpetuum bellum armaq; obliuioni dãda iugumq; accipiẽdum: aut iis: cũ quibus de imperio certet:nec uirtute:nec paciẽtia:nec disciplina rei militaris cedendum eé. Haud uana attulere sed nec peride patres moti sunt. &. A. Sempronius:cui ea prouincia sorte euenit tãquam cõstãtissimæ rei fortuna frætus:quod uictoris populi exercitum aduersus uictos duxisset:oia temere ac negligẽter egit:adeo ut disciplinæ romanæ plus ĩ uolsco exercitu:quam ĩ romano esset. Ergo fortũa:ut sæpe alias:uirtutem est secuta primo. Prælio:quod a Sempronio incaute ĩcõsulteque commissum:est nõ subsidiis firmata acie:nõ eqte apte locato concursum est:clamor ĩdiciũ primũ fuit:quo res ĩclinatura esset:excitatior crebriorq; ab hoste sublatus:ab romanis dissonus:impar:segnis:sæpe iteratus incerto clamore ꝓdidit pauorẽ aioꝝ:eo ferocior illatus hostis urgere scutis:micare gladiis altera ex parte nutant circũspectantibus galeæ:& incerti trepidant:applicantq; se turbæ:signa nunc resistẽtia deferuntur ab antesignanis:nũc inter suos manipulos recipiuntur. Nõdum fuga certa:nõdum uictoria erat:tegi magis romanus:quam pugnare. Volsci iferre signa:urgere aciem:plus cædis hostiũ ui-

A. Sempronio consule. Q. Fabio. uibulanus uĩ Capua

dere:quam fugæ.Iam ī oībus locis ceditur nequicq̄ Sempronio cōsule obiurgāte atque hortāte:hi/
Sex. Tē hil nec imperium:nec maiestas ualebat:dataq; mox terga hostibus forēt:ni.Sex. Tempanius decurio
panius eqtum labēte iam re: præsenti aīo subueniſſet:q cum magna uoce exclamaſſet:ut equites: qui saluā rē
publicā uellent esse:ex equis desilirent:oīum turmaꝝ equitibus uelut ad consulis īperium motis:nisi
hæc:inquit:armata cohors sistat īpetum hostiū:actum de imperio est:sequimini pro uexillo cuspidem
meā ostendite romanis:uolsciſq; neq; eqtibus uobis ullos equites:neq; peditibus eē pedites pares.Cū
clamore approbata adhortatio eēt:uadit alte cuspidē gerens:quacūq; incedunt:ui uiā faciunt:eo se īfe/
runt obiectis parmis:ubi suoꝝ plurimū laborem uident: restituunt oībus locis pugnā:in quæ eos īpe/
tus tulit:nec dubiū erat:qn si tam pauci simul obire oīa possent:terga daturi hostes fuerint.Et cū iam
parte nulla sustinerent:dat signū uolscus īperator:ut parmatis nouæ cohorti hostiū locus detur: dōec
īpetu illatis ab suis excludant.Quod ubi factū est:intercluſi equites cū nec prorumpere eadē:qua tran
sierant:possent:ibi maxime cōfertis hostibus:qua uiā fecerant:& cōsul legionesq; romanæ:cū quod te
gimen modo oīs exercitus fuerat:nusq; uiderent:ne tot fortissimos uiros intercluſos opprimeret ho/
stis:tendunt in quēcunq; casum:diuersi uolsci hinc consulē:ac legiones sustinere:altera fronte instare
Tempanio atq; equitibus.Qui cum sæpe conati nequissent perrumpere ad suos:tumulo quodā occu
pato:in orbem se tutabantur:nequaq̄ multi:nec pugnæ finis ante noctem fuit.Consul quoq;:nusq; re/
misso certamine:dum quicq; superfuit luminis:hostem tenuit.Nox incertos diremit.Tantusq; ab im
prudentia euentus utraq; castra tenuit pauor:ut:relictis sauciis:& magna parte impedimentoꝝ:ambo
Attī āci pro uictis exercitus se ī montes proximos reciperēt. Tumulus tamē circūsessus ultra mediam ē noctē
pitē pu quo cum circūsedentibus denunciatū esset castra deserta esse:uictos rati suos & ipsi:qua quēq; in tene
gnæ bris pauor tulit:fugerunt.Tempanius metu insidiaꝝ suos ad lucem tenuit:digressus deinde ipse cum
euentū paucis speculatū:cum ab sauciis hostibus sciscitando compisset castra uolscoꝝ deserta esse:lætus ab tu/
mulo suos deuocat:& in castra romana penetrat.Vbi cū uasta desertaq; oīa atq; eandem:quā apud ho/
stes fœditatem inuenisset:priusq; uolscos cognitus error reduceret:quibus poterat sauciis ductis secū:
ignarus:quam regionē consul petisset:ad urbē proximis itineribus pergit:Iam eo fama pugnæ aduer/
sæ:castrorūq; desertoꝝ perlata erat:& ante oīa deplorati erāt equites nō priuato magis:quam publco
luctu. Fabiusq; consul: terrore urbi quoq; iniecto:stationes ante portas agebat:cū equites ꝓcul uisi nō
sine terrore ab dubiis:quinam essent:mox cogniti tātam ex metu lætitiā fecere:ut clamor urbem per/
uaderet gratulantiū saluos uictoresq; redisse equites:& ex mœstis paulo ante domibus:quæ comploꝰ
rauerant suos:ꝓcurrereť in uias:pauidæq; matres ac cōiuges oblitæ præ gaudio decoris obuiā agmi
ni occurrerent:in suos quæq; simul corpore atq; aīo uix præ gaudio compotes effusæ.Tribūis plebis:
qui.M.Posthumio.&.T.Quintio diem dixerāt:quod ad Veios eoꝝ opera male pugnatum esset:occa
sio uisa est per recens odiū Sempronii consulis renouandæ in eos inuidiæ.Itaq; aduocata contione cū
proditam Veiis remp.esse ab ducibus:proditum deinde:quia illis impune fuerit:in Volscis ab consu/
le exercitum:traditos ad cædem fortissimos eqtes:deserta fœde castra uociferati eēnt.C.Iunius unus
ex tribunis Tempanium equitem uocari iussit:coramq; eis Sexte Tempani:inquit:quæro de te:arbi/
treris ne.A.Sempronium consulem aut in tempore pugnam inisse:aut firmasse subsidiis aciem:aut ul
lo boni cōsulis functum officio:& cum ipse uictis legionibus romanis tuo cōsilio equitem ad pedites
deduxeris:restitueriſq; pugnam:excluso deinde ab acie nostra tibi atq; equitibus num aut consul ipse
subuenerit:aut miserit p̄sidium:postero deniq; die ecquid præsidii usq; habueris:an tu cohorsq; in ca
stra uestra uirtute proruperitis:ecquem in castris consulem:ecquem exercitum inueneritis:an deser/
ta castra relictos sautios milites:Hæc pro uirtute tua fideq;:qua una hoc bello respublica stetit:dicēda
tibi sunt hodie.Deniq; ubi.A.Sempronius:ubi legiones nostræ sint:desertus sis an deseruerīs cōsulē
Tēpanii exercitumq;:uicti:deniq; simus an uicimus:Aduersus hæc Tēpanii oratio incomposita fuisse dicitur
facinus cæteꝝ militariter grauis:nō suis uana laudibus:nō crimine alieno læta.Quāta prudētia rei bellicæ in
A.Sempronio eēt:nō militis de impatore æstimationem eē:sed Po.Ro.fuisse:cum eum comitiis cōsulem legeret.Itaq; ne ab se impatoria cōsilia:nec cōsulares artes exquireret:quæ pēsitanda quoq; ma/
gnis animis atq; īgeniis eēnt:sed quod uiderit referre posse.Vidisse aūt se prius:quam ab acie interclu
deret:cōsulem ī prima acie pugnantē:adhortantē iter signa romana:tælaq; hostium uersantē: postea
se ab cōspectu suoꝝ ablatum ex strepitu & clamore sensisse usq; ad noctem extractum certamen: nec
ad tumulum:quē ipe tenuerat:præ multitudine hostium perrumpi potuisse.Exercitus ubi eēt:se ne/
scire arbitrari:uelut ipse in re trepida loci p̄sidio se suosq; sit tutatus:sic consulē seruādi exercitus causa
loca tutiora castris cepisse:Nec uolscoꝝ meliores res esse credere quam Po.Ro.fortunam:noctēq; oīa
terroris mutui implesse:p̄cantēq; demum ne se fessum labore ac uulneribus tenerēt:cum ingēti lau/
de nō uirtutis magis:quam moderatiōis dimissum accipio.Cum agerētur hæc iam cōsul uia lauicana
ad fanum quietis erat:eo missa palustra iumētaq; alia ab urbe:exercitū affectum plælio ac uia noctur/
na excepere.Paulopost in urbem ē īgressus cōsul nō ab se magis enixe amouēs culpam:quam Tempa
Attī tē/ nium meritis laudibus ferens.Mæstæ ciuitati ab re male gesta & iratæ ducibus.M. Posthumius reus
panii obiectus:q tribunus militum ꝓ cōsule ad Veios fuerat:decēmilibus æris grauis damnatur.T.Quītiū
mode/ collegā eius:quia ī Volscis cōsul auspitio dictatoris Posthumii Tuberti:& ad Fidenas legatus dictato/
stā ora/ ris alterius Mamerci Aemylii res prospere gesserat:totā culpā eius tpis ī prædānatū collegā trāsferētē
tionem oēs tribus absoluerēt ꝓfuisse ei Cincīnati p̄ris memoria dicī uenerabilis uiri & exactæ iā ætatis:Capi

solinus Quitius suppliciter orãs ne se breui reliquo uitæ spacio tam triste nũciũ ferre ad Cincinatũ pa teret. Plebs tribunos plebis absentes. Sex. Tépaniũ. A. Selliũ: & Antistiũ. & Spuriliũ fecit: quos & p cétu riõ: bus sibi pfecerãt Tépanio auctore eqtes. Senatus: cũ odio Sépronii cõsulare nomẽ offenderet: tribu nos militũ cõsulari potestate creari iussit. Creati sunt. L. Manilius Capitolinus. Qu. Antonius Meren da. L. Papyrius Mugillãus. Prĩcipio statim anni. L. Hortésius tribunus plebis. A. Sépronio cõsuli anni prioris dié dixit: quem cũ quattuor collegæ inspectãte populo romano orarent ne impatoré suũ ob noxiũ: i quo nihil pter fortuná rephendi posset: uexaret: ægre Hortésius pati téptationé eá credens eẽ pseuerantiæ suæ: nec pcibus tribunoꝝ: q̃ i spém mõ iactent: sed auxilio cõfidere reũ. Itaq; mõ ad eũ cõ uersus ubi illi patritii spiritus ubi subnixus & fidẽs innocentiæ aius esset: q̃rebat: sub tribunitia umbra consularé uiꝝ delituisse: mõ ad collegas: uos ãt: si ré pago: quid acturi estis? an erepturi qdé ius populo & euersuri tribunitiá ptátem? Cũ illi & de Sépronio: & de oĩbus summá populi romái ptátem eẽ dice rent: nec se iudiciũ populi tollere: aut uelle: aut posse: sed si pces suæ pro ipatore: q sibi parétis esset loco nõ ualuissent: se uesté cũ eo mutaturos. tũ Hortensius nõ uidebit: inqt: plebs romana sordidata tribu nos suos. A. Séproniũ nihil moror: q̃ndo hoc est i iperio cõsecutus: ut tam carus eét militibus: nec pie tas quattuor tribunoꝝ: q̃ Hortésii tam placabile ad iustas pces ingeniũ pariter plebi patribusq; gratior fuit. Nõ diutius fortuna eqs indulsit: qui ambiguá uictoriá pro sua amplexi fuerát: pximo anno. Gn. Fabio Vibulano &. T. Quitio Capitolino filio Capitolini cõsulibus: ductu fabii: cui sorte ea prouincia euenerat nihil dignũ memoratu actũ: cum trepidam tátum ostédissent aciẽ: equi turpi fuga fundũtur haud mago consulis decore. Itaq; triũphus negatus: cæteroꝝ ob sempronianæ cladis eleuatá ignominiá ut ouans urbé intraret cõcessum est. Quéadmodũ bellum minore: q̃ timuerát: dimicatione erat perfe ctum: sic in urbe ex tráquillo: nec opinata moles discordiaꝝ inter plebé ac patres exorta é: cœpta a du plicando quæstoꝝ nũero: q̃ ré: preter duos urbanos q̃stores: duo q consulibus ad ministeria belli pẽsto esséntia cõsulibus relatá: cũ & patres summa ope approbassent: cõsulibus tribuni plebis certamé intule runt ut pars quæstoꝝ (nã ad id tps patritii creati erant) ex plebe fieret: aduersus quá actiõem primo & cõsules: & patres summa ope ánixi sunt: concedendo deinde ut quéadmodũ in tribunis consulari po testate creandis usi sunt: id æquæ i q̃storibus liberoꝝ esset arbitriũ populi romani: cũ paꝝ proficerét: to tam rem de augédo q̃storꝝ numero omittunt. Excipiunt omissam tribuni aliæq; subinde: inter quas & agrariæ legis seditiosæ actiones existunt: p quos motus cũ senatus consules: q̃ tribunos creari mallet neq; posset per intercessiones tribunitias senatusc̃sultum fieri: resp. a cõsulibus ad iterregnum: neq; id ipsum (nam coire patritios tribuni prohibebát) sine certamine igẽti redit. Cum pars maior isequen tis áni per nouos tribunos plebis: & aliquot iterreges certaminibus extracta esset modo prohibétibus tribunis patritios coire ad prodédum iterregem: modo iterregem iterpellátibus ne senatusc̃sultum de comitiis cõsularibus faceret. Prostremo. L. Papyrius Mugilanus proditus interrex castigando nunc patres: núc tribũos plebis desertá omissamq; ab hoĩbus remp. deoꝝ prouidétia curaq; exceptam me morabat: ueiétibus iduciis & cũctatione equorum stare: unde siquid istrepat terroris sine patritio ma gistratu placere remp. opprimi: nõ exercitum: nõ ducem scribédo exercitui eé: an bello itestino bellum externum populsaturos? quæ si i unum cõueniát: uix deoꝝ opibus: quin obruatur romana res: resisti posse: quin illi remittédo de summa q̃sq; iuris: mediis diis copularét cõcordiam: patres patiédo tribu nos militum p cõsulibus fieri: tribunos plebis nõ iter cedédo quo minus q̃ttuor q̃stores pmiscue de plebe ac patribus libero suffragio populi fierét. Tribunitia primũ comitia sunt habita creati tribuni cõ sulari ptáte oés patricii. L. Quintius Cincinatus tert. Sex. Furius Medullinus iteꝝ Martius Manlius & A. Sempronius. Hoc tribuno q̃stoꝝ comitia habente: petétibusq; iter aliquot tribunos plebeios filio Antistii tribuni plebis: & fratre alterius tribuni plebis Sex. Pompilii: nec potestas nec suffragatio eorũ ualuit: qn quoꝝ patres auosq; cõsules uiderant: eos nobilitate pferrent. Furere oés tribuni plebis: ante oés Pompilius Antistiusq; q repulsa suoꝝ accensi qd nam id rei eét? nõ suis beneficiis. nõ patrum iniu riis: nõ deniq; usurpádi libidine: cum liceat: quod nõ ante licuerit: si nõ tribunum militaré ne q̃storem qdem quéquá ex plebe factum: nõ ualuisse patris p filio fratris p fratre pces tribunoꝝ plebis: potesta tis sacrosanctæ ad auxilium libertatis creatæ. Fraudé pfecto in re eé: &. A. Sempronium comitiis plus artis adhibuisse: quam fidei: eius iniuria q̃ri suos honore deiectos. Itaq; cum in ipm & inocétia tutum & magistratu: i quo tũc erat: ipetus fieri non posset: flexere iras in. C. Sépronium patruelé. A. Sépronii eiq; ob ignominiam uolsci belli adiutore collega. M. Canuleio diem dixere: subíde ab eisdem tribunis métio in senatu de agris diuidendis illata est: cui actioni semp accerrime. C. Sempronius restiterat: ra tus id: quod erat: aut deposita causa leuioré futuꝝ apud patres reum: aut pseuerantem sub iudicii tps plebem offensurum aduersæ iuidiæ obiici maluit: & suæ nocere causæ: quam publicæ deesse: stetitq; i eadem sentétia: nequa largitio cessura in trium gratiam tribunoꝝ fieret: nec tum agrum plebi: sed sibi inuidiam quæri: se quoq; subituꝝ eam tépestatem forti aĩo: nec senatui tanti se ciuem: aut quéquã ali um debere eẽ: ut in parcendo uni malum publicum fiat. Nihilo demissiore aĩo: cum dies uenit: causa ipsa p se dicta nequicq̃ oĩa expertis patribus ut mitigarét plebem: quindecimilibus æris damnatur.

Gn. Fabius. T. Quitius cõsu.

Quæstores

Comitia Tribunoꝝ militũ

Comitia q̃storum

Eodem anno Posthumia uirgo uestalis de incestu causam dixit crimini obnoxia ob suspicioné pp cultum amœnioré: igeniũq; liberius quá uirginé decer: paꝝ abhorrés famã ampliatá: deinde absolutã p collegii snía: põtifex maximus abstinere iocis. coliq; sanctæ potius: quã scite iussit. Eodẽ áno a cápa nis Cumæ: quã græci tum urbé tenebát: capiũtur. Insequés ánus tribũos militũ cõsulari ptáte habuit

Ampliatū qd amplia re sic ex asconio require

Agrippā Meneniū Lanatū.P.Lucretiū tricipitinū:&.Sp.Nautiū Annus felicitate po.Ro.piculo potius ingéti:quā clade īsignis.Seruitia:urbem:ut īcenderét:distātibus locis cōiurarūt:populoq; ad opé passim ferédā tectis ītento:ut arcé capitoliūq; armati occuparét. Auertit nefanda cōsilia iuppiter: īdicioq; duoꝝ cōphēsi fontes pœnas dederūt:indicibus denamillia grauis eris:q̄ tum diuitiæ habebant:ex ærario numerata:& libertas p̄miū fuit.Bellū inde ab eqs reparari cœptū:& nouos hostes leuicanos cō silia cū ueiétibus iūgere haud īcertis auctoribus Romā est allatū.Equoꝝ iam uelut āniuersariis armis assueuerat ciuitas.Lauicos legati missi:cū responsa īde rettulissent dubia:qbus nec tūc bellū parari: nec diuturnā pacem fore appareret:tusculanis negotiū datum auerterét aīos:neqd noui tumultus Lauicis orireť.Ad īsequétis āni tribunos militū consulari ptāte inito magistratu ab Tusculo legati uenerūt.L. Sergiū Fidenaté.M.Papyriū Mugilanū:& Claudiū Seruiliū.A.Seruilii Prisci filiū: quo dictatore Fidenæ captæ fuerāt:nūciabāt legati lauicanos arma cepisse:& cū equoꝝ exercitu depopulatos agrū tusculanum castra ī Algido posuisse.Tum lauicanis bellū īdictū:factoq; senatusc̄sulto: ut duo ex tribunis ad bellū p̄fisciscerent:unus res Romæ curaret:Certamé subito īter tribunos exortū se qsq; belli ducé potiorē ferre:curā urbis ut īgratam ignobiléq; aspernari.Cū paꝝ decoꝝ īter collegas certamé mirabū di p̄es cōspicerét.Q.Seruilius quādo nec ordinis huius ulla:inqt:nec reipublicæ est uerecūdia: patria maiestas altercationē istā dirimet:filius meus extra sorté p̄erit urbi:bellū utinā:q appetūt:cōsideratius cōcordiusq;:quā cupiūt:gerāt.Delectū haberi nō ex toto passim populo placuit: decē tribus sorte ductæ sunt:ex his scriptos iuniores duo tribuni ad bellum duxere.Cœpta īter eos in urbe certamīa cupiditate eadé īperii multo impésius in castris accédi:nihil sentire idem p̄ sīa pugnare: sua cōsilia uelle: sua imperia sola rata eé:contemnere iuicem & contemni:donec castigātibus legatis tandē ita cōparatū est:ut alternis diebus summā īperii haberét.Quæ cum allata Romā eént:dicit.Q. Seruilius ætate: & usu doctus precatus ab diis immortalibus:ne discordia tribunorum lachrymosior reipu.essēt: quā ad Veios fuissēt:& uelut haud dubia clade imminéte intimasse filio ut mīlites scriberet:& arma pararet.

Ro.clades

Nec falsus uates fuit:nā ductu.L.Sergii.cuius dies īperii erat:loco iniquo sub hostiū castris:cū(quia simulato metu recepat se hostis ad uallū)spes uana expugnandi castra eo traxissēt:repétino īpetu equorum p̄ supinā uallem fusi sunt:multiq; ī ruina maiore:q̄ fuga oppressi obtrūcatiq;:Castra eo die ægre retenta.Postero die circūfusis iam magna ex p̄te hostibus:p̄ auersam portā fuga turpi deferunt:duces legatiq;:& qđ circa signa roboris de exercitu fuit.Tusculū petiere:palantes alii p̄ agros passim multis itineribus:maioris:q̄ accepta erat cladis:nuncii Romam contenderūt.Minus trepidationis fuit:quod euentus timori hoīum congruens fuerat:& q; subsidia:q̄ respicerent in re trepida:p̄parata erant ab tribuno militū:iussuq; eiusdé p̄ minores magistratus:sedato in urbe tumultu:speculatores propere missi nunciauere Tusculi duces exercitūq; esse:hosté castra loco nō mouisse.& qđ plurimū aīoꝝ fecit:dictator ex senatusc̄sulto dictus.Quintus Seruilius Priscus:uir cuius p̄uidétiā in rep.cū multis aliis tépestatibus ante experta ciuitas erat:tū euétu eius belli:qđ uni certamé tribunoꝝ suspectum:ante rem male gestā:fuerat.Magistro eqtū creato a quo ipso tribuno militū dictator erat dictus filio suo:ut traderet qdā:nam alii Halā Seruilium magistrū eqrum eo anno fuisse scribūt:nouo exercitu p̄fectus ad bellū:accitis:q Tusculi erant:duo millia passuū ab hoste locum castris cepit.Transierat ex re bene gesta negligétia supbiaq; ad equos:q̄ in romenis ducibus fuerat:Itaq; primo statim p̄lio:cū dictator eqtatu ātesignāos hostiū turbasset:legionū īde signa īferri p̄pere iussit:signiferoꝝ quoq; ex suis unū cūctantē occidit:tātus ardor ad dimicādū fuit:ut īpetū eq nō tulerīt:uictiq; acie cū fuga effusa petissent castra:breuiore tpe & certamine minor castoꝝ oppugnatio fuit:q̄ p̄liū fuerat:direptisq; castris cū p̄dā dictator militi cōcessisset:secutiq; fugiété ex castris hosté eqtes renūciassent oés lauicāos uictos:magnā partem equoꝝ Lauicos cōfugisse:postero die ad Lauicos ductus exercitus oppidumq; corona circūdatū:scalis

Lauici sed labici potiꝫ

captū ac direptū est.Dictator:exercitu uictore romā reducto die octaua:q̄ creatus erat magistratu se abdicauit:& opportune senatus:priusquā a tribunis plebis agrariæ seditiōis mentiōes illatæ de agro lauicano diuidendo fierēt:censuit frequés coloniā Lauicos deducendam: coloni ab urbe mille quingenti missi bina iugera acceperūt.Captis Lauicis ac deīde tribunis militum cōsulari ptāte Agrippa Menenio Lanato:&.P.Lucretio tricipitino iteꝝ oībus his:&.Sp.Rutilio Crasso:& īsequéti āno.A. Sempronio Atracino tertiū:& duobus iteꝝ.M.Papyrio Mugilano:&.Sp.Nautio Rutilio:biénium tráquillæ externæ res:discordia domi ex agrariis legibus fuit.Turbatores uulgi erant.Sp.Mecilius q̄rtum:& Metilius tertiū tribuni plebis ambo absentes creati:& cū rogationé p̄mulgassent:ut ager ex hostibus captus uiritim diuideret magnæq; partis nobiliū eo plebiscito publicaret fortunæ:nec enī ferme quicq̄ agri:ut ī urbe alieno solo posita:nō armis partū erat:nec qđ uenisset assignatūue publice esset:p̄terq̄ plebs habebat.Atrox plebi patribusq; propositū uidebatur certamen:nec tribuni millitum nunc in senatu:nunc in cōsiliis priuatis principum cogendis uiam cōsilii inueniebāt: tunc.Ap.Claudius nepos eius:qui decéuir legibus scribendis fuerat:minimus natu ex patrū cōsilio dicitur dixisse:uetus se ac familiare consilium domo afferre:proauum suum.Ap.Claudium ostédisse uiam unam dissoluédæ tribunitiæ potestatis:per collegarum īterc̄ssionem:facile homines nouos auctoritate principū de sententia deduci:si temporum interdum potius:q̄ maiestatis memor adhibeatur oratio:pro fortuna illis animos esse:ubi uideant collegas principes agendæ rei gratiam omnem ad plebem præoccupasse nec locum in ea relictū:sibi haud grauate acclinaturos se ad causam senatus:per quam uniuerso ordini cū primoribus se patrum concilient. Appropantibus cunctis & ante omnis. Qu.Seruilio Prisco: quod

nō degenerasset ab stirpe claudia collaudāte iuuenē:negotiū datur:ut quos:qsq; posset:ex collegio tribunoꝝ ad intercessionē plicerēt. Misso senatu p̄hensantur ab prīcipibus tribuni suadēdo monēdo pollicēdoq; gratū id singulis priuatim:gratū uniuerso senatui fore:sex ad iterceſſionē cōparauare. Postero die cū excōposito relatū ad senatū:eēt:de seditione:quā Mecilius Metiliusq; largitiōe pessimi exēpli cōcirent:& orones a primoribus patrū habitæ sunt:ut ꝑ se quisq; iā nec cōsiliū sibi suppetere diceret:nec se ullā opē cernere aliam usquā p̄terq̄ ī tribunicio auxilio:ī eius potestatis fidē circūuentam remp. tanq̄ priuatā inopem cōfugere:preclaꝝ ipsis potestatiq; esse nō ad uexādum senatum discordiāq; ordinum mouēdam:plus ī tribunatu uirium esse:quam ad resistēdum improbis collegis. Fremitus deinde uniuersi senatus ortus:cū ex omnibus partibus curiæ tribuni appellarētur:tum silētio facto:ii:qui præparati erāt gratia prīcipū:quā rogationē a collegis ꝑmulgatā senatus cēseat dissoluēdæ reip. eē:ei se iterceſsuros ostedūt. Gratiæ iterceſsoribus a senatu actæ. Latores rogatiōis cōcione aduocata ꝑditores cōmodoꝝ plebis ac seruos cōsulariū appellātes:aliaq; truci oratiōe ī collegas iuecti actionē deposuere. Ardua bella īsequēs annus habuisset:quo. P. Cornelius Cossus. C. Valerius Potitus. Quītius Cincinatus. Gn. Martius:&. M. Fabius Vibulanus tribuni militū cōsulari ptāte fuerāt:nisi ueiēs bellū religio prīcipū distulisset:quoꝝ agros tyberis sup ripas effusus maxīe ruinis uillaꝝ uastauit:simul equos triēnio ante accepta clades ꝑhibuit Volanis suæ gētis populo præsidiū ferre: Excursiōes īde ī cōfinem agrū leuicanū factæ:nouisq; colōis bellum illatum: Quā noxam cum se cōsensu oīum equoꝝ defensuros sperassent: deserti ab suis nec memorabili quidem bello per obsidiōem leuemq; unā pugnā:oppidū & fines amisere: Temptatū ab. L. Decio tri:ple. ut rogatiōem ferret:qua Volas:quoq;:sicut Lauicos colōi mitterētur: per īterceſsionē collegaꝝ:qui nullū plebiscitum:nisi auctoritate senatus passuros se perferri ostēderūt: discussum é. Volis īsequēte áno receptis:equi colōiaq; eo deducta:nouis uiribus oppidū firmarūt. Tribunis militū Romæ cōsulari potestate Gn. Cornelio Cosso. L. Valerio Potito. Q. Fabio Vibulano iteꝝ &. M. Posthumio Regilēsi:huic bellū aduersus equos ꝑmissum est:prauæ mētis homini quā tamē uictoria magis:quā bellū ostēdit. Nā exercitu īpigre scripto ductoq; ad Volas:cū leuibus prælīis equorū aios fregisset:postremo ī oppidum irrupit:deide ab hostibus ī ciues certamē uertit:& cum iter oppugnationem prædam militis fore edixisset:capto oppido:fidem mutauit. Eam magis adducor:ut credā īræ causam exercitui fuisse:quam quod ī urbe nuper direpta:colōiaq; noua mīus prædicatiōe tribuni prædæ fuerit. Auxit eam iram:posteaquam ab collegis accersitus propter seditiōes tribūicias ī urbē reuertit:audita uox eius ī cōciōe stolida ac prope uecors:qua. M. Festo tribu. ple. legem agrariam ferēti:simul Volas quoq; ut mitterētur coloni:laturum se dicēti dignos enim esse:qui armis cepissent: eorum urbem agrumq; uolanum esse:malum quidem militibus meis:īquit:nisi quieuerint: quod auditum nō cōcionem magis:quam mox patres offendit. Tribu. ple. acer nec īfacūdus nactus iter aduersarios superbum īgenium immodicamq; līguam:quam irritādo agitādoq; ī eas impelleret uoces: quæ īuidiæ non ipsi tātum:sed causæ atq; uniuerso ordini essent:neminem ex collegio tribunorum militum sæpius quam Posthumium ī disceptationem trahebat. Tum uero secūdum tam sæuum atq; inhumanū dictum:auditis:īquit:quirites sicut seruis malum minātem militibus? tamē hæc bællua dignior uobis tāto honore uidebitur:quam qui uos urbe agriscq; donatos ī colonias mittūt:qui sedem senectuti uestræ prospiciunt:qui pro uestris commodis aduersus tam crudeles supboscq; aduersarios depugnāt. Incipite deide mirari:cur pauci iam uestrā suscipiebant causam: qd ut a uobis sperēt? an honores quos aduersariis uestris potiusquam ꝑpugnatoribus datis? Ignem uistis modo uoce huius audita: quid id refert? iam suffragium detur:hūc:qui malum uobis minatur:iis qui agros:sedesq;: ac fortūas stabilire uolunt:præferetis. Perlata hæc uox Posthumii ad milites multo ī castris maiorem īdignationem mouit:prædæ ne īterceptorem fraudatoremq; etiam malum minari militibus? Itaq; cum fremitus aperte esset:& quæstor. P. Sestius eadem uiolentia coercere seditionem putaret posse: qua mota erat: missō ad uociferātem quendam militem lictore:cum īde clamor & iurgium oriretur:faxo ictus turba excedit:insuper īcrepante:qui uulnerauerat:habere quæstorem quod imperator eēt militibus minatus: Ad hūc tumultum accitus Posthumius asperiora oīa fecit acerbis quæstionibus:crudelibus suppliciis postremo cum modū iræ nullū faceret ad uociferatiōem eorum:quos necari sub crate iusserat cōcursu facto:ipse ad īterpellātis pœnam uecors de tribunali decurrit:ibi cum summouētes passim lictores cēturioneſq; uexarēt turbā:eo īdignatio erupit ut tribunus militum ab exercitu suo lapidibus cooperiretur. Quod tam atrox facinus posteaquā est Romā nūciatum:tribunis militum de morte collegæ quæstiōes decernētibus tri. ple. ītercedebāt:sed ea cōtentio ex certamīe alio pēdebat:quod cura īcesserat: patres ne metu quæstionum plebs iraq; tribunos militū ex plebe crearet:tēdebantq; summa ope:ut consules crearentur. Cum senatusconsultū fieri tri. ple. nō paterentur:iidem intercederent consularibus comitiis:res ad īterregnum rediit:uictoria deīde penes patres fuit:quod Quinto Fabio Vibulano interrege comitia habente:consules creati sunt. A. Cornelius Cossus:&. L. Furius Medulinus. His consulibus principio anni senatusconsultum factum est:ut de q̄stione Posthumianæ cædis tribuni primo quoq; tempore ad plebem ferrent:plebsq; præficeret quæstioni quem uellet:a plebe consensu populi consulibus negotium mandatur:qui summa moderatione ac lenitate per paucorum supplicium: quos sibimetipsos consciſſe mortem satis creditum est:transacta re nequiuere tamen consequi:ut nō ægerrime id plebs ferret:iacere tādiu irritas sanctiones:quæ de suis commodis ferrentur:cum īterim de sanguīe ac supplicio suo latā legem cōfestim exerceri:& tantam uim habere. Aptissimum tempus erat: uīdica-

Volæ de eqs capte

Posthumius Tri. mi. a militib⁹ occiditur A. Cornelius. L. Furio consul.

tis seditiõibus delinimẽtum animis uolani agri diuisionẽ obiici:quo facto minuissent desyderiũ agra/
riæ legis:quæ possesso per iniuriá agro publico patres pellebat: Tũc hæc ipsa ĩdignitas augebat aios nõ
in retinẽdis mõ publicis agris:quos ut teneret pertinacẽ nobilitatẽ esse:sed ne uacuum qdẽ agrũ nuper
ex hostibus captũ plebi diuidere:mox paucis ut cætera futurꝫ p̃dæ. Eodẽ anno aduersus uolscos popu/
Ferẽti/ lantes hernicorꝫ fines legiões ductæ a Furio cõsule:cũ hostẽ ibi non inuenissent Ferẽtinũ : quo magna
num multitudo uolscorꝫ se contulerat:cepere minus p̃dæ:quá sperauerát:fuit:qd' uolsci:posteaq̃ spes tuen/
capitur di exigua erat:sublatis rebus:nocte oppidũ reliq̃runt:postero die ꝑpe desertũ capitur:hernicis ipẽ ager
Qu. Fa dono datus. Annũ modestia tribunorꝫ qetum excepit tri.ple. Licinius. Q. Fabio Ambusto. C. Furio pe
bius. C. tilio cõsulibus. Is cũ pricipio statim anni uelut pẽsum noís familiæqꝫ seditiões agrariis legibus ꝑmul/
Finius gandis cieret:pestilẽtia coorta miacior tamẽ:quá ꝑnicioſior:cogitatiões hoíum a foro certaminibusqꝫ
cõsul. publicis ad domũ curáqꝫ corporꝫ nutriẽdorꝫ auertit:minusqꝫ eã dánosam fuisse:quá seditio futura fue
P. Atra/ rit:credunt. Defuncta ciuitate plurimorꝫ morbis:ꝑpaucis funeribus:pestilentẽ annũ inopia frugũ ne/
cius. C. glecto cultu agrorꝫ:ut plærũqꝫ fit:accepit. P. Atratino. C. Nautio Rutilio cõsulibus. Iá fames:quá pesti/
Nautio lentia tristior erat:ni dimissis circa oés populos legatis:q ethruscũ mare:quiqꝫ tyberim accolũt ad fru/
cõsul mentũ mercãdũ:annonæ foret subuentũ:supbe a samnitibus:q Capuá habebát Cumasqꝫ:legati prohi
Martio biti cõmertio sunt:cõtra ea benigne ab siculorꝫ tyránis adiuti:maximos cõmeatus summo Ethruriæ
Aemili studio tyberis deuexit. Solitudinẽ ĩ ciuitate ægra expti cõsules sunt:cũ in legatiões nõ plus singulis se/
us. P. natoribus iuentis coacti sunt binos equites adiicere. Præterq̃ ab morbo annonaqꝫ:nihil eo biẽnio inte
Valerio stini externiue incõmodi fuit:at ubi hæ sollicitudines discessere:oía qbus turbari solita erat ciuitas:do/
cõsul. mi discordia foris bellũ exortũ. Martio Aemylio. P. Valerio Potito cõsulibus equi bellũ parabant: uol/
scis q̃q̃ non publico cõsilio capessentibus arma:uolũtariis mercede secutis militiá:ad quorꝫ famam ho
stium:iam enĩ in latinũ hernicũqꝫ descẽderant agrũ delectũ habentẽ Valerium cõsulẽ Martius Mene/
nius tribunus plebis legis agrariæ lator cum ĩpediret:auxilioqꝫ tribuni nemo inuitus sacraméto dice/
ret:repente nũciatur arcẽ caruẽtanam ab hostibus occupatã esse. Ea ignominia accepta cũ apud patres
inuidiæ Menenio fuit:tũ cæteris tribunis iã ante præparatis intercessoribus legis agrariæ: præbuit iu/
stiorẽ causam resistendi collegæ. Itaqꝫ cũ res diu ducta per altercationẽ esset cõsulibus deos homineſqꝫ
testantibus quicquid ab hostibus cladis ignominiæqꝫ:aut iam acceptũ esset:aut ĩmineret:culpam pe\
nes Meneniũ fore:qui delectũ impediret. Menenio uociferáte:si iniusti domini possessione agri publi/
ci cederent:se moram delectui non facere. Decreto interposito:nouem tribuni sustulerunt certamen:
pronunciaueruntqꝫ ex collegii sententia. P. Valerio cõsuli se damnũ aliamqꝫ coercitionẽ aduersus iter/
cessionem collegæ:delectus causa detrectãtibus militiã inhibẽti auxilio futuros esse. Hoc decreto con/
sul armatus:cũ paucis appellãtibus tribunũ collũ torsisset:metu cæteri sacraméto dixere. Ductus exer/
citus ad caruentaná arcem:q̃q̃ inuisus ĩfestusqꝫ cõsuli erat:impigre primo statim aduentu deiectis:q in
presidio erát:arcẽ recepit:p̃datores ex p̃sidio ꝑ negligẽtiam dilapsi occasionẽ aperuere ad iuadẽdum:p̃/
dæ ex assiduis populationibus:qd' oía ĩ locũ tutum cõgesta erát:fuit aliq̃tum uænditum sub hasta:cõ/
sul ĩ ærarium redigere q̃stores iussit:tum prædicás participẽ p̃dæ fore exercitũ cum militiá nõ abnuis/
set:auctæ ĩde plebis ac militum ĩ cõsulem iræ. Itaqꝫ cũ ex senatuscõsulto urbẽ ouás ĩtroiret:alternis ĩ cõ
diti uersus militari licẽtia iactati:quibus cõsul ĩcrepitus:Menenii celebre nomẽ laudibus fuit:cũ ad om
nem métionẽ tribuni fauor circũstãtis populi:plausuqꝫ & assensu cũ uocibus militũ certaret : plusqꝫ ea
res quá prope solemnis militũ lasciuia ĩ cõsulẽ curæ patribus iniecit:& tanq̃ haud dubius iter tribunos
militum honos Menenii:si peteret cõsularibus comitiis ẽ exclusus. Creati cõsules sunt. Gn. Cornelius
G. Cor Cossus:&. L. Furius Medulinus iterum. Nõ alias ægrius tulit plebs tribunicia sibi comitia nõ cõmissa:
nelius. eum doloré quæstoriis comitiis simul ostẽdit:& ulta est:tũc primum plebeiis quæstoribus creatis:ita
L. Furio ut ĩ quattuor creádis uni patricio Claudio Fabio Ambusto relinqueretur locus:tres plebeii Quintius Si
cõsul. lius. P. Elius &. P. Pipius clarissimarum familiarꝫ iuuenibus præferrétur. Auctores fuisse tá liberi popu
lo suffragii Icilios accipio:ex familia ĩfestissima patribus tres ĩ eũ annũ tribunos plebis creatos hi mul/
tarum magnarũqꝫ rerꝫ molẽ auidissimo ad ea populo ostẽtantes:cũ affirmassent nihil se moturos sine
quæstoriis quidem comitiis:quæ sola promiscua plebi patribusqꝫ reliquisset senatus:satis animi popu
lo esset:ad id quod tãdiu uellent:& ꝑ leges liceret. Pro ingenti itaqꝫ uictoria id fuit plebi:quæsturáqꝫ nõ
honoris ipsius finẽ æstimabát:sed patefactus ad cõsulatum ac triumphos locus nouis hoíbus uidebat.
Patres cõtra nõ pro cõmunicatis:sed ꝑ amissis honoribus fremere:negare:si ea ita sint:liberos tollen/
dos esse:qui pulsi maiorum loco:cernẽtesqꝫ alios ĩ possessiõe dignitatis suæ:salii:flamineſqꝫ nusq̃ alio:q̃
ad sacrificádum pro populo sine imperiis ac potestatibus relinquátur: Irritatis utriusqꝫ partis animis cũ
& spiritus plebes sumpsisset:& tres ad popularem causam celeberrimi nominis haberet duces : patres
omnia quæstoriis comitiis ubi utrunqꝫ plebi liceret similia fore cernétes:tendere ad cõsulum comitia:
quæ nondum promiscua essent. Icilii cõtra tribunos militum creádos dicerẽt:& tandem aliquádo im
pertiendos plebi honores:sed nulla erat cõsularis actio:quam impediẽdo id quod petebát exprimerẽt
cum mira opportunitate uolscos:& equos prædatum extra fines exisse ĩ agrũ latinum hernicũqꝫ affer/
tur:ad quod bellũ:ubi ex senatusconsulto cõsules delectũ habere occipiũt:obstare tũc enixe tribuni si/
bi plebiqꝫ eam fortunã oblatam memorátes. Tres erant & omnes acerrimi uiri generosiqꝫ iam ut ĩter
plebeios:duo singuli singulos sibi cõsules asseruádos assidua opera desumũt:uni cõcionibus data nũc
detinẽda:nũc cõcienda plebs:nec delectũ cõsules:nec comitia:quæ petebant tribuni: expediebát. Incli/

deditionis ſecuri percuſſi inoxiæ multitudini redditæ res:oppidumq; cum præſidio relictū. Itaq; duabus ſociis urbibus ex hoſte receptis victore exercitū tribuni cū magna gloria Romā reduxerūt. Eodē anno ab latinis hernicisq; res repetitæ:q̄ſitumq; cur p eos ānos militē ex inſtituto nō dediſſent. Reſpōſum freq̄nti utriuſq; gētis cōcilio:nec culpā i eo publicā:nec cōſilium fuiſſe:qđ ſuæ iuuētutis aliq apd Volſcos militauerit:eos tamē ipſos praui cōſilii pœnā habere:nec quēq; ex his reducē eē. Militis āt nō dati cām:terrorē aſſiduū a uolſcis fuiſſe:quā peſtē adhærē tem lateri ſuo:tot ſup alia aliis bellis exhaurire nequiſſe. Quæ relata pribus magis tps:quā cām nō uiſa belli habere. Inſeq̄nti anno. A. Manlio. P. Cornelio. T. & Lucio Quintiis Capitolinis. L. Papyrio Curſore tribunis cōſulari ptāte: graue bellum foris:grauior domi ſeditio exorta. Bellum a uolſcis adiūcta latinor̄:atq; hernicor̄ defectione. Seditio unde minime timeri debuit:a patriciæ gētis uiro:& iclytæ familiæ. M. Manlio Capitolino:q nimius animi:cū alios prīcipes ſperneret:uni iuideret eximio ſimul honoribus atq; uirtutibuſ. M. Furio:ægre ferebat ſolū eum in mgr̄atibus:ſolū apud exercitus eē:tantū iam eminere ut iſdē auſpiciis creatos nō p collegis:ſed p miniſtris habeat:cū iterim ſiqs uere exiſtimare uelit a. M. Furio recuperari prīa ex obſidiōe hoſtiū nō potuerit:niſi a ſe prius capitoliū:atq; arx ſeruata eēt:& ille iter aur̄ accipiēdū:& ſpem pacis ſolutis ais gallos aggreſſus ſit ipſe armatos capiētesq; arcem depulerit. Illius gloriæ ps uirilis apd oēs milites ſit:q ſimul uicerūt:ſuæ victoriæ neminē oium mortaliū ſociū eē. His opiniōib9 iflato aio: ad hoc uitio quoq; ingenii uæhemēs & ipotens poſteaq̄ iter prēs:nō q̄tum æquū cēſebat:excellere ſuas opes aīaduertit:primū oium ex pribus popularis factus:cū plebeiis mgr̄atibus cōſilia cōmunicar̄:criminādo prēs:alliciendo ad ſe plebeiam auram:nō conſilio ferri:famæq; magnæ malle:quā bonæ eſſe: & non contentus agrariis legibus:quæ materia ſemp tribunis plebis ſeditionum fuiſſet: idem moliri cœpit:acriores quippe æris alienis ſtimulos eē:qui nō egeſtatem modo:atq; ignominiam minentur: ſed neruo ac uinculis corpus liberū territent:& erat æris alieni magna uis:res dānoſiſſima ēt diuitibus ædificando contracta. Bellum itaq; uolſcum graue per ſe oneratum latinor̄ atq; hernicor̄ defectiōe i ſpeciem cauſæ iactatum:ut maior ptās quæreret:ſed noua cōſilia Manlii magis compulere ſenatū ad dictatorē creandū creatus. A. Cornelius Coſſus magiſtrūm eqtum dixit. T. Quintium Capitolinum. Dictator & ſi maiorē dimicationē ppoſitā domi:q foris cernebat:tamē ſeu qa celeritate ad bellū opus erat:ſeu victoria triūphoq; dictaturæ ipſi uires ſe additur̄ ratus:delectu habito:in agrū pōptinū quo a uolſcis exercitū induci indictū audierat:pergit. Nō dubito præter facietatē tot iam libris aſſidue bella cū uolſcis geſta legētibus:illud quoq; ſuccurſur̄:qđ mihi pcenſenti ppiores tpibus har̄ rer̄ auctores miraculo fuit. unde totiēs victis uolſcis & eqs ſuffecerit milites. Quod cū ab antiqs tacitū ptermiſſumq; ſit:cuius tandē ego rei pter opinionē:quæ ſua cuiq; cōiectāti eſſe pōt:auctor ſim? Simile ueri eſt aut iteruallis bellor̄ ſicut nūc i delectibus fit romanis:alia atq; alia ſobole iunior̄ ad bella inſtauráda totiēs uſos eſſe:aut nō ex iiſdē ſemp populis exercitus ſumptos:q̄q̄ eadē ſemp gens bellū intulerit:aut innumerabilē multitudinē liberor̄ capitū in eis fuiſſe locis:quæ nūc uix:ſeminario exiguo militum relicto:ſeruitia romana ab ſolitudine uēdicāt. Ingēs certe:qđ iter oēs auctores cōueniat:q̄q̄ nup Camilli ductu atq; auſpitio acciſæ res erāt:uolſcor̄ exercitus fuit:ad hoc latini hernici q; acceſſerāt & cercienſium quidā:& coloni etiā a Velitris Romāus dictator caſtris eo die poſitis poſtero cum auſpicato prodiſſet:hoſtiaq; cæſa pecē deum adoraſſet:lætus ad milites iam arma ad ppoſitū pugnæ ſignū:ſicut edictū erat. luce prima capiētes pceſſit. Noſtra uictoria ē milites inqt ſiquid dii uateſq; eor̄ i futur̄ uidēt: itaq; ut decet certe ſpei plenos:& cū in paribus manus cōſerturos: pilis ante pedes poſitis:gladiis tantū dextras armemus:nec pcurri quidem ab acie uelim:ſed obxinos uos ſtabili gradu impetū hoſtiū excipere:ubi illi uana iniecerint miſſilia:& effuſi ſtantibus uobis ſe intulerint: tū micent gladii:& ueniat imentē unicuiq; deos eſſe:qui romanū adiuuēt:deos q ſecūdis auibus:in plīū miſerint. Tu quinti equitē itentū ad primū initiū moti certamis teneas:ubi hærere iā acie collato pede uideris:tū torrorē equeſtrem occupatis alio pauore infer:inuectus ordines pugnantiū diſſipa. Sic pedes ſic eques:ut præcepterat:pugnat:nec dux legiones:nec fefellit fortuna ducē. Multitudo hoſtiū nulli rei:prætereq̄ nūero frēta oculis utrāq; metiēs acie temere plīū iniit:temere omiſit clamore tātū miſſilibuſq; tælis & prio impetu ferox gladios & collatū pedem & uultū hoſtis ardore animi micātē ferre nō potuit. Impulſa frōs prima & trepidatio ſubſidiis illata:& ſuū terrorē itulit eques:rupti ide multis locis ordies:motaq; oia & fluctuanti ſimilis acies erat. Deinde poſteaq̄ cedentibus primis iā ad ſe quiſq; puenturā cædē cernebat:terga uertūt:ſtare romanus:& donec armati cōfertiq; abibāt:peditū labor i pſequēdo fuit:Poſteaquā iactari arma paſſim fugaq; pp agros ſpargi acie hoſtiū aīaduerſum ē:tū equitū turmæ emiſſæ ſigno dato:ne in ſinguloſ morando cæde ſpatiū ad euadendū iterim multitudini darēt:ſatis eē miſſilibus ac terrore ipediri curſum: obequitandoq; agmē teneri:dū aſſēq; pedes & iuſta cæde cōficere hoſtē poſſet:fugæ ſequēdiq; nō ante noctē finis fuit. Capta quoq; ac direpta eodē die caſtra uolſcor̄ pdaq; oīs pter libera corpora militi cōceſſa ē:pars maxima captiuor̄ ex latinis atq; hernicis fuit nec hoium de plebe ut credi poſſet:mercede militaſſe:ſed principes quidam iuuētutis inuenti: manifeſta fides publica ope uolſcos hoſtes adiutos. Cerciēſiū quoq; quidā cogniti:& coloni a Velitris:romāq; oēs miſſi percūctātibus primoribus patrū:eadēq; dictatori defectionē ſui quiſq; populi haud pplexe idicauere. Dictator exercitū in ſtatiuis tenebat minime dubius bellū cū his populis patres iuſſuros:cū maior domi exorta moles coegit acciri Romā eū gliſcente in dies ſeditiōe:q̄ ſolito magis metuendā auctor faciebat nō enim iam orationes modo. M. Manlii ſed facta popularia in ſpeciem tumultuoſa eadē qua; mente

Quid de uolſcis opibus totiens re paratis

Vincūt uolſci

Atī Mā lii capi' tolini facinus

fierent:intuenda erant.Cēturionem nobilem militaribus factis iudicatum pecuniæ:cum duci uidisset medio foro cum caterua sua accurrit:& manū iniecit:uociferatusq; de supbia patrū ac crudelitate fœneratorꝝ:& miseriis plebis uirtutibus eius fortunaq;.Tum uero ego iquit:nequicq̄ hac dextra capitolium arcēq; seruauerim:si ciuem cōmilitonēq; meum tanq̄ gallis victoribus captū in seruitutē ac uincula duci uideam.Inde rem creditori palam populo soluit libraq; & ære liberatū emittit:deosq; atque hoīes obtestātem:ut.M.Manlio liberatori suo parēti plebis romanæ gratiam referāt.acceptus extemplo in tumultuosam turbam & ipse tumultum augebat:cicatrices acceptas ueienti:gallico:aliisq; deinceps bellis ostētans: se militantem:se restituētem euersos penates:multiplici iam sorte exoluta mergētibus se ꝑ sortem usuris obrutum fœnore eē:uidere lucem forꝝ ciuium ora.M.Manlii opa:oīa parētū beneficia ab illo se habere:illi se deuouere corporis uitæq; ac sanguinis qđ supsit: quodcūq; sibi cū patria penatibus publicis ac priuatis iuris fuerit:id cum uno hoīe esse.His uocibus īstincta plebes cū iam unius hoīs esset:addita alia cōmotioris ad oīa turbāda consilii res:fundum ī ueienti caput patrimonii subiecit præconi neminem uestrum:inqt:quirites donec quicq̄ ī re mea superit:iudicatum addictūq; duci patiar.Id uero ita accendit aīos:ut ꝑ omne fas ac nefas secuturi uindicem libertatis uiderentur:ad hoc domi concionantis in modum sermones pleni criminum in patres:īter quos cū omisso discrimine uera an uana iaceret:thesauros gallici auri occultari a patribus iecit:nec iā possidēdis publicis agris contētos eē:nisi pecuniā quoq; publicā auertāt:ea res si palam fiat:exolui plebē ære alieno posse. Quæ ubi obiecta res est:eniuero īdignum facinus uideri:cū conferendū ad redimēdam ciuitatē a gallis aurꝝ fuerit tributo collationē factā:idem aurꝝ ex hostibus captum in paucorꝝ ꝑdam cessisse:itaq; exequebātur quærendo:ubi tantæ rei furtū occultaret:differēteq; & tpe suo sēdicaturꝝ dicente:cæteris omissis eo uersæ erant oīum curæ:apparebatq; nec ueri indicii gratiam mediam:nec falsi offensionem fore.

Crimīa mālii ī patres

Itaq; suspensis rebus dictator accitus ab exercitu in urbem uenit:postero die senatu habito: cū satis periclitatus uolūtates hoīum discedere senatum ab se uetuisset:stipatus ea multitudīe:sella in comitio posita:uiatorē ad.M.Manlium misit:q dictatoris iussu uocatus:cum signum suis dedisset adesse certamen:agmine īgenti ad tribunal uenit:hinc senatus:hīc plebs suum q̄sq; ītuentes ducē uelut ī acie cōstiterāt. Tunc dictator silentio facto:utinā inqt.mihi patribusq; romanis ita de cæteris rebus cum plebe conueniat:quemadmodum quod ad te attinet:eamq; rem:quā de te sum quæsiturus:cōuenturꝝ satis confido.Spem factam a te ciuitati uideo fide īcolumi ex thesauris gallicis:quos primores patrū occultēt creditū solui posse:cui ego tātū rei ab ē:ut īpediméto sim:ut cōtra te.M.Manli adhorter liberes fœnore plebē romanā:& istos icūbentes thesauris publicis ex ꝑda clādestina euoluas:qđ nisi facis siue ut & ipse in parte ꝑdæ sis:siue ea uanum īdiciū est:in uincula te duci iubebo:nec diutius patiar a te multitudiné fallaci spe cōcitari. Ad ea Manlius nec se fefellisse ait:non aduersus uolscos totiens hostes quotiens patribus expediat:nec aduersus latinos ethrucosq;:quos falsis criminibus in arma agaut:sed aduersus se & plebē romanā dictatorē creatū esse:iam omisso bello:qđ simulatū sit:in se īpetū fieri. Iam dictatorē ꝑfiteri patrociniū fœneratorꝝ aduersus plebē:iā sibi ex fauore multitudinis crimē & pniciē quæri.Offendit:inquit:te.A.Corneli uosq; patres conscripti circunfusa turba lateri:meo:quin eam deducitis a me singuli uestris beneficiis? intercedendo eximendo de neruo ciues uestros: ꝓhibendo iudicatos addictosq; duci:ex eo qđ affluit opibus uestris sustinēdo necessitates aliorꝝ? Sed qđ ego uos de uīo īpēdatis hortor? forte aliquā ferte de capite:deducite:qđ usuris ꝑnumeratū est:iā nihilo mea turba:quā ullius cōspectior erit. Ad.n.quid ita solus ego ciuiū curā ago? nihilo magis:qđ respōdeā:habeo q̄ si quæras qd ita solus capitoliū arcēq; seruauerim:& tū uniuersis:q̄ potui:opē tuli:& nunc singulis feram.Nā quod ad thesauros gallicos attinet:rē suapte natura facilem:difficilē interrogatio facit:cur.n. quæritis:quod scitis:cur qđ in sinu uestro est:excuti iubetis:potius quā ponatis? nisi aliqua fraus sub est quo magis argui præstigias iubetis uestras:eo plus uereor:ne abstuleritis obseruantibus etiā oculos Itaq; nō ego uobis ut indicem prædas uestras:sed uos id cogendi estis:ut in mediū ꝓferatis:Cū mitte re ambages dictator iuberet:& aut pagere uerꝝ indiciū cogeret:aut fateri facinus ī simulati falso crimine senatus oblatæq; uani furti inuidiæ:negantē arbitrio inimicorꝝ se locuturꝝ in uīcula duci iussit. Arreptus a uiatore Iuppiter īquit:optime maxime Iunoq; regina:ac Minerua cæteriq; dii deæq;:qui capitoliū arcēq; īcolitis:siccine uestrū militē ac præsidem finitis uexari ab inimicis? hæc dextra:q̄ gallos fudi a delubris uestris:iā in uinculis & cathænis erit? Nullius nec oculi:nec aures indignitatē ferebāt:sed inuicta sibi quædā patientissima iusti imperii ciuitas fecerat:nec aduersus dictatoriā uim aut tribuni plebis:aut ipsa plebs attollere oculos: aut hiscere audebant. Cōiecto in carcere Mālio:satis constat magnā partē plebis uestē mutasse:multos mortales capillum ac barbā ꝓmisisse:obuersatāq; uestibulo carceris mœstā turbā:dictator de uolscis triūphauit:inuidiæq; magis triūphus:quā gloriæ fuit:qppe domi nō militiæ partū eū:actūq; de ciue nō de hoste fremebāt:unū defuisse tantū supbiæ:quod non.M. Manlius ante currū sit ductus.Iāq; haud ꝓcul seditione res erat:cuius leniendæ causa:postulante nullo largitor uoluntarius repente senatus factus.Satricum coloniam duomillia ciuium romanorꝝ deduci iussit:bine iugera & semisses agri assignati.Quod cum & paruū & paucis datum:& mercedem esse ꝓdendi.M.Manlii īterpretarētur: remedio irritatur seditio:& magis insignis & sordibus & facie reorū turba manliana erat.Amotusq; post triūphum abdicatione dictaturæ terror & linguam & animos liberauerat hominum:audiebātur itaq; propalā uoces exprobrātium multitudini:quod defensores suos semper in præcipitē locum fauore tollat:deinde ī ipso discrimine periculi destituat:sic.Sp.Cassium

Sortē aliq̄ ferte de capite

Addūcit ī carcerem Mālius

in agros plebē uocātem:sic.Sp.Melium ab ore ciuiū famē ſuis ipenſis ꝑpulſantē oppreſſos:sic.M.Manlium merſam & obrutam fœnore partē ciuitatis in libertatē ac lucē extrahentē ꝑditū inimicis: ſaginare plebē populares ſuos:ut iugulent:hoccine patiendū fuiſſe:ſi ad nutū dictatoris nō reſpōderit uir cōſularis? fingeret mentitū ante:atq; ideo nō habuiſſe qđ tum reſpōderet:cui ſeruo unq̄ mendacii pœnā uincula fuiſſe? Nō obuerſatā eē memoriā noctis illius:q̄ pene ultima atq; æterna nomini romano fuerit:nō ſpeciē agminis gallor̄ ꝑ tarpeiā rupē ſcādentis:nō ipſius.M.Manlii:q̄lem eū armatū plenū ſudoris ac ſanguinis:ipſo pene Ioue erepto ex hoſtiū manibus:uidiſſent:ſelibris ne farris gratiā ſeruatori patriæ relatā? & quē ꝑpe cæleſtē cognomīe certe capitolino Ioui parem fecerint:eū pati uinctū ī carcere in tenebris obnoxiā carnificis arbitrio ducere aīam? adeo ī uno oībus ſatis auxilii fuiſſe nullam opē in tam multis uni eē? Iam ne nocte qdem turba eo loco dilabebat:refracturoſq; carcerē minabant: cū remiſſo id qđ erepturi erāt:ex ſenatuſcōſulto Manlius uinculis liberat:quo facto nō ſeditio finita: ſed dux ſeditiōi datus ē.Per eoſdem dies latinis & hernicis ſimul colōis circiēſibus & a Velitris purgātibus ſe uolſci crimine belli captiuoſq; repetētibus ut ſuis legibus in eos aīaduerterēt:triſtia reſpōſa reddita triſtiora colonis:qđ ciues romani pr̄iæ oppugnādæ nefanda cōſilia iniſſent.Non negatum itaq; tantū de captiuis:ſed in quo ab ſociis tamen temperauerāt:denūciatum ſenatus uerbis faceſſerent ꝑpe re ex urbe ab ore atq; oculis populi romani:ne nihil eos legationis ius externo non ciui comparatum tegeret.Recrudeſcente manliana ſeditione:ſub exitu anni comitia habita creati tribuni militū cōſulari poteſtate Sergius Cornelius Maluginēſis.ſcđus.Publius Valerius Potitus iter̄.M.Furius Camillus:qn. Seruius Sulpicius Ruffus iter̄ Claudius Papyrius Craſſus:Titus Quintius Cincinatus ſcđus. Cuius pr̄icipio anni & patribus:& plebi peropportune externa pax data.Plebi qđ non auocata delectu ſpem cepit:dum tam potentē haberet ducem fœnoris expugnādi.Patribus ne quo externo terrore auocarē tur animi ab ſanandis domeſticis malis.Igitur cum pars utraq; acrior aliquāto coorta eſſet:iam ī propinquo certamen aderat & Manlius:aduocata domum plebe:cum pr̄icipibus nouandarum rer̄ iterdiu noctuq; conſilia agitat:plenior aliquāto animor̄ irarumq;:quam antea fuerat:iram accēdit ignominia recens in animo ad contumeliam inexperto:ſpiritus dabat:quod nec auſus eſſet: idem ī ſe dictator:quod ī.Sp.Melio Cincinatus Quintius feciſſet:& uinculor̄ ſuor̄ ĩuidiam non dictator modo abdicādo dictaturam fugiſſet:ſed ne ſenatus qdem ſuſtinere potuiſſet:His ſimul iflatus exacerbatuſq; iam per ſe accenſos ĩcitabat plebis aīos.Quouſq; tandem ignorabitis uires ueſtras:quās natura ne beluas qdem ignorare uoluit? numerate ſaltem quot ipſi ſitis:quot aduerſarios habeatis: ſi ſinguli ſingulos aggreſſuri eſſetis:tamen acrius crederem uos pro libertate:quam illos pro domīatione certatu/ros:quot enim clientes circa ſingulos fuiſtis.Patronos:tot nūc aduerſus unū hoſtes eritis:oſtēdite mō bellū:pacem habebitis.Videant uos paratos ad uim:ius ipſi remittēt:audendum ē aliqd uniuerſis:aut oīa ſingulis patiēda.Quouſq; me circūſpectabitis? ego qdem nulli ueſtrū deero:ne fortuna mea deſit: uidete:ipſe uīdex ueſter:ubi uīſum inimicis ē:nullus repēte fui:& uidiſtis ī uīcula duci uniuerſi cū:q a ſingulis uobis uīcula depulerā:quid ſperē:ſi plus ī me audeāt inimici? an exitū Caſſii Meliiq; expectē? benefacitis:qđ abhoīamini:dii ꝓhibebūt hæc:ſed nūq̄ ꝑp me de cælo deſcēdēt:uobis dēt mentē oportet:ut ꝓhibeatis:ſicut mihi dederunt armato togatoq;:ut uos a barbaris hoſtibus a ſuꝑbis defenderē ciuibus.Tā paruus aīus tanti populi eſt:ut ſemꝑ uobis auxiliū aduerſus inimicos ſatis ſit:nec ullū:niſi q̄tenus īpari uobis ſinatis:certamē aduerſus pr̄es noritis? nec hoc natura uobis inſitū ē:ſed uſu poſſidemini.Cur.n.aduerſus externos tātū aior̄ geritis:ut īpare illis equum cēſeatis? qa cōſueuiſtis cū eis ꝑ īpio certare aduerſus hos tēptare magis:q̄ tueri:libertatē:tamē q̄leſcūq; duces habuiſtis:q̄leſcūq; ipſi fuiſtis:oīa adhuc q̄tacūq; petiſtis:obtinuiſtis ſeu ui:ſeu fortuna uīra:tꝑs eſt etiā maiora conari expimi nī mō & ueſtrā felicitatē:& me:ut ſpero:fœliciter exptū:minore negotio:q īperet: patribus īponetis:q̄ q reſiſterēt imperātibus:impoſuiſtis.Solo æquādæ ſunt dictaturæ cōſulatuſq;:ut caput attolere roma na plebs poſſit.Proīde adeſte: ꝓhibete ius de pecuniis dici:ego me patronū ꝓfiteor plebis:qđ mihi cura mea:& fides nomē induit uos:ſi quo īſigni magis īperii honorīſue noīe ueſtrū appellabitis ducē:eo utemini potentiore ad obtinenda ea:quæ uultis.Inde de regno agēdi ortū initiū dicit:ſed nec cū qbus: nec quē ad finē cōſilia ꝑuenerint:ſatis planū tradit.At in parte altera ſenatus de ſeceſſiōe in domū priuatam plebis ſorte ēt in arce poſitā:& īminenti mole libertatis agitat:magna pars uociferant.Seruilio Hala opus eē:q nō in uīcula dici iubēdo irritet publicū hoſtē ſed unius iactura ciuis finiat inteſtinū bellū:decurrit ad leuiorē uerbis ſnīam uim tamē eādē habentē:ut uideāt:magiſtratus neqd ex ꝑnicioſis cōſiliis.M.Manlii reſp.detrimēti capiat.Tūc tribuni cōſulari ptāte tribuniq; plebis nā:& qa eūdem & ſuæ poteſtatis:quē libertatis omnium finē cernebant:patrū auctoritate ſe dediderāt: hi tum oēs: quid opus facto ſit:cōſultant.Cū præter uim & cædē nihil cuiq̄ occureret: eā autem ingentis dimicationis fore appareret:tum.M.Menenius:& Quintus Publius tribuni plebis: qd patrum & plebis certamen facimus:qđ ciuitatis eē aduerſus unū peſtifer̄ ciuē debet? quid cū plebe aggredimur eū:quem ꝑ ipſam plebē tutius aggredi eſt ut ſuis ipſe oneratus uiribus ruat:diē dicere ei nobis in animo eſt:nihil minus populare:quam regnum eſt:ſi multitudo illa non ſecum certari uiderint:& ex aduocatis iudices facti erunt:& accuſatores de plebe patritiū reū intuebunt:& regni crimē in medio:nulli magnis quā libertati fauebūt ſuæ.Approbātibus cunctis:diē Manlio dicūt:qđ ubi eſt factum primo cōmota plebs eſt utiq; poſteaq̄ ſordidatum reū uiderūt:nec cū eo nō mō patrū quēq̄:ſed ne cognatos qdem aut affines: poſtremo ne fratres qdem.A.&.T.Manlios:qđ ad eum diem nunq̄ uſu ueniſſet:& ī tāto diſcrimīe nō

Libera/tur car/cere Mālius

De re/gno in domo Manlii agitatū

& ꝓximi ueſtem mutarẽt. Appio Claudio ĩ uicula ducto. C. Claudium inimicum claudiamq; omnẽ gentẽ ſordidatam fuiſſe: cõſenſu opprimi populare uirũ: quod primus a patribus ad plebẽ defeciſſet.

Cum dies uenit: quæ ꝑter cœtus multitudinis: ſeditioſaſq; uoces: & largitionẽ: & fallax ĩdiciũ ptinẽtia ꝓprie ad regni crimẽ ab accuſatoribus obiecta ſunt reo: apud neminẽ auctorem ĩuenio: nec dubito haud parua fuiſſe: cũ dãnandi mora plebi nõ ĩ cã: ſed in loco fuerit. Illud notãdum uideẽ: ut ſciãt hoĩes q̃ & q̃ta decora fœda cupiditas regni nõ ĩgrata ſolũ: ſed ĩuiſa ẽt reddiderit. Hoĩes ꝓpe. cccc. ꝓduxiſſe dicit: q̃bus ſine fœnore expẽſas pecunias tuliſſet: quoꝝ bona uenire: quos duci addictos ꝓhibuiſſet. Ad hæc decora quoq; belli nõ cõmemoraſſe tãtũ: ſed ꝓtuliſſe ẽt cõſpiciẽda ſpolia hoſtium cæſoꝝ ad. xxx. dona ĩperatoꝝ ad. xl. in q̃bus ĩſignes duas murales coronas: ciuicas octo: ad hoc ſeruatos ex hoſtibuſ ciues ꝓduxit: ĩter quos. C. Seruiliũ magiſtrũ eq̃tum abſentẽ noĩatum: & cũ ea quoq;: q̃ bello geſta eſſent ꝓ faſtigio reꝝ oratione ẽt magnifica facta dictis æquando memoraſſet: nudaſſe pectus ĩſigne cicatricibus bello acceptis: & idẽtidem capitoliũ ſpectãs Iouem deoſq; alios deuocaſſe ad auxiliũ fortunaꝝ ſua rum: ꝑcatũq; eẽ: ut quã mẽtem ſibi capitolinã arcẽ ꝓtegenti ad ſaluteẽ Po. Ro. dediſſent: eã po. Ro. ĩ ſuo diſcrimĩe darẽt: & oraſſe ſingulos uniuerſoſq;: ut capitoliũ atq; arcẽ ĩtuentes: ut ad deos ĩmortales uerſi de ſe iudicarent. In cãpo martio cũ cẽturiatim populus citareẽ: & reus ad capitoliũ manus tendẽs ab hoĩbus ad deos ꝑces auertiſſet: apparuit tribunis: niſi hoĩum quoq; oculos liberaſſent tãti mẽoria decoris: nunq̃ fore ĩ ꝑoccupatis beneficio aĩs uero crimini locũ. Ita ꝓducta die in petelinũ lucũ extra portã frumentariã: unde cõſpectus ĩ capitoliũ nõ eẽt: cõciliũ populi ĩdictũ eſt: ibi crimẽ ualuit: & obſtinatis aĩs triſte iudiciũ iuiſumq; ẽt iudicibus factũ. Sunt q̃ duũuiros q̃ de ꝓduellione anq̃rerent creatos auctores ſint. Dãnatũ tribuni de ſaxo tarpeio deiecerũt: locuſq; idẽ in uno hoĩe & eximiæ gloriæ monumẽtũ: & pœnæ ultimæ fuit. Adiectæ mortuo notæ ſunt publica una: q̃ cũ domus eius fuiſſet: ubi nũc ædes: atq; officina monetæ ẽ: latũ ad ꝓpulũ eſt: neq; patricius ĩ arce: aut capitolio habitaret: gentilicia altera qd gẽtis Mãliæ decreto cautũ ẽ: neq; M. Mãlius uocareẽ. Hunc exitũ habuit uir: niſi ĩ libera ciuitate natus eẽt memorabilis. Populũ breui poſteaq̃ ꝓiculũ ab eo nullũ erat ꝓ ſe ipſas recordãtẽ uirtutes deſyderiũ eius tenuit. Peſtilẽtia ẽt breui cõſecuta: nullis occurrẽtibus tãtæ cladis cauſis ex Mãliano ſupplicio magne parti uideri orta: uiolatũ capitoliũ eẽ ſanguine ſeruatoris: nec diis cordi fuiſſe pœnã eius oblatã ꝓpe oculis ſuis: a quo ſua tẽpla erepta e manibus hoſtiũ eẽnt. Peſtilentiã: inopiã frugũ: & uulgatam utriuſq; mali famã ãno ĩſequẽte multiplex bellũ excepit. L. Valerio q̃rt. A. Mãlio. tert. Seruio Sulpicio tert. L. Lucretio. L. Aemylio tert. M. Trebonio tribũis militũ cõſulari ptãte: hoſtes noui ꝑter uolſcos uelut ſorte quadã ꝓpe ĩ æternũ exercẽdo romão militi datos. Circeioſq; & Velitras colonias iãdiu moliẽtes defectionẽ: & ſuſpectũ latiũ: lanuuini ẽt: q̃ fideliſſima urbs fuerat: ſubito exorti. Id pẽs rati cõ tẽptu accidere: qd ueliternis ciuibus ſuis tãdiu ĩpunita defectio eſſet decreuerunt: ut prĩo quoq; tpe ad populum ferreẽ de bello eis ĩdicendo: ad quã militiam: quo paratior plebes eẽt: qnq; uiros pomptino agro diuidendo: & triũuiros Nepetæ coloniæ deducendæ creauerunt. Tum ut bellum iuberent: latũ ad populũ eſt: & nequicq̃ diſſuadentibus tribus bellum iuſſerunt. Apparatum eo anno bellũ eſt: exercitus propter peſtilẽtiã nõ eductus: ea cũctatio colonis ſpatiũ dederat deprecãdi ſenatum: & magna hominum pars eo: ut legatio ſupplex Romã mitteretur: inclinabat: niſi priuato: ut fit: piculo publicũ ĩplicitũ eſſet: auctoreſq; defectionis ab romãis metu ne ſoli crimini ſubiecti piacula iræ romanorum dederẽtur: auertiſſent colonias a cõſilis pacis: neq; in ſenatũ ſolum per eos legatio ĩpedita eſt: ſed magna pars plebis incitata: ut prædatum in agrũ romanum exirent: hæc noua iniuria exturbauit oẽm ſpem pacis. De ꝑneſtinoꝝ quoq; defectione eo anno primũ fama exorta: arguentibus eos tuſculanis: & gabinis & labicanis: quorum in fines ĩcurſatum erat: ita placide ad ſenatu reſponſum eſt: ut minus credi de crimini bus: qa nollẽt ea uera eſſe: appareret. In ſequenti anno. Sp. &. L. Papyrius duo noui tribuni militum cõſulari poteſtate Velitras legiones duxere. quattuor collegis Sergio Cornelio Maluginẽſi. iii. Qu. Seruilio. C. Sulpicio. L. Aemylio quattuor tribũis ad præſidiũ urbis: & ſiqui ex Ethruria noui motus nũciarentur: omnia. n. inde ſuſpecta erãt: relictis. Ad Velitras aduerſus maiora auxilia prænestinorum: quam ipſam colonoꝝ multitudinẽ ſecũdo prælio pugnatum eſt: ita ut propinquitas urbis hoſti & cã maturioris fugæ: & unum ex fuga receptaculum eſſet. Oppidi oppugnatione tribuni abſtinuere: quia & anceps erat: nec in perniciem coloniæ pugnandum cenſebant. Litteræ ad ſenatum Romã cum uictoriæ nunciis: acrioreſq; in prænestinum: quã in ueliternum hoſtem miſſæ. Itaq; & ſenatuſconſulto populiq; iuſſũ bellum prænestinis indictum: qui cõiuncti uolſcis anno inſequẽte Satricum coloniam populi romani pertinaciter a colonis defenſam ui expugnauerunt: fœdeq; ĩ captis exercuere uictoriam. Eam rem ægre paſſi romani. M. Furiũ Camillum. iii. tribunũ militũ creauere: additi collegæ. A. &. L. Poſthumii Regilienſes: ac. L. Furius cũ. L. Lucretio: &. M. Fabio Ambuſto. Volſcũ bellũ. M. Furio extra ordiné decretum: adiutor ex tribunis ſorte. L. Furius datur: nõ tam e republica: quã ut collegæ materia ad omnem laudem eſſet: & publicæ reẽ temeritate eius prolapſam reſtituit: & priuatim quod ex erroꝛ gr̃am potius eius ſibi: q̃ gloriã ſuã petiit: Exactæ iam ætatis Camillus erat comitiiſq; iurare parato ĩ uerba excuſandæ ualitudinis ſolitæ cõſenſus populi reſtiterat: ſed uegentum ĩgeniũ in uiuido pectore uigebat: uirebatq; ĩtegris ſenſibus: & ciuiles iam res haud magnopere obeuntem bella excitabant. Quattuor legionibus quaternũ militum ſcriptis exercitu ĩdicto ad portã eſquilinã in poſterã diẽ ad Satricũ profectus: ibi eũ expugnatores coloniæ haud quaq̃ ꝓpulſi: fidẽtes militũ numero quo aliquãtũ præſtabãt: opperiebãtur: poſteaq̃ oppropĩquare romanos ſenſerũt: extẽplo ĩ aciẽ ꝓcedũt:

Attur Manlii ornamenta

De ſaxo tarpeio dectus é Mãlius

nihil moraturi:qn ꝑiculū ſunimæ rei facerēt:ita paucitati hoſtiū nihil artes iperatoris unici:qbus ſolis cōſiderēt:ꝓfuturas eē. Idē ardor & ī romano exercitu erat: & in altero duce:nec p̄ſentis dimicatiōis fortunā ulla res:prætereā unius uiri cōſiliū atq; iperiū:morabat:qui occaſionē iuuādaꝝ ratiōe uiriū tra hēdo bello quærebat:eo magis hoſtis iſtare:nec iam ꝓ caſtris tantū ſuis explicare aciē:ſed procedere ī mediū campi:& uallo ꝓpe hoſtiū ſigna in ferēdo ſuperbā fiduciā oſtentare. Id ægre patiebat romanus miles:multo ægrius alter ex tribunis militū. L. Furius ferox tū ætate & īgenio:tū multitudinis ex īcertiſſimo ſumētis aīos ſpe īflatus. Hic ꝓ ſe iā milites incitatos inſuꝑ inſtigat eleuādo:q̄ una poterat ætate auctoritatē collegæ:iuuenibus bella data dictitās:& cū corporibus uigere & defloreſcere aīos:cunctatorē ex accerrimo bellatore factū:& qui aduenientis caſtra urbeſq; primo īpetu capere ſit ſolitus:eū reſidē intra uallū tp̄s terere quid acceſſuꝝ ſuis deceſſūue hoſtiū uiribus ſperantē? quā occaſionē:quod tp̄s: quē inſidiis inſtruētem locū fugere ac torpere ſenis cōſilia. Sed Camillo tum uitæ ſatis:tum gloriæ eē quid attinere cū mortali corpore uno:ciuitatis:q̄ īmortalem eſſe deceat:pati cōſeneſcere uires? His ſermonibus tota in ſe auertit caſtra:& cū oībus locis poſcerēt pugna:ſuſtinere:inquit. M. Furi non poſſumus militū impetū:& hoſtis:cuius aīos cunctando auximus:iā minime toleranda ſuꝑbia inſultat:cede unus oībus & patere te uinci cōſilio:ut maturius bello uīcas. Ad ea Camillus quæ bella ſuo unius auſpicio geſta ad eā diē eſſent:negare in eis neq; ſe:neq; populū romanū aut cōſilii ſui:aut fortunæ pœnituiſſe:nūc ſcire ſe collegā habere iperioq; parē uigore ætatis præſtantē:itaq; ſe quod ad exercitū attinet regere cōſueuiſſe nō regi:collegæ iperiū ſe nō poſſe impedire:diis bene iuuātibus ageret:quod e rep. duceret ætati ſuæ ſe etiā ueniā petere ne ī prima acie cēt:quæ ſenis munia ī bello ſint iis ſe non defuturū. Id a diis īmortalibus precari ne q casus ſuū conſiliū laudabile efficiāt. Nec ab hoībus ſalutaris ſnīa: nec a diis tā piæ preces auditæ ſunt:primā aciē auctor pugne inſtruit ſubſidia Camillus firmat:ualidāq; ſtationē ꝓ caſtris opponit ipſe edito loco ſpectator intētus in euētu alieni cōſilii cōſtitit: Simul prīo concurſu cōcrepuere arma:hoſtis dolo nō metu pedem rettulit. Lenis a tergo cliuus erat iter aciem & caſtra:& qđ multitudo ſuppeditabat:aliquot ualidas cohortes in caſtris armatas īſtructaſq; reliquerāt quo iter commiſſum iam certamen:ubi uallo appropinquaſſet hoſtis:erumperēt. Romanus cedentē hoſtem effuſe ſequendo in locum iniquum pertractus opportunus huic eruptioni fuit uerſus itaq; in uictorem terror:& nouo hoſte & ſupina ualle romanā īclinauit aciem. Inſtant uolſci recētes:q e caſtris impetum fecerant:ītegrant & illi pugnā:q ſimulata ceſſerant fuga. Iam non recipiebat ſe romanus miles:ſed immemor p̄ſentis ferociæ:ueteriſq; decoris terga paſſim dabat:atq; effuſo curſu caſtra repetebat. Cum Camillus ſublatus a circūſtantibus ī equū:& raptim ſubſidiis oppoſitis:hæc eſt:inqt:milites pugna:quā popoſciſtis? qs homo:qs deus ē:quē accuſare poſcitis? ueſtra illa temeritas: ueſtra ignauia hæc eſt:ſecuti alium ducē ſeqmini nūc Camillum:& qđ ductu meo ſoletis:uincite. Quid uallum & caſtra ſpectatis? neminē ueſtrū illa niſi uictorē receptura ſunt. Pudor prīo tenuit effuſos:īde ut circūagi ſigna obuertiq; aciem uiderūt ī hoſtē:& dux p̄terq; tot īſignis triumphis ēt ætate uenerabilis:iter prīa ſigna:ubi plurimus labor ꝑiculumq; erat:ſe offerebat:īcrepare ſinguli ſe quiſq; & alios:& adhortatio inuicem totam alacri clamore ꝓpulſit aciem. Neq; alter tribunus rei defuit:ſed miſſus a collega reſtituente peditum aciem ad eqtes non caſtigando ad quā rem leuiorem auctorem eum culpæ ſocietas fecerat:ſed ad imperio totus ad preces uerſus orare ſingulos uniuerſoſq;:ut ſe reum fortunæ eius dici crimine eximerent:abnuente ac prohibente collega temeritatis me oīum potius ſocium:quā unius prudentiæ dedi. Camillus in utraq; ueſtra fortuna ſuam gloriā uidet:ego:ni reſtituit pugna:quod miſerrimum eſt fortunam cū oībus:ifamiā ſolus ſentiā. Optimū uiſum eſt ī fluctuantē aciem tradi equos:& pedeſtri pugna iuadere hoſtes:eunt īſignes armis aiſq;:qua premi parte maxīe peditum copias uident nihil neq; apud duces:neq; apud milites remittit a ſummo certamine aī. Senſit ergo euentus uirtutis enixe opem & uolſci:q̄ mō ſimulato metu ceſſerāt:eūt ī uerā fugā effuſi. Magna pars:& ī ipō certamie & poſt in fuga cæſi cæteri ī caſtris:q̄ capta eodē īpetu ſunt:plures tamē capti:q̄ occiſi:ubi in recenſendis captiuis cū tuſculani aliquot noſcitarēt:ſecreti ab aliis ad tribunos adducunt: percunctantibuſq; faſſi publico cōſilio militaſſe. Cuius tam uicini belli metu Camillus motus extēplo ſe Romā captiuos ductuꝝ ait:ne patres ignari ſint Tuſculanos ab ſocierate deſciſſe:caſtris exercituiq; interim:ſi uideatur præſit collega documēto unus dies fuerat:ne ſua cōſilia melioribus præferret:nec tamē aut ipſi aut in exercitu cuiquā ſatis placato animo Camillus laturus culpā eius uidebatur qua data:in tam præcipitem caſum reſpublica eſſet:& tū in exercitu:tū Romæ conſtans oīum fama erat:cum uaria fortuna in Volſcis geſta res eſſet:aduerſæ pugnæ fugæq; in. L. Furio culpā ſecundæ decus omne penes. M. Furiū eſſe. Introductis in ſenatum captiuis:cum bello perſequendos tuſculanos patres cenſuiſſent. Camilloq; id bellum mandaſſent:adiutorem ſibi ad eam rem unum petit:permiſſoque ut ex collegis optaret: quem uellet contra ſpem oīum. L. Furium optauit. Qua moderatione animi tum collegæ leuauit infamiā tum ſibi gloriā ingentē peperit. Nec fuit cū tuſculanis bellum:pace cōſtanti uim romanā arcuerūt q̄ armis non poterat: Intrantibus fines romanis:non demigratum ex propinquis itineris locis non cultus agroꝝ ītermiſſus:patētibus urbis portis togati obuiā frequentes iperatoribus ꝓceſſere:cōmeatus exercitui comiter in caſtra ex urbe:& ex agris deuehitur. Tum Camillus caſtris ante portas poſitis: eadē ne forma pacis:quæ ī agris oſtētaret:etiā intra mœnia eē: ſcire cupiens:īgreſſus urbē:ubi patentes ianuas & tabernis aptis ꝓpoſita oīa in medio uidit:intētoſq; opifices ſuo quēq; operi & ludos litteraꝝ ſtrepere diſcētium uocibus:ac repletas ſemitas ītēr uulgus:aliud pueroꝝ & mulieꝝ hucatq; illuc

Atī. Furii trib. mili. in Camillum cōcioné

Vincūt Volſci.

Camilli benignitas ī collegam

euntiũ qua quęq; ſuoꝝ uſuum cã ferret:nihil uſquã nõ pauidis mõ:ſed ne mirantibus qdem ſimilem circunſpiciebat:omnia inquirens oculis:ubi nam bellum fuiſſet adeo:nec amotæ rei uſquã:nec oblatæ ad tempus ueſtigium ullum erat:ſed ita oĩa conſtãti tranquilla pace ut eo uix fama belli perlata uideri poſſet. Victus igitur patientia hoſtium ſenatum eoꝝ uocari iuſſit. Soli adhuc:inquit:tuſculani uera arma ueraſq; uires:qbus ab ira romanoꝝ ueſtra tutaremini:iueniſtis. Ite Romam ad ſenatum: exiſtimabunt patres utrum plus antę pœnæ:an nunc ueniæ meriti ſitis:non præripiam gratiam publici beneficii:deprecandi poteſtatem a me habueritis:præcibus euentum ueſtris ſenatus:quem uidebitur dabit.

Poſteaq̃ Romam tuſculani uenerunt:ſenatuſq; pauloante fidelium ſociorum mœſtus in ueſtibulo curiæ ẽ cõſpectus:moti extemplo patres uocari eos iam tum hoſpitaliter magis:quã hoſtiliter iuſſere. Dictator tuſculanus ita uerba fecit. Quibus bellum ĩdixiſtis ĩtuliſtiſq; patres cõſcripti:ſicut nũc uidetis nos ſtantes in ueſtibulo curiæ ueſtræ:ita armati paratiq; obuiã ĩperatoribus legionibuſq; ueſtris ꝓceſſimus:hic noſter:hic plebis noſtræ habitus fuit:eritq; ſemper:niſi quãdo a uobis proq; uobis arma acceperimus. Gratias agimus & ducibus ueſtris:& exercitibus:qđ oculis magis:quã auribus crediderũt: & ubi nihil hoſtile erat:neq; ipſi qdem fecerunt:pacẽ quã nos ꝑſtitimus:eam a uobis petimus:bellũ eo: ſicubi eſt:auertatis:ꝑcamur. In nos qd arma polleãt ueſtra:ſi patiẽdo experiũdum ẽ:inermes expiemur hæc mens noſtra eſt:dii ĩmortales faciãt tam felix q̃ pia. Quod ad crimina attinet:qbus moti bellũ ĩdixiſtis:& ſi reuicta rebus:uerbis cõfutare nihil attinet:tamẽ ẽt:ſi uera ſint:uel fateri nobis ea:cum tã euidenter pœnituerit:tutum cenſemus:peccetur ĩ uos:dum digni ſitis:qbus ita ſatiſfiat. Tantum fere uerboꝝ ab tuſculanis factum:pacem in ꝑſentia:nec ita multo poſt ciuitatem ẽt ĩpetrauerũt:ab Tuſculo legiones reductæ. Camillus conſilio & uirtute in uolſco bello:felicitate ĩ tuſculana expeditione:utrobiq; ſingulari aduerſus collegam patiẽtia & moderatiõe iſignis magiſtratu abiit. Creatis militaribus tribunis in iſequẽtem annum. L. &. P. Valerio Lucio. v. Publio. tert. &. C. Sergio. tert. Licinio Menenio. ii. P. Papyrio Seruio Cornelio Maluginẽſe:cenſoribus quoq; eguit ánus:maxime ꝓp ĩcertam famam æris alieni:aggrauantibus ſummã ẽt iuidiæ eius tribunis plebis:cum ab iis eleuaretur:quibus fide magis:q̃ fortuna debẽtium laborare creditum uideri expediebat. Creati cẽſores Cl. Sulpicius Camerinus. Sp. q̃ Poſthumius Regilienſis:cœptaq; iam res morte Poſthumii:quia collegam ſuffici religio erat ĩterpellata eſt:igitur cum Sulpicius abdicaſſet ſe magiſtratu:cenſores alii uitio creati non geſſerunt magiſtratum. Tertios creati uelut diis non accipientibus in eum annum cenſuram religioſum fuit. Eam uero ludificationem plebis tribuni ferendam negabãt:fugere ſenatum teſtes tabulas publicas cenſus cuiuſque:quia nolint conſpici ſummam eris alieni:quæ ĩdicatura ſit demerſam partem a parte ciuitatis: cũ interim obæratam plebem obiectari aliis atq; aliis hoſtibus:paſſim iam ſine ullo diſcrimine bella q̃ri: ab Antio Satricum inde Tuſculũ legiones ductas:latinis hernicis prænęſtinis iam intẽptari arma ciuium magis:q̃ hoſtium odio:ut in armis terant plebẽ nec reſpirare in urbe:aut per otiũ libertatis memi niſſẽ ſinant:aut cõſiſtere in contione:ubi aliquãdo audiant uocem tribunitiam de leuando fœnore & ſine aliaꝝ iniuriaꝝ agẽtem: Quod ſi ſit animus plebi memor patrum libertatis:ſe nec addici ciuem romanum ob creditam pecuniam paſſuros neq; delectũ haberi:donec inſpecto ære alieno initaq; ratiõe minuendi eius:ſciat unuſquiſq;:quid ſui:quid alieni:ſit ſuperſit ſibi liberꝝ corpus:an id quoq; neruo debeat. Merces ſeditionis propoſita confeſtim ſeditionẽ excitauit:nam & addicebantur multi:& ad ꝑ neſtini famam belli nouas legiones ſcribendas patres cenſuerant:quæ utraq; ſimul auxilio tirbunitio: & conſenſu plebis ĩpediri cœpta:nam neq; duci abdictos tribuni ſinebant:neq; iuniores noĩa dabant. Cum patribus minor præſens cura credite pecuniæ iuris exequendi quã delectus eſſet:quippe iam a prænęſte ꝓfectos hoſtes in agro ſabino conſediſſe nunciabat:interim tribunos plebis fama ea ipſa irritauerat magis ad ſuſceptum certamen:q̃ deterruerat:neq; aliud ad ſeditionem extinguendã in urbe quam prope illatum mœnibus ipſis bellum ualuit. Nã cũ eſſet prenęſtinis nunciatũ nullum exercitum conſcriptũ Romæ:nullum ducẽ certum eſſe:patres ac plebem in ſemetipſos uerſos:occaſionem rati duces eoꝝ raptim:agmine facto:peruaſtatis protinus agris ad portam collinã ſigna ĩtulere. Ingẽs in urbe trepidatio fuit:conclamatũ ad arma concurſumq; in muros atq; portas eſt:tãdemq; ab ſeditione ad bellum uerſi dictatorem. T. Quintium Cincinnatũ creauere:is magiſtrũ equitum. A. Semproni um Aeratinũ dixit. Quod ubi auditum ẽ (tãtus eius magiſtratus terror) erat ſimul hoſtes a mœnibus receſſere & iuniores romani ad edictum ſine retractatiõe cõuenere. Dum Romæ conſcribit exercitus caſtra interim hoſtium haud ꝓcul allia flumine poſita inde agrũ late populantes fatalem ſe urbi romanæ locũ cepiſſe inter ſe iactabant:ſimilem pauorẽ inde:ac fugam fore ac bello gallico fuerat. Etenim ſi diem contactũ religione inſignẽq; nomine eius loci timeant romani:quanto magis allienſi die alliam ipſam monumentũ tantæ cladis reformidaturos? ſpecies profecto his ſibi truces galloꝝ ſonoſq; uocis in oculis atq; auribus fore. Has inanium reꝝ inanes ipſas uolutãtes cogitationes fortunæ loci delegauerant ſpes ſuas. Romani cõtra:ubicũq; eſſẽt latinus hoſtis:ſatis ſcire eũ eſſẽ:quem ad regillum lacum deuictum centũ annoꝝ pace obnoxia tenuerint locũ inſigné memoria cladis irritaturũ ſe potius ad delendam memoriam dedecoris:q̃ ut timorem faciat:nequa terra ſit nefaſta uictoriæ ſuæ: quin ipſi ſibi galli ſi offerant:illo loco ſe ita pugnaturos:ut Romæ pugnauerint in repetenda pattia:ut poſtero die ad Gabios tunc:cũ effecerint:nequis hoſtis:qui mœnia romana intraſſet:nunciũ ſecundæ aduerſæq; fortunæ domum perferret. His utrinq; animis ad aliam uentum eſt. Dictator romanus:poſteaq; ĩ conſpectu hoſtes erant ſtructi intentiq;:uides ne tu inquit. A. Sempronii fortuna illos fretos ad alliam cõ

Tri. mi.

Dictatoris nomen & hoſtibꝫ formidabile

Vide ubi Liuius ſtatuat allie alueum

ſtitiſſe? nec illis dii immortales certioris quicquã fiducie maioriſue:quod ſit auxilii:dederit? at tu frætus armis animiſq; concitatis equis inuade mediam aciem:ego cum legionibus ĩ turbatos trepidãteſque inferam ſigna. Adeſte dii teſtes fœderis:&expetite pœnas debitas ſimul uobis uiolatis:nobiſq; per ueſtrum numen deceptis. Non equitem:non peditem ſuſtinuere prænestini primo impetu ac clamore diſſipati ordines ſunt:deĩde poſteaquã nullo loco conſtabat acies terga uertunt: cõſternatiq; & p̃ter caſtra etiam ſua pauore prælati non prius ſe ab effuſo curſu ſiſtunt:quã ĩ cõſpectu. Prænesteſuit:ibi ex fuga diſſipati locum:quem tumultuario opere cõmunirent:capiunt:ne ſi intra mœnia ſe recepiſſent: extemplo ureretur ager:depopulatiſq; omnibus obſidio urbi ĩferretur:ſed poſteaquã direptis ad alliã caſtris uictor romanus aderat:id quoq; munimentũ relictum: & uix mœnia tuta rati oppido ſe prænesteincludunt. Octo præterea oppida erant ſub dicione p̃neſtinorum:ad ea circunlatum bellum:deincepſq; haud magno certamine captis Velitras exercitus ductus:eæ quoq; expugnatæ: tum ad caput belli Prænesteuentum:id non ui:ſed per deditionem receptum eſt. T. Quitius ſemel acie uictor: binis caſtris hoſtium:nouem oppidis ui captis:Prænesteindeditionem accepto Romam reuertit:triũphãſque ſignum Prænesteueuectum Iouis ĩperatoris in capitolium tulit:dedicatum eſt inter cellam Iouis & Mineruæ:tabulaq; ſub eo fixa:monumentum rerum geſtarum his ferme incliſa litteris fuit. Iuppiter atq; dii omnes hæc dederunt:ut. T. Quintius dictator oppida nouem caperet:die. xx. quam creatus erat:dictatura ſe abdicauit. Comitia inde habita tribunorum militum conſulari poteſtate:q̃bus æqua tus patriciorum plebeiorumq; numerus:ex patribus creati. P. &. C. Mãlii cum. L. Iulio:plebes. C. Sextilium. M. Albinum. L. Antiſtium dedit. Manliis quod genere plebeios gratia Iulium anteibãt. Volſci prouincia ſine ſorte. ſine comparatione extra ordinem data:cuius & ipſos poſtmodo:& patres qui dederant:pœnituit. Inexplorato pabulatum cohortes miſere:q̃bus uelut circunuentis cum id falſo nunciatum eſſet:dum præſidio:ut eſſent:citati feruntur:nec auctore quidem aſſeruato:qui eos hoſtis latinus pro milite romano fruſtratus erat:ipſi in inſidias præcipitauere:ibi dum iniquo loco ſola uirtute militum reſiſtentes cæduntur cæduntq; caſtra interim romana iacentia in campo ab altera parte hoſtes ĩuaſere. Ab ducibus utrobiq; ꝑdite temeritate atq; ĩſcitia res:qcqd ſuperfuit fortunæ populi romani:id militum ét ſine rectore ſtabilis uirtus tutata é. Quæ ubi Romã ſunt relata: primũ dictatorẽ dici placebat:deĩde poſteaq̃ qetæ res ex Volſcis afferebant. & apparuit neſcire eos uictoria & tpe uti:reuocati ét ĩde exercitus ac duces:otiũq; ĩde q̃tũ a uolſcis fuiſſet:id mõ extremo ãno tumultuatũ qđ p̃neſtini concitatis latinorum populis rebellarunt. Eodem anno ét ipſis quærentibus penuriam hominum noui coloni aſcripti:rebuſq; haud proſperis bello:domeſtica quies:quam tribunorum militum ex plebe gratia maieſtaſq; inter ſuos ꝺobtinuit:ſolatium fuit. Inſequentis anni principia ſtatim ſeditione genti arſere: tribunis militum conſulari poteſtate. Sp. Furio. Qu. Seruilio. ii. Licinio Menenio. iii. P. Cloelio M. Horatio. L. Geganio. Erat autem & materia & cauſa ſeditionis æs alienum:cuius noſcendi gratia. Sp. Seruilius Priſcus. Qu. Cloelius Siculus cenſores facti:ne rem agerent bello impediti ſunt: nanque trepidi nuncii primo: fuga deinde ex agris legiones uolſcorum ingreſſas fines:pupulariq; paſſim romanũ agrum attulere. In qua trepidatione tantum abfuit:ut ciuilia certamina terror externus cohiberet:ut cõtra eo inſolentior tribunitia poteſtas impediendo delectui eſſet:donec conditiones impoſitæ patribus:nequis:quoad bellatum eſſet tributum daret:aut ius de pecunia credita diceret:eo laxamento plebis ſumpto:mora delectui nõ eſt facta. Legionibus nouis ſcriptis placuit duos exercitus in agrũ uolſcum legionibus diuiſis duci. Sp. Furius. M. Horatius dextrorſus maritimam oram atq; Antium. Qu. Seruilius:&. M. Geganius leua ad montes Ecetrã pergunt. Neutra parte hoſtis fuit obuius populatioq; non illi uagæ ſimilis:q̃ uolſcus latrocinii more diſcordia hoſtium frætus & uirtutem metuens per trepidationem raptim fecerat:ſed ab iuſto exercitu iuſta ira facta:ſpatio quoq; temporis grauior quippe a uolſcis timentibus ne interim exercitus ab Roma exiret: incurſiones in extrema finium factæ erant: romano contra etiã in hoſtico commorandi cauſa erat:ut hoſtem ad certamen alliceret. Ita omnibus paſſim tectis agrorum uiciſq; etiam quibuſdam exuſtis:non arbore frugifera:nõ ſatis in ſpẽ frugum relictis omni:quæ extra mœnia fuit hominum pecudumq; præda abacta. Romam utrique reducti exercitus paruo interuallo ad reſpirandum debitoribus dato. Poſteaq̃ quietæ res ab hoſtibus erant:celebrari deintegro iuriſditio:& tantum abeſſe ſpes ueteris leuandi fœnoris:ut tributo nouum fœnus cõtraheret ĩ murũ a cẽſoribus locatũ ſaxo quadrato faciũdũ cui ſubcũbere oneri coacta plebes quia quem delectum impedirent:non habebant tribuni plebis:tribunos etiã militares patritios omnis coacta principum opibus fecit. L. Aemylium. P. Valerium. quart. C. Veturium: Seruium Sulpiciũ L. &. C. Quitios Cincinatos. Iiſdem opibus obtinuere ut aduerſus latios uolſcoſq;:q̃ coniunctis legionibus ad Satricum caſtra habebant:nullo ĩpediente:oĩbus iunioribus ſacramento adactis:tres exercitus ſcriberent:unum ad præſidium urbis:alterum:q̃ ſiqui alibi motus extitiſſet:ad ſubita bella mitti poſſet:tertium longe ualidiſſimum. P. Valerius &. L. Aemylius ad Satricum duxere:ubi cum aciem iſtructam hoſtium loco equo iueniſſent:extẽplo pugnatum:& ut nõdum ſatis claram uictoriam:ſic ꝑſperæ rei pugnam ĩber ĩgentibus procellis fuſus diremit. Poſtero die iterata pugna:& aliquandiu æqua uirtute fottunaq; latinæ maxime legiones longa ſocietate militiam romanam edoctæ reſtabãt: eques imiſſus ordines turbauit:turbatis ſigna peditum illata:quantumq; romana ſe iuexit acies:tantum hoſtes gradu demoti:& ut ſemel inclinauit pugna:iam intolerabilis romana uis erat:fuſi hoſtes cum Satricum:quod duobus millibus ĩde aberat. non caſtra peterent:ab equite maxime cæſi caſtra capta dire

Signũ Iouis ĩpatoris

ptaq3. Ab Satrico noctæ:quæ prælio proxima fuit fugæ:simili agmine petunt. Antium:& cum roma
nus exercitus prope ī uestigiis sequeretur:plus tamen timor: q̄ ira celeritatis habuit:prius. Itaq3 mœ/
nia ītrauere hostes q̄ romanus extrema agminis capere:aut morari posset. Inde aliquot dies uastando
agro assumpti:nec romanis satis īstructis apparatu bellico ad mœnia aggrediēda nec illis ad subeundū
pugnæ casum. Seditio tum inter antiates latinosq3 coorta: cum antiates uicti malis subactiq3 bello in
quo & nati erāt & cōsenuerant:deditionem spectarēt:latinos ex diutina pace noua defectio recentibus
adhuc aīs ferotiores ad ꝓseuerandū in bello faceret:finis certaminis fuit:posteaq̄ utriusq3 apparuit ni/
hil per alteros stare:quo minus incepta ꝓsequerent. Latini ꝓfecti ab societate pacis:ut rebant inhone/
ste sese uindicauerūt. Antiates:incōmodis arbitris salutariū consiliorꝫ remotis:urbē agrosq3 romanis
dedunt. Ita & rabies latinorꝫ:quia nec romanos bello lædere:nec uolscos in agris retinere potuerant
Satricū concre/ eo erupit:ut Satricū urbē:quæ receptaculū primū eis aduersæ pugnæ fuerat:igni cōcremarēt:nec aliud
matur tectum eius superfuit urbis: cum faces pariter sacris ꝓfanisq3 iniecerēt:q̄ matris Matutæ templū:in/
de eos non sua religio:nec uerecundia deum arcuisse dicit: sed uox horrenda edita templo cum triști/
bus minis:ni nefandos ignes procul delubris amouissent. Incensos ea rabie īpetus Tusculum tulit:ob
iram qđ deserto cōmuni cōsilio latinorꝫ:non in societatē modo romanā:sed etiā in ciuitatem se dedi/
sent: patentibus portis: cum īprouiso incidissent: primo clamore oppidū præter arcem captū:ē ī arcē
oppidani refugere cum coniugibus ac liberis:nuncioscq3 Romam:qui certiorem de suo casu senatum
facerent:misere. Haud segnius:q̄ fide populi romani dignum fuit:exercitus Tusculum ductus. L. Quī/
tius:& Seruilius Sulpitius tribuni militum duxere:clausas portas Tusculi latinosq3 simul obsidētium
atq3 obsessorum animo hinc mœnia tueri uident:illinc arcem oppugnare:terrere una ac pauere. Ad/
uentus romanorum mutauerat utriusq3 partis animos:tusculanos ex ingenti metu ī summam alacri/
tatem:latinos ex prope certa fiducia mox capiēdæ arcis:quoniam oppido potirent:in exiguā de se ipīs
spem uerterat. Tollit ex arce clamor ab tusculanis:excipit aliquāto maior ab exercitu romano utrinq3
Latiorꝫ urgentur latini:nec impetus tusculanorū decurrētium ex supiore loco sustinēt:nec romanos subeūtes
clades mœnia molientesq3 obiices portarum arcere ꝓssunt:scalis prius mœnia capta:īde effracta claustra por
tarum:& cum anceps hostis:& a frōte & a tergo urgeret:nec ad pugnā ulla uis:nec ad fugam loci quic/
quam supereſſet:in medio cæsi ad unum omnes. Recuperato ab hostibus Tusculo:exercitus Romam
est reductus. Quanto magis ꝓsperis eo anno bellis tranquilla omnia foris erāt tanto in urbe uis patrū
in dies miseriæq3 plebis crescebant:cum eo ipso:quod necesse erat solui:facultas soluendi impediretur.
Itaq3 cum ex re iam nihil dari posset fama & corpore iudicati atq3 addicti creditoribus satisfaciebant:
pœnaq3 īuicem fidei cesserat. Adeo ergo obnoxios sum miserāt aīos nō īfimi solū:sed prīcipes ēt plebis
ut nō mō ad tribunatū militum īter patritios petēdum:qđ tāta ui:ut liceret:tetēderāt:sed ne ad plebe/
ios qdem mgīatus capessendos:petēdosq3 ulli uiro acri experiētiq3 aīus eēt:possessionēq3 honoris usur
pati mō a plebe ꝓ paucos annos recupasse ī ꝓpetuum prēs uiderent. Ne id nimiū lætū parti alteri eēt:
M. Fa/ parua:ut plerūq3 solet rem īgentem moliūdi cā īteruenit. M. Fabii ambusti potētis uiri:tū īter sui cor/
bii ābu poris hoies tum ēt ad plebem:qđ haud quaq̄ īter id genus contēptor eius habebatur filiæ duæ nuptæ
sti nata Ser. Sulpicio maior minor. C. Licinio Stoloni erāt illustri qdem uiro:sed tamē plebeio:eaq3 ipsa affini/
rū alte/ tas haud spreta gratiam Fabio ad uulgus quæsierat. Forte ita incidit:ut ī Ser. Sulpicii tribuni militum
ra patri domo sorores Fabiæ cum īter se:ut fit:sermonibus tempus tererent: lictor Sulpicii:cum is de foro se
cio alte domum reciperet:forem:ut mos est:uirga percuteret:cum ad id moris eius insueta expauisset minor
ra plebe Fabia:risui sorori fuit mirāti ignorare id sororem. Cæterum is risus stimulos paruis mobili rebus aīo
io nup/ muliebri subdidit:frequētia quoq3 ꝓsequentium rogātiumq3 nunqd uellet:credo fortunatū mīmo/
sit niū ei sororis uisum:suiq3 īpam malo abitrio:quo a ꝓximis q̄sq3 minime āteiri uult:pœnituisse. Con/
fusam eā ex recenti morsu animi cum pater forte uidisset:percunctatus satin salue? auertētem cām do
loris qppe nec satis piam aduersus sororem:nec admodum ī uirꝫ honorificam elicuit comiter sciscitā
do:ut fateret:eam esse causam doloris:qđ iuncta esset īpari:nupta in domo q̄ nec honos:nec gīa ītrare
posset cōsolans īde filiam Ambustus bonum aīum habere iussit:eosdem ꝓpediem domi uisuram ho
nores:quos apud sororem uiderat. Inde cōsilia inire cū genero cœpit:adhibito. L. Sextio strenuo adole
scente: & cuius spei nihil p̄ter genus patritiū deesset. Occasio uidebat rerꝫ nouandarꝫ ꝓpter īgentem
uim æris alieni:cuius leuamen mali plebes nisi suis in summo īperio locatis nullum speraret:accingē/
dum ad eam cogitationem esse conādo agendoq3:Iam eo gradum fecisse plebeios:unde si porro anni/
tant ꝓuenire ad summa:& patribus æquari tam honore:q̄ uirtute possent:in præsentia tribunos ple/
bis fieri placuit:quo in magistratu sibimet ipsi uiam ad cæteros honores aperirēt creati tribuni. C. Li/
cinius:&. L. Sextius promulgauere leges omnes aduersus opes patritiorꝫ & ꝓ commodis plebis: unā
de ære alieno:ut deducto eo de capite:qđ usuris pernumeratum eēt id qđ supesset:triēnio æqs portio/
nibus ꝓsolueret:alteram de modo agrorꝫ:neqs plus qngēta iugera agri possideret:tertiā:ne tribunorꝫ
militum comitia fierent cōsulūq3 utiq3 alter ex plebe crearet:cuncta īgentia:& quæ sine certamīe ma
ximo obtineri non possent. Oīum igit simul rerꝫ quarꝫ īmodica cupido inter mortales est:agri pecu/
cere:tibi lauream insignem deferre:tecum triumphantes urbem inire:tuum sequẽtes currũ Iouis opti mi maximi templũ gratantes ouantesq; adire. Orationem Tullii exceperũt preces multitudinis: & un/ diq;:ut signum daret:ut capere arma iuberet:clamabãt. Dictator q̃q̃ rem bonam exẽplo haud probabi li actam censebat:tamen factuꝝ:quod milites uellent:se recepit:Tulliumq; secreto:quæ nã hæc res sit aut quo acta more percũctatur. Tullius magnopere a dictatore petere ne se oblitũ disciplinæ militaris: ne sui:neue iperatoriæ maiestatis crederet:multitudini concitatæ:quæ ferme auctoribus similis esset: non subtraxisse se ducẽ:neq; alius qualẽ mota creare multitudo soleret:existeret:nã se q̃dẽ nihil nõ ar/ bitrio iperatoris acturũ. Illi quoq; tamẽ uidendũ magnope eẽ:ut exercitũ in ptãte haberet:differri non posse:adeo cõcitatos aios:ipsos sibi locũ ac tẽpus pugnandi sumpturos:si ab iperatore nõ detur. Dum hæc loquũtur:iuméta forte pascentia extra uallũ gallo:abigenti duo milites romani ademerunt:in eos saxa coniecta a gallis:deinde ab romana statione clamor ortus ac procursum utrinq; est. Iãq; haud pro cul iusto prælio res erãt:ni celeriter direptum certamen p̃ centuriones esset. Affirmata certe eo casu Tul lii apud dictatorẽ fides ẽ:nec recipiente iã dilationẽ re ĩ posteꝝ:diẽ edicitur acie pugnaturos. Dictator ta men ut qui magis animis:quã uiribus frætus ad certamẽ descẽderet:oĩa circunspicere atq; agitare cœ/ pit:ut arte reliqua terrorẽ hostibus incuteret:solerti aĩo rẽ nouã excogitat: qua deĩde muli nostri atq; externi iperatores nostra quoq;'q̃dã ætate usi sunt:mulis strata detrahi iubet:binisq; tantũ centũculis relictis agasones partim captiuis:partim ægroꝝ armis ornatos imponit:his fere mille effectis centum admiscet equites:& nocte sup castra ĩ mõtes euadere ac siluis se occultare iubet:neq; ĩde ante mouere: quã ab se acciperent signũ ipse:ubi illuxit:in radicibus mõtium extẽdere aciem cœpit sedulo:ut adüer/ sus montes consisteret hostis. Instructo iam uani terroris apparatu:qui q̃dẽ terror plus pene uersis ui/ ribus ꝓfuit:prĩo credere duces gallorũ nõ descẽsuros in æquũ romanos: deinde ubi digressos repente uiderunt:& ipsi certaminis auidi ĩ prælium ruunt:priusq; pugna cœpit:quã signũ ab ducibus daretur: Acrius inuasere galli dexteꝝ cornu:neq; sustineri potuissent:ni forte eo loco dictator fuisset. Sex. Tulliũ nomine icrepans rogitansq; siccine pugnaturos milites spopõdisset? ubi illi clamores sint arma poscen tium? ubi minæ iniussu imꝑatoris ꝑliũ inituros? en ipsum iperatorẽ clara uoce uocare ad præliũ:& ire armatũ ante prĩa signa:ecquis sequeretur eoꝝ: qui modo ducturi fuerĩt: in castris feroces in acie paui/ di? Vera audiebant:itaq; tantos pudor stimulos admouit:ut ruerent ĩ hostiũ tæla:alienatis a memoria periculi animis:hic primo impetus prope uecors turbauit hostes:eques deinde emissus turbatos auer tit:ipse dictator posteaq̃ labantẽ una parte uidit acié:signa in leuũ cornu confert:quo turbam hostium congregari cernebat:& iis:qui in monte erant:signũ:quod cõuenerat:dedit. Vbi inde quoq; nouus cla mor ortus:& tendere obliquo monte ad castra gallorũ uisi sunt. tum metu ne excluderentur:omissã ẽ pugna:cursuq; effuso ad castra ferebantur:ubi cũ occurrisset eis. M. Valerius magister equitum. qui ꝓ/ fligato dextero cornu obequitabat hostiũ munimentis:ad mõtes siluasq; uertũt fugam:plurimiq; ibi a fallaci equitũ specie:agasonibusq; excepti sunt:& eoꝝ:quos pauor pertulerat ĩ siluas:atrox cædes post sedatum prælium fuit. Nec alius post. M. Furiũ:quã. C. Sulpicius iustiorem de gallis egit:triumphum: auri quoq; ex gallicis spoliis satis magnũ põdus saxo quadrato septum in capitolio sacrauit. Eodẽ anno & a consulibus uario euentu bellatum:nã hernicia. C. Plautio deuicti subactiq; sunt. Fabius collega eius in caute atq; inconsulte aduersus tarquinienses pugnauit:nec in acie tãtum ibi cladis acceptum: quam quod. ccc. vii. milites romanos captos tarquiniẽses imolauerunt:qua fœditate supplicii aliquanto igno minia Po. Ro. insignior fuit:accessit ad eam cladem & uastatio romani agri:quã priuernates: ueliterni deinde icursione repentina fecerũt. Eodẽ anno duæ tribus põponiana & publicia additæ. Ludi uotiui: quos. M. Furius dictator uouerat facti:& de ambitu a. C. Petilio tribuno plebis auctoribus patribus:tũ primum ad populum latum est:eaq; rogatione nouorum maxime hominum ambitionẽ: q̃ nũdinas: & cõcialiabula obire soliti erant:compressam credebant. Haud æque patribus læta insequẽti anno. C. Martio. Gn. Manlio consulibus de unciario fœnore a Martio Duilio. L. Menenio tribunis plebis roga tio est perlata:& plebs aliquanto eã cupidius sciuit accepitq;. Ad bella noua priore anno destinata:fali/ sci quoq; hostes exorti duplici crimine:quod cum tarquinienſibus iuuẽtus eorum militauerat:& eos: qui Falerios perfugerant:cum male pugnatum est:repetentibus fœcialibus romanis non reddiderant: ea prouincia. Gn. Manlio obuenit. Martius exercitum in agrum priuernatem integrum pace longin/ qua induxit:militemq; præda impleuit:ad copiam rerum addidit munificentiam:quod nihil in publi cum secernendo augenti rem priuatam militi fauit. Priuernates cum ante mœnia sua castris permuni/ tis consedissent:uocatis ad concionem militibus castra nunc:inquit:uobis hostium urbẽq; prædæ do: si mihi pollicemini uos fortiter in aciem operam nauaturos:nec prædæ magis:quam pugnæ paratos esse:Signum poscunt ingẽti clamore:celsiq; & spe haud dubia feroces ĩ prælium uadunt:ibi ante signa Sex. Tullius:de quo ante dictum est:exclamat:aspice imperator:inqt:quẽadmodum exercitus tuus ti/ bi promissa præstet:piloq; posito:strictoq; gladio in hostem impetum facit:sequuntur Tullium ante/ signani omnes:primoq; ĩpetu auertere hostẽ fusum:inde ad oppidum persecuti:cum iam scalas mœni bus admouerent:in deditionem urbem acceperunt:triumphus de priuernatibus actus: Ab altero con/ sule nihil memorabile gestum:nisi quod legem nouo exemplo ad Sutrium in castris tributim de uice sima eorum:qui manu mitterentur:tulit:patres:qui ea lege haud paruũ uectigal inopi ærario additũ esset:auctores fuerunt:cæteꝝ tribuni plebis nõ tam lege:quã exẽplo moti:neq; postea populũ reuoca/ ret:capite sanxerũt:nihil. n. nõ p̃ milites iuratos ĩ cõsulis uerba:q̃is p̃nicioſum populo:si id liceret: fie/

Art. dictatoris stratagema

Fuga & cedes gallorꝝ

Tarqni ensiũ facinus in ro. captos

G. Martius. G. Mãlius cons.

ri posse. Eodem anno. C. Licinius Stolo a. M. Popilio Lenate sua lege decẽmillibus æris est damnatus: quod mille iugerum agrũ cũ filio possideret: emancipádoq; filiũ fraudẽ legi feciſſet: prohibitum deinceps per tribunos plebis leges í castris ferri. Noui cõsules inde. M. Fabius Ambustus. ii. &. M. Popilius Lenas. ii. duo bella habuere: facile alterum cũ tyburtibus quod Lenas gessit: qui hoste í urbẽ compulso agros uastauit: Falisci tarquinienseſq; alterum consulem prima pugna fuderunt: inde terror maximus fuit: quod sacerdotes eorꝝ facibus ardentibus anguibusq; prælatis incessũ furiali militẽ romanũ ísueta turbauerunt specie: & tũc quidẽ uelut lymphati & attoniti munimentis sũis trepido agmine incidẽrunt: deíde ubi consul legatiq; ac tribuni puerorꝝ ritu uana miracula pauentes irridebãt icrepabantque uertit aíos repente pudor: & í ea ipsa: quæ fugerant: uelut cæci ruebant: diſcusſo itaq; uano apparatu hostium: cũ í ipsos armatos se intuliſſent: auerterunt totã acié: castriſq; etiã eo die potiti: præda ígenti parta uictores reuerterunt: militaribus iocis cum apparatũ hostiũ: tũ suũ icrepantes pauorem. Concitatur deíde omne nomen ethruscũ & tarquinienſibus faliſciſq; ducibus ad Salinas peruenĩũt: aduersus eum terrorem dictator. C. Martius Rutilius primus de plebe dictus magistrum equitũ: itẽ de plebe. C. Plautium dixit. Id uero patribus indignũ uideri etiã dictaturã í ꝓmiscuo esse: omniq; ope ípediebant: neqd dictatori ad id bellũ decerneret parareturue: eo ꝓmptius cũcta ferẽte dictatore populus iussit: ꝓfectus ab urbe utraq; parte tyberis ratibus exercitu: quocũq; fama hostiũ ducebat: traiecto: multos populatores agrorꝝ uagos palantesq; oppressit: castra quoq; nec opinato agressus cepit: &. viii. millibus hostiũ captis: cæteris aut cæsis: aut agro romão fugatis: sine auctoritate patrũ populi iussu triũphauit. Quia nec per dictatorẽ plebeiũ: nec ꝑ Popiliũ cõsulẽ comitia cõsulari haberi uolebãt: & alter consul Fabius bello retinebat: res ad interregnũ redit. Interreges deinceps. Q. Seruilius Hala. M. Fabius. Gn. Manlius. C. Fabius. C. Suplicius. L. Aemylius. Q. Seruilius. M. Fabius Ambustus. In secũdo ĩterregno orta contentio est: qđ duo patricii cõsules creabant: intercedẽtibusq; tribunis interrex Fabius aiebat in. xii. tabulis legẽ esse: ut quodcũq; postremũ populus iussisset id ius ratumq; esset: iussum populi & suffragia esse. Cum intercedendo tribuni nihil aliud: quam ut differrent comitia ualuissent: duo patricii cõsules creati sunt C. Suipicius Potitus tertiũ. M. Valerius Publicola: eodemq; die magistratũ inierunt. Quadrĩgentesimo anno: quã urbs romana condita erat: quito tricesimo quam a gallis recepta: ablato post nonum annũ a plebe cõsulatu patricii cõsules ambo ex ĩterregno magistratũ inierũt. C. Potitus tert. M. Valerius Publicola: Empuliũ eo anno ex tyburtibus haud memorádo certamine captum. siue duorꝝ cõsulum auspicio bellũ ibi gestũ é: ut scripsere qdã: seu per idem tẽpus tarquinienſiũ quoq; sunt uastati agri a Sulpicio cõsule: quo Valerius aduersus tyburtes legiones duxit. Domi maius certamen cõsulibus cũ plebe ac tribunis erat: fidei iam suæ nõ solum uirtutis ducebãt: ut accepiſſent duo patricii consulatum: ita ambobus patriciis mandare: quin aut toto cedẽdum esset: si plebeius iã magistratus fiat cõsulatus: aut possidendũ totũ: quã possessionẽ ĩtegram a patribus accepissent. Contra plebs fremit qd se uiuere: qd í parte ciuium cẽseri: si qđ duorꝝ hoíum uirtute. L. Sextii ac. C. Licinii partũ sit: id obtinere uniuersi nõ possint uel reges: uel decẽuiros: uel si qđ triſtius sit: íperii nomẽ patiẽdum eẽ potius: quã ambos patricios consules uideãt: nec inuicem pareatur atq; íperetur: sed pars altera í æterno íperio locata: plebem nusq; aliona tã: quã ad seruiẽdum putet. Nõ desunt tribuni auctores turbarũ: sed íter cõcitatos ꝑ se oés uix ducentes eminẽt: Aliquotiens frustra í campũ descẽsum cũ esset: multiq; ꝑ seditiones acti comitiales dies: postremo uicta pseuerãtia consulũ plebes: eo dolor erupit: ut tribunos actum esse de libertate uociferantes: relinquẽdumq; nõ cãpũ iã solũ: sed ẽt urbẽ captã atq; oppressam regno patricioꝝ mœsta plebs sequeret. Consules relicti a parte populi ꝑ ifrequẽtiã comitia nihilo segnius perficiũt: creati cõsules ambo pricii. M. Fabius Ambustus tert. T. Quintius. In qbusdã annalibus pro. T. Quintio. M. Popiliũ cõsulẽ iuenio: Duo bella eo anno ꝓspere gesta: cũ tyburtibusq; ad deditionẽ pugnatũ. Sassula ex his urbs capta: cæteraq; oppida eandẽ fortunã habuissent: ni uniuersa gẽs positis armis í fidẽ cõsulis uenisset: triumphatũ de tyburtibus: alioquin mitis uictoria fuit: In tarquinienses acerbe sæuitũ multis mortalibus í acie cæsis: ex ígenti captiuorꝝ numero. ccc. xlviii. delecti nobiliſſimus quiſq;: q Romã mitteretur: uulgus aliud trucidatũ: nec populus í eos: q missi Romã erãt: mitior fuit: medio í foro oẽs uirgis cæsi ac securi percussi: id ꝓ imolatis í foro tarquiniẽsiũ romanis pœnæ hostibus redditũ. Res bello bene gestæ: ut samnites quoq; amicitiã peterẽt: effecerũt: legatis eorꝝ comiter ab senatu respõsum: fœdere í societatẽ accepti. Nõ eadẽ domi: quæ militiæ fortuna erat plebi romanæ: nã & si unciario fœnore facto leuata usura erat: sorte ipsa obruebãtur: inopes: nexũq; inibãt: eo nec patricios ambos cõsules: nec comitiorꝝ curã publicaue studia præ priuatis incõmodis plebs ad animũ admittebat: Cõsulatus uterq; apud patricios manet: cõsules creati. C. Sulpicius Potitus quart. M. Valerius Publicola iterꝝ. In bellũ ethruscũ intentã ciuitatẽ: qa cæritẽ populũ misericordia cõsanguinitatis tarquiniensibus adiũctũ fama ferebat legati latini ad uolscos cõuertere: nunciãtes exercitũ conscriptũ armatumq; iã suis finibus íminere íde populabũdos í agrum romanum uẽturos esse. Cẽsuit igit senatus neutrã negligẽdã rẽ esse: utroq; legiones scribi. cõsulesq; sortiri ꝓuincias iussi. Inclinauit deíde pars maior curæ í ethruscũ bellũ: posteaq; litteris. Sulpicii cõsulis: cui Tarquinii ꝓuincia euenerat: cognitũ é depopulatũ agrũ circa salinas romanas: ꝑdæq; partẽ í cæritũ fines auectã: & haud dubie iuuentutẽ eius populi ĩter ꝑdatores fuisse: Itaq; Valeriũ cõsulẽ Volscis oppositum castraq; ad finem tusculanũ habentẽ rouacatũ íde senatus dictatorẽ dicere iussit. T. Mãlium Lucii filiũ dixit. Is cũ sibi magistrum equitũ. A. Corneliũ Cossum dixisset: cõsulari exercitu cõtentus ex auctoritate patrum ac populi iussu cæritibus bellũ ídixit. Tũ primũ cærites tãq; í uerbis hostium uis maior ad

G. Licinius stolo sua lege dãnatur M. Fabius. M. Popilius consſ.

G. Martius rutilius dictator primus e plebe

G. Sulpicius. M. Valerius cõſ. Cæritibꝫ bellũ ídicit. P. Valerius. G. Martius Consſ.

M. Fabius Ambustus T. qntius consſ. Tarqniensium Suppliciũ. G. Sulpitius M. Valerius cõſ. Cæritibꝫ bellũ ídicit.

bellum ſignificandum:quã in ſuis factis:qui per populationem romanos laceſſierant:eſſet: uerus belli terror inuaſit:& quã nõ ſuaꝝ uirium ea dimicatio eſſet:cernebãt:pœnitebatq; populationis:& tarquinienſes execrabant defectionis auctores:nec arma aut bellũ q̃ſq̃ apparere:ſed pro ſe quiſq; legatos mitti iubebat ad petendã erroris ueniam.Legati ſenatũ cum adiſſent:ab ſenatu reiecti ad populũ rogauerũt deos:quoꝝ ſacra bello gallico accepta rite ꝓcuraſſent:ut romanos florẽtes ea ſui miſericordia caperet: quæ ſe rebus afflictis quõdam Populi Romani cœpiſſet:cõuerſiq; ad delubra Veſte hoſpitium flaminum ueſtaliumq; ab ſe caſte ac religioſe cultum inuocabant:ea ne meritos crederet q̃ſq̃:hoſtes repente ſine cauſa factos? aut ſiqd hoſtiliter feciſſent:cõſilio id magis quã furore lapſos feciſſe? ut ſua uetera beneficia locata p̃ſertim apud tã gratos nouis corrũperent maleficiis? florẽtẽq; Po.Ro.ac feliciſſimũ bello ſibi deſumerent hoſtẽ:cuius afflicti amicitiã cepiſſent? ne appellarẽt cõſiliũ:quæ uis ac neceſſitas appellãda eẽt:trãſeuntes agmine ifecto ꝑ agrũ ſuũ tarquiniẽſes:cũ præter uiã nihil petiſſent:traxiſſe quoſdam agreſtiũ populationis eius:quæ ſibi crimini detur comites:eos ſeu dedi placeat: dedere ſe paratos eſſe:ſeu ſupplicio affici daturos pœnas.Cære ſacrariũ Po.Ro.diuerſoriũ ſacerdotũ:ac receptaculũ Romanoꝝ ſacroꝝ:intactũ inuiolatũq; crimine belli hoſpitio Veſtæ cultiſq; diis darent.Mouit populum non tam cã preſens:q̃ uetus meritũ:ut maleficii:quã beneficii potius:imemorens eẽnt:itaq; pax populo cæriti data:iduciaſq; ĩ centum annos factas ſenatuſcõſulto referri placuit.In faliſcos eodẽ noxios crimine uis belli conuerſa é:ſed hoſtes nuſq̃ inuenti.Cum populatione peragrati fines eẽnt:ab oppugnatione urbium temperatũ.legionibuſq; Romam reductis:reliquũ anni muris turribuſq; reficiẽdis conſumptum:& ædes Apollinis dedicata eſt.Extremo anno comitia cõſularia certamẽ patrũ ac plebis diremit:tribũis negãtibus páſſuros comitia haberi niſi ſecũdum liciniã legem haberent: dictatore obſtinato tollere potius totum e repu.cõſulatum:quam promiſcuum patribus ac plebi facere. Prolatandis igitur comitiis:cum dictator magiſtratu abiſſet:res ad interregnum rediit.Infeſtam ĩde patribus plebem interreges cum accepiſſent:ad undecimum ĩterregem ſeditionibus certatum eſt.Legis liciniæ patrocinium tribuni iactabãt:propior dolor plebi fœnoris ĩgrauaſcentis erat:curæq; priuatæ ĩ certaminibus publicis erumpãt.Quoꝝ tedio patres.L.Cornelium Scipionem ĩterregem cõcordiæ cauſa obſeruare legem liciniã comitiis conſularibus iuſſere.P.Valerio Publicolæ datus a plebe collega.C.Martius Rutilius.Inclinatis ſemel ĩ cõcordiam animis:noui cõſules fœnebrem quoq; rẽ:q̃ diſtinere unanimos uidebatur:leuare aggreſſi:ſolutioné alieni æris ĩ publicam curã uerterunt:quĩq; uiris creatis:quos mẽſarios ab diſpenſatione pecuniæ appellarunt.Ii meriti æquitate curaq; ſunt:ut per omnium annalium monumenta celebres nominibus eẽnt:fuere autẽ.C.Duillius.P.Decius Mus.M.Pepyrius.Q.Publius &.T.Aemylius:q rem difficillimã tractatu & plerunq; parti utriq;.ſemper certe alteri graué: tum alia moderatiõe:tũ ĩpendio magis publico:quã iactura ſuſtinuerũt:tarda.n.nomina & ĩpeditiora ĩertia debitorum quã facultatibus:aut ærariũ menſis cũ ære in foro poſitis diſſoluit:ut populo prius caueretur aut æſtimatio æquis rerum pretiis liberauit:ut non modo ſine iniuria: ſed ét ſine querimoniis partis utriuſq; exhauſta uis ingens æris alieni ſit. Terror ĩde uanus belli ethruſci cũ cõiuraſſe duodecim populos fama eẽt:dictatoré dici coegit:dictus ĩ caſtris:eo enim ad cõſules miſſum ſenatuſconſultum eſt.C. Iulius:cui magiſter equitum adiectus.L.Aemylius.Cæterum foris tranquilla omnia fuere: temptatũ domi per dictatorem:ut ambo patricii conſules crearentur:rem ad interregnum produxit.Duo interreges.C.Sulpitius:&.M.Fabius interpoſiti obtinuere:qđ dictator fruſtra tetenderat:mitiore iam plebe ob recens meritum æris alieni ut ambo patricii conſules crearentur:creati ipſe.C.Sulpicius Potitus: qui prior interregno abiit:&.T.Quintius Penus:quidam Ceſonem cognomen Quintio adiiciunt.Ad bellum ambo profecti.Faliſcũ Quintius:Sulpicius tarquinienſe:nuſquam acie congreſſo hoſte: cum agris magis:quam hominibus urẽdo populãdoq; geſſerũt bella:cuius lentæ tabis ſenio uicta utriuſq; pertinacia populi eſt:ut primũ a conſulibus:deinde permiſſu eorum ab ſenatu inducias peterent:ĩ quadraginta annos impetrauerunt.Ita poſita duorum belloꝝ:quæ imminebant:cura:dum aliqua ab armis quies eſſet:quia ſolutio æris alieni multarum rerum mutauerat dominos:cenſum agi placuit:cæterum cum cenſoribus creandis indicta comitia eſſẽt:profeſſus ſe petere cenſuram.C.Martius Rutilius:qui primus dictator de plebe fuerat:cõcordiã ordinum turbauit:quod uidebatur quidem tempore alieno feciſſe:quia ambo tum forte patricii cõſules erãt:qui rationem eius ſe habituros negabant:ſed & ipſe cõſtãtia inceptum obtinuit:& tribuni omni ui recuperando ius conſularibus comitiis amiſſum adiuuerũt:& tum ipſius uiri maieſtas nullius honoris ſuffragium nõ æquabat:cum per cũdem:qui ad dictaturam aperuiſſet uiam cenſuram quoq; in partem uocari plebs uolebat.Nec uariatum comitiis ẽquin cũ Manlio Næuio cenſor Martius crearentur.Dictatorem quoq; hic annus habuit Marcum Fabium nullo terrore belli:ſed ne licinia lex comitiis cõſularibus obſeruaretur:magiſter equitum dictatori additus Quintius Seruilius:nec tamẽ dictatura potentiorem eum conſenſum patrum conſularibus comitiis fecit:quam cẽſoriis fuerat.M.Popilius Lenas a plebe cõſul:a patribus.L.Cornelius Scipio datus.Fortuna quoq; illuſtriorem plebeium conſulẽ fecit:nam cum ingentem galloꝝ exercitũ ĩ agro latino caſtra poſuiſſẽ nunciatum eſſet.Scipiõe graui morbo implicito:gallicũ bellum Popilio extra ordinem datũ:is impigre exercitu ſcripto:cum omnes extra portã capenam ad Martis ædẽ conuenire armatos iuniores iuſſiſſet:ſignaq; eodẽ quæſtores ex ærario deferre:quattuor expletis legionibus: quod ſuper fuit militũ.P.Valerio Publicolæ p̃tori tradidit:auctor p̃ibus ſcribẽdi alterius exercitus:qđ ad incertos belli euẽtus ſubſidium reipublicæ eſſet.Ipſe iã ſatis oĩbus ĩſtructis comparatiſq; ad hoſtẽ pergit:

Quoniamq; iuri mẽſarii

C.Sulpicius. T.Quintius conſ.

Prius e plebe cenſor

M.Popilius L.Cornelius conſ.

cuius ut prius noſceret uires:quã periculo ultimo tẽptaret:ĩ tumulo:quem ꝓximum caſtris gallorꝝ ca
pere potuit:uallum ducere cœpit.Gens ferox:& ĩgenii auidi ad pugnã:cũ procul uiſis romanorꝝ ſignis
ut extemplo ꝑlium initura explicuiſſet aciem:poſteaq̃ neqꝫ ĩ æquum dimitti agmen uidit:& tum loci
altitudine:tum uallo ẽt ĩtegi romanos:pculſos pauore rata ſimul opportuniores qđ intẽti tũ maxime
operi eẽnt:truci clamore aggreditur.Ab romanis nec opus ĩtermiſſum:triarii erãt:qui muniebãt:& ab
haſtatis pricipibuſqꝫ:q pro munitionibus ĩtenti armatiqꝫ ſteterant præliũ initum:præter uirtutẽ locus
quoqꝫ ſupior adiuuit:ut pila oĩa haſtæqꝫ nõ tanq̃ ex equo miſſa uana:qđ plerunqꝫ fit:caderẽt:ſed oĩa li
brata põderibus figerentur:oneratiqꝫ tælis galli:qbus aut corpora tranſfixa:aut prægrauata inhærenti/
bus gerebant ſcuta:cũ curſu pene in aduerſum ſubiſſent:primo incerti reſtitere:deĩde cum ipſa cuncta/
tio & his animos minuiſſet:& auxiſſet hoſti:ĩpulſi retro ruere alii ſuper alios:ſtragẽqꝫ ĩter ſe cæde ipſa
fœdiorem dare:adeo præcipiti turba obtriti plures:quã ferro necati.Nec dũ certa romãis uictoria erat:
alia ĩ cãpum digreſſis ſuperat moles:nãqꝫ multitudo gallorꝝ ſenſum omnẽ talis damni exuperans:ue/
lut noua rurſus exoriente acie:ĩtegrũ militẽ aduerſus uictorẽ hoſtẽ ciebat:ſtetitqꝫ ſuppreſſo impetu ro
manus:& quia iterꝝ feſſis ſubeũda dimicatio erat:& qđ conſul dum ĩter primores ĩcautus agitat: leuo
humero machera prope traiecto ceſſerat parumꝑ ex acie.Iamqꝫ omiſſa cunctãdo uictoria erat:cũ con/
ſul uulnere alligato reuectus ad prima ſigna:quid ſtas:inquit:miles?non cũ latino ſabinoqꝫ hoſte res ẽ:
quem uictum armis ſocium ex hoſte facias:ĩ belluas ſtrĩximus ferrum:auriẽdus haud dandus eſt ſan/
guis:propuliſtis a caſtris:ſupina ualle præcipites egiſtis:ſtratis corporibus hoſtiũ ſuperſtatis?complete
eadẽ ſtrage cãpos:qua montes repleſtis:nolite ſpectare dum ſtãtes nos fugiant:ĩferẽda ſunt ſigna:& ua
dendũ in hoſtẽ.His adhortationibus iterꝝ coorti pellunt loco primos manipulos gallorꝝ:cuneis deĩde
in mediũ agmen perrumpunt.Inde barbari diſſipati:qbus nec certa imperia:nec duces eſſent: uertunt
impetũ in ſuos:fuſiqꝫ per cãpos & ꝑter caſtra ẽt ſua fuga prælati:qđ æditiſſimũ inter æquales tumulos
occurrebat:oculis arcem albanã petunt.Conſul nõ ultra caſtra ĩſecutus:quia & uulnus degrauabat: &
ſubiicere exercitũ pugna feſſum nouo labori nolebat:a perſequẽdo hoſte cõtinuit tumulis ab hoſte oc/ Galli
cupatis.Præda omni caſtrorꝝ militi data:uictorẽ exercitũ opulentũqꝫ gallicis ſpoliis Romam reduxit: fundũt
morã triumpho uulnus cõſulis attulit:eademqꝫ cauſa dictatoris deſyderiũ fecit ſenatui:ut eẽt: q ægris & cũ cæ
conſulibus comitia haberet.Dictator.L.Furius Camillus dictus addito magiſtro equitũ.P.Cornelio de fugã
Scipione reddidit patribus poſſeſſionẽ priſtinã cõſulatus:ipſe ob id meritũ ĩgenti patrum ſtudio crea/ tur
tus cõſul collegam.Ap.Claudiũ Craſſum dixit.Priuſq̃ inirent noui conſules magiſtratũ:triũphus a Po L.Ca/
pilio de gallis actus magno fauore plebis:muſſitãteſqꝫ inter ſe rogitabãt:num quẽ plebeii cõſulis pœni millus
teret?ſimul dictatorẽ ĩcrepabãt qui liciniæ legis ſpretæ mercedem:cõſulatũ priuata cupiditate:quã pu Ap.Cla
blica iniuria fœdiorem cepiſſet:ut ſe ipſe cõſulem dictator crearet.Annus hic multis uariiſqꝫ motibus udius
fuit inſignis Galli ex albanis mõtibus:quia hyemis uim pati nequierant:per cãpos maritimaqꝫ loca ua conſ.
gi populabantur.Mare ĩfeſtũ claſſibus græcorumerat:oraqꝫ littoris antiatis laurẽſqꝫ tractus & tyberis
hoſtia:ut prædones maritimi cũ terreſtribus cõgreſſi ancipiti ꝑlio ſemel decertarẽt:dubiiqꝫ diſceſſerit
in caſtra galli:græci retro ad naues uictos ſe:an uictores putarent.Inter hos maximus longe extitit ter/
ror:cõcilia populorꝝ latinorꝝ ad lucũ ferẽtinæ habita:reſponſumqꝫ haud ambiguũ ĩperantibus milites
Romanis datum:abſiſterẽt ĩperare iis:quorꝝ auxilio egerẽt:latinos ꝓ ſua libertate potius:quã pro alie/
no imperio laturos arma.Inter duo ſimul bella externa defectiõe ẽt ſociorꝝ ſenatus anxius:cũ cerneret
metu tenẽdos:quos fides nõ tenuiſſet:extẽdere oẽs ĩperii uires cõſules delectu habẽdo iuſſit:ciuili qppe Quãtũ
ſtandũ exercitu eſſe:quãdo ſocialis cœtus deſereret.Vndiqꝫ nõ urbana tãtum:ſed ẽt aggreſti iuuẽtute uirium
decem legiões ſcriptæ dicũtur:quaternũmilliũ & ducẽtorꝝ peditũ equitumqꝫ trecentorꝝ:quẽ nũc no/ ſola tũ
uum exercitũ ſiqua externa uis ĩgruat:hæ uires populi romani:quas uix terrarꝝ capit orbis: contractæ ro.habe
in unũ haud facile efficiant:adeo ĩ quæ laboramus:ſola creuimus diuitias luxuriãqꝫ.Inter cætera triſtia ret
eius anni cõſul alter Appius Claudius ĩ ipſo belli apparatu moritur:redieratqꝫ res ad Camillũ: cui uni/
co cõſuli uel ob aliã dignationẽ haud ſubiiciẽdã dictaturæ:uel ob omen fauſtũ ad gallicũ tumultũ co/
gnominis:dictatorẽ arrogari haud ſatis decorꝝ uiſum eſt patribus.Cõſul duabus legiõibus urbi ꝓpoſi
tis:octo cũ Lucio Pinario ꝓtore diuiſis memor paternæ uirtutis gallicũ ſibi bellũ extra ſortẽ ſumit ꝓto
rem maritimã orã tutari:græcoſqꝫ arcere littoribus iuſſit:& cũ ĩ agrũ Põptinũ deſcendiſſet:qa neqꝫ ĩ cã
pis cõgredi nulla cogente re uolebat:& ꝓhibendo populationibus:quos rapto uiuere neceſſitas coge/
bat:ſatis domari credebat hoſtem locũ idoneũ ſtatuis delegit:ubi cũ ſtationibus qeti tempus terrerẽt
gallus ꝓceſſit magnitudĩe atqꝫ armis ĩſignis:quatiẽſqꝫ ſcũtũ haſta cũ ſilẽtiũ feciſſet:ꝓuocat ꝑ ĩterpretẽ
unũ ex romanis:q ſecũ ferro decernat.Marcus erat Valerius tribunus militũ adoleſcẽs:q haud idignio
rem eodẽ decore ſe:quã. T.Manliũ ratus:prius ſciſcitatus cõſulis uoluntatẽ ĩ mediũ armatus proceſſit.
Minus inſigne certamẽ humanũ numine ĩterpoſito deorꝝ factũ:nam cõſerenti iã manũ Romano cor/
uus repẽte ĩ galea cõſedit ĩ hoſtẽ uerſus:qđ primo ut auguriũ cælo miſſum lætus accepit tribunus:pre
catus deĩde ſi diuus:ſi diua eẽt:q ſibi ꝓpetẽ miſiſſet:uolẽs ꝓpitiuſqꝫ adeſſet:dictu mirabile tenuit nõ ſo
lum ales captã ſemel ſedẽ:ſed quotieniĉũqꝫ certamẽ initũ ẽ:leuãs ſe alis os oculoſqꝫ hoſtis roſtro & un/ Atq̃ au/
guibus appetit:donec territũ ꝓdigii talis uiſu oculiſqꝫ ſimul ac mẽte turbatũ Valerius obtrũcat:coruus xiliaris
e conſpectu elatus oriẽtem petit.Hactenus quietæ utrinqꝫ ſtatiões fuere: poſteaq̃ ſpoliare corpus cæſi corui &
hoſtis tribunus cœpit:nec galli ſe ſtatione tenuerũt:& romanorꝝ curſus ad uictorẽ ẽt ocior fuit:ibi cir/ mira/
ca iacẽtis galli corpus cõtracto certamie pugna atrox cõcitat.Iam nõ manipulis ꝓximaꝝ ſtationũ: ſed culum

legionibus utrīq; effusis res geritur. Camillus lætum militē uictoria tribuni: lætū tam præsentibus ac secundis diis ire ī prælīū iubet: ostētansq; insignē spoliis tribunū: hunc imitare miles aiebat: & circa iacentē ducē sterne gallor̄ cateruas. Dii hoiesq; illi affuere pugnæ depugnatū haud q̄q̄ certamine ambiguo cum gallis ē: adeo duor̄ militū euentū iter quos pugnatū erat: utraq; acies animis ꝓceperat. Inter primos: quor̄ cōcursus alios excitauerat: atrox prælīū fuit: alia multitudo: priusq̄ ad cōiectū tæli ueniret: terga uertit: primo ꝑ Volscos falernūq; agrum dissipati sunt: īde Appuliam ac mare iferū petierūt. Cōsul: cōcione aduocata: laudatū tribunū decem bobus aureaq; corona donat: ipse iussus ab senatu bellum marittmū curare cū ꝑtore iunxit castra: ibi quia res trahi segnitia græcor̄ nō cōmitētium se ī acié uidebant: dictatorē comitior̄ causa. T. Mālīū torquatū ex auctoritate senatus dixit: dictator magistro

M. Valerius coruinus.

equitū. A. Cornelio Cosso dicto consularia comitia habuit: æmulūq; decoris sui absentē. M. Valerium Coruinum: id. n. illi deīde cognominis fuit: summo fauore populi tris & uigīti natū annos cōsulē renūciauit: collega Coruino de plebe. M. Popilius Lenas. iiii. cōsul futurus datus ē. Cū græcis a Camillo nulla memorabilis gesta res: nec illi terra: nec romanus bellator mari erat. Postremo: cū littoribus arcerentur: aqua ēt præter alia necessaria usui deficiēte: Italiā reliquere. Cuius populi ea cuiusq; gētis classis fuerit: nihil certi est: maxime Siciliæ fuisse tyrānos crediderim: nā ulterior Græcia ea tēpestate ītestino fessa bello iā macedonū opes horrebat. Exercitibus dimissis: cum & foris pax & domi concordia ordinū

M. Popilius cons.

Cū carthaginē sibꝫ Romæ fœdus ictū T. Mālius. C. Plautiꝫ

ocium esset: ne nimis lætæ res eēnt: pestilētia ciuitatem adorta: coegit senatū īperare duūuiris ut libros sybillinos īspicerēt: eorumq; monitu lectisterniū fuit. Eodē anno Satricū ab antiatibus colonia deducta: restitutaq; urbs: quā latini diruerant: & cū carthaginensibus legatis Romæ fœdus ictū: cū amicitiā & societatē petētes uenissent. Idē ociū domi forisq; mansit. T. Mālio Torquato. II. C. Plautio cōsulibus: semiunciarium tātum ex unciario factum fœnus: & in pēsiones æquas triennii ita: ut quarta pēns eēt: solutio æris alieni dispensata est: & sic quoq; parte plebis affecta: fides tamen publica priuatis difficultatibus potior ad curam senatui fuit. Leuatæ maxime res: quia tributo ac delectu supersessum.

M. Valerius. G. Petilius cons.

Tertio anno post Satricum restitutū a uolscis. M. Valerius Coruinus secūdum cōsul cū. C. Petilio factus: cū ex Latio nunciatū esset legatos ab Antio circunire populos latinor̄ ad cōcitandū bellū: priusq̄ plus hostiū fieret uolscis arma iferre iussus ad Satricū exercitu īfesto pergit: quo cū antiates aliiq; uolsci præparatis iā ante: siquid ab Roma moueret: copiis occurrissent: nulla mora iter īfensos diutino odio dimicandi facta ē: uolsci ferocior ad rebellandū: quā ad bellandū gens certamīe uicti: fuga effusa Satrici mœnia petūt: & ne ī muris quidē satis firma spe: cū corona militū cincta iā scalis caperet urbs: ad quattuormillia ꝑter multitudinē imbellem sese dedidere: oppidū dirutū atq; īcensum: ab æde tantū matris Matutæ abstinuere ignē: ꝑda omnis militi data: extra ꝑdam quattuormillia deditor̄ habiti: eos uictos consul ante currū triūphans egit: uænditis deīde magnam pecuniā ī ærariū redegit. Sunt qui hāc multitudinē captiuam seruor̄ fuisse scribant: id magis uerisimile ē: quā deditos uæniisse. Hos cōsules secuti sunt. M. Fabius Dorsus. Ser. Sulpicius Camerinus. Auruncū deīde bellū ab repentina populatiōe cœptum: metuq; ne id factū populi unius cōsiliū oīs nominis latini eēt: dictator uelut aduersus armatum iam latiū. L. Furius creatus magistrū equitū. Gn. Manliū Capitolinū dixit: & cū qđ per magnos tumultus fieri solitū erat: iusticio īdicto delectus sine uacationibus habitus esset: legiones: q̄tū maturari potuit: in auruncos ductæ: ibi ꝑdonum magis: quā hostiū animi inuēti: prima itaq; acie debellatū est. Dictator tamē: quia & ultro bellū intulerāt: & sine detrectatiōe se certamini offerebāt: deor̄ quoq; opes adhibendas ratus: īter ipsam dimicationē ædē Iunoni Monetæ uouit: cuius damnatus uoti: cū uictor Romam reuertisset: dictatura se abdicauit. Senatus duūuiros ad eandē ædem pro amplitudine Po. Ro. faciendā creari iussit: locus ī arce destinatus: quæ area ædiū. M. Manlii Capitolini fuerat. Cōsules dictatoris exercitu ad bellum uolscū usi: Sorā ex hostibus incautos adorti ceperūt. Anno: posteaquā uota erat

Aedes Iunōis Mōetæ G. Martius. T. Mālius cons.

ædes Monetæ: dedicatur. C. Martio Rutilio. iii. T. Manlio Torquato. ii. cōsulibus. Prodigiū extemplo dedicationē secutū simile uetusto mōtis albani prodigio: nāq; & lapidibus pluit: & nox interdiu uisa ītendi: libriq; īspectis: cū plena religiōe ciuitas eēt: senatui placuit dictatorē feriarū constituēdar̄ cā dici dictus. P. Valerius Publicola magister equitū ei. Q. Fabius Ambustus datus ē: nō tribus tantū supplicatum ire placuit: sed finitimos ēt populos: ordoq; iis: quo quisq; die supplicarent: statutus. Iudicia eo anno populi tristia in fœneratores facta: q̄bus ab ædilibus dicta dies esset: traduntur. Et res haud ulla insigni ad memoriam causa ad interregnū rediit. Ex interregno: ut id actū uideri posset: ambo patricii consules creati sunt. M. Valerius Coruinus tertiū. A. Cornelius Cossus. Maiora iā hinc bella & uiribus hostiū: & longinqtate uel regionū: uel tempor̄ spatio: quibus bellatū est: dicentur: nāq; eo anno aduersus

M. Valerius. A. Cornelius cons.

samnites gētem opibus armisq; ualidam mota arma. Samnitum bellū ancipiti marte gestum Pyrrhus hostis: Pyrrhū pœni secuti: q̄ta rerum moles? quotiēs in extrema periculor̄ uentum: ut ī hanc magnitudinē: quæ uix sustinetur: erigi imperium posset? Belli aūt causa cū samnitibus Romanis: cū societate amicitiaq; iuncti essent: extrīsecus uenit: nō orta inter ipsos ē. Samnites fidicinis iniusta arma: quia uiribus plus poterant: cū intulissent: coacti in opes ad opulentior̄ auxiliū confugere cāpanis sese coniungunt. Campani magis nomen ad præsidiū socior̄: quā uires cum attulissent: fluentes luxu ab duratis usu armor̄ in fidicino pulsi agro ī se deīde molē omnem belli uerterunt: nāq; samnites: omissis fidicinis: ipsam arcē finitimor̄ campanos adorti: unde æque facilis uictoria: ꝑdæ atq; gloriæ plus esset. Tifata īminentes Capuæ colles cū ꝑsidio firmo occupassent: descendunt inde quadrato agmine in planiciē: quæ Capuā Tifataq; interiacet: ibi rursus acie dimicatū: aduersoq; ꝑlio cāpani ītra mœnia pulsi: cū ro-

Tifata ubi essent Cāpanor̄ in senatu oro

bore iuuẽtutis ſuæ occiſo:nulla ſpes eſſet propinqua:coacti ſunt ab romanis petere auxiliũ:legati introducti in ſenatum maxime in hanc ſñiam locuti ſunt. Populus nos cãpanus legatos ad uos patres cõſcripti miſit amicitiã in perpetuũ auxilium p̃ſens a uobis petitũ:quã ſi ſecundis noſtris rebus petiſſẽmus:ſicut cœpta celerius:ita ifirmiore uiculo cõtracta eſſet:tunc.n.ut q ex æquo nõ ueniſſe ĩ amicitiã meminiſſẽmus:amici forſitan pariter ac nũc ſubiecti atq; obnoxii uobis minus eſſẽmus:nũc miſericordia ueſtra conciliati:auxilioq; ĩ dubiis rebus defenſi:beneficiũ quoq; acceptũ colamus:oportet: ne ĩgrati atq; omni ope diuina humanaq; ĩdigni uideamur. Neq; hercule qđ ſamnites priores amici ſociiq; uobis facti ſunt:ad id ualere arbitror:ne nos ĩ amicitia ſuſcipiamur:ſed ut uetuſtæ & gradu honoris nos p̃ſtent neq;.n.fœdere ſamnitium:nequa noua iũgeretis fœdera:cautum eſt. Fuit quidẽ apud uos ſemper iuſta cauſa amicitiæ:uelle eum uobis amicũ eẽ qui uos appeteret. Cãpani & ſi fortuna p̃ſens magnifice loqui prohibet:non urbis amplitudĩe:non agri ubertate ulli populo præterq̃ uobis cedentes:haud parua:ut arbitror:acceſſio bonis rebus ueſtris ĩ amicitiã uenimus ueſtram:eqs uolſciſq; æternis hoſtibus huius urbis q̃docũq; ſe mouerint:ab tergo erimus:& qđ uos pro ſalute noſtra priores feceritis: id nos ꝑ imperio ueſtro & gloria ſemp faciemus. Subactis iis gẽtibus:quæ inter nos uoſq; ſunt: quod propediem futurum ſpondet & uirtus & fortuna ueſtra: continens imperium uſqne ad nos habebitis. Acerbum & miſeq; ẽ:quod fateri nos fortuna noſtra cogit:eo uentum ẽ patres cõſcripti:ut aut amicoq; aut inimicoq; campani ſimus:ſi defenditis ueſtri:ſi deſeritis ſamnitiũ erimus. Capuã ergo:& Cãpaniã oẽm ueſtris an ſamnitiũ uiribus accedere malitis: deliberate. Oĩbus qdem romani ueſtrã miſericordiam: ueſtrumq; auxiliũ æquũ ẽ petere:iis tamẽ maxime qui eã ĩplorantibus aliis auxiliũ dũ ſupra uires ſuas p̃ſtant:oẽs in hãc neceſſitatẽ uenerunt:q̃q̃ pugnauimus uerbo ꝑ ſidicinis:re pro nobis: cũ uideremus finitimũ populũ nefario latrocinio ſamnitiũ peti:& ubi cõflagraſſẽt ſidicini ad nos traiectuq; illud incendiũ eſſe. Nec.n. nũc quia dolent:iniuriã acceptã ſamnites:ſed quia gaudẽt ſibi oblatam eſſe cãm:oppugnatũ nos ueniunt:an ſi ultio iræ hæc:& nõ occaſio cupiditatis explendæ eſſet:paq; fuit:qđ ſemel ĩ ſidicino agro iteq; in Cãpania ipſa legiões noſtras cecidere? quæ ẽ iſta tam ĩfeſta ira quã per duas acies fuſus ſanguis explere nõ potuerit? adde huic populationẽ agroq;:prædas hominũ atq; pecudum actas:incendia uillaq; ac ruinas:oĩa ferro igniq; uaſtata. Hiſcine ira expleri nõ potuit? Sed cupiditas expleẽda eſt: ea ad oppugnandã Capuam rapit:aut delere urbẽ pulcherrimã:aut ipſi poſſidere uolũt. Sed uos potius romani beneficio ueſtro occupate eã quã illos habere ꝑ maleficiũ ſinatis. Non loquor apud recuſantẽ iuſta bella populũ:ſed tamẽ:ſi oſtẽderitis auxilia ueſtra:ne bello quidẽ arbitror uobis opus fore: uſque ad nos cõtemptus ſamnitium ꝑuenit:ſupra nõ aſcẽdit:itaq; umbra ueſtri auxilii romãi tegi poſſumus: quicqd deĩde habuerimus:qcquid ipſi fuerimus:ueſtrũ id omne exiſtimaturi. Vobis arabit ager cãpanus:uobis Capua urbs frequẽtabitur:cõditoq;:parentũ:deoq; ĩmortalium numero nobis eritis: nulla colonia ueſtra erit:quæ nos obſequio erga uos fideq; ſuperet. Annuite patres cõſcripti nutũ numenq; ueſtrũ iuictũ cãpanis:& iubete ſperare incolumen Capuam futurã. Qua frequẽtia oĩum generq; multitudinis ꝑſequente creditis nos illinc ꝑfectos? quam oĩa uotoq; & lachrymaq; plena reliquiſſẽ? in qua nunc expectatiõe ſenatũ:populumq; cãpanum:cõiuges:liberoſq; noſtros eẽ? ſtare oẽm multitudinem ad portas uiã hinc ferentẽ ꝑſpectantes certum habeo:qd illis nos. P. C. ſollicitis ac pẽdentibus aĩs renũciare iubeatis:alteq; reſpõſum ſalutẽ uictoriã lucẽ ac libertatem:alteq; ominari horreo:quæ ferat. Proinde ut aut de ueſtris futuris ſociis atq; amicis:aut nuſq̃ ullis futuris nobis cõſulite. Summotis deĩde legatis:cũ conſultus ſenatus eſſet:& ſi magnæ parti urbs maxima opulẽtiſſimaq; Italiæ:uberrimus ager mariq; ꝓpinquus ad uarietates an nonæ horreũ Populi Romani fore uidebatur:tamẽ tanta utilitate fides antiquior fuit:reſpõditq;:ita ex auctoritate ſenatus conſul. Auxilio uos campani dignos cenſet ſenatus:ſed ita uobiſcũ amicitiã inſtitui par eſt:nequa uetuſtior amicitia ac ſocietas uioletur:ſamnites nobiſcum fœdere iuncti ſunt:itaque arma deos priuſquam homines uiolatura aduerſus ſamnites uobis negamus legatos:ſicut fas iuſque eſt:ad ſocios atq; amicos precatum mittemus: nequa uobis uis fiat. Ad ea prĩceps legationis:ſic eni domo mãdatũ attulerat:q̃doqdem:inqt:noſtra tueri aduerſus uim atque iniuriam iuſta ui non uultis:ueſtra certe defendetis. Itaq; populum cãpanũ:urbẽq; Capuã:agros: delubra deum: humanaq; oĩa in ueſtram. P. C. Populiq; Romani dicionem dedimus: quicqd deinde patiemur:dediticii ueſtri paſſuri. Sub hæc dicta omnes manus ad cõſules tendẽtes pleni lachrymarum in ueſtibulo curiæ ꝓcubuerunt. Cõmoti patres uice fortunaq; humanaq;:ſi ille p̃potens populus luxuria potẽtiaq; clarus:a quo paulo ante auxiliũ finitimi petiſſent:adeo ĩfractos gereret:aĩos:ut ſe ipẽ:ſuaq; omnia poteſtatis alienæ faceret:tum iam fides agi uiſa deditos non prodi:neq; factuq; æqua populum ſamnitium cẽſabant:ſi agrum urbemq; per deditionẽ factã Populi Romani oppugnarẽt:legatos itaq; extemplo mitti ad ſamnites placuit:data mandata ut preces campanoq;: reſponſum ſenatus amicitiæ ſamnitum memoris:deditionem poſtremo factam ſamnitibus exponerent:peterẽt pro ſocietate:amicitiaq; ut dediticiis ſuis parcerent:neq; in eum agrum:qui Popu. Roma. factus eſſet:hoſtilia arma inferrent ſi leniter agendo parum proficerẽt: denũciarẽt ſamnitibus Po. Ro. ſenatuſq; uerbis:ut Capua urbe campanoq; agro abſtinerẽt. Hæc legatis agentibus ĩ concilio ſamnitiũ adeo ẽ ferociter reſponſum: ut nõ ſolum geſturos ſe eſſe dicerẽt id bellum:ſed magiſtratus eoq; e curia egreſſi ſtantibus legatis præfectos cohortium uocarent:iiſq; clara uoce imperarent:ut prædatũ ĩ agrum campanũ extemplo ꝑficiſcerẽtur. Hac legatione Romam relata:poſitis oĩum aliarum rerũ curis:patres fœcialibus ad res repetẽdas miſſis:belloq; quia non redderentur:ſolemni more ĩdicto:decreuerunt:ut primo quoq; tempo-

Attur. ſuppliccẽ cãpanorum oſonẽ

Finis oſonis

Attur fidẽ i ro. popu.

Campanorum deditio

Ferox ſamnitium reſpõſum

re de ea re ad populū ferretur:iuſſuq; populi cōſules ambo cū duobus ab urbe exercitibus profecti Valerius in Cāpaniā:Cornelius in Samnium:ille ad montē caluum:hic ad Satriculam caſtra ponūt.Priori Valerio Samnitium legiones:eo namq; omnem belli molem inclinaturam cenſebant:occurrunt: ſimul in campauos ſtimulabat ira tā promptos nunc ad ferenda:nunc ad accerſenda aduerſus ſe auxilia. Vt uero caſtra romana uiderunt:ferociter pro ſe quiſq; ſignum duces poſcere:affirmare eadem fortuna romanū campano laturum opem:qua cāpanus ſidicino tulerit.Valerius leuibus certaminibus temptandi hoſtis cauſa aut ita multos moratus dies ſignū pugnæ ꝓpoſuit:paucis ſuos adhortatus.Ne nouum bellū eos:nouuſq; hoſtis terreret:quicquid ab urbe lōgius proferrent arma:magis:magiſq; ī imbelles gentes eos prodire.Ne ſidicinorum campanorūq; cladibus ſamnitiū æſtimarent uirtutē:qualeſcunq; inter ſe certauerīt:neceſſe fuiſſe alterā partem uinci:cāpanos quidē haud dubie magis nimio luxu fluētibus rebus molliciaq; ſua:quā ui hoſtiū uictos eſſe.Quid autem eſſe duo proſpera ī tot ſæculis bella ſamnitiū aduerſus tot decora.Po.Ro.qui triumphos pene plures:quā annos ab urbe condita numeret? qui oīa circa ſe Sabinos.Ethruriam:Latinos:Hernicos:Volſcos:Aurūcos domita armis habeat qui gallos tot p̄liis cæſos:poſtremo ī mare ac naues fuga cōpulerit? Cū gloria belli ac uirtute ſua quēq; frætos ire in acie debere:tum ēt intueri cuius ductu auſpicioq; ineunda pugna ſit:utrū q audiēdus dūtaxat magnificus adhortator ſit uerbis tantū ferox operis militarium expers:an q & ipſe tæla tractare:procedere ante ſigna:uerſari media ī mole pugnæ ſciat.Facta mea nō dicta uos milites:inqt:ſequi uolo:nec diſciplinā modo:ſed exēplum ēt a me petere.Nō factionibus modo:nec p̄ cōciones uſitatas nobilibus: ſed hac dextra mihi tres cōſulatus ſummamq; laudē peperi.Fuit:cum hoc dici poterat:patricius.n.erat & a liberatoribus patriæ ortus:& eodē anno familia iſta cōſulatū:quo urbs hæc conſulē habuit : nūc iā nobis patribus uobiſq; plebeiis ꝓmiſcuus conſulatus patet:nec generis ut ante:ſed uirtutis ē præmiū. Proinde ſummū quodq; ſpectate milites decus.Nō ſi mihi nouū hoc Coruini cognomen diis auctoribus hoīes dediſtis.Publicolarū uetuſtum familiæ noſtræ cognomē memoria exceſſit:ſemper ego plebem romanā militiæ domiq;:priuatus ī magiſtratibus paruis magniſq; æque tribunus ac conſul eodē tenore per oēs deinceps cōſulatus colo:atq; colui.Nunc qđ inſtat:diis bene iuuātibus nouū atq; integrū de ſamnitibus triūphū mecū petite.Nō alias militi familiarior dux fuit:oīa inter infimos militū: haud grauate munia obeundo:in ludo p̄terea militari cum uelocitatis uiriumq; inter ſe æquales certamina ineunt:comiter facilis uincere ac uici uultu eodem:nec quēq; aſpernari parem:qui ſe offerret factis:benignus pro re dictis:haud minus libertatis alienæ:quā ſuæ dignitatis memor:& quo nihil popularius ē: quibus artibus petierat magiſtratus:iiſdē gerebat.Itaq; uniuerſus exercitus īcredibili alacritate adhortationem ꝓſecutus ducis caſtris egrediť:p̄liū ut qđ' maxime unq̄ pari ſpe:utrinq; æquis uiribus cum fiducia ſui ſine cōtemptu hoſtiū cōmiſſum eſt:Samnitibus ferociam augebāt nouæ res geſtæ: & paucos ante dies geminata uictoria.Romanis cōtra quadrīgentorum annoꝝ decora:& conditæ urbi æqualis uictoria:utriuſq; tamen nouus hoſtis curā addebat:pugna indicio fuit:quos geſſerint animos : nāq; ita conflixerūt:ut aliq̄diu in neutrā partē inclinaret acies.Tum cōſul trepidationē iniiciendā ratus quando ui pelli nō poterat:equitibus īmiſſis turbare prima ſigna hoſtiū conatur:quos ubi nequicq̄ tumultuātes in ſpatio exiguo uoluere turmas uidit:nec poſſe aperire ī hoſtes uiam:reuectus ad anteſignanos legionum:cū deſiluiſſet ex equo:noſtrum:īquit peditum illud milites eſt opus agitedū ut me uideritis: quacūq; inceſſero ī aciem hoſtium ferro uiam facientem:ſic pro ſe quiſq; obuios ſternite: illa nunc oīa qua nūc erectæ micant haſtæ patefacta ſtrage uaſtata cernetis.Hæc dicta dederat:cū eqtes cōſulis iuſſu diſcurrunt ī cornua legionibuſq; ī mediam aciem aperiunt uiam.Primus omnium conſul inuadit hoſtem:& cum quo forte contulit gradū:obtruncat:hoc ſpectaculo accēſi dextra leuaq; ante ſe quiſq; memorandū prælio ciet:ſtant obnixi ſamnites:q̄q̄ plura accipiunt:quā īferunt uulnera. Aliquādiu iā pugnatum erat:atrox cædes circa ſigna ſamnitiū:fuga a nulla dum parte erat:adeo morte ſola uinci deſtinauerant animis.Itaq; romani cū effluere iam laſſitudīe uires ſentirēt:& dici haud multum ſupereſſē: accēſi ira concitant ſe ī hoſtē.Tū primū referri pedem:atq; īclinari rem ī fugam apparuit:tum capi:occidi ſamnis:nec ſuperfuiſſent multi:ni nox uictoriam magis:quam prælio diremiſſet:& romani fatebantur nunq̄ cū pertinatiorē hoſte cōflictum:& ſamnites cū q̄reretur:quænā prima cā tam obſtinatos mouiſſet ī fugam:oculos ſibi romanorum ardere uiſos aiebant:ueſanoſq; uultus & furentina ora:inde plus quam ex alia ulla re terroris ortū:quē terrorē nō pugnæ ſolū euētu:ſed nocturna ꝓfectione cōfeſſi ſunt:Poſtero die uacuis hoſtiū caſtris romanus potiť:quo ſe oīs cāpanoꝝ multitudo gratulabūda effudit.Cæteꝝ hoc gaudiū magna ꝓpe clade ī Samnio fœdatū ē:ná ab Satricula ꝓfectus Cornelius conſul exercitū īcaute ī ſaltū caua ualle puium circaq; īſeſſum ab hoſte induxit:nec priuſq̄ recipi tuto ſigna non poterāt:imminentē capiti hoſtē uidit.Dū id moræ ſamnitibus ē:quo ad totū ī uallē infamam dimitteret agmen.P.Decius tribunus militū cōſpicit unū æditū ī ſaltu collē īmīnēte hoſtiū caſtris aditu arduū īpedito agmini expeditis haud difficilē:itaq; cōſuli territo animi uideſne tu: inqt.A.Corneli cacumen illud ſupra hoſtē? arx illa eſt ſpei ſalutiſq; noſtræ:ſi eā:quoniā cæci reliq̄re ſamnites:īpigre capimus:nec tu mihi pluſq̄ unius legionis p̄cipes haſtatos dederis:cū q̄bus ubi euaſero ī ſummū:pge hīc omni liber metu:teq; & exercitū:ſerua:neq; n.moueri hoſtis ſubiectus nobis ad oēs ictus ſine ſua pnicie poterit:nos deīde aut fortuna Po.Ro.aut nr̄a uirtus expediet.Collaudtus a cōſule:accepto p̄ſidio:uadit occultus p̄ ſaltū:nec prius ab hoſte ē uiſus:quā loco:quē petebat:appropinq̄uit.Inde admiratiōe pauentibus cunctis:cū oīum ī ſe uertiſſet oculos & ſpatiū cōſuli dedit ad ſeducēdū agmē ī æquiorē locū;

Ro.po. decora

Att'.Valerii cōſulis uirtutē in pugna

Att'.ferociā in ro.a ſamnite reformidatā

& ipſe in ſummo cõſtitit uertice. Samnites dũ huc illuc ſigna uertunt: utriuſq; rei omiſſa occaſiõe neq; conſequi cõſulẽ: niſi per eandẽ uallẽ in qua paulo ante ſubiectũ eũ tælis ſuis habuerant: poſſunt: nec erigere agmen in captũ ſuper ſe ab Decio tumulum: ſed cũ ira ĩ hos magis: qui fortunã gerẽdæ rei eripuerant: tũ propinqtas loci atq; ipſa paucitas ĩcitat: & nunc circundare undiq; collẽ armatis uolunt: ut a cõſule Decium ĩtercludant: nunc uiã patefacere: ut digreſſos ĩ uallem adoriant̃: ĩcertos quid agerent: nox oppreſſit. Deciũ primũ ſpes tenuit cũ ſubeuntibus ĩ aduerſum collẽ ex ſupiore locos ſe pugnaturꝰ: deĩde admiratio inceſſit: qđ nec pugnã inirẽt: nec: ſi ab eo cõſilio iniqtare loci deterrerent̃: opere ſe uallo q; circũdarent: Tũ centurionibus ad ſe uocatis: quænã illa inſcitia belli ac pigritia eſt? aut quonãmodo iſti ex ſidicinis cãpaniſq; uictoriã pepererunt? huc atq; illuc ſigna moueri: ac modo in unũ conferri: modo educi uidetis: opus qdem incipit nemo: cũ iã circundati uallo potuerimus eſſẽ. Tũ uero nos ſimiles iſtorum ſimus: ſi diutius hic moremur: quã cõmodũ ſit: agitedum ite mecum: ut dum lucis aliqd ſupereſt quibus locis præſidia ponãt: qua pateãt: hinc exitus exploremus. Hæc oĩa ſagulo gregali amictus: cẽturionibus itẽ manipulariũ habitu militũ ductis: ne ducẽ circunire hoſtes notarent: perluſtrauit. Vigiliis deinde diſpoſitis: cæteris oĩbus teſſerã dari iubet: ubi ſecũdæ uigiliæ buccinæ datum ſignũ eſſẽt: armati cum ſilẽtio ad ſe cõuenirent. Quo ubi: ſicut edictum erat: taciti conuenerũt: hoc ſilẽtiũ milites: inquit: omiſſo militari aſſenſu in me audiẽdo ſeruandũ ẽ: ubi ſnĩam meam uobis peregro: tum qbus eadẽ placebunt: in dexterã partẽ taciti tranſibitis: quæ pars maior erit: eo ſtabitur cõſilio. Non fuga delatos: nec inertia relictos hic uos circũuenit hoſtis: uirtute cepiſtis locum: uirtute hinc oportet euadatis: ueniẽdo huc exercitũ egregiũ Populi Ro. ſeruaſtis: erũpendo hinc uoſmetipſos ſeruate: digni eſtis: qui pauci pluribus opẽ tuleritis: ipſi nullius auxilio egueritis. Cum eo hoſte res eſt: qui heſterno die delendi oĩs exercitus fortuna p ſecordiã uſus nõ ſit: hunc tã opportunũ collem iminentẽ capiti ſuo nõ ante uiderit: quã captum a nobis nos tam paucos tot ipſi millibus hoĩum: nec aſcenſu arcuerit: nec tenentes locũ: cũ diei tantũ ſupereſſẽt uallo circũdederit: quem uidentẽ ac uigilantẽ ſic eluſeritis: ſopitũ oportet fallatis: imo neceſſe eſt: ĩ eo. n. loco res ſunt noſtræ: ut ego uobis magis neceſſitatis ueſtræ index: quã conſilii auctor ſim: neq; n. maneatis an abeatis: hinc deliberari põt: cũ praeter arma & aĩos armoꝝ memores: nihil uobis fortuna reliqui fecerit: fame & ſiti moriendũ ſit: ſi plus quã uiros ac romanos decet ferrũ timeamus. Ergo una eſt ſalus erumpere hinc atq; abire: aut id ĩterdiu aut nocte faciamus: oportet: Ecce hoc aliud minus dubium: quippe ſi lux expectẽt̃: quæ ſpes eſt nõ uallo ꝑpetuo foſſaq; nos ſeptuꝝ hoſtem: q nũc corporibus ſuis ſubiectis undiq; cinxerit: ut uidetis collem? atqui ſi nox opportuna ẽ eruptioni: ſicut ẽ: hæc ꝑfecto noctis aptiſſima hora eſt: ſigno ſecũdæ uigiliæ cõueniſtis. qđ tẽpus mortales ſomno altiſſimo premit: ꝑ corpora ſopita uadetis: uel ſilẽtio incautos fallẽtes: uel ſentientibus clamore ſubito pauorem iniecturi: me modo ſequimini: quem ſecuti eſtis: ego eandẽ: quæ duxit huc ſequar fortunam. Quibus hæc ſalutaria uidentẽ: agitedum ĩ dexterã partẽ pedibus tranſite. Oẽs tráſierunt: uadentemq; ꝑ ĩtermiſſa cuſtodiis loca Decium ſecuti ſunt. lã euaſerant media caſtra: cũ ſupſcandens uigilũ ſtrata ſomno corpora miles offenſo ſcuto ꝓbuit ſonitũ: quo excitatus uigil cum ꝓximum mouiſſet: erectiq; alios cõciarent: ignari ciues an hoſtes ꝓſidium erumperẽt: an cõſul caſtra cepiſſet: Decius quoniã nõ fallerent: clamorẽ tollere iuſſis militibus torpidos ſomno ĩſuper pauore exanimat: quo ĩpediti nec arma ĩpigre capere: nec obſiſtere: nec inſequi poterãt. Inter trepidationẽ tumultũq; ſamnitiũ ꝓſidium Romanũ obuiis cuſtodibus cæſis ad caſtra cõſulis ꝑuadit. Aliquantulũ ſupererat noctis: iamq; ĩ tuto uidebant̃ eſſe: macti uirtute: inqt: milites Romani: &. n. ueſtrum iter ac reditũ oĩa ſæcula laudibus ferẽt: ſed ad cõſpiciendam tãtam uirtutem luce ac die opus eſt: nec uos digni eſtis: quos cũ tãta gloria ĩ caſtra reduces ſilẽtium ac nox tegat: hic lucẽ quieti opperiamur. Dictis obtẽperatum: atq; ubi primum illuxit: præmiſſo nuncio ad conſulem ĩ caſtra ingenti gaudio cõcitantur: & teſſera data incolumes reuerti: q ſua coprora pro ſalute oium haud dubio periculo obieciſſent: pro ſe quiſq; obuiã effuſi laudãt: gratulant̃: ſingulos uniuerſoſq; ſeruatores ſuos uocãt: diis laudes gratiaſq; agũt. Deciũ ĩ cælum ferunt. Hic Decii caſtrenſis triumphus fuit ĩcedentis ꝑ media caſtra cũ armato ꝓſidio: coniectis ĩ eum oĩum oculis: & omni honore tribunũ cõſuli æquãtibus. Vbi ad ꝓtorium uentũ eſt: cõſul claſſico ad cõcioné uocat: orſuſq; meritas Decii laudes: ĩterfante ipſo Decio diſtulit cõcionem: q auctor oĩa poſt habẽdi: dũ occaſio ĩ manibus eẽt perpulit cõſulẽ: ut hoſtes: & nocturno pauore attonitos: & circa collẽ caſtellatim diſſipatos aggrederet̃: credere etiam aliquos ad ſe ſequendum emiſſos per ſaltũ uagari. Iuſſæ legiones arma capere: egreſſæq; caſtris cum per exploratores notior iam ſaltus eẽt: uia patentiore ad hoſtem ducuntur: quem ĩcautum improuiſo adortæ: cum palati paſſim ſamnitium milites plæriq; inermes nec coire in unum: nec arma capere: nec recipere intra uallum ſe poſſent: pauentem primũ intra caſtra cõpellunt: deinde caſtra ipſa turbatis ſtationibus capiunt: perfertur circa collem clamor: fugatq; ex ſuis quenq; præſidiis: ita magna pars abſenti ceſſit. Quos intra uallum egerat pauor. Fuere autem ad. xxx. millia oẽs cæſi: caſtra direpta.

Ita rebus geſtis conſul aduocata concione. P. Decii non cœptas ſolũ ante: ſed cumulatas noua uirtute laudes peragit: & ꝑter militaria alia dona: aurea corona eũ: & centũ bobus eximioq; uno albo opimo auratis cornibus donauit. Milites: q in ꝓſidio ſimul fuerãt duplici frumẽto ĩ ꝑpetuũ: in ꝑſentia ſingulis bobus biniſq; tunicis donati. Secũdum cõſulis donationẽ: legiones graminẽã coronã obſidionalẽ clamore donũ approbãtes Decio ĩponũt: altera corona eiuſdẽ honoris ĩdex a ꝓſidio ſuo ĩpoſita ẽ. His decoratus inſignibus boué eximiũ Marti ĩmolauit: centũ boues militibus dono dedit: q ſecũ ĩ expeditiõe fuerant. Hiſdem militibus legiones libras farris & ſextarios uini contulere: oĩaq; ea ĩgenti alacritate ꝑ clamorẽ

Att. ferociſſimã Decii oronẽ ad ſuos

Decii caſtrenſis laus & gloria

Att. Samnitium cædes

militarē ĩdicē oĩum aſſenſus gerebanť. Tertia pugna ad Sueſſulā cōmiſſa eſt: qua fugatus a. M. Valerio ſamnitiū exercitus: omni robore iuuētutis domo accito certamīe ultimo fortunam experiri ſtatuit: ab Sueſſula nuncii trepidi Capuā: ĩde eqtes citati ad Valeriū cōſulē opem oratū ueniūt. Cōfeſtim ſigna mota relictis ĩpedimētis caſtroꝝ ualido ꝓſidio raptim agiť agmē: nec procul ab hoſte locū exiguū: ut qbus præter equos cæteroꝝ iumētoꝝ calonūq; turba abeſſet: caſtris cepit. Samnitium exercitus uelut haud ulla mora pugnæ futura eēt: aciē inſtruit: deīde poſteaq; nemo obuius ibat: ĩfeſtis ſignis ad caſtra hoſtiū ſuccedit: ibi ut militē ĩ uallo uidit: miſſiq; ab oĩ parte exploratū quā ĩ exiguū orbē cōtracta caſtra eſſent: paucitatē ĩde hoſtiū colligētes rettulerunt: fremere oĩs acies: cōplendas eē foſſas ſcindēdūq; uallū: & ĩ caſtra irrūpendū: trāſactūq; ea temeritate bellū foret: ni duces cōtinuiſſent ĩpetū militū. Cæteꝝ qa multitudo ſua cōmeatibus grauis: & prius ſedēdo ad Sueſſulā: & tū certaminis mora haud ꝑcul ab reꝝ omniū inopia eſſet: placuit dū iclusus maneret hoſtis frumētatū ꝑ agros militē duci: iterim & Romano: q; expeditus quātū humeris ĩter arma geri poſſet: frumēti ſecū attuliſſet: defutura oĩa. Conſul palatos per agros cū uidiſſet hoſtes: ſtatiōes ĩfrequētes relictas: paucis milites adhortatus ad caſtra oppugnāda ducit: quæ cū primo clamore atq; ĩpetu cepiſſet: pluribus hoſtiū ĩ tentoriis ſuislquam ĩportis uallōq; cæſis: ſigna captiua ĩ unū locū conferri iuſſit: relictiſq; duabus legiōibus cuſtodiæ & ꝓſidii cā graui edicto monitis: ut donec ipſe reuertiſſet: ꝑda abſtinerēt: ꝓfectus agmine ĩſtructo: cū ꝑmiſſus eques uelut indagine diſſipatos ſamnites ageret: cædē ingentē fecit: nā neq; ſigno coire ĩter ſe: neq; utrū caſtra peterent: an longioꝝ intēderēt fugā territis cōſtare poterat: tātumq; fugæ ac formidinis fuit: ut ad. xl. millia ſcutoꝝ neq; tot cæſis: & ſigna militaria cū iis: quæ ĩ caſtris capta erāt ad. clxx. ad cōſulē deferrētur. Tū ĩ caſtra hoſtium reditū: ibiq; omnis ꝑda militi data. Huius certaminis fortuna & faliſcos cū ĩ iduciis eēnt: fœdus petere ab ſenatu coegit: & latinos iā exercitibus cōparatis ab romano ĩ pelignū uertit bellū. Neq; ita rei geſtæ fama Italiæ ſe finibus tenuit: ſed carthaginēſes quoq; legatos gratulatū Romā miſere cū coronæ aureæ dono: quæ ĩ capitolio in Iouis cella ponereť: fuit pondo. xxv. Cōſules ambo de ſamnitibus triumpharūt: ſequēte Decio inſigni cū laude doniſq; cū incōdito militari ioco haud minus tribuni celebre nomen: quā conſulū eēt. Campanoꝝ deīde ſueſſanorūq; auditæ legationes: ꝑcantibus datū ut ꝑſidium eo ĩ hyberna mitteret: quo ſamnitiū excurſiones arcerent. Iam tū minime ſalubris militari diſciplinæ Capua: inſtrumēto oĩum uoluptatū delinitos militū aĩos auertit a memoria patriæ: inibanturq; conſilia in hybernis eodē ſcelere adimendæ cāpanis Capuæ: ꝑ qđ illi eā antiquis cultoribus ademiſſent neq; ĩmerito ſuū ipſoꝝ exemplū in eos uerſuꝝ. Cur autē potius campani agrū Italiæ uberrimū: dignā agro urbē: qui nec ſe: nec ſua tutari poſſint: quā uictor exercitus haberet: qui ſuo ſudore & ſanguine inde ſamnites depuliſſet? An æquū eē dediticios ſuos illa felicitate atq; amœnitate ꝑfrui: ſe militando feſſos ĩ peſtilēti atq; arido circa urbē ſolo luctari: aut ĩ urbe inſidentē labem creſcētis in dies fœnoris pati?

XL. millia ſcutoꝝ ex hoſte capta Cartha. donū an reum romā mittūt

Cl. Martius Qu. Seruilio conſ.

Hac agitata occultis cōiurationibus: nec dū uulgata in oēs cōſilia ĩuenit nouus cōſul Claudius Martius Rutilius: cui Cāpania ſorte prouīcia euenerat. Quinto Seruilio collega ad urbē relicto. Itaq; cū oĩa ſicut geſta erāt: per tribunos comperta: & ætate haberet & uſu doctus: qppe q iā quart. conſul eēt: dictatorq; & cenſor fuiſſet: optimū ratus differēdo ſpem q̄docūq; uellent conſilii exequēdi: militarē ĩpetū fruſtrarii: rumorē diſſipat in hiſdē oppidis: & anno poſt ꝓſidia hybernatura: diuiſa enī erāt ꝑ Cāpaniæ urbes: manauerātq; a Capua cōſilia in exercitū oēm. Eo laxaméto cogitationibus dato: quieuit in ꝓſentia ſedi tio: cōſul eductо ĩ æſtiua milite: dū quietos ſamnites habebat: exercitū purgare miſſionibus turbulētorum hoĩum inſtituit: aliis emerita dicēdo ſtipēdia eſſe: alios graues iā ætate eē aut uiribus paꝝ ualidos: quidā in comeatus mittebanť. Singuli primo: deinde & cohortes q̄dā quia ꝑcul ab domo & rebus ſuis hybernaſſent: per ſpeciē militariū uſuum magna pars ablegati: quā multitudinē cōſul alter Romæ ꝑtorq; alias ex aliis fingēdo moras retinebat: & prīo qdē ignari ludificationis minime ĩuiti domos reuiſebāt: poſteaq; neq; reuerti ad ſigna primos: nec ferme aliū: quā qui ĩ Cāpania hybernaſſent: ꝑcipueq; ex iis ſeditionis auctores mitti uiderunt: primū admiratio: deinde haud dubius timor inceſſit aĩos: conſilia ſua emanaſſe: iam q̄ſtiones: iam iudicia: iā occulta ſingulorꝝ ſupplicia: ĩpotenſq; & crudele cōſilium: ac patrū ĩ ſe regnū paſſuros. Hæc q ĩ caſtris erāt: occultis ſermonibus ferūt: neruos cōiurationis electos arte cōſulis cernētes. Cohors una: cū haud ꝑcul Anxur eēt: ad Lautulas ſaltu anguſto ĩter mare ac mōtes cōſedit: ad excipiēdos quos cōſul aliis atq; aliis: ut ante dictū ē: cauſis mittebat. Iā ualida admodū numero manus: erat: nec qcq̄ ad iuſti exercitus formā ꝑter ducē deerat: ĩcōpoſiti itaq; ꝑdantes ĩ agrū albanum ꝓueniūt: & ſub iugo Albæ lōgæ caſtra uallo cīgūt: ꝓfecto deīde ope reliquū diei de ĩpatore ſumēdo ſentētiis decertāt: nulli ex ꝓſentibus ſatis fidētes: quē aūt ab domo poſſe acciri? quē patrū aut plebis eſſe: q aut ſe tāto ꝓiculo ſciēs offerat: aut cui ex iniuria ĩſanientis exercitus cā recte cōmittať? Poſtero die cum eadē deliberatio teneret: ex ꝑdatoribus uagis qdā cōpertū attulerūt. T. Quītiū ĩ tuſculano agrum colere urbis honorūq; ĩmemorē. Patriciæ hic uir gētis erat: cui cū militiæ magna cū gloria actæ finem pes alter ex uulnere claudus feciſſet: ruri agere uitā ꝑcul ambitiōe ac foro cōſtituit: noīe audito: extēplo agnoueř uiꝝ: & qđ bene uerteret: acciri iuſſerūt: ſed paꝝ ſpei erat uolūtate q̄cq̄ factuꝝ: uim adhibere ac metū placuit. Itaq; ſilētio noctis cū tectū uillæ: q ad id miſſi erāt: ĩtraſſent: ſomno graui Quītiū oppreſſum nihil mediū: aut ĩperiū atq; honorē: aut ubi reſtaret: mortē: ni ſeq̄reť denūciātes ĩ caſtra ꝓtraxerūt.

Atť. militarē tumultū

Impator extēplo aduenīēs appellatus: iſigniaq; honoris exterrito ſubitæ rei miraculo deferūt: & ad urbē ducere iubēt. Suo magis īde ipetu: quā cōſilio ducis: cōuulſis ſignis: ĩfeſto agmīe ad lapidē octauum uiæ: quæ nūc appia eſt: peruenīūt: iſſentq; confeſtim ad urbē: ni uenire cōtra exercitū: dictatoréq; aduer

ſus ſe.M.Valerium Coruinū dictum audiſſent:& magiſtrum equitū.L.Aemylium Mamercum.Vbi primū in conſpectu uentum eſt arma ſignaq; agnouere:extemplo oībus memoria patriæ iras permulſit:nondū erant tam fortes ad ſanguinem ciuilem:nec præter externa nouerant bella:ultimaq; rabies ſeceſſio ab ſuis habebatur.Itaq; iam duces:iam milites utrinq; congreſſus quærere ad colloquia.Quintius quem armoꝝ etiam pro patria ſatietas teneret nedū aduerſus patriā:Coruinus oēs caritate ciues præcipue milites:& ante alios ſuum exercitum cōplexus:ad colloquium proceſſit:cognito ei extemplo haud minor ab aduerſariis uerecundia:quā ab ſuis ſilentium datum.Deos:īquit:immortales milites ueſtros publicos meoſq; ab urbe proficiſcens:ita adoraui:ueniamq; ſupplex popoſci:ut mihi de uobis concordiæ parte gloriam:non uictoriā darent:ſatis fuit eritq;:unde belli decus pariatur:hinc pax petēda eſt:quod deos īmortales inter nuncupanda uota expopoſci eius me compotē uoti uos facere poteſtis:ſi meminiſſe uultis:non uos in Samnio.nec in Volſcis:ſed in romano ſolo caſtra habere:ſi illos colles quos cernitis:patriæ ueſtræ eſſe:ſi hunc exercitum ciuium ueſtroꝝ:ſi me cōſulem ueſtrū:cuius ductu auſpitioq; priore anno bis legiones ſamnitium fudiſtis:bis caſtra ui cepiſtis.Ego ſum.M.Valerius Coruinus milites:cuius uos nobilitatē beneficiis erga uos non iniuriis ſenſiſtis:nullius ſuperbæ ī uos legis:nullius crudelis ſenatuſconſulti auctor:in omnibus meis imperiis ī me ſeuerior:q̄ in uos.Ac ſicui gens:ſicui ſua uirtus:ſicui ét maieſtas:ſicui honores ſubdere ſpiritus potuerunt:iis eram natus:id ſpecimē mei dederam:ea ætate conſulatū adeptus eram:ut potuerim tris & uiginti annos natus cōſul patribus quoq; ferox eſſe non ſolū plebi.Quod meum factū dictumue conſulis grauius:quā tribuni audiſtis? eodem tenore duos inſequentes conſulatus geſſi eodem hæc imperioſa dictatura geret:ut neq; in hos meos & patriæ meæ milites mitior:quā in uos horreo dicere hoſtes.Ergo uos prius in me ſtrixeritis ferrum:quam in uos ego:iſtinc clamor prius incipiet atq; impetus:ſi dimicandum eſt:inducite in aīum:quod non induxerunt patres auiq; ueſtri:non illi:qui in ſacrū montem ſeceſſerunt:nō hi qui poſtea auentinum inſederunt:expectate dum uobis ſingulis:ut olim Corialano matres cōiugeſq; crinibus paſſis obuiæ ab urbe ueniant tum uolſcoꝝ legiones:quia romanum habebant ducem:quieuerunt:uos romanus exercitus non deſtiteritis impio bello.T.Quinti quocunq; iſtic loco ſeu uolens:ſeu inuitus conſtitiſti:ſi dimicandum erit:tum tu ī nouiſſimos te recipito:fugeris ét honeſtius:tergumq; ciui dederis:quam pugnaueris contra patriam:nunc ad pacificandum bene atq; honeſte inter primos ſtabis:& colloquī huius ſalutaris interpres fueris:poſtulate æqua & ferte:q̄q̄ uel iniquis ſtandum potius:quā īpias inter nos conſeramus manus.T.Quintius plenus lachrymaꝝ ad ſuos uerſus me quoq; inquit:milites:ſiquis uſus mei eſt:meliorem pacis:quam belli habetis ducem:nō enim illa modo uolſcus aut ſamnis:ſed romanus uerba fecit:ueſter conſul:ueſter imperator milites:cuius auſpicia pro uobis experta:nolite aduerſus uos uelle experiri.Qui pugnarent uobiſcum īfeſtius & alios duces ſenatus habuit:qui maxīe ſuis militibus placeret:cui plurimum uos imperatori ueſtro crederetis:eum elegit:pacem ét:qui uincere poſſunt:uolunt:quid uos uelle oportet? quin omiſſis ira:& ſpe fallacibus auctoribus noſipſos:noſtraq; oīa cognitæ permittimus fidei? Approbantibus clamore multis.T. Quintius ante ſigna progreſſus:in poteſtate dictatoris milites fore dixit:orauit ut cauſam miſerorū ciuium ſuſciperet:ſuſceptamq; eadem fide:qua remp.adminiſtrare ſolitus eſſet:tueretur:ſibi ſe priuatim nihil caue re:nolle alibi:q̄ in innocentia ſpem habere:militibus cauendum quod apud patres ſemel plebi iterum legionibus cautum ſit:ne fraudi ſeceſſio eſſet.Quintio collaudato:cæteris bonum aīum habere iuſſis: dictator equo citato ad urbem reuectus:auctoribus patribus tulit ad populum in loco petillini: ne cui militum fraudi ſeceſſio eēt:orauit ét bona uenia quirites:ne quis eam rem ioco ſerioue cuiq̄ exprobraret.Lex quoq; ſacrata militaris lata eſt:ne cuius militis ſcripti nomen niſi ipſo uolente deleretur: addi/tumq; legi nequis ubi tribunus militum fuiſſet:poſtea ordinum ductor eſſet.Id propter.P. Salonium poſtulatum eſt a coniuratis qui alternis prope annis & tribunus militum & primus centurio erat.quē nunc primipilum appellant:huic infenſi milites erant:quod ſemp aduerſatus nouis conſiliis fuiſſet:& ne participes eoꝝ ēēt:q ab Lautulis fugiſſent.Itaq; cum hoc unum ꝓpter Salonium ab ſenatu non īpetraretur:tum Salonius obteſtatus patres cōſcriptos ne ſuum honorē pluris:quam cōcordiam ciuitatis æſtimarēt:perpulit ut id quoq; ferret.Aeq; impotens poſtulatum fuit ut de ſtipēdio eqtum (merebāt aūt triplex ea tempeſtate) æra demerent:quod aduerſati cōiurationi fuiſſent.Præter hæc īuenio apud quoſdam.L.Genutium tribunū plebis tuliſſe ad populū ne fœnerare liceret.Item aliis plebiſcitis cautum nequis eundem magiſtratum ītra decem annos caperet:neu duos magiſtratus uno anno gereret utiq; liceret conſules ambos plebeios creari:quæ ſi oīa conceſſa ſunt plebi apparet haud paruas uires defectionem habuiſſe.Aliis annalibus ꝓditum eſt neq; dictatorē Valerium dictū:ſed p cōſulē oēm rem actam neq; anteq̄ Romā ueniret:ſed Romæ eam multitudinem cōiuratoꝝ ad arma cōſternatam ēē: nec in.T.Quintii uillam:ſed in ædes.C.Manlii nocte impetum factū:eūq; a coniuratis compræhēſum ut dux fieret:inde ad quartū lapidem ꝓfectos loco munito cōſediſſe:nec ab ducibus mentionē concordiæ ortam : ſed repēte cum in aciem armati exercitus ꝓceſſiſſent:ſalutationē factā:& pmixtos dextras iungere ac cōplecti inter ſe lachrymātes milites cœpiſſe:coactoſq; conſules cū uiderēt auerſos a dimicatione militum aīos.rettuliſſe ad patres de cōcordia reconcilianda:adeo nihil p̄terq̄ ſeditionē fuiſſe: eāq; compoſitam īter antiquos reꝝ auctores conſtat. Et huius fama ſeditionis: & ſuſceptū cū ſamnitibus graue bellum aliquot populos a romana ſocietate auertit:& p̄ter latinorum infidum iādiu fœdus priuernates ét Norbam:atq; Setiam finitimas colonias romanas incurſiones ſubita depopulati ſunt.

Arēpopulārē Valerii oſonē

Primipilus

TITI LIVII PATAVINI HISTORICI AB VRBE CONDITA. LIBER OCTAVVS.

C.Plautius.L. Aemyliuſ cōſ.

AM CONSVLES Erant.C.Plautius.II.L. Aemylius Mamercus: cum Setini Norbaniq; Romā nūcii defectiōis priuernatiū cū q̄rimoniis acceptæ cladis uenerūt. Volſcoq; item exercitū duce Antiati populo cōſediſſe ad Satricū allatū eſt:utrūq; bellū Plautio ſorte uenit:prius ad priuernum ꝓfectus extēplo acie cōflixit:haud magno certamine deuicti hoſtes:oppidum captū:redditūq; priuernatibus:p̄ſidio ualido īpoſito: agri ꝑtes duæ adēptæ.Inde uictor exercitus Satricum cōtra Antiates ductus:ibi magna utriq; cæde atrox p̄liū fuit:& cū tēpeſtas eos neutro īclinata ſpe dimicātes diremiſſet:romāi nihil eo certamīe tā ābiguo feſſi ī poſteꝝ dié p̄liū parāt. Volſcis recēſentibus quos uiros in acie amiſiſſent:haud quaq; idē aīus ad iterandū p̄iculū fuit:nocte ꝑ uictis Antiū agmine trepido ſauciis ac parte impedimētoꝝ relicta abierūt. Armoꝝ magna uis tum īter cæſa corpora hoſtium:tum caſtris inuenta eſt:ea Luæ matri dare ſe conſul dixit:fineſq; hoſtiū uſq; ad oram maritimā eſt depopulatus. Alteri conſuli Aemylio īgreſſō ad ſabellū agrum nō caſtra ſamnitiū:nō legiones uſquā oppoſitæ:ferro igniq; uaſtantē agros legati ſamnitiū pacem orātes adeunt:a quo reiecti ad ſenatum poteſtate facta dicēdi:poſitis ferocibus animis:pacē ſibi ab romanis belliq; ius aduerſus ſidicinos petierunt:q̄ ſe eo iuſtius petere quod in amicitiam Po.Ro.ſecūdis ſuis rebus:nō aduerſis ut cāpani uenīſſent:& aduerſus ſidicinos ſumerent arma ſuos ſemꝑ hoſtes Po.Ro.nunq̄ amicos:q nec ut ſamnites in pace amicitiā:nec ut campani auxilium in bello petiſſent:nec in fide Po.Ro.nec in ditione eſſent.Cū de poſtulatis ſamnitium. T. Aemylius prætor ſenatum cōſuluiſſet:reddendumq; his fedus patres cenſuiſſent:prætor ſamnitibus reſpondit.Nec quo minus perpetua amicitia eſſet per Po.Ro. ſtetiſſe: nec contradici quin quoniam ipſos belli culpa ſua contracti tedium cœperit:amicitia deintegro reconcilietur.Quod ad ſidicinos attinet:nihil ītercedi quo minus ſamniti populo pacis belliq; liberum arbitriū ſit.Fœdere icto:cum domū reuertiſſent:extēplo inde exercitus romanus ductus annuo ſtipēdio & triū mēſium frumento accepto:qđ pepigerat conſul:ut tēpus induciis daret:quoad legati rediſſent.Samnites copiis iiſdem:quibus uſi aduerſus romanum bellum fuerāt:cōtra ſidicinos profecti haud in dubia ſpe erant mature hoſtiū urbis potiūdæ.Tum ab ſidicinis deditio prius ad romanos cœpta fieri ē:deīde poſteaq̄ patres ut ſeram eam ultimaq; tandem neceſſitate expreſſam aſpernabātur:ad latinos iam ſua ſpōte in arma motos facta ē:nec campani qdem adeo iniuriæ ſamnitiū:quam beneficii romanoꝝ memoria præſentior erat:his ſe armis abſtinuere. Ex his tot populis ingēs exercitus duce latino fines ſamnitium ingreſſus plus populationibus:quam prælīs cladiū fecit:& quāq̄ ſuperiores certaminibus latini erant haud inuiti:ne ſæpius dimicandū foret:agro hoſtium exceſſere.Id ſpatium ſamnitibus datū eſt Romam legatos mittēdi:qui cum adiſſent ſenatum:cōqueſti eadem ſe fœderatos pati:quæ hoſtes eſſent paſſi:p̄cibus infimis petiere:ut ſatis ducerent romani uictoriā.quam ſamnitibus ex campano ſidicinoq; hoſte eripuiſſent ne uinci ēt ſe ab ignauiſſimis populis ſinerent:latinos campanoſq;:ſi ſub ditione populi romani eſſent pro imperio arcerent ſamniti agro:ſin imperiū abnuerent:armis coercerēt Aduerſus hæc reſponſum anceps datū:quia fateri pigebat in poteſtate ſua latinos iam non eſſe:timebantq; ne arguendo abalienarent.Campanoꝝ aliam conditionē eſſe:q non fœdere:ſed per deditionē in fidem ueniſſent:itaq; cāpanos ſeu uelint:ſeu nolint quieturos.in fœdere latino nihil eſſe:quod bellare:cū quibus ipſi uelint:prohibeantur.Quod reſponſum ſicut dubios ſamnites:quidnā facturū romanum cenſerent:dimiſit:ita campanos metu abalienauit:latinos uelut nihil iam non concedentibus romanis ferociores fecit.Ita per ſpeciem aduerſus ſamnites belli parandi crebra concilia indicentes:omnibus conſultationibus inter ſe principes occulte romanū coquebant bellum:huic quoq; aduerſus ſeruatores ſuos bello cāpanus aderat.Sed quāq̄ oīa de induſtria celabantur: priuſq;:quā mouerentur romani.tolli ab tergo ſamnitē hoſtē uolebāt:tamē ꝑ quoſdam priuatis hoſpiciis neceſſitudinibuſq; conīunctos inditia coniurationis eius Romam emanarunt:iuſſiſq; ante tp̄s conſulibus abdicare ſe magiſtratu:quo maturius noui conſules aduerſus tantam molē belli crearentur:Religio īceſſit ab eius:quorum īminutum imperiū eſſet:comitia haberi:itaq; interregnū initum:quo interreges fuerūt.M.Valerius.M.Fabius creauere conſules.

T.Manliuſ.P. Deciuſ conſ.

T.Manliū Torquatum tertium.P.Decium Murē.Eo anno Alexandrum Epiri regem in Italiā claſſē appuliſſē conſtat:quod bellū:ſi prima ſatis proſpera fuiſſent:haud dubie ad romanos pueniſſet.Eadem ætas reꝝ magni Alexandri eſt:quem ſorore huius ortum in alio tractu orbis inuictum bellis iuuenē fortuna morbo extinxit.Cæteꝝ romani:& ſi defectio ſocioꝝ noiſq; latini haud dubia erat:tamē tāq̄ de ſamnitibus non de ſe curā agerēt:decē principes latinoꝝ Romā euocauerunt:quibus imperarent:quæ uellent.Prætores tum duos latini habebant.L.Anniū Setinum: & L.Numitiū Cercienſem ambo ex coloniis romanis:per quos p̄ter Signiam:Velitraſq;:& ipſas colonias romanas uolſci ēt exciti ad arma erant:eos noīatim euocari placuit:Haud cuiq dubiū erat: ſuper qua re accirentur:itaq; concilio prius habito:prætores quam Romā proficiſcerentur:euocatos ſe ab ſenatu docent romano:& quæ actum iri ſecum credant:quidnā ad ea reſponderi placeat:referunt.Cum aliud alii cenſerent:tum Annius:quanq̄ ipſe ego rettuli:quid reſponderi placeret:tamē magis ad ſummā rerum noſtraꝝ pertinere arbitror:quid agendū nobis:quam quid loquendū ſit:facile erit explicatis con

ſiliis accõmodare rebus uerba. Nam ſi ét nunc ſub umbra fœderis æqui ſeruitutẽ pati poſſumus: qd abeſt: quin ꝑditis ſidicinis non romanoꝝ ſolum: ſed ſamnitiũ quoq; dicto pareamus? reſpodeamuſq; romanis nos: ubi innuerint: poſituros arma? Sin aũt tandem libertatis deſideriũ mordet: aĩos: ſi fœdus eſt ſi ſocietas æquatio iuris eſt: ſi cõſanguineos nos romanoꝝ eſſe: quod olim pudebat: nunc gloriari licet: ſi ſocialis ullus exercitus iis eſt: quo adiuncto duplicent uires ſuas: qué ſecernere cõſules ab ſe bellis propriis ſumendis ponendiſq; nolint: cur non oĩa æquantur? cur nõ alter a latinis conſul datur? ubi pars uirium: ibi & imperii pars eſt. Eſt quidé nobis hoc ꝑ ſe haud nimis amplũ: quippe cõcedentibus Romã caput Latio eſſe: ſed ut amplũ uideri poſſet: diuturna patiẽtia fecimus. At ſi quãdo unq; cõſociãdi imperii uſurpandæ libertatis tps optaſtis en hoc tps adeſt & uirtute ueſtra & benignitate deum uobis datũ. Téptaſtis patientiam negando militẽ: quis dubitat exarſiſſe eos cũ: plus ducentoꝝ annorum moré ſoluerimus? pertulerũt tamẽ hunc dolorem: bellũ noſtro noie cũ pelignis geſſimus: qui ne noſtroꝝ quidé finiũ ꝑ nos tuendoꝝ ius antea dabant: nihil interceſſerunt. Sidicinos in fidẽ receptos: campanos ad nos ab ſe deſciſſe: exercitus nos parare aduerſus ſamnites fœderatos ſuos audierunt: nec mouerunt ſe ad urbe: unde hæc illis tanta modeſtia: niſi cõſcientia uiriũ & noſtraꝝ & ſuarum? Idoneos auctores habeo querentibus de nobis ſamnitibus ita reſpoſum ab ſenatu romano eſſe: ut facile appareret: ne ipſos quidẽ iam poſtulare ut Latiũ ſub romano imperio ſit: uſurpate modo poſtulando: & quod illi uobis taciti concedunt. Si qué hoc metus dicere prohibet: en ipſe audiente nõ populo romano modo ſenatuq;: ſed Ioue ipſo: qui capitoliũ incolit: profiteor me dicturꝝ: ut ſi nos in fœdere ac ſocietate eſſe uelint: conſulem alterꝝ ab nobis ſenatuſq; partem accipiant. Hæc ferociter non ſuadenti ſolũ: ſed polliceti clamore & aſſenſu oẽs permiſerunt ut ageret diceretq; quæ e repu. noĩs latini fideq; ſua uiderentur. Vbi eſt Romã uentum: in capitolio ei ſenatus datus eſt: ibi cum. T. Manlius conſul egiſſet cum eis ex auctoritate patrũ: ne ſamnitibus fœderatis bellũ inferrent. Annius tanq; uictor armis capitolium cepiſſet: nõ legatus iure gentium loqueretur: tps erat: inquit. T. Manli: uoſq; patres conſcripti tandẽ iam uos nobiſcũ nihil pro imperio agere: cum florẽtiſſimum deum begnitate nũc Latiũ armis uiriſq; ſamnitibus bello uictis fidicinis cãpaniſq; ſociis: nunc ét uolſcis adiunctis uideretis: colonias quoq; ueſtras latinum romano prætuliſſe imperium: ſed quoniam uos: regno impotẽti finem ut imponatis: nõ iducitis in aĩum nos quãq; armis poſſumus aſſerere Latium in libertatem: cõſanguinitati tamẽ hoc dabimus: ut cõditiones pacis feramus æquas utriſq;: quoniam uires quoq; æquari diis immortalibus placuit: cõſulem alterꝝ roma alterum ex Latio creari oportet: ſenatus parté æquá ex utraq; gẽte eẽ unum populum unã rempu. fieri: & ut imperii eadem ſedes ſit: idẽq; oĩbus nomen quoniam ab alter: utraq; parte cõcedi neceſſe é: quod utriſq;: bene uertat: ſit hæc ſane patria potior: & romani omnes uocemur:

Forte ita accidit: ut parem ferociæ huius & romani conſulem. T. Manlium haberent: qui adeo non tenuit iram: ut ſi tanta dementia patres conſcriptos cœpiſſet: ut ab ſetino homine leges acciperent: gladio cinctum in ſenatum ſe eſſe uẽturum palam diceret: & quẽcũq; in curia latinum uidiſſet: ſua manu interẽpturum: & conuerſus ad ſimulacrum Iouis Audi Iuppiter hæc ſcelera: inquit: audite ius faſq;: peregrinos conſules & peregrinũ ſenatũ in tuo Iuppiter augurato templo captus: atq; ipſe oppreſſus uiſurus es? hæccine fœdera Tullus romanus rex cum albanis patribus ueſtris latini? hæc. L. Tarqnius uobiſcum poſtea fœdera fecit? Non uenit in mentẽ pugna apud regillũ lacum? adeo & cladium ueſtraꝝ ueterum: & beneficioꝝ noſtroꝝ erga uos obliti eſtis? Cum cõſulis uocem ſubſecuta patrum ĩdignatio eẽt: prodit memoriæ aduerſus crebram ĩplorationẽ deũ: quos teſtes fœderꝝ ſæpius inuocabãt cõſules uocé Annii ſpernentis numina Iouis romani auditam: certe cũ cõmotus ira ſe ab ueſtibulo tẽpli citato gradu ꝓriperet: lapſus ꝑ gradus capite grauiter offenſo impactus imo ita eſt ſaxo ut ſopiret: exanimatum auctores quoniã non oẽs ſunt: mihi quoq; in ĩcertũ relicto ſit: ſicut ĩter fœderũ ruptoꝝ teſtationẽ ingenti fragore cæli procellam effuſam: nam & uera eẽ: & apte ad repreſentandam iram deũ ficta poſſunt. Torquatus miſſus ab ſenatu ad dimittẽdos legatos: cum iacẽtem Anniũ uidiſſet: exclamat: ita ut populo patribuſq; audita uox pariter ſit: bene habet: dii pium mouete bellum: eſt cæleſte numé: es magne Iuppiter: haud fruſtra te patrem deũ hoĩumq; hac ſede ſacrauimus: Quid ceſſãtis qrites: uoſq; ꝓfes conſulti arma capere diis ducibus? ſic ſtratas legiones latinoꝝ dabo quẽadmodum legatũ iacentem uidetis. Aſſenſu populi excepta uox conſulis tantum ardoris animis fecit: ut legatos ꝓficiſcentes cura magiſtratuum magis: q iuſſu conſulis ꝓſequebant: quã ius gẽtium ab ira ĩpetuq; hoĩum tegeret. Conſenſit & ſenatus bellũ: cõſuleſq; duobus ſcriptis exercitibus ꝑ marſos pelignoſq; ꝓfecti: adiũcto ſamnitiũ exercitu: ad Capuã: quo iã latini ſociiq; cõuenerãt: caſtra locãt. Ibi ĩ qete utriq; cõſuli eadẽ dicit uiſa ſpecies uiri maioris quã humano habitu auguſtioriſq; dicẽtis: ex una acie ĩperatorem: ex altera exercitum diis manibus: matriq; Terræ deberi utrius exercitus ĩperator legiones hoſtiũ ſuperq; eas ſe deuouiſſet eius populi partiſq; uictoriam fore. Hos ubi nocturnos uiſus ĩter ſe cõſules contulerũt: placuit ad auerũcandam deum iram uictimas cædi: ſimul ut ſi ex eis eadẽ: quæ ſomno uiſa fuerant: portẽderent: alteruter conſulum fata impleret. Vbi reſponſa aruſpicum inſidenti iam animo tacitæ religioni cõgruerunt: tum adhibitis legatis tribuniſq;: & ĩperiis deũ ꝓpalã expoſitis. ne mors uolũtaria cõſulis exercitũ in acie terreret: cõparãt ĩter ſe: ut ab utra parte cedere romanus exercitus cœpiſſet: ĩde ſe cõſul deuoueret ꝓ Po. Ro. qritibuſq;. Agitatũ ét ĩ cõcilio é: ut ſi q̃do unq; ſeuero ullũ ĩperio bellũ admiſtratum eſſet: tũc uti diſciplina militaris ad priſcoſ redigeret moreſ. Curam acuebat: quod aduerſus latĩoſ belläd̃um erat: lingua: moribus: armoꝝ genere: inſtitutiſ ante oĩa militaribuſ congruenteſ militeſ milibuſ: cen-

Atꝫ ſuperbũ latiorũ reſponſum

Conſules ĩ hoſtes ducunt

Atꝫ ꝓdigiũ ꝑ qeté ob latum

turionibus cẽturiones:tribuni tribunis cõpares collegæq; iisdem præsidiis sæpe iisdem manipulis per mixti fuerant.Per hæc nequo errore milites caperent:edicunt consules neqs extra ordinem in hostem pugnaret.Forte inter cæteros turmarum præfectos q exploratum in oẽs partes dimissi erant.T. Manlius consulis filius super castra hostium cum suis turmalibus euasit:ut uix tæli iactu ab statione proxima abesset:ibi tusculani erant eqtes:p̃erat.Genutius Metius uir tum genere ĩter suos:tum factis clarus Is ubi romanos eqtes insignemq; inter eos p̃cedentem cõsulis filium:nam oẽs ĩterse utiq; illustres uiri nouerant:cognouit:una ne ait turma romani cum latinis sociisq; bellum gesturi estis? quid ĩterea cõsules:quid duo exercitus consulares agent? Aderunt & tempore Manlius:inqt:& cum illis aderit Iuppiter ipe fœderum a uobis uiolatorum testis:qui plus põt polletq;.Si ad regillum lacum ad sacietetem uestram pugnauimus:hic quoq; efficiemus ,pfecto ne nimis acies uobis:& collata signa nobiscum cordi sint.Ad ea Genutius paululum ab suis equo prouectus:uis ne igit dum dies ista uenit: qua magno conatu exercitus moueatis:interea tu ipse congredi mecum:ut nostro duorum iam hinc euentu cerna tur quantum eques latinus romano præstet? Mouet ferocem animum iuuenis seu ira:seu detrectãdi certaminis pudor:seu inexuperabilis uis fati:oblitus itaq; imperii patrii:consulumq; edicti præceps ad id certamen agitur:quo uinceret an uinceretur:haud multum ĩteresset.Equitibus cæteris uelut ad spectaculum summotis:spacio:quod parui interiacebat campi aduersos cõcitãt equos: & cum ĩfestis cuspidibus concurrissent.Manlii cuspis super galeã hostis Metii trans ceruicem equi elapsa est: circũactis deide equis:cum prior ad iterandum ictum Manlius cõsurrexisset:spiculum ĩter aures equi fixit:ad cuius uulneris sensum cũ equus prioribus pedibus erectis magna ui caput quateret: excussit equitẽ: quẽ cuspide parmaq; innixum attollentem se a graui casu:Manlius a iugulo ita:ut p̃ costas ferrum emineret terræ affixit:spoliisq; lectis ad suos reuectus cum ouante gaudio turma in castra:atq; deide ad p̃torium ad patrẽ tendit ignarus fati futuri:q̃ laus an pœna merita eẽt.Vt me oẽs:inqt:pater:tuo sanguine ortum uere ferrent:prouocatus equestria hæc spolia capta ex hoste cæso porto.Quod ubi audiuit consul:extemplo filium aduersatus concionem classico aduocari iussit:quæ ubi frequẽs conuenit. Quádo quidem:ĩquit:tu.T.Manlii:neq; imperium consulare:neq; maiestatem patriam ueritus aduersus edictum nostrum extra ordinem in hoste pugnasti:& q̃tum ĩ te fuit disciplinam militarem:qua stetit ad hanc diẽ romana res soluisti:meq; in eam necessitatẽ adduxisti:ut aut reipu.mihi:aut mei meorũq; obliuiscẽdum sic:nos potius nostro debito plectemur:quã respu.tanto suo dãno nosta peccata luat: triste exẽplum:sed ĩ posterũ salubre iuuentuti erimus.Me qdem cum ingentia caritas liberũ: tum specimen istud uirtutis deceptũ una imagĩe decoris ĩ te mouet:sed cũ aut morte tua sanctiẽda sint cõsulũ ĩperia: aut ĩpunitate in ppetuum abroganda:nec te quidẽ:siquid in te nostri sanguinis est: recusare censeam: quin disciplinam militarem culpa tua prolapsam pœna restituas. Lictor deliga ad palum.Exanimati oẽs tam atroci imperio:nec aliter: quam in se quisq; districtam cernẽtes securim metu magis:quã modestia quieuere.Itaq; uelut emerso ab admiratione aĩo cum silentio defixi stetissent:repente posteaquã ceruice cæsa fusus est cruor tum libero conquestu coortæ uoces sunt:ut neq; lamentis:neq; execrationibus parceretur:spoliisq; contectum iuuenis corpus:quantum militaribus studiis funus ullum concelebrari potest:structo extra uallum rogo concremaretur.Manliana ĩperia non in præsentia modo horrenda:sed exempli etiam tristis in posterum essent:fecit tamen atrocitas pœnæ obedientem duci militem:prætereq; quod uigiliæ custodiæq;:& ordo stationum intentioris ubiq; curæ erant:& in ultimo ẽt certamine:cum descensum in aciem est:ea seueritas profuit:fuit enim ciuili maxime bello pugna similis:adeo nihil apud latinos dissonum ab romana repu. præter animos erat. Clypeis antea romani usi sunt:deinde posteaquam stipendiarii facti scuta pro clypeis fecere:& quod antea phalanges similes macedonicis:hoc postea manipulatim structa acies cœpit:esse:postremo in plures ordines instruebatur.

Pugnat Manlii cõsulis filius ex in iussu patris Málius cõsul filiũ securi pcussit Mãliana ĩperia

Ordo enim sexagenos milites:duos centuriores uexillarium unum habebat.Prima acies hastati erãt manipuli quindecim distantes inter se modicum spatium:manipulus leuis uicenos milites:aliam turbam scutatorum habeat:leues autem: qui hastam tantum gessaq; gererent:uocabantur.Hæc prima frons in acie florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat.Robustior inde ætas totidem manipulorum quibus principibus est nomen:hos sequebant scutati omnes insignibus maxime armis: hoc.xxx.manipulorum agmen antepilanos appellabant:quia sub signis iam alii quindecim ordines locabantur:ex quibus ordo unusquisq; tres partes habebat:earum unamquamq; primumpilum uocabant:tribus ex uexillis constabat:uexillum . clxxxiii.homines erant.Primum uexillum triarios ducebat ueteranum militem spectatæ uirtutis:secundum rorarios minus roboris ætate factisq;:tertium accensos minimæ fiduciæ manu: eo & in postremam aciem reiiciebantur.Vbi his ordinibus exercitus instructus esset:hastati oĩum primi pugnam inibant.Si hastati profligare hostem nõ possent:pede pso eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebant:tum principũ pugna erat:hastati sequebantur:triarii sub uexillis considebant:sinistro crure porecto:scuta ĩnixa humeris:hastas sub erecta cuspide in terra fixas:haud secus:quã uallo septa inhorreret acies:tenẽtes. Si apud principes quoq; haud satis prospere esset pugnatum:a prima acie ad triarios sensim referebantur:inde rem ad triarios redisse:cũ laborat:prouerbio increbruit.Triarii cõsurgentes ubi in ĩterualla ordinũ suorum principes & hastatos recepissent:extemplo compressis ordinibus uelut claudebant uias:unoq; continente agmine iam nulla spe post relicta in hostẽ incidebant.Id erat formidolosissimum hosti:cum uelut uictos insecuti:nouam repente aciem exurgentem auctam numero cernebant.Scribebantur hæ quattuor fere

Ordo qd sit ĩ acie Hastati prĩcipes Mãipulus Vexillum Triarii

legiones quinisꝫmillibus peditum:equitibus in singulas legiones trecentis:alterũ tantum ex latino delectu adiiciebaẽ:q ea tempestate hostes erant romanis:eodemqꝫ ordíe ístruxerant aciem. Tum nec uexilla cum uexillis tantum:uniuersi hastati cum hastatis:principes cum principibus:sed cẽturio quoqꝫ cum cẽturione si ordines turbati nõ eẽnt:concurrẽdum sibi esse sciebat. Duo primipili ex utraqꝫ acie inter triarios erant:Romanus corpore haud quaquã satis ualidus:cæterum strenuus uir perituſqꝫ militiæ:Latinus uiribus ingens:bellatorqꝫ primus:notissimi inter se:qa semp pares ordines duxerũt. Romano haud satis fidẽti uiribus iam Romæ ꝓmissum erat ab cõsulibus:ut subcenturionẽ sibi quẽ uellet:legeret:q tutareẽ eum ab uno destinato hoste:isqꝫ iuuenis in acie oblatus ex cẽturione latino uictoriam tulit. Pugnatum ẽ haud ꝓcul a radicibus uesuui montis:qua uia ad Veserim ferebat. Romani cõsules:priusquã educerẽt in aciem:ímolauerunt. Decio caput iecineris a familiari parte cæsum aruspex dicitur ostẽdisse:alioquin acceptam diis hostiam eẽ:Manlium egregie litasse:Atqui bene habet:inquit decius:si a collega litatũ est. Instructis:sicut ante dictũ ẽ:ordinibus ꝓcessere in aciem:Manlius dextero. Decius leuo cornu ꝑerat. Primo utrinqꝫ æquis uiribus eodẽ ardore animorum gerebatur res:deide ab leuo cornu hastati romani non ferentes impessionem latinoꝝ se ad principes recepere. In hac trepidatione Decius consul. M. Valerium magna uoce inclamat:Deorum:inquit:ope Valeri opus ẽ: agedum pontifex publicus Po. Ro. præi uerba:quibus me pro legionibus deuoueam. Põtifex eum togã prætextam sumere iussit:& uelato capite manu subter togam ad mentum exerta sup tælum subiectum pedibus stãtem sic dicere:Iane:Iuppiter:Mars pater:Quirine bellona:Lares:diui Nouẽsiles:dii Indigetes:dii quorum est potestas nostrorum hostiumqꝫ:diiqꝫ manes uos præcor:ueneror:ueniam peto feroqꝫ: uti populo romano:Quiritium uim uictoriamqꝫ prosperetis:hostesqꝫ populi romani:Quiritium terrore formidine morteqꝫ afficiatis. Sicut uerbis nuncupaui:ita pro repu. Quiritium: exercitu: legionibus:auxiliis populi romani:Quiritium:legiones:auxiliaqꝫ hostium mecum diis manibus deuoueo.

ex quot millibꝫ cõstaret exercitꝰ

Hæc ita ꝓcatus lictores ire ad. T. Manliũ iubet:matureqꝫ collegæ qꝫ se deuotũ ꝓ exercitu nũciare:ipse incíctus cinctu gabino armatus in equũ ísiluit:ac se in medios hostes ímisit. Conspectus ab utraqꝫ acie aliqto augustior humano uisu sicut cælo missus:piaculũ ois deoꝝ iræ:q pestẽ ab suis auersam í hostes ferret. Ita ois terror pauorqꝫ cũ illo latus:signa primo latinoꝝ turbauit:deide í totã penitus aciẽ ꝓfudit. Euidẽtissimũ id fuit:qđ quacũqꝫ equo iuectus est:ibi haud secus:quã pestifero sydere icti pauebãt: ubi uero corruit obrutus tælis:íde iam haud dubiæ consternatæ cohortes latinoꝝ fugã ac uastitatem late fecerũt:simul & romani exolutis religiõe ais uelut tum primũ signo dato coorti pugnã integrã ædiderunt:nam & rorarii procurrebant inter antepilanos:addiderantqꝫ uires hastatis ac principibus:& triarii genu dextero innixi nutũ cõsulis ad cõsurgendũ expectabãt. ꝓcedente deíde certamine cũ aliis partibus multitudo superare latinoꝝ:Manlius cõsul audito euentu collegæ cum ut ius fasqꝫ erat: lachrymis nõ:minus quã laudibus ꝓsecutus tã memorabilẽ mortẽ eẽt: paulisper addubitauit:an cõsurgẽdi triariis tẽpus esset:deinde melius ratus íntegros eos ad ultimũ discrimẽ seruari:accẽsos a nouissima acie ante signa ꝓcedere iubet. Qui ubi subiere extẽplo latini tãq ídẽ aduersarii fecissent:triarios suos excitauerũt:q aliquãdiu pugna atroci cũ & semetipsi fatigassent:& hastas aut põfregissent:aut hebetassent pellerẽt ui tamẽ hostẽ debellatũ iã rati ꝓuentũqꝫ ad extremã aciẽ:tũ cõsul triariis cõsurgite nunc:inquit: integri aduersus fessos:memores patriæ parentumqꝫ:& coniugũ ac liberorum:memores consulis pro uestra uictoria morte occubantis. Vbi triarii consurrexerũt integri refulgẽtibus armis:noua ex improuiso orta acies receptis in íterualla ordinũ antepilanis:clamore sublato:principia latinorum perturbãt: hastisqꝫ ora fodientes: primo robore uirorum cæso per alios manipulos uelut in ermes prope intacti euasere:tantaqꝫ cæde prupere cuneos:ut uix quartam partẽ relinquerẽt hostium:samnites quoqꝫ sub radicibus montis procul ínstructi præbuere terrorem latinis. Cæterũ íter omnes ciues socioſqꝫ præcipua eius laus belli penes cõsules fuit: quoꝝ alter omnes minas piculaqꝫ ab deis superis iferisqꝫ í se unũ uertit:alter ea uirtute eoqꝫ cõcilio in prælio fuit ut facile cõuenerit inter romanos latinosqꝫ:qui eius pugnæ memoriam posteris tradiderunt:utrius partis. T. Manlius dux fuisset:eius futuram haud dubie fuisse uictoriam. Latini ex fuga se Minturnas contulerunt Castra secundum prælium capta:multique mortales:ibi uiui oppressi maxime campani. Decii corpus ne eo die inueniretur:nox quærẽtes oppressit:postero die inuentum inter maximam hostium stragem coopertum talis funusqꝫ compar morti celebrante collega factum. Illud adiiciendum uidetur licere consuli dictatoriqꝫ & prætori cum legiones hostium deuoueat:non utiqꝫ se:sed quẽ uelit ex legione romana scriptum ciuem:deuouere:si is homo qui deuotus est:moritur probe factum uideri:ni moritur:tum signum septem pedes altũ aut maius in terram defodi:& piaculum hostiã cædi:ubi illud signum defossum erit:eo magistratum romanum descendere fas non est. Sin autem ípse deuouere uolet sicuti Decius deuouit:ni moritur:neque suum: neque publicum diuinum pure faciet. Qui sese deuouerit:Vulcano arma siue cui alii diuo uouere uolet:siue hostia:siue quo alio uolet:ius esto. Telo super quod stans consul ꝓcatus est:hostem potiri fas non est:si potiatur Marti suo luet auribus piaculum fieri. Hæc & si omnis diuini humaniqꝫ moris memoria aboleuit:noua peregrinaque omnia priscis ac petriis præferendo:haud ab re duxi uerbis quoqꝫ ipsis:ut tradita nuncupataqꝫ sunt. referre. Romanis post prælium demum factum samnites uenisse subsidio expectato euentu pugnæ apud quosdam auctores inuenio. Latinis quoque ab Lauinio auxilium dum deliberando terunt tempus uictis demum ferri cœptum:& cum iam portis prima signa:& pars agminis esset egressã:nuncio allato de clade latinorum cum conuersis signis retro in ur//

Atẽ deuouẽdi formulam

Deuotꝰ Decius diis manibus cõcidit

T. Manlii laus

bem rediretur prætorem eorum nomine Milionium dixisse ferunt:pro paulula uia magnam mercedem romanis esse soluendam.Qui latinorum pugne superfuerant multis itineribus dissipati:cum se in unum conglobassent:Vescia urbs eis receptaculum fuit.Ibi in conciliis Numitius imperator eorũ affirmando communem uere matrem belli utrãq; aciem pari cæde prostrauisse:uictoriæq; nomen tantũ penes romanos esse:& cæteram pro uictis fortunam illos gerere:funesta duo consulum prætoria:alterum parricidio filii:alterum consulis deuoti cæde.Trucidatum exercitum omnem:cæsos astatos principesq;:stragem & ante signa & post signa factam:triarios postremo rem restituisse.Latinorũ & si pariter accisæ copiæ sint:tamen supplemẽto uel Latium ꝓpius eẽ uel Volscos:quã Romã.Itaq; si uideatur eis se ex latinis & ex uolscis populis iuuentute propere excita rediturũ ifesto exercitu Capuam:esse romanosq; nihil tum minus:quã ꝓlium expectantes nec opinato aduentu pculsurũ.Fallacibus litteris circa Latium nomenq; Volscum missis:qa:q nõ iterfuerunt pugnæ:ad credendũ temere faciliores erant:tumultuarius undiq; exercitius raptim conscriptus conuenit.Huic agmini Torquatus cõsul ad Trifanum:iter Sinuessam Minturnasq; is locus est:occurrit:priusquã castris locus caperet:sarcinis utrinq; in aceruum coniectis:pugnatum debellatumq; est:adeo enim accisæ res sunt ut consuli uictorem exercitum ad populandos agros eorum ducenti:dederẽt se omnes latini:deditionemq; eam campani sequerentur.Latium Capuaq; agro mulctati:latinus ager priuernati addito agro:& falernus:q populi campani fuerat:usq; ad Vulturnum flumen plebi romanæ diuidunt:bina in Latio iugera ita ut dodrãtem ex priuernati complerent data:terna in Falerno quadrantibus etiam pro longinquitate adiectis.Extra pœnam fuere latinorum laurentes campanorumq; equites:quia non desciuerant:Cum laurẽtibus renouari fœdus iussum:renouaturq; ex eo quot annis post diem decimum latinarum: Equitibus campanis ciuitas data:monumentumq; ut eẽt:Aeneam tabulam in æde Castoris Romæ finxerunt: uectigal quoq; eis campanus populus iussus pendere in singulos quot annis: fuere autem mille & sexcenti denarii:nũmi quadrageni quini.Ita bello gesto:pecuniis pœnaq; pro cuiusq; merito persolutis.T. Mãlius Romam rediit:cui uenienti seniores tantũ obuiam exisse constat:iuuẽtutem & tunc & omni uita deinde auersatam eum execratamq;.Antiates in agrum hostiensem ardeatem solonium icursiones fecerunt.Manlius cõsul:qa ipse per ualitudinem id bellum exequi neqerat:dictatorem.L.Papyriũ Crassum:q tum forte erat ꝓtor:dixit:ab eo magister eqtum.L.Papyrius Cursor dictus.Nihil memorabile aduersus antiates ab dictatore gestũ ẽ:cũ aliquot mẽses statiua in agro antiate habuisset. Anno insigni uictoria de tot ac tam potentibus populis:ad hoc cõsulum alterius nobili morte:alterius sicut truci ita claro ad memoriam iperio succedere consules.T. Aemylius Mamercus:&.P.Philo:neq; in similẽ materiam rerum & ipsi aut suaq; reꝝ:aut partium i repu.magis quam patriæ memores: latinos ob iram agri amissi rebellantes in cãpis fenectariis fuderũt:castrisq; exuerunt.Ibi publio:cuius ductu auspicioq; res gestæ erant:in deditionem accipiente latinos populos:quorum ibi iuuẽtus cæsa erat:Aemalius ad pedũ exercitũ duxit.Pedanos tuebat Tybius prænestinus ueliternusq; populus:uenerant & ab Lanuuio Antioq; auxilia.Vbi cũ prælii quidẽ superior romanus esset ad urbẽ ipsam Pedum castraq; sociorum populoꝝ:quæ urbi adiuncta erant:dũ integer labor restaret:bello infecto repente omisso consul quia collegæ decretũ triumphũ audiuit:ipse quoq; triũphi ante uictoriã flagitator Romã rediit.Qua cupiditate offensis patribus negantibusq; nisi Pedo capto:aut dedito triumphum.hinc alienatus ab senatu Aemylius seditiosum similẽ tribunatibus deinde consulatũ gessit.Nã:neq; quoad fuit consul: criminari aqud populũ patres destitit:collega haud quaq̃ aduersante:quia:& ipse de plebe erat:materiam aũt præbebat criminibus ager in latino falernoq; agro maligne plebi diuisus:& posteaq̃ senatus finire imperiũ consulibus cupiens dictatorẽ aduersus rebellantes latinos dici iussit.Aemylius:cuius tũ fasces erãt collegã dictatorẽ dixit:ab eo magister equitum Iunius Brutus dictus.Dictatura popularis & orationibus in patres criminosis fuit:& quod tres leges secũdissimas plebi aduersas nobilitati tulit:unam ut plebiscita oẽs quirites tenerent alterã :ut legum:quæ comitiis centuriatis ferrent:ante initũ suffragium patres auctores fierent:tertiã ut alter utiq; ex plebe cum eo uentũ sit:ut utrunq; plebeiũ fieri liceret:censor crearet.Plus eo ãno domi acceptũ cladis a cõsulibus ac dictatore:quam ex uictoria eorũ belliciq; rebus foris auctum imperium patres credebant.Anno in sequenti.L.Furio Camillo.C.Menio cõsulibus:quo insignitius omissa res Aemylio superioris anni consuli exprobraret.Pedum armis uiribusq; & omni ui expugnandũ ac delẽdum senatus fremit:coactiq; noui cõsules oĩbus eam rẽ præuerti proficiscũtur.Iam Latio is status erat reꝝ:ut neq; bellum:neq; pacẽ pati possent:ad bellũ opes deerãt pacẽ ob agri adempti doloꝛẽ aspernabãtur:mediis cõsiliis standum uidebat ut oppidis se tenerẽt neglectus romanus cãm belli haberet:& si cuius oppidi obsidio nunciata esset:undiq; ex oĩbus populis auxiliũ obsessis ferret.Neq; tamẽ nisi admodũ a paucis populis pedani adiuti sunt:tyburtes prænestiniq;:quoꝝ ager ꝓpior erat.Pedũ peruenere:Aricinos lanuuinosq;:& ueliternos ãtiatibus uolscis se cõiũgentes ad asturæ flumẽ Menius improuiso adortus fudit:Camillus ad pedũ cum tyburtibus maxie ualido exercitu maiore mole quanq̃ æque ꝓspero euentu pugnat:Tumultum maxime repẽtina iter prælium eruptio oppidanoꝝ fecit:in quos parte exercitus conuersa Camillus non compulit solũ eos intra mœnia:sed eodem etiam die cum ipsos auxiliaq; eorũ perculisset:oppidum scalis cepit.Placuit inde iam maiore conatu animoq; ab unius expugnatione urbis ad perdomãdum Latium uictorẽ circũducere exercitum:nec quieuere anteq̃ expugnãdo aut in deditionem accipiẽdo singulas urbes Latium omne subegere.Præsidiis inde dispositis per recepta oppida Romã ad destinatum oĩum consensu tri-

Instaurant bellũ latini

Iterꝝ latini uincunt

Ager latinis & cãpanis adimit

Aemylius Mamercus P.philo cons.

Act. leges populares L.Furio G. Menius cõ.

ūmphū deceſſere:additus triumpho honos:ut ſtatuæ equeſtres eis rara illa ætate res in foro ponerentur priuſq; comitia in inſequēté:annum conſules rogarent. Camillus de latinis populis ad ſenatum rettulit atq; ita differuit. Patres cōſcripti qđ bello armiſq; in latio agendū fuit:id iā deū benignitate ac uirtute militum ad finem uenit:cæſi ad Pedū aſturamq; ſunt exercitus hoſtiū oppida latina oīa & Antiū ex uolſcis aut ui capta:aut recepta in deditionē præſidiis tenentē ueſtris:Reliqua conſultatio eſt.quoniam rebellando ſæpius nos ſollicitant:quonā modo perpetua pace quietos obtineamus dii īmortales: ita uos potentes huius cōſilii fecerunt:ut ſit Latium:deinde an non ſit:in ueſtra manu poſuerint:Itaq; pacē uobis: quod ad latinos attinet parare in perpetuum uel ſcæuiēdo:uel ignoſcendo poteſtis. Vultis crudeliter cōſulere in deditos uictoſq;? licet delere omne Latium:uaſtas inde ſolitudines facere:unde ſociali egregio exercitu per multa bella magnaq; ſæpe uſi eſtis. Vultis exemplo maiorū augere rem romanam uictos in ciuitatē accipiendo? materia creſcēdi per ſummā gloriā ſuppeditat. Certe id firmiſſimum longe imperiū eſt:quo obediētes gaudent. Sed maturato opus eſt quicqd ſtatuere placet:tot populos inter ſpem metūq; ſuſpēſos animi habetis:& ueſtrā itaq; de eis curā quāprimū abſolui:& illorū aīos dum expectatione ſtupēt:ſeu pœna:ſeu beneficio præoccupari oportet: noſtrum.n.fuit efficere: ut oīum rerū uobis ad conſulēdum poteſtas eſſet:ueſtrū eſt decernere:quid optimum uobis reiq; publicæ ſit. Principes ſenatus relationē cōſulis de ſumma rerū laudare:ſed cum aliorū cauſa alia eēt:ita expediri poſſe conſilium dicere:ut pro merito cuiuſq; ſtatueret:ſi de ſingulis nominatim referrent populis. Relatū igitur de ſingulis decretumq; Ianuuinis ciuitas data ſacraq; ſua reddita:cum eo ut ædes locuſq; Soſpitæ Iunonis cōis Ianuuinis municipibus cū populo romano eſſet. Aricini nomentaniq; & pedani eodem iure quo Ianuuini ciuitatem accepti. Tuſculanis ſeruata ciuitas: quam habebant:crimenq; rebellionis a publica fraude in paucos auctores uerſum. In ueliternos ueteres ciues romanos:qđ totiens rebellaſſent:grauiter ſcæuitū:& muri deiecti:& ſenatus inde abductus:iuſſiq; trās tyberim habitare:ut eius qui cis tyberim depræhenſus eſſet:uſq; ad mille clarigatio paſſuū eſſet:nec priuſquā ære perſoluto:is qui cepiſſet extra uincula captū haberet. In agrū ſenatorū coloni miſſi: quibus aſcriptis ſpeciē antiquæ frequētiæ Velitræ receperunt. Et Antium noua colonia miſſa:cum eo ut antiatibus permitteretur:ſi & ipſi aſcribi coloni uellēt:naues inde longæ abactæ interdictūq; mare antiati populo eſt:& ciuitas data. Tyburtes:prænestiniq; agro mulctati:neq; ob recens tantū rebellionis cōmune cū aliis latinis crimen:ſed quod tedio imperii romani cū gallis gente efferata arma quondam conſociaſſent. Cæteris latinis populis connubia:cōmertiaq;:& cōſilia inter ſe ademerunt. Campanis equitibus honoris cauſa:quia cum latinis rebellare noluiſſent:fundaniſq; & formianis:quod per fines eorū tuta pacataq; ſemp fuiſſet uia:ciuitas ſine ſuffragio data. Cumanos ſueſſulanoſq; eiuſdem iuris conditioniſq; cuius Capuam eſſe placuit. Naues antiatium partim i naualia Romæ ſubductæ:partim icenſæ:roſtriſq; aerū ſuggeſtum:in foro extructum adornari placuit:roſtraq; id tēplum appellatū. C. Sulpicio Lōgo. P. Elio Peto conſulibus cum omnia:nō opes magis romanæ:quam beneficiis parta gratia bona pace obtinerent:iter ſidicinos aurūcoſq; bellum ortum. Aurunci a. T. Manlio conſule in deditionem accepti nihil deinde mouerāt:eo petendi auxilii ab romanis cauſa iuſtior fuit:ſed priuſquā cōſules ab urbe:iuſſerat enim ſenatus defendi auruncos:exercitum adducerēt:fama affertur auruncos oppidum deſeruiſſe:profugoſq; cū cōiugibus ac liberis Sueſſam cōmuniſſe:q nūc Aurūca appellata:mœnia antiq eorū urbemq; a ſidicinis deletā. Ob ea īſenſus cōſulibus ſenatus:quorū cūctatiōe ꝓditi ſocii eēnt:dictatorē dici iuſſit. Dictus ē Claudius regillēſis magiſtrū eqtū. C. Claudiū Hortatorē dixit. Religio īde iniecta de dictatore:& cum augures uitio creatū uideri dixiſſent:dictator magiſterq; eqtum ſe magiſtratu abdicarunt.

Clariga tio.i.p duellio nū đcla ratio ut ultra mille paſſus ꝓ hoſti bus haberēt Roſtra C. Sulpicius P. Elius conſ.

Eo anno Minutia ueſtalis ſuſpecta primo pp mundioré iuſto cultū īſimulata: deīde apud pōtifices ab īdice ſeruo:cū decreto eorū iuſſa eēt ſacris abſtinere:familiāq; in ptāte habere:facto iudicio uiua ſub terrā ad portā collinā dextera uia ſtrata defoſſa:ſcelerato campo ab īceſto id ei loco nomen factū. Eodē anno. Q. Publius Philo ptor primū de plebe:aduerſante Sulpicio cōſule:q negabat rōnem eius ſe habiturū:eſt factus:ſenatuq; cū in ſummis īperiis: id nō obtinuiſſet minus in ptura ītendēte. Inſeqns annus. L. Papyrio Craſſo:Ceſone Duilio cōſulibus Auſonū magis nouo:quā magno bello fuit īſignis:ea gens Cales urbē īcolebat:ſidicinis finitimis arma cōiūxerat:unoq; plio haud ſane memorabili duorū ppulorū exercitus fuſus: ꝓpinqtate urbiū ad fugā ꝓnior:& in fuga ipſa tutior fuit:nec tamen omiſſa eius belli cura pribus:qa toties iā ſidicini aut ipſi mouerāt bellū:aut mouētibus auxiliū tulerant:aut cā armorū fuerāt. Itaq; oī ope ānixi ſunt:ut maximū ea tēpeſtate īperatorū. M. Valeriū Coruinū cōſulem q̄rt. fecerāt:collega additus Coruino. M. Attilius Regulus:& ne forte caſu erraret:petitum a cōſulibus ut extra ſortē Coruini ea ꝓuincia eēt. Exercitu uictore a ſupioribus cōſulibus accepto: ad Cales: unde bellū ortū erat: ꝓfectus: cum hoſtes ab ſuperioris ēt certaminis memoria pauidos clamore atq; īpetu prīo fudiſſet:mœnia ipſa oppugnare eſt aggreſſus:& militū qdem is erat ardor:ut iā īde cū ſcalis ſuccedere ad muros uellēt:euaſuroſq; cōtēderēt. Coruinus:qa id arduū factu erat:labore militū potius:quā piculo peragere īceptum uoluit. Itaq; & aggerē:& uineas egit:turreſq; muro admouit. q̄rū uſum forte oblata opportunitas præuenerit. Nāq; M. Fabius captiuus romānus:cum ꝑ negligētiā cuſtodū feſto die uinculis ruptis ꝑ murū iter opera romanorū a religata ad pinnam muri reſte ſuſpēſus manibus ſe demiſiſſet:perpulit imperatorē ut uino epulisq; ſopitos hoſtes aggrederet:nec maiore certamīe capti cum urbe auſones ſunt:quā acie fuſi erāt:præda capta īgens eſt:pſidioq; īpoſito Calibus:reductæ Romam legiōes: conſul ex ſenatuſcōſulto triumphauit. & ne Attilius expers gloriæ eſſet:iuſſi ambo cō-

Minutia ueſtalis

L. Papyrius dus illio cōſ. M. Valeriuſ M. Attiliuſ conſ.

sules aduersus sidicinos ducere exercitum dictatorem ante ex senatusconsulto conitioꝝ habendoꝝ cā dixerunt. L. Aemilium Mamercum: is magistrum eqtum. Q. Publium Philonem dixi. Dictatore comitia habēte: cōsules creati sunt. T. Veturius: Sp. Posthumius. Et si belli pars cum sidicinis restabat: tamen ut beneficio p̄uenirent desyderium plebis: de colonia deducenda Cales rettulerunt: factoq; senatusco̅sulto ut duomillia qngenti hoies conscriberent: tres uiros coloniæ deducēdæ: agroq; diuidūdo creauerūt Cesonem Duilium. T. Quintium. M. Fabium: nam deide cōsules a ueteribus exercitu accepto igressi hostium fines populādo usq; ad mœnia atq; urbem p̄uenerunt. Ibi qa igenti exercitu comparato sidicini & ipsi p̄ extrema spe dimicaturi cnixe uidebant: & Samnium fama erat cōciri ad bellū dictator a consulibus ex auctoritate senatus dictus. P. Cornelius Ruffinus magister eqtum. M. Antonius. Religio deide icessit uitio hos creatos: magistratuq; se abdicauerūt: & qa pestilētia isecuta ē uelut oībus eo uitio contactis auspicii: res ad iterregnum rediit. Ab iterregno inito p̄ qntum demū iterregē M. Valerium Coruinum creati consules. L. Cornelius iterum &. Gn. Domitius tranqllis rebus fama gallici belli p̄ tumultu ualuit: ut dictatorem dici placeret dictus. M. Papyrius Crassus: & magister eqtum. P. Valerius Publicola: a qbus cum delectus itentius: quam aduersus finitima bella haberetur: exploratores missi attulerunt qeta oīa apud gallos esse. Samnium quoq; iam alteꝝ annum turbari nouis cōsiliis suspectum erat: eo ex agro sidicino exercitus romanus nō ē deductus. Cæteꝝ samnites bellum Alexādri epirēsis ī Lucanos traxit: q duo populi aduersus regē excursionē a Pæsto facientē signis collatis pugnauerūt: eo certamie supior Alexāder: icertū q̄ fide culturus: si p̄inde cætera p̄cessissent: pacem cū romanis fecit. Eodē āno cēsus actus: nouiq; ciues censi: tribus p̄ eos additæ Metia: & Scaptia. Censores addiderūt. Q. Philo. Sp. Posthumius. Romani facti accerrani lege ab. L. Papyrio p̄tore lata: q̄ ciuitas sine suffragio data. Hæc eo āno domi militiæq; gesta. Fœdus iseq̄ns ānus seu intēperie cæli: seu humana fraude fuit. M. Claudio Marcello. T. Valerio cōsulibus: Flaccum: Potitūq; uarie ī ānalibus cognomē cōsulibus iuenio: cæteꝝ in eo parui refert: qd ueri sit: illud p̄uelim: nec oēs auctores sunt proditum falso esse: uenenis absumptos: quoꝝ mors isamē annum pestilētia fecerit: sicut proditur; tamē res ne cui auctorum abrogauerim fidem: exponenda est. Cum primores ciuitatis similibus morbis eodem ferme oēs euentu morerentur: ancilla quædam ad. Q. Fabiū Maximū ædilem curulē idicaturam se cām publicæ pestis p̄fessa est: si ab eo sibi fides data eēt: haud futuꝝ noxæ idicium. Fabius cōfestī rē ad consules: cōsules ad senatū referūt: consensuq; ordinis fides idici data. Tum patefactum muliebri fraude ciuitatem præmi: matronasq; ea uenena coquere: & si se seq̄ extemplo uelint: manifesto depræhendi posse. Secuti indicem: & coquentes quasdam medicamenta: & recondita alia inuenerunt: quibus in forum delatis: &. xx. matronis: apud quas deprehensa erant per uiatorem accitis: duæ ex eis Cornelia ac Seruilia patritiæ urtaq; gentis cū ea medicamenta salubria esse contēderent: ab confutante indice bibere iussæ: ut se falsum cōmentū arguerent: spatio ad colloquēdū sumpto cū summoto populo in conspectu oīum rem ad cæteras retulissent: haud abnuentibus & illis bibere: epoto medicamento suametipsæ fraude oēs interierūt: cōpræhense extemplo eaꝝ comites magnū numeꝝ matronaꝝ indicauerūt: ex qbus ad. c. lxx. damnatæ. Neq; de ueneficiis ante eam diē Romæ quæsitū est: p̄digii ea res loco habita: captisq; magis mētibus: quam consceleratis similis uisa. Itq; memoria ex annalibus repeti ta in secessionibus quondā plebis clauū ab dictatore fixum: alienataq; discordia mentes hoīum eo piaculo cōpotes sui fecisse. dictatorē claui figendi causa creari placuit creatus. G. Quintilius magistrū equitum. L. Valerium dixit: qui fixo clauo magistratu se abdicarūt. Creati consules. L. Papyrius Crassus iterum. L. Plautius Venox: cuius principio anni legati ex Volscis sidicini & lucani Romā uenerunt: orantes ut in fidem acciperent: si a samnitiū armis defensi essent: se sub imperio populi romani fideliter atq; obediēter futuros. Missi tū ab senatu legati denunciatūq; samnitibus: ut eoꝝ populoꝝ finibus uim absti nerēt: ualuitq; ea legatio nō tā quia pacē uolebāt samnites q̄ quia nōdū parati erāt ad bellū. Eodē anno priuernas bellū initū: cuius socii fundani dux etiā fundanus fuit Vitrubius Vaccus uir non domi solū: sed etiam Romæ clarus: ædes fuere in palatio eius: quæ Vacci prata diruto ædificio publicatoque solo appellata. Aduersus hūc uastantē effuse setinū: norbanūq;: & coranū agrū. L. Papyrius p̄fectus haud p̄cul castris eius consedit. Vitrubio nec ut uallo se teneret aduersus ualidiorē hostem sana cōstare mens: nec ut lōgius a castris dimicaret aius suppetere uix tota extra portā castroꝝ explicata acie: fugam magis retro: quā præliū: aut hostem expectāte milite: sine cōsilio: sine audatia depugnat: & ut leui momento nec ambigue ē uictus: ita breuitate ipsa loci faciliq; receptu in tā p̄pinqua castra: haud ægre militem a multa cæde est tutatus: nec fere quisq̄ in ipso certamine: pauci in turba fugæ extremæ: cū: in castra ruerent: cæsi: primisq; tenebris priuernū inde petitum agmine trepido: ut muris potius quā uallo sese tutarent: a Priuerno Plautius alter consul: peruastatis passim agris: prædaq; abactaq;: in agrū fundanum exercitū inducit: ingredienti fines senatus fundanoꝝ occurit: negant se p̄ Vitrubio sectamq; eius secutis precatū uenisse: sed p̄fundano populo: quē extra culpam belli esse ipsum Vitrubium indicasse: cum teceptaculū fugæ Priuernum habuerit nō patriā Fundanos: priuerni igit hostes populi romani quærendos persequēdosq; eē qui simul a fundanis ac romanis utriusq; patriæ īmemores defecerunt. Fundanis pacē esse: & aios romanos: & gratā memoriā acceptæ ciuitatis: orare se consulē: ut bellū ab īnoxio populo abstineat agros: urbē corpora ipsoꝝ: cōiugumq;: ac liberoꝝ suoꝝ in ptāte populi romani esse futuraq;: Collaudatis fundanis: consul litterisq; Romam missis: in officio fundanos esse: ad Priuernum flexit iter: prius animaduersum in eos qui capita coniurationis fuerant a cōsule: scribit Clau-

Cales.

L. Cornelius Gn. Domitius consul.

M. Claudius T. Valerius cō.

Attur Quæstionē de ueneficiis L. Papyrius. L. Plauciꝰ consl.

Carceres circo

dius ad.cccl.ex cõiuratis uinctos Romã missos:eáq; deditioné a senatu nõ acceptã qđ egenũ atq; humi
lium pœna defungi uelle fundanũ populũ cẽsuerit.Priuernũ duobus cõsularibus exercitibus cũ obsi/
deret.alter cõsul comitioꝝ cã Romã reuocatus.Carceres eo áno i circo primũ statuti.Nondũ pfũctos
cura priuernatis belli tumultus gallici fama atrox iuasit haud ferme unq̃ neglecta pribus.Extẽplo igit̃ L.æmy
cõsules noui.L.Aemylius Mamercus:&.Gn.Plautius eo ipso die Kalẽ.qntilibus:quo mgr̃atus inierũt lius.C.
cõparare iter se ꝓuincias iussi:Mamercus:cui gallicũ bellũ euenerat:scribere exercitũ sine ulla uacatio/ Plautio
nis uenia:qn opificũ quoq; uulgus & sellusari minime militiæ idoneũ genus exciti dicunt.Veioq; in/ cons.
gens exercitus cõtractus ut inde obuiá gallis iret:lõgius discedi:ne alio itinere hostis falleret:ad urbem
incedẽs nõ placuit.Paucos deide post dies satis explorata tpis eius qete a gallis Priuernũ ois cõuersa uis
Duplex ide fama est alii ui captã urbẽ Vitrubiũq; uiuũ in ptátem uenisse:alii priusq̃ ultima adhiberet
uis ipsum se in deditionẽ cõsulis caduceũ pferentis pmisisse auctores sunt.Vitrubiũq; ab suis traditum
Senatus de Vitrubio priuernatibusq; cõsultus consulẽ Plautiũ dirutis Priuerni muris:præsidioq; uali
do ipposito:ad triumphũ accessit.Vitrubiũ in carcerẽ asseruari iussit:quoad cõsul redisset: tũ uerberatũ
necari:ædes eius:quæ essent in palatio:diruendas:bona Semonilano censuerũt cõsecrãda quodq; æris
ex eis redactũ est:ex eo ahenei orbes facti:positi in sacello Semonilani aduersus ædẽ Quirini.De senatu
priuernate ita decretũ ut q̃ senator Priuerni post defectionem ab romanis mansisset: trans tyberim ea/
dẽ lege:qua ueliterni habitaret.His ita decretis usq; ad triumphũ Plautii silentiũ de priuernatibus fuit
post triũphũ couusul necato Vitrubio sociisq; eius noxiæ apud satiatos iã suppliciis nocẽtiũ tutam men
tionẽ de priuernatibus ratus:quoniã defectionis auctores:inquit:meritas pœnas & ab diis immortali/
bus:& a uobis habẽt patres cõscripti:quid placet de inoxia multitudine fieri?æquidẽ & si meæ patres
exquirẽdæ magis sniæ:quam dandæ sunt tamẽ cũ uideã priuernates uicinos samnitibus eẽ unde nũc
nobis icertissima pax est: q̃ minimũ iraꝝ iter nos illosq; relinq uelim.Cũ ipsa per se res anceps eẽt put
cuiusq; ingentiũ erat atrotius mitiusue suadẽtibus: tũ icertiora oĩa unus ex priuernatibus legatis fecit
magis cõditionis:i qua natus esset:quã præsentis necessitatis memor:q interrogatus a quodam tristio
ris sententiæ auctore:quã pœnam meritos priuernates cẽseret:eam:inquit:quã merẽtur:qui se liberta
te dignos censent. Cuius cũ feroci respõso ifestiores factos uideret cõsul:eos:q ante priuernatium cãm
ipugnabant:ut ipse benigna iterrogatione mitius respõsum eliceret:quid si pœnã:inquit:remittimus
uobis qualẽ nos pacem uobiscũ habituros speremus? Si bonã dederitis:iquit:& fidelẽ & ꝑpetuã:si ma
lam haud diuturnã.Tũ uero minari nec id ãbigue priuernatẽ quidã:& illis uocibus ad rebellãdũ incita
ri pacatos populos.Pars melior senatus ad meliora responsa trahere:& dicere uiri & liberi uocẽ auditã Atẽ.cõ/
an credi posse ullum populũ aut hoiem deniq; i ea conditione:cuius eũ peniteat:diutius:quam necesse tumax
sit:mansuꝝ?ibi pacem esse fidam:ubi uoluntarii pacati sint:neq; eo loco:ubi seruitutẽ esse uelint:fidẽ priuer/
sperandã esse.In hanc sentẽtiam maxime consul ipse inclinauit aios:idẽtidem ad principes sniaꝝ cõsu/ natis re
lares uti exaudiri posset a pluribus dicendo eos demũ:qui nihil preterq̃ de libertate cogitãt dignos esse spõsum
qui romani fiant.Itaq; & in senatu causam obtinuere:& ex auctoritate patrũ latum ad populum est:ut
priuernatibus ciuitas daret.Eodem anno Anxur trecenti in coloniam missi sunt:bina iugera agri acce
perunt.Secutus est annus nulla re belli domiue insignis.P.Plautio Proculo.P.Cornelio Scapula con P.Plau/
sulibus: preterq̃ quod Fregellæ(signioꝝ is ager:deide uolscoꝝ fuerat) colonia deducta:& populo ui/ tius.P.
sceratio data a.M.Flauio in funere matris.Erant:qui per speciem honorãdæ patentis meritam merce Corne/
dem populo solutã interpretarentur:quod eũ die dicta ab ædilibus crimine stupratæ matris familiæ liusꝯ.
absoluisset.Data uisceratio in ptéritã iudicii gratiã honoris ẽt cã fuit:tribunatuq; plebei ꝓximis comi
tiis absens petẽtibus pferẽt.Palæpolis fuit haud ꝓcul inde:ubi nũc Neapolis sita ẽ:duabus urbibus po/ Palæ/
pulus idẽ habitat:Cumis erãt oriũdi:Cumani Chalcide euboica originẽ trahũt.Classe q̃ aduecti ab do polis
mo fuerãt:multũ in ora maris eius:qđ accolũt:potuere.Prio in isulas Aenariã & Pithecusas egressi:de/
inde in cõtinentẽ ausi sedes trãsferre.Hæc ciuitas tũ suis uiribus:tũ samnitiũ ifida aduersus romãos so
cietate fræta:siue pestilẽtia:q̃ romanã urbẽ adhorta nũciabat fidens:multa hostilia aduersus romanos
agrũ cãpanũ falernũq; icolentes fecit.Igit̃.L.Cornelio Lẽtulo.P.Philone iteꝝ cõsulibus fœcialibus Pa/ L.Cor/
læpolin ad res repetẽdas missis:cũ relatũ eẽt a græcis gente lingua magis strenua:quã factis ferox respõ nelius
sum:ex auctoritate patrũ populus palæpolitanis bellũ fieri iussit.Inter cõsules ꝓuinciis cõparatis:bello P.Philo
græci ꝑsequẽdi Publio euenerũt.Cornelius altero exercitu samnitibus:si q̃ se mouerent.oppositus: fa/ consꝯ.
ma aũt erat defectioni cãpanoꝝ iminentes admoturos castra:ibi optimũ uisum Cornelio statiua hẽre
Ab utroq; cõsule exiguã spem pacis cum samnitibus eẽ certior fit senatus.Publius duomillia nolanoꝝ
militũ & q̃ttuor samnitiũ:magis nolanis cogẽtibus:quã uoluntate græcoꝝ recepta Palæpoli miserat.
Romæ compertũ ẽ delectũ indictũ a magistratibus:uniuersum Samniũ erectũ:ac uicinos populos pri
uernatẽ fundanũq; & formianũ haud ambigue sollicitari.Ob hæc cũ legatos mitti placuisset: prius ad
samnitis: q̃ bellum fieret:respõsum reddit̃ a samnitibus ferox:ultro icusabãt iniurias romanoꝝ: neq;
eo negligentius ea:q̃ ipsis obiicerent:purgabãt:haud ullo publico cõsilio auxilioue iuuari græcos: nec
fundanũ formianũue a se sollicitatos:qppe minime pœnitere se uiriũ suaꝝ:si bellũ placeat. Cæteꝝ nõ
posse dissimulare:ægre pati ciuitatẽ samnitium:qđ Fregellas ex uolscis captas dirutasq; ab se restitue/ Fregel/
rit romanus populus:coloniãq; in samnitiũ agro iposuerit:quã coloni eoꝝ Fregellas appellent: eam se læ
cõtumeliã iniuriãq; nisi ab iis:q fecerit:demat:ipsos omni ui depulsuros ẽ.Cum romanus legatus ad
disceptãdum eos ad cõmunes socios atq; amicos uocaret.Quid perplexe agimus:inqt?nr̃a certamina

romani nō uerba legatoꝝ nec hoium qſquā diſceptator:ſed cāpus cāpanūs:in quo concurrēdū ē:& ar/ ma & cōmunis mars belli decernet.Proinde iter Capuā Sueſſulāq; caſtra caſtris cōferamus:& Samnis Romanus ne iperio Italiā regat:decernamus.Legati romanoꝝ tum ſe nō quo hoſtis uocaſſet:ſed quo impatores ſui duxiſſent:ituros eē reſponderūt.Iam Publius iter Palæpolin Neapolinq; loco opportūe capto diremerat hoſtibus ſocietatē auxilii mutui:q̄ ut qſq; locus p̄mereť:iter ſe uſi fuerāt.Itaq; cū & co mitioꝝ dies iſtaret:& Publiū iminētem hoſtiū muris auocari ab ſpe capiēdæ ī dies urbis haud e repu/ blica ēēt:actū cum tribunis ē:ad populū ferrēt:ut cū.P.Philo cōſulatu abiſſet:p̄cōſul rē gereret: quoad debellatū cū græcis eēt.L.Cornelio:qa ne eū qdē in Sāniū iā īgreſſum reuocari ab īpetu belli placebat: litteræ miſſæ ut dictatorē comitioꝝ cā diceret:dixit.M.Claudiū Marcellū:ab eo magiſter eqtū dictus Sp.Poſthumius.Nec tamē ab dictatore comitia ſunt habita:qa uitio ne creatus eſſet:ī diſquiſitionē ue nit:conſulti augures uitioſum uideri dictatorem pronūciauerunt.Eam rem tribuni ſuſpectam īfamē/ que criminando fecerunt:nam neq; facile fuiſſe id uitium noſci cum conſul oriente nocte ſilentio di/ ceret dictatorem neq; ab conſule cuiquam publice priuatimq; de ea re ſcriptum eſſet:nec quemquam mortalium extare:qui ſe uidiſſe:aut audiuiſſe quid dicat quod:auſpitium dirimeret:neq; augures di/ uinare Romæ ſedentes potuiſſe quid in caſtris conſuli uitii euenīſſet:cui non apparere quod plebeius dictator ſit dictus:id uitium auguribus uiſum? Hæc aliaq; ab tribunis ne quicq̄ iactata:tamē ad iter/ regnum res redit:dilatiſq; alia atq; alia cauſa comitiis:quartuſdecimus demū interrex.Lucius Aemy/

C.Petilius.L.Papyrius conſ.

lius conſules creat.C.Petilium.Lutium Papyriū Mugilanum Curſorē in aliis annalibus inuenio:Eo dem anno Alexandriam in Aegypto proditū conditam.Alexandrumq; Epiri regem ab exule lucano interfectum ſortes dodonæi louis euentu affirmaſſe. Accito ab tarentinis in Italiā data dictio erat ca/ ueret acheruſiā aquā Pandoſiamq; urbem:ibi fatis eius terminū dari:eoq; ocius tranſmiſit in Italiam ut quā maxime procul abeſſet urbe Pandoſia in Epiro & acheronte amni:quē ex Moloſſide defluen/ tem in ſtagna inferna accipit theſportius ſinus.Cæteꝝ ut ferme fugiendo in media fata ruitur:cū fæ/ pe brutias lucanaſq; legiones fudiſſet.Heracleam tarentinoꝝ coloniam Conſentiam ex lucanis Sipon tumq; brutioꝝ coloniam ac Erniam:alias inde meſſapioꝝ & lucanoꝝ cepiſſet urbes:& trecētas fami/ lias illuſtres in Epirum:quas obſidū numero haberet:miſiſſet:haud procul Pandoſia urbe īminente lucanis ac brutiis finibns tris tumulos aliquātum inter ſe diſtantes inſedit:ex quibus excurſiōes in om nem partē agri hoſtilis faceret:& ducētos ferme lucāoꝝ exules circa ſe p̄ſidis habebat:ut:plæraq; eius generis ingenia ſunt cū fortuna mutabilem gerentes fidē:imbres continui campis oībus inundantes cū interclusiſſent trifariam exercitū a mutuo inter ſe auxilio:duo præſidia:quæ ſine rege erant:impro uiſo hoſtiū aduentu opprimuntur:deletiſq; eis ad ipſius obſidionem omnes conuerſi:inde ab lucanis exulibus ad ſuos nuncii miſſi ſunt:pactoq; reditu promiſſum eſt regem aut uiuū aut mortuum in po/ teſtatem daturos.Cæteꝝ cum delectis ipſe egregium facinus auſus per medios erumpit hoſtes:& du/ cem lucanoꝝ cōminus congreſſum obtruncat.contrahenſq; ſuos ex fuga palatos peruenit ad amnem ruinis recentibus pontis:quē uis aquæ abſtulerat indicantē iter quē cum in certo uado tranſiret agmē feſſus metu ac labore miles increpans nomē abominandū fluminis iure achreos uocaris īquit.Quod ubi ad aures accidit regis adiecit extemplo animū fatis ſuis:ſubſtititq; dubius an tranſiret Tum Soti/ nius miniſter ex regiis pueris:quid in tanto diſcrimine periculi cunctaretur :interrogans:indicat lu/ canos inſidiis q̄rere locū:qđ ubi reſpexit rex:procul grege facto uenientes ſtringit gladiū: & permediū amnem trāſmittit equū. Iamq; in uadū egreſſum eminus ueruto lucanus exultās figit:lapſum īde cū inhærentē tælo corpus exanime detulit amnis in hoſtium p̄ſidia.Ibi fœda laceratio corporis facta:nāq; p̄ciſo medio partem Cōſentiā miſere pars ipſis retēta ad ludibriū:q̄ cū iaculis ſaxiſq; p̄cul īceſſeret:mu lier una ultra human aꝝ iraꝝ fidem ſæuiēti turbe īmixta ut parūper ſuſtinerēt p̄cata:flens ait uiꝝ ſibi liberoſq; captos apud hoſtes eē:ſperare corpore regio utcūq; mulctato ſe ſuos redemptura.Is finis lace rationi fuit:ſepultum q; Cōſentiæ:qđ membroꝝ reliquū fuit:cura mulieris unius:oſſaq; Metapōtum

Alexandri Epirenſis ītentus Comē/ tū priuatæ mulie/ ris

ad hoſtes īmiſſa:īde Epirū deuecta ad Cleopatrā uxorē:ſororēq; Olympiadē:quaꝝ mater magni Ale xandri altera:ſoror altera fuit.Hæc de Alexādri epirēſis triſti euētu:q̄q̄ romano bello fortuna eū abſti/ nuit:tamē qa in Italia bella geſſit:paucis dixiſſe ſatis ſit.Eodem anno lectiſterniū Romæ qnto poſt cō/ ditam urbem:iiſdem qbus ante placādis habitū eſt diis.Noui deīde cōſules iuſſu populi cū miſiſſent: q indicerēt ſamnitibus bellū:ipſi maiore conatu:quā aduerſus græcos cūcta parabāt:& alia noua nihil tū aīo tale agitātibus acceſſerūt auxilia.Lucani atq; appuli:qbus gētibus nihil ad eam diē cū R o.Po. fuerat in fidem uenerūt arma uiroſq; ad bellum pollicentes:fœdere ergo in amicitiā accepti.Eodem tpe ēt in Samnio res p̄ſpere geſta:tria oppida in ptātem uenerūt:Alife:Callirife:Ruffrium:aliuſq; ager prīo ad/ uentu conſulū longe lateq; eſt puaſtatus.Hoc bello tam p̄ſpere cōmiſſo:bello quoq; alteri: quo græci obſidebant:iam finis aderat:nam p̄terq̄ qđ īterſeptis munimentis hoſtiū pars parti abſciſſa ēēt: fœdio ra aliquāto ītra muros iis:qbus hoſtis terrītabat:patiebant:& uelut capti a ſuiſmetipſis p̄ſidiis:indigna iam liberis quoq; ac cōiugibus:& q̄ captaꝝ urbium extrema ſunt:patiebant.Itaq; cū & a Tarento & a ſamnitibus fama eēt noua auxilia uentura ſamnitium pluſq̄ uellent ītra mœnia eſſe rebant:tarētinoꝝ iuuentutem græci græcos haud minus p quos ſamniti nolanoq;:quā ut romanis hoſtibus reſiſterent expectabāt.Poſtremo leuiſſimū maloꝝ deditio ad romanos uiſa.Charilaus & Nymphius prīcipes ci/ uitatis cōmunicato īter ſe cōſilio partes ad rem gerendā didiſere,ut alter ad īperatorē romanoꝝ trāſfu geret:alter ſubſiſteret ad p̄bendam opportunā conſilio urbem Charilaus fuit:q; ad.P.Philonem uenit;

& qđ bonũ fauſtum felixq; palæpolitanis populoq; romano eẽt:tradere ſe ait mœnia ſtatuiſſe:eo facto utrũ ab ſe ꝓdita an ſeruata patria uideaẽ:in fide romana poſitũ eſſe:ſibi priuatim nec paciſci quicq; nec petere:publice petere:quã paciſci magis:ut ſi ſucceſſiſſet inceptũ:cogitaret populus romanus potius cũ q̃to ſtudio ꝑiculoq; reditum in amicitiã ſuam eſſet:quã qua ſtulticia & temeritate de officio deceſſum. Collaudatus ab impatore triamillia militum ad occupãdam eã parte urbis:quã ſamnites ĩſidebãt accepit:p̃ſidio ei.L.Quĩtius tribunus militũ p̃poſitus.Eodem tpe & Nymphius p̃torem ſamnitium arte aggreſſus ꝓpulerat:ut quoniã oĩs romanus exercitus aut circa Palæpolin:aut in Samnio eẽt: ſineret ſe claſſe circũuehi ad romanũ agrum:nõ oram mõ maris:ſed ipſi urbi ꝓpinqua loca depopulatuq;:ſed ut falleret nocte ꝓficiſcendũ eẽ:extẽploq;naues deducẽdas.Quod quo maturius fieret:oĩs iuuẽtus ſamnitium p̃ter neceſſariũ urbis p̃ſidium ad littus miſſa.Vbi dum Nymphius ĩ tenebris:& multitudine ſemetipſa ĩpediente:ſedulo aliis alia ĩperia turbans terit tẽpus:Charilaus excõpoſito ab ſociis in urbẽ receptus cum ſumma urbis romano milite ĩpleſſet:tolli clamorẽ iuſſit:ad quẽ græci ſigno accepto a prĩcipibus:qeuere:Nolani ꝑ auerſam parte urbis uia Nolam ferẽte effugiunt:ſamnitibus excluſis ab urbe ut expeditior in p̃ſentia fuga:ita fœdior poſteaq̃ ꝑiculo euaſerunt uiſa:qppe q inermes nulla req; ſuaq; nõ relicta inter hoſtes:ludibriũ nõ externis mõ:ſed ẽt popularibus:ſpoliati atq; egẽtes domos rediere. Haud ignarus opinionis alterius:qua hæc ꝓditio a ſamnitibus facta traditẽ cum auctoribus hoc dedi: q̃bus dignius credi é. Tum fœdus neapolitanũ:eo enim deĩde ſumma rei græcoq; uenit: ſimilius uero facit ipſos in amicitiã rediſſe.Publio triũphus decretus:qđ ſatis credebaẽ obſidione domitos hoſtes in fidem ueniſſe.Duo ſingularia hæc ei uiro primũ cõtigere:ꝓgatio ĩperii nõ ante in ullo facta:& acto honore triũphus. Aliud ſubĩde bellũ cũ alterius oræ græcis exortũ:nãq; cũ tarẽtini ré palæpolitanã uana ſpe auxilii aliquãdiu ſuſtinuiſſent:poſteaq̃ romanos urbe potitos accepe:uelut deſtituti ac nõ q ipſĩ deſtituiſſent increpare palæpolitanos:ira atq; inuidia in romanos furere:eo ẽt qđ lucanos & appulos: nãq; utraq; eo anno ſocietas cœpta eſt:in fidem Po.Ro.ueniſſe allatũ eſt:qppe ꝓpe modum q̃uentum ad ſe eſſe:iamq; in eo rem eẽ:ut romani aut hoſtes:aut domini habẽdi ſint.Diſcrimen ꝓfecto req; ſuarum in bello ſamnitiũ euentuq; eius uerti:eam ſolam gẽtem reſtare:nec eam ipſam ſatis ualidã:quando lucanus defecerit:qué reuocari adhuc ĩpelliq; ad abolẽdam ſocietaté romanã poſſe:ſiqua ars ſerẽdis diſcordiis adhibeaẽ.Hæc cõſilia cum apud cupidos req; nouandaq; ualuiſſent:ex iuuentute qdam lucanoq; p̃tio acciti:clari magis ĩter populares quam honeſti:inter ſe mulctati ipſi uirgis cum corpora nuda ĩtuliſſent in ciuiũ cœtum uociferati ſunt:ſe qđ caſtra romana ĩgredi auſi eẽnt:a cõſule uirgis cæſos ac ꝓpe ſecuri ꝑcuſſos eẽ.Deformis ſuapte natura res cũ ſpẽm iniuriæ magis:quã doli præ ſe ferret: Cõcitati hoĩes cogunt clamore ſuo magiſtratus ſenatum uocare:& alii circũſtantes cõciliũ bellũ in romanos poſcunt:alii ad cõcitandã ĩ arma multitudiné agreſtiũ diſcurrũt:tumultuq; ẽt ſanos conſternãte aĩos decerniẽ:ut ſocietas cum ſamnitibus renouareẽ:legatiæ ad eam rem mittanẽ.Repentina res qa quam cãm nullam:tam ne fidem quidẽ habebat:coacti a ſamnitibus obſides dare:& præſidia in loca munita accipere:cæci fraude & ira nihil recuſarunt.Dilucere deinde breui fraus cœpit:poſteaq̃ crimĩnum falſoq; auctores Tarentum commigrauere:ſed amiſſa omni de ſe poteſtate:nihil ultra:quam ut pœniteret fruſtra reſtabat.Eo anno plebi romanæ uelut aliud initium libertatis factum eſt:quod necti deſierunt:mutatum autẽ ius ob unius fœneratoris ſimul libidiem:ſimul crudelitatem inſignem. L.Papyrius is fuit cui cũ ſenatuconſulto Publius ob æs alienũ paternũ nexum dediſſet quem ætas formaq; ad miſericordiam elicere poterant:ad libidinem & contumeliam animũ accenderunt:& florem ætatis eius fructum aduẽtitium crediti ratus:primo perlicere adoleſcentem ſermone inceſto eſt conatus:deinde poſteaquã aſpernabãtur flagitium aures minis territare atq; idẽtidem admonere fortunæ poſtremo cum ingenuitatis magis:quam præſentis conditionis memorem uideret:nudari iubet uerberaq; afferri.Quibus laceratus iuuenis cum ſe in publicũ proripuiſſet libidinem crudelitatemq; conquerens fœneratoris: ingens uis hominũ cum ætatis miſeratione atq; indignitate iniuriæ accenſa:tũ ſuæ conditionis liberumq; ſuoq; reſpectu:in forum atq; inde agmine facto ad curiam cõcurrit:& cum conſules tumultu repentino coacti ſenatum uocarent:introeuntibus in curiam patribus laceratũ iuuenis tergum procũbentes ad ſingulorq; pedes oſtendebant.Victum eo die ob impotentem iniuriam unius ingens uinculum fidei:iuſſiq; conſules ferre ad populum nequis:niſi qui noxiam meruiſſet:donec pœnam lueret:in compedibus aut in neruo teneretur: pecuniæ creditæ:bona debitoris non corpus obnoxium eſſet.Itaq; nexi ſoluti:cautumque in poſterum ne necterentur. Eodem anno cum ſatis per ſeipſum ſamnitium bellum:& defectio repens lucanorum: auctoreſq; defectionis tarentini ſollicitos haberent patres:acceſſit:ut & ueſtinus populus ſamnitibus ſeſe cõiungeret.Quæ res ſicut eo anno ſermonibus magis paſſim hoĩum iactata:quam ĩ publico ullo concilio eſt:ita inſequentis anni cõſulibus.L.Furio Camillo iteq;.Iunio Bruto Scæuæ nulla prior potiorq; uiſa eſt de qua ad ſenatum referrent:& quanq̃ noua res erat:tamen tanta cura patres inceſſit:ut pariter eam ſuſceptã negletamq; timerent ne aut impunitas eoq; laſciuia ſuperbiaq; aut bello pœnæ expetitæ metu ꝓpinquo atq; ira cõcirent finitimos populos.Et erat genus omne abunde bello ſamnitibus par marſi:peligniq; & marrucini:quos ſi ueſtinus attingeret:oẽs habendos hoſtes.Vicit:tamen pars:quæ in præſentia uideri potuit maioris animi quã cõſilii:ſed euentus docuit fortes fortunã iuuare.Bellũ ex auctoritate patrũ populus aduerſus ueſtinos iuſſit:ꝓuincia ea Bruto. Sãnium Camillo ſorte euenit:exercitus utroq; ducti:& cura tuendoq; finium hoſtes ꝓhibiti cõiungere arma;Cæteq; alteq; conſulẽ,L.Furium:cui maior moles

Palæpolis ꝓditiõe capitur

Cur defierit q̃rites ob alienũ æs necti

L.Furio Iunius Brutus conſ.

regę impoſita erat:morbo graui implicitū fortuna bello ſubtraxit:iuſſuſq; dictatorem dicere rei:gerē/
dæ cauſa longe clariſſimū bello ea tēpeſtate dixit.L.Papyriū Curſorē:a quo.Qu.Fabius Maximus Ru
tilianus magiſter equitū eſt dictus par nobile rebus in eo magiſtratu geſtis diſcordia tamē:qua prope
ad ultimū dimicatiōis uentū eſt: nobilius. Ab altero cōſule īueſtinis multiplex bellū nec uſq; uario euē
tu geſtum eſt:nā & peruaſtauit agros & populando atq; urendo tecta hoſtiū fataq; in aciem inuitos ex
traxit:& ita prælio uno accidit ueſtinorę res haud quaq; tamē in cruento milite ſuo:ut non in caſtra ſo
lum refugerēt hoſtes:ſed iam ne uallo quidē ac foſſis fræti dilaberent in oppida ſitu urbiū mœnibuſq;
ſe defenſuri:Poſtremo oppida quoq; ui expugnare adortus.primo Cutinā īgēti ardore militū aut uul
nerū ira:quod haud fere quiſq; integer prælio exceſſerat:ſcalis cepit:deīde Cingiliā.Vtriuſq; urbis præ/
dā militibus:qđ eos neq; portæ:neq; muri hoſtiū arcuerāt conceſſit.In Sānių īcertis itum auſpiciis:eſt
cuius rei uitium nō in belli euentū . qđ proſpere geſtū eſt:ſed in rabiē atq; iras īperatorę uertitur:Náq;
Papyrius dictator appullario monitus:cū ad auſpicū petēdū Romā profiſciſeretur:magiſtro equitum
denunciauit ut ſeſe loco teneret:neu abſente ſe cum hoſte manū conſereret.Fabius cū poſt profectionē
dictatoris per exploratores cōperiſſet per īde oīa ſoluta apud hoſtes ac ſi nemo romanus in Sānio eēt:
ſeu ferox adoleſcens īdignitate accēſus:quod oīa in dictatore uiderent repoſita eſſe:ſeu occaſione bene
gerēdæ rei īductus:exercitu īſtructo:paratoq;:profectus ad Imbrinium (ita uocant locū) acie cum ſam
nitibus cōflixit.Ea fortūa pugnæ fuit:ut nihil relictū ſit:quo:ſi affuiſſet dictator:res melius geri potue/
rit nō dux militi:nō duci miles defuit:eques etiā auctore.L.Cominio tribuno:q; aliquotiēs īpetu capto
perrūpere nō poterat hoſtiū agmē:detraxit frenos equis:atq; ita concitatos calcaribus ꝓmiſit ut ſuſti/
nere eos nulla uis poſſet:per arma per uiros late ſtragē delere ſecutus pedes impetū equitū turbatis ho/
ſtibus intulit ſigna uigintimilia hoſtium cæſa eo die tradūtur.Auctores habeo bis cū hoſte ſigna col/
lata dictatore abſente:bis rem egregie geſtam:apud ātiquiſſimos ſcriptores una hæc pugna inuenitur
in quibuſdam annalibus tota res prætetmiſſa eſt.Magiſter equitū ut ex tanta cæde multis potitus ſpo
liis:congeſta in ingentē aceruū hoſtilia arma ſubdito igne concremauit:ſeu uotū id deoręcuipiam fuit
ſeu credere libet Fabio auctori eo factum:ne ſuæ gloriæ fructū dictator caperet:nomenq; ibi ſcriberet
aut ſpolia intriūpho ferret.Litteræ quoq; de re proſpere geſta ad ſenatū nō ad dictatorem miſſæ:argu/
mentū fuere minime cū eo cōicantis laudem.Ita certe dictator id factum accepit:ut lætis aliis victoria
parta præ ſe ferret:iram triſtitiamq;:miſſoq; repente ſenatu:ſe ex curia proripuit.Tum uero non ſam/
nitium magis legiones:quam maieſtatem dictatoriam & diſciplinam militarem a magiſtro equitum
uictam & euerſam dictitans:ſi illi impune ſpretum imperium fuiſſet.Itaq; plenus minarum iræq; ꝓ/
fectus in caſtra cum maximis itineribus iſſet non tamen præuenire famam aduentus ſui potuit præ/
currerant enim ab urbe:q nūciarent dictatorē auidū pœnæ uenire.alternis pene uerbis.T.Manlii facta
laudantē.Fabius extēplo:cōcione aduocata:obteſtatus milites eſt:ut qua uirtute rēp.ab īfeſtiſſimis ho/
ſtibus defendiſſent:eadē ſe:cuius ductu auſpicioq; uiciſſent:ab īpotenti crudelitate dictatoris tutarent.
Venire amentē īuidia:iratū uirtuti alienæ felicitatiq;:furere qđ ſe abſente:reſpu.geſta egregie eēt:malle
ſi mutare fortunā poſſet:apud ſamnites:quā romanos victoriā eē:īperium dictaturæ īpretū:tanq; non
eadē mēte pugnari uetuerit:q; pugnatū doleat:& tūc īuidia īpedire uirtutem alienā uoluiſſe cupidiſſi/
miſq; ablaturęarma fuiſſe militibus:ne ſe abſente moueri poſſent:& nūc id furere id ægre pati:qđ ſine
L.Papy rio nō inermes:nō manci milites fuerīt:qđ ſe.Q.Fabius magiſtrū eqtū duxerit ac nō accēſum
dictatoris.Quid illū facturęfuiſſe:ſi qđ belli caſus ferūt:marſq; cōmunis aduerſa pugna euenīſſet;qui
ſibi deuictis hoſtibus:repu.bene geſta ita ut nō ab illo unico duce melius geri potuerit:ſuppliciū magi
ſtro eqtum & tūc uictori minet.Neq; illū magiſtro eqtum īfeſtioré quā cēturionibus: quā militibus
eē:ſi poſſet in oēs ſæuituręfuiſſe:qa id nequeat in unū ſæuire:& iam īuidiā tanq; igné ſumma petere in
caput cōſilii in ducē īcurrere.Si ſe ſimul cū gloria rei geſtæ extinxiſſet:tūc uictorē uelut in capto exer/
citu dominantē qcqd licuerit:in magiſtro eqtum in militibus auſurū.Proinde adeſſent in ſua cā oīum
libertati:ſi cōſenſum exercitus eundē q in ꝑlio fuerit in tuēda uictoria uideat:& ſalutē unius oībus cu/
ræ eēt:īclinaturū ad clæmētioré ſnīam aīum:poſtremo ſe uitā fortunaſq; ſuas illoręfidei uirtutiq; per
mittere. Clamor e tota cōcione ortus uti bonū aīum haberet neminē illi uim allaturęſaluis legiōibus
romanis.Haud multo poſt dictator aduenit:claſſicoq; extemplo ad cōcionem aduocauit. Tum ſilētio
facto:præco Quintū Fabiū magiſtręeqtum citauit:q; ſimul ex īferiore loco ad tribunal acceſſīt:tum di
ctator q̄ro:inqt:de te Quinte Fabi:cum ſummū īperium dictatoris ſit:pareāt ei cōſules regia poteſtas:
ꝑtoreſq; iidem auſpiciis:qbus cōſules creati:æquum cēſeas nec ne magiſtrum eqtum dicto audiētē eē:
itemq; illud interrogo:cum me incertis auſpiciis ꝓfectum ab domo ſcirem:utrum mihi turbatis reli/
gionibus reſpublica ī diſcrimē cōmittenda fuerit:an auſpicia repetēda neqd diis dubiis agerem?ſimul
illud:q̄ dictatori religio īpedimento:ad rem gerendam fuerit:num ea magiſter eqtum ſolutus ac liber
potuerit eē?Sed qd ego hæc īterrogo?cum ſi ego tacitus abiſſem:tamen tibi ad uolūtatis īterprætatio
nem meæ dirigēda tua ſnīa fuerit:qn tu reſpōdeas:uetuerim ne quicq̄ rei me abſente agere?uetuerim
ne ſigna cūm hoſtibus conferre?quo tu īperio meo ſpreto:īcertis auſpiciis:turbatis rē:gionibuſ:aduer
ſus morē militarē diſciplināq; maioręnumen deorū auſus es cum hoſte cōfligere?Ad hæc:q̄ īterro
gatus es:reſponde: extra ea caue uocem mittas. Accede lictor accede. Aduerſus ſingula Quinto Fabio
cum reſpōdere haud facile eēt:& nūc q̄rereteē accuſatorem eundem capitis ſui ac iudicem eē:modo uitā
ſibi eripi citius:quā gloriā regę geſtarępoſſe uociferaretē:purgaretq; ſe inuicem:atq; ultro accuſaret:tūc

Fabius magiſter eqtū ī iuſſu dictatoriſ pugnat. xx.Sānitium cæſa

Verba fabri ad milites

Cōſuleſ & ꝑtoreſ iiſdē auſpicii creabantur

Papyrius reditegrata ira ſpoliari magiſtrū equitū ac uirgas & ſecures expediri iuſſit. Fabius fidē militū
ſplorans lacerātibus ueſtē uictoribus ad triarios tumultū iā ī cōcioné miſcentes ſeſe recepit: īde clamor
p totā concioné eſt perlatus: alibi preces: alibi mine audiebant. Qui ꝓximi forte tribunali ſteterāt: qa
ſubiecti oculis īperatoris noſcitari poterāt: orabāt: ut parceret magiſtro equitum: neu cū eo exercitū dā
naret: extrema cōcio & circa Fabiū globus īcrepabāt inclæmenté dictatoré: nec ꝓcul deditiōe aberant.
Ne tribunal quidé ſatis quietū erat: legati circūſtātes ſellā orabāt: ut ré ī poſterū diē differret: & iræ ſuæ
ſpatium & conſilio tempus daret: ſatis caſtigatam adoleſentiā Fabii eſſe ſatis deformatam uictoriam
ne ad extremū finem ſupplicii tenderet: neu unico iuueni: neu patri eius clariſſimo uiro: neu fabiæ gē/
ti eam iniungeret ignominiam cū paꝛ precibus: paꝛ cauſa proficerent: intueri ſæuientem concioné
iubedant: ita irritatis militum animis ſubdere ignem ac materiam ſeditioni non eſſe ætatis: non pru/
dentiæ eius: neminem id Quinto Fabio pœnam deprecanti ſuam uitio uerſuꝛ: ſed dictatori: ſi occæ/
catus ira infeſtam multitudiné in ſe prauo certamine mouiſſet. Poſtremo ne id ſe gratiæ dare. Qu. Fa/
bii crederet ſe iuſiurandum dare paratos eſſe non uideri reipu. expedire in. Qu. Fabium eo tempore Fabius
animaduerti. His uocibus cum in ſe magis cōcitarent dictatorem: q̄ magiſtro equitum placerent: iuſ/ magi/
ſi de tribunali deſcendere legati: & ſilētio nequicq̄ per præconem tēptato: præ ſtrepitu ac tumultu nec ſter eq/
ipſius dictatoris: nec apparitorum eius uox audiretur: nox uelut in prælio certamini finem fecit: ma/ tū ex ca
giſter equitum iuſſus poſtero die adeſſe: cum onmes affirmarent infeſtius Papyrium exarſurum agi/ ſtris ꝓ/
tatum contentione ipſa ex acerbatumq̄: clam ex caſtris Romā profugit: & patre auctore. Qu. Fabio: q fugit
ter iam conſul dictatorque fuerat: uocato extemplo ſenatu: cum maxime conquereretur apud patres
uim atq̄ iniuriam dictatoris: repente ſtrepitus ante curiam lictorum ſubmouentium auditur: & ipſe
infenſus aderat: poſteaquam comperit profectum ex caſtris cum expedito equitatu ſecutus. Iterata de/
inde contentione præhendi Papyrius Fabium iuſſit: ubi cum deprecantibus primoribus patrum atq̄
uniuerſo ſenatu preſtaret incepto immitis animus: tum pater. M. Fabius quandoquidem inquit aqud
te nec auctoritas ſenatus nec ætas mea: cui orbitatem paras: nec uirtus nobilitaſq̄ magiſtri equitū a te
ipſo nominatim ualet: nec præces: quæ ſæpe hoſté mitigauere: quæ deorum iras placant tribunos ple/
bis appello & prouoco ad populum: eūq̄ tibi fugienti exercitus tui: fugienti ſenatus iudicium iudicem
fero qui certe unus pluſquam tua dictatura poteſt: polletq̄: uidero ceſſurus ne prouocatiōi ſis cui rex
romanus Tullus hoſtilius ceſſit. Ex curia in concionem itur: quo cum paucis dictator: cum omni ge/ Ad Ho
nere principū magiſter equitum aſcendiſſet: deduci eū de roſtris Papyrius in partē iferiorem iuſſit: ſe/ ratii iu/
cutus pater bene agis inquit: cū eo nos deduci iuſſiſti: unde priuati uocé mittere poſſemus: Ibi primo dicium
non tā perpetuæ orationes: q̄ altercationes exaudiebātur: uicit deinde ſtrepitū uox & indignatio Fabii alluſit
ſenis increpātis ſupbiam crudelitatemq̄ Papyrii: ſe quoq̄ dictatorem Romæ fuiſſe: nec a ſe quéq̄ nec
plebis qdem hoſtem: nō cēturionem: nō militē uiolatū. Papyriū tanq̄ ex hoſtiū ducibus: ſic ex romano
īperatore uictoriā & triūphum petere. Quātū ītereſſet īter moderationē antiquoꝝ: & nouā ſupbiam
crudelitatēq̄ dictatoré Quītium Cincinatum in. L. Minutiū cōſulem ex obſidione a ſe abreptū nō ul/
tra ſæuiſſe: quā ut legatū ad exercitum ꝓ conſule relinq̄ret. M. Furium Camillū in. L. Furio q contēpta
ſua ſenectute & auctoritate fœdiſſimo cū euētu pugnaſſet: nō ſolū in p̄ſentia moderatum iræ eē: neq̄
de collega ſecus populo aut ſenatui ſcriberet: ſed cū reuertiſſet potiſſimum ex tribunis cōſularibus ha/
buiſſe quē ex collegis optione a ſenatu data ſocium ſibi īperii delegerit. Nam populi qdem: penes quē
poteſtas oīum reꝝ eſſet: ne iram qdem unq̄ atrociorem in eos fuiſſe: q temeritate atq̄ inſcitia exercitus
amiſiſſent: quā ut pecūia eos mulctaret: capite anquiſitū ob rem bello male geſtam de īperatore nullo
ad eam diem eē: nunc ducibus Po. Ro. quæ ne uictis qdem bello fas fuerit: uirgas & ſecures uictoribus
& iuſtiſſimos meritis triūphos intēptari. Quid enim tandē paſſuꝝ fuiſſe filiū ſuū: ſi exercitū amiſiſſet:
ſi fuſus fugatus caſtris exutus fuiſſet: quo ultra iram uiolētiamq̄ eius exceſſurā fuiſſe. quā ut uerbera
ret necaretq̄? Quā cōueniens eē ꝓpter Quintū Fabiū ciuitatē in leticia uictoria ſupplicatiōibus ac gra
tulationibus eē: eum ꝓpter quē delubra pateant: aræ ſacrificiis fument: honore donis cumulent: nuda
tum uirgis lacerari in conſpectu populi romani: ituentē capitoliū: atq̄ arcem: deoſq̄ ab ſe duobus p̄liis
haud fruſtra aduocatos? quo id aīo exercitū: q eius ductu auſpiciiſq̄ uiciſſet. latuꝝ? quē luctū in caſtris
romanis: quā læticiā ītер hoſtes fore. Hæc ſimul iurgans q̄renſq̄ deū hoīumq̄ fidem obteſtās: & com/
plexus filiū plurimis cū lachrymis agebat. Stabat cū eo ſenatus maieſtas: fauor populi: tribuniciū auxi/
lium: memoria abſentis exercitus. Ex altera parte īperium inuictū populi romani: & diſciplina rei mili
taris: & dictatoris edictū ꝓ numine ſemꝑ obſeruatū: & māliana īperia & poſthabita filii caritas publi/
cæ utilitati iactabant. Hoc ét. L. Brutū cōditorem romanæ libertatis antea ī duobus liberis feciſſe: nūc
patres comes & ſenes faciles de alieno īperio ſpreto tanq̄ rei paruæ diſciplinæ militaris euerſæ iuuētuti
gratiā facere ſe tamē perſtatuꝝ īcepto nec ei: q aduerſus dictum ſuū turbatis religionibus ac dubiis au/
ſpiciis pugnaſſet: qcq̄ ex iuſta pœna remiſſuꝝ. Maieſtas īperii ꝓpetua ne eēt nō eē ī ſua ptāte. L. Papyriū Atť q̄ a
nihil de eius iure diminutuꝝ: obtare ne poteſtas tribunicia inuiolata ipſa uiolet ītercеſſione ſua ro/ Papy
manum īperiū: neu populus romanus in ſe potiſſimū dictatoré & ius dictaturæ extinguat. Quod ſi fe rio ī Fa
ciſſet: nō. L. Papyriū ſed tribunos: ſed prauū populi iudiciū nequicq̄ poſteros accuſaturos cū polluta ſe/ biū af/
mel militari diſciplina: nō miles cēturionis: nō cēturio tribuni: nō tribunus legati: nō legatus conſulis: ferrent
nō magiſter eqtum dictatoris pareat īperio: nemo hoīum: nemo deoꝝ uerecundiā habeat: non edicta
imperatoꝝ: nō auſpicia obſeruent: ſine cōmeatu uagi milites in pacato in hoſtico errent: īmemores ſa/

cramenti licentia ſola: ubi uelint:exauctorent: infrequentia deſerantur ſigna:neq; conueniatur ad edi/ctum:nec diſcernatur interdiu nocte æquo iniquo loco:iniuſſu imperatoris pugnent:& non ſigna nō ordines ſeruent:latrocinii modo cæca & fortuita pro ſolemni & ſacrata militia ſit:Horum criminum uos reos in oía ſæcula offerte tribuni plebis:ueſtra obnoxia capita pro licẽtia.Qu.Fabii obiicite:Stupẽ tes tribunos & ſuam iam uicẽ magis anxios:q̃ eius:cui auxilium ab ſe petebaṫ:liberauit onere conſen/ſus populi romani ad preces & obteſtationẽ uerſus:ut ſibi pœnam magiſtri equitũ dictator remitteret tribuni quoq; inclinatam rem in preces ſubſecuti:orare dictatorem inſiſtunt:ut ueniam errori huma no:ueniam adoleſcentiæ:Qu.Fabii daret:ſatis eum penarum dediſſe: iam ipſe adoleſcens: iam pater. M.Fabius contentionis obliti procumbere ad genua:& iram de precari dictatoris.Tum dictator ſilen/tio facto bene habet:inquit:quirites:uicit diſciplina militaris:uicit imperii maieſtas:quæ in diſcrimi/ne fuerunt an ulla poſt hanc diem eſſent:non noxæ eximitur.Qu.Fabius:qui contra edictum impera toris pugnauit:ſed noxæ damnatus donatur populo romano:donatur tribunitiæ ꝓteſtati:precarium non iuſtum auxilium ferenti.Viue.Qu.Fabi fœlicior hoc conſenſu ciuitatis ad tuendũ te: quã in qua pauloante exultabas uictoria:uiue id facinus auſus:cuius tibi ne parens quidem:ſi eodem loco fuiſſet quo fuit.L.Papyrius:ueniam dediſſet.Mecum:ut uoles reuerteris in gratiam:populo romano:cui ui/tam debes:nihil maius præſtiteris quam ſi hic tibi dies ſatis documenti dederit:ut bello ac pace pati le gitima ĩperia poſſis.Cum ſe nihil morari magiſtrum equitum pronunciaſſet digreſſum eum templo lætus ſenatus:lætior populus circunfuſi ac gratulantes hinc magiſtro equitum:hinc dictatori ꝓſecuti ſunt:firmatumq; imperiũ militare haud minus periculo.Qu.Fabii:q̃ ſupplitio miſerabili adoleſcentis Manlii uidebatur.Forte ita eo anno euenit:ut quotienſcunq; dictator ab exercitu receſſit:hoſtes in Sã/nio mouerentur:cæterum in oculis exemplo erat,Qu.Fabius.M.Valerio legato:qui ĩ caſtris præerat ne quam uim hoſtium magis:q̃ trucem dictatoris iram timeret.Itaq; frumentatores cum circunuenti ex inſidiis cæſi loco iniquo eſſent:creditum uulgo eſt ſubueniri eis a legato potuiſſe:ni triſtia edicta ex/horruiſſet:ea quoque ira alienauit a dictatore militum animos:iam ante infenſos quod implacabilis. Quinto Fabio fuiſſet:& quod ſuis precibus negaſſet ei:populo romono ueniam dediſſet Poſteaquam dictator:præpoſito in urbe .L.Papyrio Craſſo magiſtro equitum.Quinto Fabio uetito quicquam ꝓ magiſtratu agere:in caſtra rediit:neque ciuibus ſatis lætus aduentus eius:fuit:nec hoſtibus quicquam attulit terroris.Namq; poſtero die ſeu ignari ueniſſe dictatorem:ſeu adeſſet an ab eſſet:parui facientes inſtructa acie ad caſtra acceſſerunt:cæterum tantum momenti in uno uiro,L.Papyrio:fuit ut ſi ducis cõſilia fauor ſubſecutus militum foret:debellari eo die cum ſamnitibus potuiſſe pro haud dubio ha/bitum ſit:ita iſtruxit aciem loco ac ſubſidiis:ita omni arte bellica firmauit.Ceſſatum a milite ac de idu/ſtria:ut obtrectaret laudibus ducis ĩpedita uictoria eſt.Plures ſamnitium cecidere:plures romani uul/nerati ſunt.Senſit peritus dux:q̃ res uictoriæ obſtaret:temperãdũ ĩgenium ſuũ eẽ:& ſeueritatẽ miſcen/dam comitati.Itaq; adhibitis legatis ipſe circũ ſaucios milites ĩferens in tentoria caput:ſingulos ut ſeſe haberẽt:rogitans:curam eorẽ nominatim legatis tribuniſq; & p̃fectis demandabat:rem p̃ ſe populare ita dexter egit:ut medẽdis corporibus animi multo plus militum ĩperatori recõciliarent:nec quicq̃ ad ſalubritatẽ efficacius fuerit:quã qđ grato aio ea cura accepta eſt.Refecto exercitu cum hoſte cõgreſſus haud dubia ſpe ſua militumq; ita fudit fugauitq; ſamnites:ut ille ultimus eis dies conferẽdi ſigna cum dictatore fuerit.Inceſſit deide:qua duxit:p̃dæ ſpes uictor exercitus:pluſtrauitq; hoſtiũ agros nulla ar/ma:nullam uim nec apertã nec ĩſidiis expertus.Addebat alacritatẽ:qđ dictator prædam oẽm edixerat militibus:nec ira magis publica:quã priuatum cõpendium in hoſtẽ acuebat.His cladibus ſubacti ſam nites pacẽ a dictatore petiere:cum quo pacti ut ſingula ueſtimẽta militibus & annuũ ſtipẽdium darẽt. Cum ire ad ſenatũ iuſſi eſſent:ſecuturos ſe dictatorẽ reſpõderunt:unius eius fidei uirtutiq; cãm ſuam cõmendãtes.Ita deductus ex ſamnitibus exercitus.Dictator triũphans urbem eſt ĩgreſſus:& cũ ſe dicta tura abdicare uellet:iuſſu patrũ:priuſquã abdicaret:cõſules creauit Claudiũ Sulpiciũ Longum iterum Q.Aemylium Cæritanũ.Samnites:ĩfecta pace:qa de cõdicionibus agebaṫ:ĩducias ánuas ab urbe rettu lerunt:nec earẽ ipſarẽ ſancta fides fuit:adeo poſteaq̃ Papyriũ abiſſe magiſtratu nũciatum eſt:arrecti ad bellãdum animi ſunt:Claudio Sulpicio.Q.Aemylio:Aulum qdam annales habẽt cõſulẽ.Ad defectio nem ſamnitium appulũ nouũ bellũ acceſſit.Vtroq; exercitus miſſi.Sulpicio ſamnites:Appulia Aemy lio ſorte euenerũt.Sũt q nõ ipſis appulis bellũ illatũ:ſed ſocios eius gẽtis populos ab ſamnitiũ ui atq; in iuriis defenſos ſcribãt.Cæterẽ fortuna ſamnitiũ uix a ſeipſis eo tpe ꝓpulſantium bellũ ꝓpius ut ſit ue/ro facit nõ appulis ab ſamnitibus arma illata:ſed cum utraq; ſimul gẽte bellũ romanis fuiſſe.Nec tamẽ res ulla memorabilis acta:ager appulus Samniũq; euaſtatũ: hoſtes nec:hic:nec illic inuenti. Romæ no cturnus terror:ita ex ſomno trepidã repente ciuitatem exciuit:ut capitoliũ atq; arx mœniaq; & portæ plena armatorẽ fuerint:& cũ cõcurſatum clamatũq; ad arma oĩbus locis eẽt:prima luce nec auctor:nec cauſa terroris cõparuit.Eodẽ áno de tuſculanis flauia rogatiõe fuit iudiciũ.M.Flauius tribunus plebis tulit ad populũ ut in tuſculanos aĩaduertẽret:quorẽ ope ac cõſilio ueliterni priuernateſq; Po.Ro.bellũ feciſſent: Populus tuſculanus cũ cõiugibus ac liberis Romã uenit:ea multitudo ueſte mutata & ſpecie reorẽ tribus circuit genibus ſe oĩum aduoluens.Plus itaq; miſericordia ad pœnæ ueniam quã cã ad cri men purgãdum ualuit.Tribus oẽs p̃ter polliã antiquarunt legem.Polliæ ſnĩa fuit puberes uerberatos necari:coniuges liberoſq; ſub corona lege belli uenire:memoriãq; eius iræ tuſculanis ĩ pœnæ tam atro cis auctores mãſiſſe ad patrũ ætatẽ conſtat; nec quẽq̃ ex pollia tribu candidatum ferme datũ Papyriã

Atẽ. Papyrii dictatoris ꝓnũcia tionem

Victi Sãnites pacẽ poſcunt

Claudi. Sulpi. Q.Aemylius conſ.

ferre ſolitum. In ſequenti anno. Qu. Fabio. L. Fuluio conſulibus. A. Cornelius Aruina dictator: &. M. Fabius Ambuſtus magiſter equitum: metu grauioris in Samnio belli: conducta enim prætio a finitimis iuuentus dicebatur intentiore delectu habito: egregium exercitum aduerſus ſamnites duxerũt caſtra in hoſtico incurioſe ira poſita tanquam procul abeſſet hoſtis: cum ſubito aduenere ſamnitium legiones tanta ferocia: ut uallum uſq; ad ſtationem romanam inferrent: nox iam appetebat: id prohibuit muniméta adoriri: nec diſimulabant orta luce poſtero die facturos. Dictator ubi propioré ſpe dimicationé uidit: ne militũ uirtuti damno locus eſſet: ignibus crebris relictis: q conſpectum hoſtium fruſtarent: ſilentio legiões educit: nec tamen fallere ꝓpter propinqtate.n caſtroꝝ potuit: eques extemplo inſecutus ita inſtitit agmini: ut donec luceſceret prælio abſtineret nec pedeſtres qdem copiæ ante lucé caſtris egreſſæ. Eques luce demũ auſus incurſare ĩ hoſtem: carpendo nouiſſimos præmédoq; iniqs ad tranſitum locis agmen detinuit interim pedes eqtem aſſecutus & totis iam copiis ſamnis urgebat. Tũ dictator poſteaquã ſine magno incõmodo progredi nõ poterat: eũ ipſum: in quo conſtiterat: locum caſtris cõmuniri iuſſit. Id uero circunfuſo undiq; éqtatu: ut uallum peteret: opuſq; inciperet: fieri nõ poterat: Itaq; cũ neq; eũdi neq; manendi copiam eſſe uidet: inſtruit aciem impedimétis ex acie remotis: inſtruũtur cõtra & hoſtes & animis: & uiribus pares. Auxerat id maxie aĩos quod ignari loco iniquo nõ hoſti ceſſum. uelut fugiétes ac territos terribiles ipſi ſecuti fuerant. Id aliquandiu æquauit pugnã: iampridem deſueto ſamnite clamoré romani exercitus pati: At hercule illo die ab hora diei tertia ad octauam: ita anceps dicit certamen ſtetiſſe: ut neq; clamor ut primo ſemel cõcurſum eſt: ſublatus iteratus ſit: neq; ſigna ꝓmota loco retroue recepta: neq; recurſum ab ulla ſit parte: in ſuo quiſque gradu obnixi urgentes ſcutis ſine reſpiratione ac reſpectu pugnabant: fremitus æqualis tenorq; idé pugnæ in defatigationem ultimam: aut noctem ſpectabat. Iam uiris uires iam ferro ſuauis iam ducibus cõſilia deerant cũ ſubito ſamnitium eqtes cum turma una lõgius prouecta accepiſſent impediméta romanoꝝ procul ab armatis ſine præſidio: ſine muniméto ſtare: auiditate prædæ impetũ faciũt. Quod ubi dictatori nũcius trepidus attulit: ſine mõ iquit: ſe præda præpediãt: alii deinde ſuper alios diripi paſſim ferriq; fortunas militum uociferabãtur. Tũ magiſtro eqtum accito: uides tu: inqt. M. Fabi ab hoſtium eqte omiſſam pugnã? hærent impediti impedimétis noſtris: aggredere: qd' inter prædandũ omni multitudini euenit diſſipatos: raros eqs inſidentes: raros: quibus ferrum in manu ſit: inuenies: equoſque: dum præda onerant: cæde inermes cruentamq; illis prædã redde: mihi legiones peditũq; pugna curæ erũt penes te equeſtre ſit decus. Eqtum acies qualis: quæ eſſe inſtructiſſima poteſt: inuecta in diſſipatos ĩpeditoſq; hoſtes cæde oĩa replet: inter ſarcinas omiſſas repente obiacétes pedibus fugiétium conſternatorumq; equoꝝ neq; pugnæ: neq; fugæ ſatis potentes cædunt: Tum deleto ꝓpe equitatu hoſtium. M. Fabius circunductis paulum alis a tergo pedeſtrem aciem adoritur: clamor inde nouus accedés & ſamnitium animos terruit: & dictator ubi reſpectantes hoſtium anteſignanos: turbataq; ſigna & fluctuãtem aciẽ uidit: tum appellare: tum adhortari milites: tribunos principeſq; ordinum nominatim ad iterandã ſecum pugnam uocare. Nouato clamore ſigna inferuntur: & quocunq; ingrediebantur: magis magiſq; turbatos hoſtes cernebant. Eques ipſe iam primis erat in conſpectu: & Cornelius reſpiciés ad manipulos militum quod manu: quod uoce poterat: mõſtrabat uexilla ſe ſuorum parmaſq; cernere equitum. Quod ubi auditum ſimulq; uiſum eſt: adeo repéte laboris per diem pene totum tolerati uulnerumq; obliti ſunt: ut haud ſecus: quam ſi tum ĩtegri e caſtris ſignum pugnæ accepiſſent: concitauerint ſe ĩ hoſtem. Nec ultra ſamnis tolerare terrorem equitum peditumq; ui potuit: partim in medio cæſi: partim in fuga diſſipati ſunt. Pedeſtres reſtantes ac circunuentos cædunt: ab equite fugientium ſtrages eſt facta: inter quos & ipſe imperator cecidit. Hoc demum prælium ſamnitium res ita infregit: ũt omnibus conciliis fremerent: minime id quidem mirum eſſe: ſi impio bello & contra fœdus ſuſcepto: infeſtioribus merito diis: quam hominibus nihil proſpere agerent: expiandum id bellum magna mercede luendumq; eſſe. Id referre tantum utrum ſupplicia noxio paucorum: an omnium inoxio præbeant ſanguine: audebantq; iam quidem nominare auctores armorum. Vnum maxime nomen per cõſenſum clamantium Brutuli Papyrii exaudiebatur. Vir nobilis potéſq; erat haud dubie proximarum induciarũ ruptor: de eo coacti referre prætores decretum fecerunt: ut Brutulus Papyrius romanis dederetur: & cum eo præda omnis romana captiuiq; Romam mitterent: quæq; res per fœciales ex fœdere repetitæ eſſent: ſecundum ius faſq; reſtituerentur. Fœciales Romam: ut cẽſuerunt: miſſi: & corpus Brutuli examine ipſe morte uoluntaria ignominiæ ſe ac ſupplicio ſubtraxit: placuit cum corpore bona eius quoq; dedi. Nihil tamen earum rerum præter captiuos: & ſi qua cognita ex præda ſunt: acceptum eſt: ſed cæterarum rerum irrita fuit deditio. Dictator ex ſenatuſconſulto triumphauit. Hoc bello a conſulibus bellatum: quidam auctores ſunt: eoſque de Samnitibus triumphaſſe. Fabium etiam in Appuliam proceſſiſſe: atque inde magnas prædas egiſſe nec diſcrepant quin dictator eo anno. A. Cornelius fuerit. Id ambigitur belli ne gerendi cauſa creatus ſit: an ut eſſet qui ludis romanis: quia. L. Plautius prætor graui morbo forte implicitus erat: ſignum mittendis quadrigis daret: funcſtuſque eo haud ſane memorãdi imperii miniſterio ſe dictatura abdicaret: nec facile eſt aut rem rei: aut auctorem auctori præferre. Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor falſiſque imaginum titulis: dum familia ad ſe quæque famam rerum geſtarum honorumque fallente mendatio trahunt. Inde certe & ſingulorum geſta: & publica monumenta rerum confuſa: nec quiſquam æqualis temporibus illis ſcriptior extat: quo ſatis certo auctore ſtetur.

Q. Fabius. L. Fuluiuſ conſ.

Atť. ob ſtinatoſ ĩ pugna aios

Cædũť Sãnites

Brutulus Papyrius

Brutulus a Sãnitibus cediť

Nota p̃ tores ſignũ dare cõſueſſe quadrigis

PRIMAE DECADIS
TITI LIVII PATAVINI HISTORICI AB VRBE CONDITA. LIBER NONVS.

T.Ve/turius Sp.Po/ſthũius conſ.

EQVITVR Hunc annum nobilis Clade Romana caudina pax. T.Ve/turio Caluino. Sp. Poſthumio cõſulibus. Samnites eo anno ĩperatorem Claudiũ Pontiũ Herénii filiũ habuerũt: patre longe prudẽtiſſimo natũ: primũ ipm bellatorẽ ducẽq; Is ubi legati: qui ad dedendas res miſſi erãt pace ifecta redierũt: ne nihil actũ: inqt: hac legatiõe cẽſeatis: expiatum eſt q̃cqd ex fœdere rupto iraꝝ ĩ nos cæleſtium fuit. Satis ſcio: qbuſcũq; diis cordi: fuit ſubigi nos ad neceſſitatẽ dedẽdi res: q̃ a nobis ex fœdere repeti tæ fuerãt iis nõ fuiſſe cordi tam ſupbe ab romanis: fœderis expiatõiem ſpretã. Quid.n. ultra fieri ad placãdos deos mitigandoſq; hoĩes potuit q̃ qđ nos fecimus? Res hoſtiũ ĩ p̃da captas: q̃ belli iure noſtræ uidebant re miſimus auctores belli qa uiuos nõ potuimus: p̃fũctos iã fato dedimus bona eoꝝ: neqd ex cõtagiõe noxæ remaneret penes nos. Romã portaui mus. Quid ultra tibi romane: qd fœderi: qd diis arbitris fœderis debeo? qué tibi tuaꝝ iraꝝ: qué meoꝝ ſupplicioꝝ iudicẽ ferã? neminẽ neq; populũ neq; priuatũ fugio. Quod ſi nihil cũ potẽtiore iuris humani relinquit inopi: at ego ad deos uindices ĩtolerãdæ ſupbiæ cõfugiam & p̃cabor ut iras ſuas uertãt in eos: qbus nõ ſuæ redditæ res: nõ alienæ accumulatæ ſatis ſint: quoꝝ ſæ uitiã nõ mors noxioꝝ: nõ deditio exanimatoꝝ corpoꝝ nõ bona ſequẽtia domini deditionẽ exatient: placari nequeãt: niſi hauriendũ ſanguinẽ laniãda uiſcera nr̃a p̃buerimus. Iuſtũ é bellũ ſamnites: qbus ne ceſſariũ: & pia arma: qbus nulla niſi ĩ armis relinquit ſpes. Proíde cũ reꝝ humanaꝝ maximũ momẽtũ ſit: q̃ ꝑpitiis rẽ: q̃ aduerſis agãt diis: pro certo habete priora bella aduerſus deos magis: q̃ hoĩes geſſiſſe: hoc qđ iſtat ducibus ipſis diis geſturos. Hæc nõ læta magis: quã uera uaticinatus: exercitu educto circa Caudiũ caſtra: q̃ põt occultiſſime: ducit íde ad Calatiã: ubi iam cõſules romãos caſtraq; eẽ audiebat: mi lites decẽ paſtoꝝ habitu mittit: pecoraq; diuerſos alium alibi haud ꝑcul romanis paſcere iubet p̃fidiis: ubi iciderit ĩ p̃datores: ut idẽ oĩbus ſermo cõſtet: legiones ſamnitiũ ĩ Appulia eẽ: Luceriã oĩbus copiis circũſedere: nec ꝑcul abeſſe qn ui capiãt. Iam & is ẽt rumor ante de iduſtria uulgatus uenerat ad roma nos: ſed fidẽ auxere captiui eo maxime: qđ ſermo ĩter oẽs cõgruebat. Haud erat dubiũ: qn lucerinis opẽ romanus ferret bonis ac fidelibus ſociis: ſimul ne Appulia oĩs ad p̃ſentem terrorẽ deficeret: ea modo: q̃

Caudĩe furcæ

irent: cõſultatio fuit. Duæ ad Luceriã ferebãt uiæ: altera ꝑpter oram ſuperi maris patens apraq;: ſed q̃to tutior: tanto uere lõgior: altera p̃ furcas caudinas breuior: ſed ita natura loci eſt: ſaltus duo alti ſiluoſiq; ſunt montibus circa ſe ꝑpetuis ĩterſe iuncti: iacet ĩter eos ſatis patẽs clauſus in medio campus herbidus aquoſuſq;: p̃ quem medium iter eſt: ſed antequã uenias ad eum: intrandæ primæ anguſtiæ ſunt: & aut eadem: qua te inſinuaueris: retro uia repetẽda: aut ſi ire porro pergas p̃ alium ſaltum artiorem ĩpeditio remq; euadẽdum. In eũ campũ uia alia p̃ cauã rupẽ romani remiſſo agmine: cũ ad alias anguſtias pro/tinus pergerent ſeptas deiectu arboꝝ ſaxorumq; ingentium obiacente mole inuenere. Cum fraus ho/ſtilis apparuiſſet: præſidiũ etiã in ſummo ſaltu cõſpicitur: citati ĩde retro: q̃ uenerãt: pergũt repetere uiã eã quoq; clauſam ſua obice armiſq; ĩueniunt: ſiſtunt ĩde gradum ſine ullius imperio: ſtupor omniũ ani mos ac uelut torpor qdam ĩſolitus mẽbra tenet: ĩtuenteſq; alii alios cũ alteꝝ quiſq; magis mẽtis com/potẽ ac cõſilii ducerent: diu ĩmobiles ſilent: deĩde ubi prætoria cõſulum erigi uidere & expedire quoſ/dam utilia operi: quanq̃ ludibrio fore muniẽtes perditis rebus ac ſpe omni adempta cernebãt: tamen ne culpã malis adderẽt pro ſe quiſq; nec hortante ullo nec imperãte ad muniendum uerſi: caſtra prope aquam uallo circũdant: ſua ipſa opera laborẽq; irritum: prætereq̃ quod hoſtes ſuperbe increpabãt cum miſerabili cõfeſſione eludentes: ad conſules mœſtos ne aduocãtes qdem in cõſilium: quando nec con/ſilio: nec auxilio locus eſſet: ſua ſpõte legati ac tribuni cõueniunt: militeſq; in prætoriũ uerſi opẽ: quam uix dii ĩmortales ferre poterãt ab ducibus expoſcunt. Querẽtes magis: q̃ cõſulentes nox oppreſſit: cũ p̃

Inter/cludit/ro. exer citus

ĩgenio quiſq; fremerent: alius per obices uiaꝝ alius per diuerſa montiũ p̃ ſiluas: qua ferri arma poterãt eamus mõ ad hoſtẽ peruenire liceat: quẽ p̃ annos iã ꝑpe. xx. uicimus: oĩa æqua ac plana erũt romano in prefidũ ſamnitẽ pugnãti alius quo aut q̃ eamus? num montes moliri ſede ſua paramus? dũ hæc ĩmi nebunt iuga: qua tu ad hoſtẽ uenies armati inermes fortes ignaui pariter oẽs capti atq; uicti ſumus: ne ferrũ qdem ad bene moriendũ oblaturus eſt hoſtis ſedẽs bellũ cõficiet. His ĩuicem ſermonibus tãquã quietis ĩmemores nox traducta eſt. Ne ſamnitibus quidẽ conſiliũ in tam lætis ſuppetebat rebus itaq;

Heren/nii pon tii ſnĩa

uniuerſi Herenniũ Pontium patrẽ ĩperatoris p̃ litteras conſulendũ cẽſuerunt. Iam is grauior annis nõ militibus ſolũ ſed ciuilibus quoq; abſceſſerat muneribus: ĩ corpore tamẽ affecto uigebat uis animi con ſiliiq;. Is ubi accepit ad furcas caudinas ĩter duos ſaltus clauſos exercitus romanos: cõſultus ab nuncio filii cenſuit oẽs inde quãprimũ inuiolatos dimittẽdos: quæ ubi ſpreta ſentẽtia eſt iterũq; eodẽ remeãte nuncio cõſulebatur: cenſuit ad unũ oẽs interficidẽos. Quæ ubi tam diſcordia inter ſe uelut ex ancipiti oraculo reſponſa data ſuut: quãquam filius ipſe in primis iam aĩum quoq; patris cõſenuiſſe in affecto corpore rebat tamen cõſenſu oĩum uictus eſt: ut ipſum in conſiliũ acciperet. Nec grauatus ſenex plauſtro in caſtra dicitur: aduectus uocatuſq; in conſiliũ ita ferme locutus eſt: ut nihil ſententiæ ſuæ muta/ret. cauſas tantum adiiceret. Priore ſe conſilio: quod optimũ duceret: cum potentiſſimo populo per in gens beneficiũ perpetuam firmare pacẽ amicitiamq;: altero cõſilio ĩ multas ætates quibus amiſſis duo

bus exercitibus:haud facile receptura uires romana res bellū differre:tertium nullū consilium esse Cū filius aliiq; principes ꝑcunctando exquirerent:qd si media uia consiliū caperetur:ut & dimitterentur i/ columes:& leges is iure belli uictis ꝑponerentur? ista qdem sententia:inquit:ea é:quæ neq; amicos pa/ rat:neq; inimicos tollit:seruate modo quos ignominia irritaueritis. Ea é romana gens:quæ uicta quie/ scere nesciat:uiuet semꝑ in pectoribus illoꝝ quicquid istuc præsens necessitas iniunxerit:neq; eos ante multiplices pœnas expetitas a nobis qescere sinet. Neutra snīa accepta:Herennius domum aduectus. Et in castris romanis cū frustra multi conatus ad erumpendū capti essent:etiam oīum reꝝ inopia eēt: uicti necessitate legatos mittunt:qui primū pacem peterent æquam:si pacem nō impetrarēt: prouoca/ rent ad pugnā. Tū Pontius debellatū esse respondit:& quoniā ne uicti quidem ac capti fortunam fateri scirēt:inermes cū singulis uestimentis sub iugū missurum:alias cōdiciōes pacis æquas uictis ac uictori bus fore:si agro samnitiū decederēt:coloniæ abducerent:suis inde legibus romanū ac samnitem æquo fœdere uicturꝝ. His cōdicionibus paratum se esse fœdus cum consulibus ferire:siquid eoꝝ displiceat:le gatos iam redire ad se uetuit. Hæc cū legatio renunciaretur:tātus gemitus oīum subito exortus est: tan taq; mœsticia incessit:ut non grauius accepturi uiderentur:si nunciarēt oībus eo loco mottē oppetēdā esse. Cū diu silentiū fuisset:nec consules aut pro fœdere tam turpi:aut cōtra sœdus tam necessarium hi scere possent:tum. L. Lentulus:qui tum princeps legatoꝝ uirtute atq; honoribus erat: patrem: inquit meum consules sæpe audiui memorantē se in capitolio unū nō fuisse auctorē senatui redimendæ auro a gallis ciuitatis:quando nec fossa uallo q; ab ignauissimo ad opa ac muniendū hoste clausi essent:& erū pere si nō sine periculo magno:tamen sine certa pernicie possent. Quod si illis:ut decurrere ex capitolio armatis in hostem licuit:quo sæpe modo obsessi in obsidētes eruꝑerunt:ita nobis æquo:aut iniquo lo co dimicandi tantūmodo cum hoste copia esset:non mihi paterni animi īdoles ī consilio dādo deesset: Equidē mortē pro patria præclarā esse fateor:& me uel deuouere pro Popu. Ro. legionibusq;:uel ī me dios me mittere hostes paratus sum:sed hic patriā uideo:hic quicquid romanoꝝ legionū est: quæ si ꝑ se ipsis ad mortē ruere uolunt:quid habent:quod morte sua seruēt? tecta urbis dicat aliquis & mœnia: & eā turbā:a qua urbs īcolitur:imo hercule produntur ea magis oīa deleto hoc exercitu:nō seruantur: quis. n. ea tuebitur? imbellis uidelicet atq; inermis multitudo? tā hercule:quā a galloꝝ īpetu defendit: an a Veiis exercitū Camillūq; ducem implorabunt? Hic oīs spes opesq; sunt:quas seruando patriā ser/ uamus:dedendo ad necem patriam deserimus ac prodimus. At fœda atq; ignominiosa deditio est: sed ea caritas patriæ est:ut tam ignominia eam:quā morte nostra si opus sit:seruemus. Subeatur ergo ista: quantacunq; est īdignitas:& pareatur necessitati:quam ne dii quidē superant. Ite consules:redimite ar/ mis ciuitatē:quā auro maiores nostri redemerunt. Cōsules ꝑfecti ad Pontium in colloquiū cū de fœ/ dere uictor agitaret:negarunt iniussu populi fœdus fieri posse nec sine fœcialibus cerimoniaq; alia so/ lemni. Itaq; nō ut uulgo credunt. Claudiusq; etiam scribit fœdere pax caudina:sed per spōsionē facta é: quid enim aut spōsoribus ī fœdere opus eēt:aut obsidibus ubi ꝓcatione res transigitur? per quē populū fiat:quo minus legibus dictis stetur:ut eū ita Iuppiter feriat:quemadmodū a fœcialibus porcus feriat? Spopōderunt cōsules:præfecti:legati:quæstores:tribuni militū:nominaq; oīum:q spoponderūt:extāt ubi si ex fœdere acta res esset:ꝑterq; duoꝝ fœcialium nō extarent:& ꝓp necessariā fœderis dilationē: ob sides etiam sexcēti equites imperati:q capite luerent:si pacto non staretur:tēpus inde statutū tradendis obsidibus:exercituq; inermi mittēdo. Redītegrauit luctū ī castris cōsulū aduētus:ut uix ab iis abstine/ rent manus:quoꝝ temeritate ī eū locū deducti eēnt:quoꝝ ignauia:fœdius īde:quā uenissent abituri il lis nō ducē locoꝝ nō exploratorē fuisse:bælluaꝝ modo cæcos ī foueā missos alii alios intueri:cōtēplari arma mox tradēda & inermes futuras dextras obnoxiaq; corpora hosti. Proponere sibimetipsi āte ocu/ los iugū hostile:& ludibria uictoris:& uultus supbos:& ꝓ armatos inermiū iter:īde fœdi agminis mise rabilē uiā ꝓ socioꝝ urbes:reditū ī pātriam ac parētes:quo sæpe ipsi maioresq; eoꝝ triūphātes uenissent: Se solos sine uulnere:sine ferro:sine acie uictos:sibi nō stringere licuisse gladios:non manum cum ho/ ste cōferre:sibi nequicquā animos datos. Hæc frementibus hora fatalis ignominiæ aduenit oīa tristio ra experiundo factura:quā quæ præceperant animis. Iam primū cum singulis uestimētis inermes extra uallum exire iussi:& primi traditi obsides:atq; in custodiā abducti. Tum a cōsulibus abire lictores ius/ si:paludamētaq; detracta tantā iter eos:qui pauloante eos execrantes dedendos lacerandosq; censuerāt miserationē fecit:ut suæ quisq; condicionis oblitus ab illa deformatione tantæ maiestatis uelut a nefan do spectaculo auerteret oculos. Primi consules prope seminudi sub iugum missi:tum ut quisq; gradu proximus erat:ita ignominiæ obiectus:tum deiceps singulæ legiones circunstabant armati exprobrā tes eludentesq;:gladii etiā plærisq; intemptati:uulnerati quidam necatiq;:si uultus eoꝝ indignitate re rum acrior uictorē offendisset:ita traducti sub iugū:& qđ pene grauius erat per hostiū oculos:cū ex sal tu euasissent:ac si uelut ab inferis extracti:tum primū lucem aspicere uisi sunt: tamē ipsa lux ita defor/ me intuentibus agmen omni morte tristior fuit. Itaq; cū ante noctem Capuam peruenire possent īcer ti de fide sociorum: & quod pudor præpediebat:circa uiam haud procul Capua omniū egena corpo/ ra humi ꝓstrauerūt. Quod ubi é Capuam nunciatū:euicit miseratio iusta socioꝝ superbiam ingenitā campanis:cōfestim insignia sua consulibus:fasces:lictores:arma:equos uestimenta:commeatus militi/ bus benigne mittunt:& uenientibus Capuam cunctus senatus populusque obuiam egressus:iustis oī/ bus hospitalibus priuatisq; & publicis fungitur officiis:neq; illis socioꝝ comitas:uultusq; benigni & al loquia nō modo sermonem elicere:sed ne ut oculos quidē attollerent:aut consolantes amicos contra

Pareat necessi/ tati q̄ ne dii superāt

Roma/ noꝝ cō sulum ignomi nia

Sub iu/ gū mit/ tit' Ro. exercit⁹

intuerentur efficere poterãt:adeo ſuper mœrorem pudor quoq; effugere colloquia & cœtus hominũ cogebat.Poſtero die cũ iuuenes nobiles miſſi a Capua:ut proficiſcentes ad finẽ campanum proſequerentur:reuertiſſent:uocatiq; i curiam ꝑunctãtibus maioribus natu:multo ſibi mœſtiores & abiectiores animi uiſos referrent:adeo ſilens ac prope mutũ agmen inceſſiſſe:tacere indolem illam romanã: ablatoſq; cum armis aĩos:nõ reddere ſalutẽ nõ ſalutantibus dare reſponſum:nõ hiſcere quemquam præ metu potuiſſe:tanq̃ ferentibus adhuc ceruicibus iugum ſub qđ emiſſi eẽnt. Habere ſamnites uictoriã non ꝑclaram ſolũ:ſed etiam perpetuã:cepiſſe.n.eos non Romam ſicut ante gallos:ſed quod multo bellicoſius fuerit romanã uirtutẽ ferociamq;.Cũ hæc dicerẽtur audirenturq;:& deploratũ pene Romanũ nomẽ in cõſilio ſocioꝝ fideliũ eẽt:dicitur Offillius Acalauius Oui filius clarus genere factiſq; tũ etiam ætate uerendus:longe aliter ſe habere rẽ dixiſſe:ſilentiũ illud obſtinatũ:fixoſq; i terrã oculos : & ſurdas ad omnia ſolatia aures:& pudorẽ ĩtuendæ lucis:ingentẽ molem irarum ex alto animi ciẽtis indicia eẽ: aut romana ſe ignorare ingenia:aut ſilentiũ illud ſamnitibus flebiles breui clamores gemituſq; excaturũ:caudinæq; pacis aliquãto ſamnitibus:quã romanis triſtioꝛẽ memoriã fore:ꝙppe ſuos quẽq; eoꝝ animos habituꝝ ubicunq; cõgreſſuri ſint:ſaltus caudinos nõ ubiq; ſamnitibus fore.Iã Romæ & ſua ĩfamis clades erat:obſeſſos primũ audierũt:triſtior deĩde ignominioſæ pacis:quã ꝑiculi nũcius fuit. Ad famam obſidionis delectus haberi cœptus erat:dimiſſus deĩde auxilioꝝ apparatus:poſteaquã deditionem tã fœde factam acceperũt:extẽploq; ſine ulla publica auctoritate cõceſſum i oẽm formã luctus ẽ. Tabernæ circa forum clauſæ:iuſticiumq; in foro i ſua ſpõte cœptũ:priuſq̃ indictũ:lati claui:annuli aurei poſiti:pene mœſtior exercitu ipſo ciuitas eſſe:nec ducibus ſolum atq; auctoribus ſpõſoribuſq; pacis iraſci:ſed inoxios etiam milites odiſſe & negare urbi tectiſue accipiẽdos.Quam concitationẽ animorũ fregit aduentus exercitus etiã iratis miſerabilis:nõ.n.tanq̃ in patriam reuertentes ex iſperato icolumes ſed captoꝝ habitu uultuq; igreſſi ſero i urbem:ita ſe i ſuis quiſq; tectis abdiderunt:ut poſtero die atq; i ſequentibus diebus nemo eoꝝ foꝝ aut publicũ aſpicere uellet.Cõſules in priuato abditi nihil pro magiſtratu agere:niſi qđ expreſſum ſenatuſconſulto ẽ:ut dictatorem dicerent comitioꝝ cauſa.Q.Fabiũ Ambuſtũ dixerunt:&.P.Aemyliũ Petũ magiſtrum equitũ:quibus uitio creatis:ſuffecti.M.Aemylius Pappus dictator.L.Valerius Flaccus magiſter equitũ:nec per eos comitia habita:& quia tedebat populum omnium magiſtratuũ eius anni res ad interregnũ rediit:ĩterreges.Q.Fabius Maximus.M.Valerius Coruinus.Is cõſules creauit.Q.Publiũ Philonẽ:&.L.Papyriũ Curſorẽ iterum:haud dubio cõſenſu ciuitatis qđ nulli ea tempeſtate duces clariores eẽnt.Quo creati ſunt die:eo ſic.n.placuerat patribus: magiſtratũ inierunt.ſolẽnibuſq; ſanctis ꝑfectis:de pace caudina rettulerũt:& Publius penes quẽ faſces erãt:dic Spuri Poſthumi:inqt.Qui ubi ſurrexit:eodẽ illo uultu quo ſub iugum miſſus erat:haud ſum ignarus:inqt:cõſules ignominiæ nõ honoris cauſa me primum excitatum iuſſumq; dicere non tanq̃ ſenatorem:ſed tanq̃ reũ tã infelicis belli:quã ignominioſæ pacis:ego tamẽ q̃do neq; de noxa noſtra:neq; de pœna rettuliſtis:omiſſa defenſione quæ non difficillima eẽt apud haud ignaros fortunaꝝ humanarum neceſſitatũq; ſniam de eo de quo rettuliſtis:paucis peragam:quæ ſnĩa teſtis erit:mihi ne an legionibus ueſtris pepercerim:cum me ſeu turpi:ſeu neceſſaria ſpõſione obſtrinxi:qua tamẽ quãdo iniuſſũ populi facta ẽ:nõ teneẽ populus romanus:nec qcquã ex ea prætereq̃ corpora noſtra debenẽ ſamnitibus. Dedamur per fœciales nudi uinctiq; exoluamus religiõe populũ:ſi qua obligauimus:neqd diuini aut humani obſtet:quo minus iuſtum piumq; de integro ineatur bellũ:interea conſules exercitũ ſcribere: armare:educere placet:nec prius ingredi hoſtiũ fines:quã oĩa iuſta ĩ deditionẽ noſtram perfecta erunt. Vos dii ĩmortales precor quæſoq; ſi uobis nõ fuit cordi.Sp.Poſthumiũ.T.Veturiũ cõſules cũ ſamnitibus proſpere bellũ gerere:at uos ſatis habeatis uidiſſe nos ſub iugum miſſos:uidiſſe ſponſione infami obligatos:uidere nudos uĩctoſq; hoſtibus deditos oẽm irã hoſtium noſtris capitibus excipiẽtes:nouos conſules legiõeſq; romanas ita cũ ſamnite gerere bellũ uelitis:ut oĩa ante nos conſules bella geſta ſunt. Quæ ubi dixit:tãta ſimul admiratio miſeratioq; uiri ĩceſſit hoĩes:ut modo uix crederẽt illũ eundẽ eẽ. Sp.Poſthumiũ:qui auctor tam'fœdæ pacis fuiſſe modo miſerarenẽ:qđ uir talis etiam ꝑcipuũ apud hoſtes ſuppliciũ paſſurus eẽt ob iram diremptæ pacis.Cum oẽs laudibus modo ꝑſequentes uirũ ĩ ſniam eius pedibus irent:temptata pauliſp ĩterceſſio ẽ a.L.Liuio:&.Q.Melio tribunis plebis qui neq; exolui religione populum aiebãt deditione ſua:niſi oĩa ſamnitibus:qualia apud Caudiũ fuiſſent:reſtituerenẽ: neq; ſe pro eo:qđ ſpõdendo pacẽ ſeruaſſẽt:exercitum Po.Ro.pœnam ullã meritos eſſe:neq; ad extremum:cũ ſacroſancti eẽnt:dedi hoſtibus uiolariue poſſe.Tũ Poſthumius ĩterea dedite:ĩqt:ꝑfanos nos: quos ſalua religiõe poteſtis:dedetis deĩde & iſtos ſacroſanctos:cũ primum magiſtratu abierĩt:ſed ſi me audiatis:priuſq̃ dedãtur hic ĩ comitio uirgis cæſos:hãc iã ut ĩter calatæ pœnæ uſurã habeãt.Nã qđ deditione noſtra negant exolul religione populũ:id iſtos magis ne dedanẽ:quã qa ita res habeat dicere qs adeo iuris fœcialiũ expers eſt:q ignoret? neq; ego ĩficias eo patres cõſcripti tam ſpõſores:quam fœdera ſancta eẽ apud eos hoĩes:apud quos iuxta diuinas religiões fides humana colitur:ſed iniuſſu populi nego qcq̃ ſanciri poſſe:qđ populum teneat. An ſi eadem ſupbia:qua ſpõſionẽ iſtã exꝑſſerunt: nobis ſamnites coegiſſent:nos uerba legitima dedentiũ urbes nũcupare:deditũ populũ romanũ uos tribuni dicetis? & hanc urbẽ templa delubra:fines:aquas ſamnitiũ eſſe? omitto deditionẽ:quoniam de ſponſiõe agitur.Quid tandẽ ſi ſpopondiſſemus urbẽ hanc relicturũ Populum Romanum? ſi ĩceſurum? ſi magiſtratus:ſi ſenatũ:ſi leges non habiturum? ſi ſub regibus futurum? Dii meliora:inquis:atqui non idignitas rerum ſponſioni uinculum leuat.Siquid eſt:ĩ quo obligari populus poſſit:ĩ omnibus põt: & ne

Aut offi.legendũ é aut ouilius & non offilius

Contra pliniũ q C.Marium primũ annulo aureo triũphaſſe ait Qu. Publiũ philonẽ L.Papyriũ cõſ.

Dubiũ an tribuni tamẽ eẽnt an poſtea creati

illud quidē:qđ quoſdam forſitan moueat:refert:cōſul an dictator:an prætor ſpopōderit:& hoc ipſi ēt ſamnites iudicauerūt:quibus nō fuit ſatis cōſules ſpōdere:ſed legatos:quæſtores tribunos militū ſpon dere coegerunt.Nec a me nunc qſq̄ quæſiuerit:quid ita ſpoponderim:cū id nec cōſulis ius eſſet: nec il/ lis ſpōdere pacē:quæ mei nō erat arbitrii:nec pro uobis:qui nihil mandaueratis:poſſem.Nihil ad Cau diū patres cōſcripti humanis cōſiliis geſtum ē:dii īmortales & ueſtris:& hoſtiū īperatoribus mentem ademerunt:nec nos ī bello ſatis cauimus:& illi male partā uictoriā male ꝑdiderunt:dū uix locis:qbus uicerāt:credūt:dū q̄cunq; cōdicione arma uiris ī arma natis auferre feſtināt.An ſi ſana mens fuiſſet: dif ficile illis fuit:dū ſenes ab domo ad cōſultādum accerſunt:mittere Romā legatos cū ſenatu:cū populo de pace & fœdere agere? tridui iter expeditis erat:iterea in īduciis res fuiſſet:donec ab Roma legati aut uictoriam illis certā:aut pacē afferrent:ea demū ſponſio eſſet:quā populi iuſſu ſpopōdiſſemus.ſed neq; uos tuliſſetis:nec nos ſpopōdiſſemus:nec fas fuit alium rei exitū eſſe:quā ut illi uelut ſomnio lætiore: quā qđ mētes eoꝝ capere poſſent:neq; eluderētur:& noſtrū exercitū eadem:q̄ impedierat fortuna ex pediret:unam uictoriā uanior irritam faceret pax:ſpōſio īterponeretur:quæ neminem ꝑter ſpōſorem obligaret.Quid.n.uobiſcum patres conſcripti? quid cum Po.Ro.actum ē? quis uos appellare poteſt? quis ſe a uobis dicere deceptum? hoſtis an ciuis? hoſti nihil ſpopōdiſtis:quē neminē ſpōdere pro uobis iuſſiſtis:nil ergo uobis:nec uobiſcū ē:quibus nihil mādaſtis:nec cū ſamnitibus:cū qbus nihil egiſtis. Sā nitibus ſpōſores nos ſumus rei ſatis locupletes in id:qđ noſtrū ē:in id quod ꝑſtare poſſumus corpora noſtra & animos:ī hæc ſæuiant:in hoc ferrū:ī hæc iras acuant.Quod ad tribunos plebis attinet: conſu lite utrum ꝑſens deditio eoꝝ fieri poſſit:an ī diem differatur:nos interim.T.Veturi:uoſq; cæteri uilia hæc capita luēdæ ſponſionis feramus:& noſtro ſupplicio liberemus romana arma.Mouit patres con/ ſcriptos tum cauſa:tum auctor:nec cæteros ſolū:ſed tribunos etiam plebei:ut ſe in ſenatus dicerent fo/ re poteſtate:magiſtratu inde ſe extemplo abdicauerūt:traditiq; fœcialibus cum cæteris Caudium du/ cendi.Hoc facto ſenatuſconſulto lux quædam affulſiſſe ciuitati uiſa eſt:Poſthumius ī ore erat:eū laudi bus ad cælum ferebāt:deuotioni.P.Decii cōſulis aliis claris facinoribus æquabant:emerſiſſe ciuitatē ex obnoxia pace illius cōſilio & opera:ipſum ſe cruciatibus & hoſtiū iræ offerre:piacula ꝑ populo dare ro mano:arma cuncti ſpectant & bellū:qđ deſyderāt futurum:ut congredi armatis cū ſamnite liceat.In ci uitate ira odioq; ardente delectus oīum prope uoluntarioꝝ fuit:reſcriptæ ex eodē milite nouæ legiōes ductuſq; ad Caudiū exercitus.Progreſſi fœciales:ubi ad portā uenere:ueſtem detrahi pacis ſpōſoribus iubent:manus poſt tergum uīciri.Cū apparitor uerecundia maieſtatis Poſthumium laxe uīciret:quin tu:inquit adduces loꝝ:ut iuſta fiat deditio? Tum ubi ī cœtum ſamnitiū & ad tribunal Pōtii uētum eſt A.Cornelius Aruina fœcialis ita uerba fecit.Quādoqdē hiſce hoīes iniuſſu populi romani q̄ritium fœ dus ictum iri ſpopōderunt:atq; ob eā rem noxā nocuerūt:ob eam rē:quo populus romanus ſcelere im pio ſit ſolutus:hoſce hoīes uobis dedo.Hæc dicēte fœciali Poſthumius genu femur: q̄ta maxīe potuit ui:perculit:& clara uoce ait ſe ſamnitem ciuē eſſe:illū legatum fœcialem a ſe cōtra ius gentium uiolatū: eo iuſtius bellum geſturos.Tum Pontius nec ego iſtam deditionē accipiam:inquit : nec ſamnites ratā habebūt:quin tu Spuri Poſthumi:ſi deos eſſe cēſes:aut omnia irrita facis:aut pacto ſtas? ſamniti popu lo oēs:quos in poteſtate habuit:aut pro iis:pax debetur.Sed quid ego te appello:qui te captum uictori cum qua potes fide:reſtituis? Po.Ro.appello:quē ſi ſponſionis ad furcas caudinas factæ pœnitet: reſti/ tuat legiones intra ſaltum:quo ſeptæ fuerunt:nemo quēq̄ deceperit:omnia pro īfecto ſint: recipiant ar ma:quæ per pactionē tradiderunt:redeant:ī caſtra ſua:q̄q̄d pridie habuerunt:quam ī colloquiū eſt uē tum:habeāt:tū bellū:& fortia conſilia placeāt:tūc ſponſio & pax repudietur:ea fortuna iis locis:quā an te pacis mentionem habuimus:geramus bellū:nec populus romanus conſulū ſponſionem: nec nos fi dem Po.Ro.accuſemus.Nunq̄ ne cauſa de fiet:cur uicti pacto nō ſtetis? obſides Porſenæ dediſtis:furto eos ſubduxiſtis:auro ciuitatē a gallis redemiſtis:īter accipiēdū aurum cæſi ſunt:pacē nobiſcū pepigiſtis ut legiones uobis captas reſtitueremus:eam pacē irritā facitis:& ſemp aliq̄ fraudi ſpeciē iuris īponitis. Nō probat populus romanus ignominioſa pace legiōes ſeruatas? pacē ſibi habeat:legiōes captas uicto/ ri reſtituat:hoc fide:hoc fœderibus:hoc fœcialibus cerimoniis dignū erat:ut q̄dem tu:qđ petiſti:ꝑ pa/ ctionē habeas tot ciues īcolumes:ego pacē:quā hoſti tibi remittēdo pactus ſum : non habeam? hoc tu. A.Corneli hoc uos fœciales iuris gentibus dicitis? Ego uero iſtos:quos dedi ſimulatis:nec accipio:nec dedi arbitror:nec moror:quo minus ī ciuitatē obligatā ſpōſione cōmiſſā iratis oībus diis:quoꝝ eludī numen:redeāt:geratur bellum q̄do ſpurius Poſthumius modo legatum fœcialem genu perculit: ita dii credent ſamnitem ciuem Poſthumium non ciuem Romanum eſſe:& a ſamnite Romanum lega/ tum uiolatum:eo uobis iuſtum in nos factum eſſe bellum . Hæc ludibria religionum non pudere ī lu cem proferre? & uix pueris dignas ambages ſenes ac conſulares fallendæ fidei exquirere? I lictor:deme uincula Romanis : moratus ſit nemo:quo minus : ubi uiſum fuerit habeant . Et illi quidem forſitan & publica:ſua certe liberata fide ab Caudio in caſtra Romana inuiolati redierunt. Samnitibus pro ſu/ perba pace infeſtiſſimum cernentibus renatum bellum : omnia quæ deinde uenerunt : non in animis ſolum:ſed prope in oculis eſſe:& ſero nequicquam laudare ſenis Ponti utraq; conſilia:inter quæ ſe me dia lapſos uictoriæ poſſeſſionem pace incerta mutaſſe : & beneficii & maleficii occaſione amiſſā : pu/ gnaturos cum eis:quos potuerint in perpetuum uel inimicos tollere:uel amicos facere:adeoque nullo dum certamine inclinatis uiribus poſt caudinam pacem animi mutauerant : ut clariorem inter Ro/ manos deditio.Poſthumium:quam Pontiū īcruenta uictoria inter ſamnites faceret: & geri poſſe bel/

Nō uī/ deo q̄ ratione Tri.ple. rei geré dæ iter fuerunt

Atť.in poſthu mio egregiā fidei cō ſtantiā

Poſthu mius & alii ca/ ſtra ro. īuiolati redie runt

Sānitiū pfidia ī fregel/ lanos

lum romani pro uictoria certa haberent: ſamnites ſimul rebellaſſe uiciſſe crederēt romanū. Inter hæc ſatricani ad ſamnites defecerāt: & Fregellæ colonia nec opinato aduētu ſamnitium: fuiſſe & ſatricanos cum iis ſatis cōſtat: nocte occupata ē: timor īde mutuus utroſq; uſq; ad lucē quietos tenuit: lux pugnæ initium fuit: quā aliquādiu æquam: & quia pro aris & focis dimicabāt: & qa ex tectis adiuuabat imbel lis multitudo tamē fregellani ſuſtinuerūt. Fraus deīde rem inclinauit: qđ uocem audiri præconis ꝑ ſſi ſunt īcolumē abiturum: q arma poſuiſſet: ea ſpes remiſit a certamīe animos: & paſſim arma iactari cœ/ pta. Pertinacior pars armata ꝑ auerſam portā erupit: tutiorq; eis audacia fuit: quā incautus ad credendū cæteris pauor: quos circūdatos igni neqcq̄ deos fidemq; īuocantes ſamnites cōcremauerunt. Cōſules i/ ter ſe partiti prouincias Papyrius ī Appuliā ad Luceriā pergit: ubi equites romani obſides ad Caudium dati cuſtodiebant: Publius in Samnio ſubſtitit aduerſus caudinas legiones. Diſtēdit ea res ſamnitium animos: quod nec ad Luceriam ire: ne a tergo īſtaret hoſtis: nec manere: ne Luceria interim amitteret: ſatis audebāt: optimum uiſum ē cōmittere rem fortunæ & tranſigere cū Publio certamē: itaq; in aciem copias ducunt: aduerſus quos Publius cōſul cum dimicaturus eſſet: prius alloquendos milites ratus cō cioné aduocari iuſſit: cæterum ſicut īgenti alacritate ad ꝑtoriū cōcurſum ē: ita præ clamore poſcētium pugnam nulla adhortatio īperatoris audita eſt: ſuus cuiq; aīus memor ignominiæ adhortator aderat. Vadunt igit ī ꝑlium urgētes ſigniferos: & ne mora in cōcurſu pilis emittēdis ſtrīgendiſq; īde gladiis eſ ſet: pila uelut dato ad id ſigno abiiciunt: ſtrictiſq; gladiis curſu ī hoſtem ferūtur: nihil illic īperatoriæ ar tis ordinibus: aut ſubſidiis locādis fuit: oīa ira militaris prope ueſano ordine egit. Itaq; non fuſi modo

Vicunt ſamni/ tes

hoſtes ſunt: ſed ne caſtris quidē ſuis fugā īpedire auſi: Appuliā diſſīpati petiere: Luceriā tamē coacto rur ſus ī unū agmine ē peruentū. Romanos ira eadē: quæ per mediā hoſtiū aciem ītulerat: & ī caſtra pertu/ tulit: ībi plus quam ī acie ſanguinis ac cædis factum: ꝑdæq; pars maior ira corrupta: Exercitus alter cū Papyrio cōſule: locis maritimis ꝓuenerat Arpos per oīa pacata ſamnitiū magis iniuriis & odio: quā be neficio ullo Po. Ro. nam ſamnites ea tēpeſtate ī mōtibus uicatim habitātes campeſtria & maritima lo/ ca cōtemptu cultoꝝ molliore: atq; ut euenit fere locis ſimili genere ipſi mōtani atq; agreſtes depopula/ buntur: quæ regio ſi fida ſamnitibus fuiſſet: aut peruenire Arpos exercitus romanus nequiſſet: aut iter iecta īter Romā & Arpos penuria reꝝ oīum excluſos a cōmeatibus abſumpſiſſet. Tum quoq; ꝓfectos inde ad Luceriam iuxta obſidētes obſeſſoſq; inopia uexauit: oīa ab Arpis romanis ſuppeditabātur: cæ/ terū adeo exigue ut militi occupato ſtatiōibus uigiliiſq; & opere: eques folliculis in caſtra ab Arpis fru/ mentū ueheret: īterdum occurſu hoſtiū cogeret obiecto ab equo frumento pugnare & obſeſſis priuſq; alter cūſul uictore exercitu aduenit: & cōmeatus ex mōtibus ſamnitiū inuecti erāt: & auxilia ītromiſſa. Artiora oīa aduētus Publii fecit: q obſidione delegata ī curam collegæ uacuus ꝑ agros cūcta īfeſta com meatibus hoſtiū fecerat. Itaq; cū ſpes nulla eſſet diutius obſeſſos inopiam laturos: coacti ſamnites: q ad

Tarenti noꝝ le/ gatoꝝ denūcia tio

Luceriā caſtra habebāt: undiq; cōtractis uiribus ſigna cū Papyrio cōferre: Per id tēpus parātibus utriſq; ſe ad prælīū: legati tarētini īterueniūt denūciantes ſamnitibus: romaniſq; ut bellū omitterēt: per utros ſtetiſſet: quo minus diſcederetur ab armis: aduerſus eos ſe pro alteris pugnaturos. Ea legatione Papy/ rius audita perinde ac motus dictis eoꝝ cū collega ſe cōmunicatuꝝ reſpōdit: accitoq; eo: cum tempus omne ī apparatu cōſumpſiſſet: collocutus de re haud dubia ſignū pugnæ ꝓpoſuit. Agētibus diuina hu manaq; quæ aſſolent: cū acie dimicādū ē: cōſulibus tarētini legati occurſare reſpōſum expectātes: qbus Pa pyrius ait: auſpicia ſcda eē tarētini pullarius nūciat: litatū ꝑterea ē egregie auctoribus diis: ut uidetis: ad rē agēdā ꝓficiſcimur. Signū īde ferri iuſſit: & copias eduxit: uaniſſimā īcrepās gētē: q ſuaꝝ īpotens reꝝ præ domeſticis ſeditiōibus diſcordiiſq; aliis modū pacis ac belli facere æquū cēſeret. Sānites ex parte al

Papyrii reſpon/ ſum ad Tarēti/ nos le/ gatos

tera cū oēm curā belli remiſiſſent: qa aut pacē uere cupiebāt: aut expediebat ſimulare: ut tarentinos ſibi conciliarēt: cū iſtructos repēte ad pugnā romanos cōſpexiſſent: uociferari ſe ī auctoritate tarētinoꝝ ma nere: nec deſcēdere ī aciē: nec extra uallū arma ferre: deceptos potius quodcūq; caſus ferat: paſſuros quā ut ſpreuiſſe pacis auctores tarētinos uideant. Accipe ſe omē cōſules aiūt: & eā ꝑcari mentē hoſtibus: ut ne uallū qdē defendāt: ipſi īter ſe partitis copiis ſuccedūt hoſtiū munimentis: & ſimul undiq; adorti cū pars foſſas explerēt: pars uellerēt: uallū atq; ī foſſas ꝓruerēt: nec uirtus modo īſita: ſed ira ēt exulceratos ignominia ſtimularet aīos caſtra īuaſere: & ꝑ ſe qſq; nō hæc furcas: nec Caudiū: nec ſaltus īuios eē: ubi erroré fraus ſupbe uiciſſet: ſed romanā uirtutē: quā nec uallū: nec foſſæ arcerēt memorātes: cædūt pari ter reſiſtētes: fuſoſq; īermes atq; armatos ſeruos: liberos: puberes: īpuberes: hoſtes: iumētaq;: nec ullum ſupfuiſſet aīal: ni conſules receptui ſignū dediſſent: auidoſq; cædis milites e caſtris hoſtiū īperio ac mi/ nis expuliſſent. Itaq; apud īfenſos ob īterpellatā dulcedinē iræ cōfeſtim oīo habita eſt: ut doceret miles minime cuiq̄ militū cōſules odio ceſſiſſe aut ceſſuros: qn duces ſicut belli ita īſatiabilis ſupplicii futuros fuiſſe: ni reſpectus equitum ſexcentoꝝ: qui Luceriæ obſides tenerent: ꝑpediſſet aīos: ne deſperata uenia hoſtes cæcos ī ſupplicia eoꝝ ageret: perdere prius: quā perire optantes. Laudare ea milites: lætariq; ob/ uiam itum iræ ſuæ eē: fateri oīa patienda prius: quā perderet ſalus tot prīcipū romanæ iuuentutis. Di/ miſſā cōcione: cōſiliū habitum oībus ne copiis Luceriā premerent: an altero exercitu & duce appuli cir/ ca gens dubiæ ad id uoluntatis temptarentur. Publius cōſul ad peragrandam profectus Appuliam ali/ quot expeditione una populos aut ui ſubegit: aut cōdicionibus in ſocietatē accepit. Papyrio quoq;: qui obſeſſor Luceriæ reſtiterat: breui ad ſpem euētus reſpōdit: nā inſeſſis oībus uiis: ꝑ quas cōmeatus ex Sā nio ſubuehebatur: fame domiti ſamnites: qui Luceriæ in præſidio erāt: legatos miſere ad cōſulem Ro/ manū: ut receptis eqtibus: q cauſa belli eēnt: abſiſteret obſidione. His Papyrius ita reſpōdit debuiſſe eos

rus texisset:ita utrinq; in pugnã procursum est.Nihil tumultuariæ pugnæ simile erat:quales ĩ oppugnationibus urbiũ per occasionẽ partis alterius conseri solẽt.Sed iunctæ acies uelut patenti campo:inter ruinas muri tectaq; urbis modico distantia interuallo cõstiterant.Hinc spes:hinc desperatio aĩos irritat pœno cepisse iam se urbem:si paululũ adnitat̃:credente.Sagũtinis ꝑ nudata mœnibus patria corpora opponentibus:nec ullo pedẽ referente:ne relicto a se loco hostẽ ĩmitteret.Itaq; quo acrius:& conferctim magis utrinq; pugnabat̃ eo plures uulnerabant̃.Nulloq; inter arma corporaq; uano itercidẽte telo.Falarica erat Saguntinis missile telũ hastali abligneo:& cætero tereti præterq; ad extremũ unde ferrum extabat.Id sicut in pilo quadratum stuppa circũligabant:linebantq; pice.Ferrũ aũt tres in longum gabebat pedes:ut cũ armis transfigere corpus posset:sed id mxime etiam:si hæsisset in scuto:nec penetrasset in corpus:pauorem faciebat:quod cũ medium accẽsum mitteret̃:conceptumq; ipso motu multo maiorẽ ignem ferret:arma omitti cogebat:nudumq; militẽ ad insequentes ictus præbebat.Cũ ergo diu anceps fuisset certamen:& saguntinis quia præter spẽ resisterent:creuissent animi:pœnus:qa non uicisset pro uicto esset.Clamorẽ repente oppidani tollunt:hostemq; in ruinas muri expellunt inde impeditũ trepidantẽq; exturbant.Postremo fusum fugatũq; in castra redigunt.Interim a Roma legatos uenisse nũciatũ est.quibus obuiã:ad mare missi ab Annibale qui dicerẽt:nec tuto eos adituros ĩter tot tam efferatarũ gentiũ arma:nec Annibali in tãto discrimine rerũ opere esse legatiões audire.Apparebatq; nõ admissos ꝑtinus Carthaginem ituros.Litteras igitur nũcioscq; ad principes factionis barchinæ præmittit:ut præparẽt suorũ aĩos:nequid pars altera gratificari pro romanis posset.Itaq; præter quã qd̃amissi:auditiq; nõ sunt:ea quoq; uana atq; irrita legatio fuit.Háno unus aduerso Senatu cãm fœderis rupti magno silentio ꝑpter auctoritatẽ suam cũ assensu audientiũ egit.Per duos fœderũ arbitros ac testes monuisse:prædixisse ne Amilcaris progeniẽ ad exercitũ mitterent:non manes:non stirpem eius conquiescere uiri:nec unquã donec sanguinis noisq; barchini quisquã supersit:quietura Romana fœdera.Iuuenẽ flagrantem cupidine regni uiáq; unam ad id cernẽtem:si ex bellis bella ferendo succinctus armis legionibusq; uiuat:uelut materia igni præbenes ad exercitus misistis.Aluistis ergo hoc incendiũ:quo nunc ardetis.Saguntum uestri circũsedent exercitus:unde arcent̃ fœdere:mox Carthaginem circũsedebunt romanæ legiones ducibus diis iisdẽ:per quos priore bello rupta fœdera sunt ulti.Vtrum hostem:an uos:an fortunã utriusq; populi ignoratis?Legatos a sociis:& pro sociis uenientes bonus ĩperator uester in castra nõ admisit.Ius gentiũ sustulit.Hi tamẽ unde ne hostiũ qdẽ legati arcentur pulsi ad uos ueniũt:res ex fœdere repetũtur:publica fraus absit:auctorem culpæ:& reũ criminis deposcunt:quo lenius agunt:segnius incipiunt:eo cum cœperĩt: uereor:ne ꝑseuerantius sæuiant.Aegades insulas:erycẽq; ante oculos proponite:quæ terra mariq; ꝑ quattuor & uiginti annos passi sitis: nec puer hic dux erat:sed pater ipse Amilcar Mars alter:ut isti uolunt:Sed Tarento tum in Italia non absti nueramus ex fœdere:sicut nunc saguntο non abstinemus.Vicerunt ergo dii hominesque:& id de quo uerbis ambigebatur:uter populus fœdus rupisset euẽtus belli uelut æquus iudex:unde ius stabat:ei uictoriam dedit.Carthagini nũc Annibal uineas turresq; admouit.Carthaginis mœnia quatit ariete.Sagunti ruinæ: falsus utinã uates sim nostris capitibus incident.Susceptumq; cum sagũtinis bellum habendum cum romanis est.Dedemus ergo Annibalem:dicet aliquis:scio meam leuem esse in eo auctoritatem propter paternas inimicitias.Sed & Amilcarem eo perisse lætatus sum:quod si ille uiueret:bellum iam cum romanis haberemus:& hunc iuuenem tanquam furiam facemq; huius belli odi ac detestor:nec dedendum solum ad piaculum rupti foederis:sed si nemo deposcat deuehendum ĩ ultimas maris terrarumq; oras:ablegandumq; eo:unde nec ad nos nomen famaq; eius accedere:nec sollicitare quietæ ciuitatis statum possit.Ego autem ita censeo legatos extemplo Romam mittendos: qui senatui satisfaciant:alios qui Annibali nuncient:ut exercitum a saguntο abducat: Ipsumq; Annibalem ex fœdere romanis dedant.Tertiam legationem ad res saguntinas reddendas decerno.Cum Hanno perorasset:nemini omnium certare oratione cum eo necesse fuit: adeo prope omnis senatus Annibalis erat:infestiusq; locutum arguebãt Hannonem:quam flaccum Valerium legatum romanum.Respon sum inde romanis legatis est:Bellum ortum a saguntinis nõ ab Annibale esse:populum romanũ iniuste facere:si saguntinos uetustissimæ Carthaginẽsium societati ꝓponat.Dum romani tẽpus terũt legationibus mittendis:Annibal qa fessum militem præliis operibusq; habebat:paucorũ iis diebus quietem dedit:stationibus ad custodiã uinearum:aliorũq; operum dispositis interim animos eorum nunc ira ĩ hostes stimulando:nunc spe præmiorum accendit:ut uero pro concione prædã captæ urbis edixit militum fore.Adeo accensi oẽs sunt:ut si extemplo signum datum esset:nulla ui resisti uideretur posse. Saguntini ut a præliis quietẽ habuerant:nec lacescentes:nec lacessiti ꝑ aliquot dies: ita non nocte non die unquam cessauerant ab opere:ut nouum murũ ab ea parte:qua patefactũ oppidũ ruinis erat:reficerent.Inde oppugnatio eos aliquãto atrocior:quam ante adorta est.Nec qua primum:aut potissimũ parte ferrent opem:cum omnia uariis clamoribus streperent:satis scire poterãt.Ipse Annibal: qua turris mobilis oĩa mnimenta urbis superãs altitudine agebatur:hortator aderat:quæ cũ admota catapultis:balistisq; ꝑ oĩa tabulata dispositis:muros custodibus nudasset.Tum Annibal occasionẽ ratus: quingentos ferme afros cum dolabris ad subruendum ab imo mugĩ mittit.Nec erat difficile opus:quod cementa non calce durata erãt:sed interlita luto structuræ antiquæ genere.Itaq;:anteqũ cæderet̃ ruebat perq; patentia ruinis agmina armatorũ in urbẽ uadebant.Locum quoq; editũ capiũt.Collatisq; eo catapultis balistisq;:ut castellum in ipsa urbe:uelut arcem ĩminentẽ haberẽt:muro circundãt.Et saguntiA ii

Falarica qd sit

Eguſã ĩſulam polybiꝰ uocat

Sagũti. partem pœnus occupat

ni murū interiorem a nōdum capta urbis parte ducunt. Vtrinq; ſumma ui: & muniunt: & pugnāt. Sed interiora tuendo: minorē in dies urbē ſaguntini faciunt. Simul creſcit inopia oīum longa abſidione: & minuitur expectatio externæ opis: Cum tam procul romani unica ſpes: circa oīa hoſtium eſſent: pauliſper tamen affectos aīos recreauit repentina profectio Annibalis in oretanos carpentanoſq; : qui duo populi delectus acerbitate conſternati retentis cōquiſitoribus metū defectionis cum præbuiſſent: oppreſſi celeritate Annibalis: omiſerunt mota arma. Nec Sagunti oppugnatio ſegnior erat. Maharbale Himilconis filio: quem præfecerat Annibal: ita impigre rem agente: ut ducē abeſſe: nec ciues: nec hoſtes ſentirent. Is & prælia aliquot ſecunda fecit: & tribus arietibus aliquantulum muri diſcuſſit ſtrataq; oīa recentibus ruinis aduenienti Annibali oſtendit. Itaq; ad ipſam arcem, extemplo ductus exercitus: atroxq; prælium cum multoꝝ utrinq; cæde initum: & pars arcis capta eſt. Tēptata deīde per duos exigua pacis ſpes Alconem ſaguntinum: & Alorcum Hiſpanum: Alcon inconſciis ſagūtinis precibus aliquid moturum ratus cum ad Annibalē noctu tranſiſſet: poſteaq; nihil lachrymæ mouebant conditionesq; triſtes: ut ab irato uictore ferebātur: trāſfuga ex oratore factus apud hoſtem māſit morituꝝ affirmans: qui ſub cōditionibus his de pace ageret. Poſtulabatur aūt redderent res Turdetanis. traditoq; oī auro atq; argento: egreſſi urbe cum ſingulis ueſtimentis ibi habitarent: ubi Pœnus iuſſiſſet. Has pacis leges abnuente Alcone accepturos ſaguntinos. Alorcus uinci animos ubi alia uincantur affirmans: ſe pacis eius interpretem fore pollicetur. Erat autem tum miles Annibalis: cæterum publicæ ſaguntinis amicus: atq; hoſpes. Tradito pallam telo cuſtodibus hoſtium trāſgreſſus munimenta ad prætorem ſaguntinum: & ipſe ita iubebat: eſt deductus. Quo cum extemplo cōcurſus hominum omnis generis effuſet fectus: ſummota cætera multitudīe ſenatus Alorco datus eſt. Cuius talis oratio fuit Si ciuis ipſe Alcon: ſicuti ad pacem petēdam ad Annibalem uenit: ita pacis cōditiones ab Annibale ad uos retuliſſet: ſuperuacaneum hoc mihi fuiſſet iter: quo nec Orator Annibalis: nec tranſſuga ad uos ueniſſem. Cum uero ille aut ueſtra: aut ſua culpa māſerit apud hoſtem: ſi metū ſimulauit ſua: ueſtra ſi periculum eſt ad uos uerum referentibus: ego ne ignoraretis eſſe aliquas & ſalutis & pacis uobis conditiōes pro uetuſto hoſpitio: quod mihi uobiſcū eſt: ad uos ueni. Veſtra autē cauſa me nec ullius alterius loq; : quæ loquor apud uos: uel ea fides ſit: quod neq; dū ueſtris uiribus reſtitiſtis: neq; dum auxilia a romanis ſperaſtis: pacis unq; apud uos: mētionem feci. Poſteaq; nec a romanis uobis ulla ſpes eſt: nec ueſtra iam aut arma uos: aut moenia ſatis defendūt: pacem afferro ad uos magis neceſſariam: quam æquā: cuius ita aliqua ſpes eſt: ſi eam quēadmodum uictor fert Annibal ſi uos ut uicti audiatis. Si non id: qđ amittit: in dāno cum omnia uictoriis ſint: ſed quicquid relīquitur: pro munere habituri eſtis. urbem uobis: quā ex magna iam parte dirutam captā fere totam habet: adimit: agros relinquit locū aſſignaturus: in quo nouū oppidum ædificetis. Aurum argentūq; omne publicū & priuatū ad ſe iubet deferri: cōiugum ueſtraq; corpora: ac liberoꝝ ueſtrorum ſeruat inuiolata: ſi inermes cum binis ueſtimētis a ſagunto uelitis exire Hæc uictor hoſtis imperat. Hæc quāq; ſint grauia atq; acerba: fortūa ueſtra uobis ſuadet. Equidē haud deſpero: cum oīum poteſtas ei a uobis facta fit: aliqd ex his rebus remiſſurum. Sed hæc patiēda cenſeo potius: quam trucidari corpora ueſtra: rapi trahiq; ante ora ueſtra coniuges ac liberos belli iure ſinatis.

Tēpta/tæ paciſcōditiones

Alorci uerba ad ſagūtinos

Ad hæc audienda cum circūfuſa paulatim multitudine permixtum ſenatui eſſet populi conſilium: repente primores: ſeceſſione facta: priusquā reſponſum daretur: argentum: aurumq; omne ex publico priuatoq; in forum collatum: in ignem ad id raptim factum coniicientes: eodem plærique ſemetipſos precipitauerunt. Cum ex eo pauor ac trepidatio totam urbem peruaſiſſet. Alius inſuper tumultus ex arce auditur. Turris diu quaſſata prociderat: perq; ruinam eius cohors pœnorum impetu facto: cum ſignū imperatori dediſſet: nudatam ſtationibus: cuſtodiiſq; ſolitis hoſtium eſſe urbem non cunctandum in tali occaſione ratus Annibal: totis uiribus aggreſſus: urbem momento cepit: ſigno dato: ut omnes puberes interficerentur: quod imperium crudele cæterum prope neceſſarium cognitum in ipſo euētu ē. Cui enim parci potuit ex iis: qui aut incluſi cum coniugibus ac liberis domos ſuper ſeipſos concremauerunt? aut armati nullum ante finem pugnæ quam morientes fecerunt? Captum oppidum cum ingenti p̄da quāq; plæraq; a dominis de induſtria corrupta erant: & in cædibus uix ullum diſcrimen ætatis ira fecerat: & captiui militum præda fuerant: tamen ex præcio rerum uenditarum aliquantum pecuniæ redactum eſſe conſtat: & multam prætioſam ſuppellectilem: ueſtemque miſſam Carthaginem. Octauo menſe: quam cœptum oppugnari: captum ſaguntum quidam ſcripſere: īde Carthaginem nouam in hyberna Annibalem conceſſiſſe: Quinto deinde menſe: quā a Carthagine profectus ſit: in italiam peruenīſſe: quæ ſi ita ſunt: fieri non potuit: ut. P. Cornelius. T. Sempronius cōſules fuerīt: ad quos in principio oppugnationis legati ſaguntini miſſi ſunt: & qui in ſuo magiſtratu cum Annibale alter ad Ticinum amnem ambo aliquanto poſt ad Trebiam pugnauerint: aut oīa breuiora aliquāto fuere: aut Saguntum principio anni: quo. P. Cornelius. T. Sempronius conſules fuerunt: non ceptum oppugnari ſed captum eſt: nam exceſſiſſe pugna ad Trebiam. T. Sempronius in annum. M. Seruilii &. C. Flaminii non poteſt: quia Flaminius Arimini conſulatum iniit creatus ab. T. Sempronio cōſule: qui poſt pugnā ad Trebiam: ad creandos conſules Romam cum ueniſſet: comitiis perfectis ad exercitum in Hyberna rediit Sub idem fere tempus & legati: qui redierant a Carthagine Romam rettulerunt omnia hoſtilia eſſe: & Sagunti excidium nunciatum eſt: tantuſq; mœror miſericordiaq; peremptorum ſociorum indigne: & pudor non lati auxilii: & ira in carthaginenſem: metuſq; de ſumma rerum cœpit: uelut ſi iam ad portas hoſtis eſſet: ut tot uno tempore motibus animi turbati trepidarent magis: quam cōſulerēt.

Att Sagūtinorū ādperationē

Sagūtinorum cædes

Naq; neq; hostē acriorē:bellicosiorēq; secū congressum:nec rem romanā tam desidem unq̄ fuisse atq; imbellē.Sardos:corsosq;:& histros:atq; illyricos lacessisse magis:q̄ exercuisse romana arma:& cum gallis tumultuatum magis:q̄ belligeratū:pœnū hostem ueteranū trium & uiginti annoꝝ militia durissima iter hispanas gētes semper uictorē primū Amilcare:deide Asdrubale:nūc Annibale duce acerrimo assuetū:recētem ab excidio opulentissimæ urbis Iberum trāsire: trahere secū tot excitos hispanoꝝ populos:cōciturum auidas semper armoꝝ gallicas gētes cum orbe terraꝝ bellū gerēdum in Italia:ac p mœnibus romanis esse.Nominatæ iam antea cōsulibus prouinciæ erāt.Tum sortiri iussi.Cornelio Hispania Sempronio Africa cum Sicilia euenit.Sex in eum annū decretæ legiones:& sociꝝ:quātum ipsis uideretur:& classis quantum parari posset quattuor & uiginti peditum romanoꝝ millia sunt scripta: & octingenti equites sociꝝ.xliiii.peditum:&.iiii. equitum:naues.ccxx.quinqueremes:celoces uigīti deductæ.Latum inde ad populum uellent:iuberent populo carthaginensi bellum indici:eiusque belli causa supplicatio per urbem habita:atq; adorati dii:ut bene:ac fœliciter eueniret:quod bellum populus romanus iussisset:inter consules ita copiæ diuisæ.Sempronio datæ legiones duæ:ea quaterna millia erant peditū.& trecenti equites:& sociꝝ sexdecim millia peditū:equites mille octingēti naues longæ.clx.celoces duodecim cū his terrestribus maritimisq; copiis.L.Sempronius missus in Siciliā: ita in Africā transmissurus:si at arcendum Italia pœnū consul alter satis esset:Cornelio minus copiaꝝ datū quia.T.Mālius prætor:& ipse cum haud inualido præsidio in Galliā mittebat:nauium maxime Cornelio numerus diminutus.lxv.quinqueremes datæ:neq;.n.mari uenturꝝ: aut ea parte belli dimicaturum hostē putabant:& duæ romanæ legiones cū suo iusto equitatu:& quattuordecim millibus socio rum peditū:equitibus sexcētis:duas legiones romanas:quattuordecim : millia & quadringentos quīquaginta sociꝝ peditū:mille equites socios.dc.romanas Gallia prouincia eodē uersa in punicū bellū habuit his ita comparatis:ut oīa iusta ante bellum fierēt:legatos maiores natu.Qu.Fabium.M.Liuiū. L.Aemylium.C.Licinium.Qu.Bebiū in Africā mittunt ad percunctandos carthaginēses : publicone cōsilio Annibal Sagūtū oppugnasset:& si id:quod facturi uidebant:faterētur:ac defenderent:publico cōsillo factū:ut indicerēt populo carthaginēsi bellū.Romani posteaq̄ Carthaginē uenerūt : cū senatus datus esset:&.Qu.Fabius nihil ultra quā unum:qd mandatū erat:percūctatus eēt.Tū ex Carthaginēsibus unus princeps uestra romani:inquit:& prior legatio fuit:cū Annibalē tanq̄ suo consilio Saguntū oppugnantē daposcebatis.Cæteraꝝ hæc lagatio uerbis adhuc lenior:re asperior : tunc.n.Annibal & insimulabat:& deposcebat:nunc a uobis & confessio culpæ exprimit:& ut a confessis res extēplo repetātur:ego aūt nō publico priuatoue cōsilio Saguntū oppidū oppugnatū:sit:quærendū censeā.Sed utrum iure an iniuria:nostra.n.hæc quæstio atq; aiaduersio in ciuē nostrum est:nostro an suo fecerit arbitrio: uobiscum una disceptatio est:licuerintne p fœdus fieri.Itaq; quoniā discerni placet:qd publico cōsilio: qd sua sponte impatores faciāt:nobis uobiscū fœdus est a Luctatio consule ictū:in quo caueāt utrorūq; sociis:nihil de saguntinis:nec dum enim erant socii uestri:cautum est:at enim fœdere:quod cū Asdrubale ictum est:sagūtini excipiunt:aduersus qd nihil ego dicturus sum nisi qd a uobis didici:uos enim quod.C.Luctatius cōsul primo nobiscum foedus icit:qa neq; auctoritate patrū:nec populi iussu ictum erat:negastis uos eo teneri:itaq; aliud de ītegro foedus publico cōsilio ictum est:si uos nō tenēt uestra foedera:nisi ex auctoritate aut iussu uestro icta:nec nos qdē Asdrubalis foedus:qd nobis insciis icit obligare potuit.Proinde omitte Sagūti atq; Iberi mētionem facere:& qd diu parturit aīus uester aliquādo pariat.Tum romanus sinu ex toga facto:hic inqt uobis bellum & pacem portamus.Vtrū placet sumite.Sub hanc uocem:haud minus ferociter:daret utrum uellet succlamātū est.Et cumis sinu iterum effuso bellum dare dixisset:accipere se oēs respōderunt:& qbus acciperent aīs iisdem se gesturos. Hæc directa pcunctatio:ac denūciatio belli magis ex dignitate Po.Ro.uisa est:quā de foederaꝝ iure uerbis disceptare cum ante tum maxime Sagunto excisa.Nam si uerboꝝ disceptationis res esset:quod foedus Asdrubalis cum Luctatii priore foedere pmutatum est:cōparandum non erat:cū in Luctatii foedere diserte additum esset:ita id ratum fore:si populus cēsuisset:in Asdrubalis foedere:nec exceptū tale qcq̄ fuerit:& tot annoꝝ silentio ita uiuo eo cōprobatum sit foedus:ut ne mortuo qdem auctore quicq̄ mutaret.Quāq̄:& si priore foedere staret:satis cautū erat saguntinis sociis utrorūq; exceptis.Nam neq; additum erat iis:q tunc essent:nec ne qui postea assumerent:& cum assumere nouos liceret socios: quis æquum cēseret:aut ob nulla quēq̄ merita in amicitiā recipi aut receptos in fidem nō defendi? tantū ne Carthaginensium socii aut sollicitarentur ad defectionem:aut sua sponte descisentes reciperentur.

C.Luctatius

Legati romani a carthagine:sicut his Romæ īperatū erat.in Hispaniā ut adirent ciuitates:ut in societatem pellicerent:aut auerterent a pœnis:traicerunt:ad Barguſios primū puenere:a qbus benigne excepti:qa tædebat:imperii punici:multos trans Iberum populos ad cupidinem nouæ fortūæ erexerūt ad Voltianos īde ē uētum:quoꝝ celebre p Hispaniā respōsum:cæteros populos a societate romana auertit.Ita enim maximis natu ex iis in cōsilio respōdit.Quæ uerecūdia est:uos romani postulare:ut uestrā carthaginēsium pponamus amicitiæ? cum q id fecerūt saguntinos crudelius quā pœnus hostis pdidit uos socii pdideritis:ibi quæratis socios censeo:ubi sagūtina clades ignota est:hispanis populus sicut lugubre ita īsigne documētum sagūti ruine erūt:ne qs fidei romāæ aut societati cōfidat:īde extēplo abire finibus Volciāoꝝ iussi a nullo deide cōcilio Hispaniq; benigniora uerba tulere.Itaq; nequicq̄ peragrata Hispania in galliam trāseunt:in his noua terribilisq; species uisa est:quod armati(ita mos gētis erat) in cōcilium uenerunt:cum uerbis extollentes uirtutem gloriamq; populi romani ac magnitudinem

Voltianoꝝ responsum

imperii petiſſent:ne pœno bellum Italiæ inferenti per agros:urbeſq; ſuas tranſitum darent. Tantus cū fremitu riſus dicitur ortus:ut uix a magiſtratibus maioribuſq; natu iuuentus ſedaretur:adeo ſtolida impudenſq; poſtulatio uiſa eſt cenſere ne ī italiā tranſmittant galli bellū:ipſos id auertere in ſe: agroſq; ſuos pro alienis populandos obiicere. Sedato tandem fermitu reſponſum legatis eſt:neque romanorum in ſe meritum eſſe:neq; carthaginēſium iniuriam:ob quæ aut pro romanis: aut aduerſus pœnos ſumāt arma. Contra audire ſeſe gentis ſuæ hoīes agris finibuſq; Italiæ pelli ac populo romano ſtipendiumq; facere:& cætera indigna pati. Eadem ferme in cæteris Galliæ conciliis dicta auditaq;:nec hoſpitale quicquā:pacatumue ſatis prius auditum:q̄ Maſſiliam uenerunt:ibi oīa a ſociis inquiſita cū cura ac fide coginta. præoccupatos iam ab Annibale gallorū animos eſſe:ſed ne illi quidem ipſi ſatis mitem gentem fore adeo ferocia:atq; indomita ingenia eſſe:ni ſubinde auro: cuius auidiſſima gens eſt: principum animi concilientur. Ita peragratis Hiſpaniæ & Galliæ populis legati romam redeunt:haud ita multo poſteaquā conſules in prouincias profecti erant: ciuitatē omnem in expectationē belli erectam inuerunt:ſatis conſtante fama:iam Iberum pœnos tranſiſſe. Annibal Sagunto capto. Carthaginem nouam in hiberna conceſſerat:ibiq; auditis:quæ Romæ quæq; Carthagine acta:decretaq; forent:ſe non ducem ſolum:ſed cauſam eſſe belli:partitis diuænditis reliquiis prædæ:nihil differendum ratus:Hiſpani generis milites conuocat. Credo ego uos:inquit: ſocii: & ipſos cernere:pacatis omnibus Hiſpaniæ populis:aut finiendam uobis militiam:exercituſq; dimittendos eſſe:aut in alias rerras tranſferendum bellum:ita.n. hæ gentes non pacis ſolum:ſed etiam uictoriæ bonis florebunt:ſi ex aliis gentibus prædam & gloriam quæremus itaq; cum longinqua a domo inſtet militia:incertumq; ſit quando domos noſtras:&quæcunq; ibi ſunt cara:uiſuri ſitis:ſiquis ueſtrum ſuos uiſere uult:cōmeatum do:primo uere:edico:adſitis:ut diis bene iuuantibus bellum ingentis gloriæ:prædæq; futurum incipiamus. Omnibus fere uiſendi domos oblata ultro poteſtas grata erat: & iam deſiderantibus ſuos: & longius in futuꝝ prouidētibus deſiderium:per totum tp̄s hyemis equies:inter labores aut iam exhauſtos: aut mox exhauriendos renouabit corpora aīoſq; ad oīa de integro patienda:uere primo ad edictum conuenere. Annibal:cum recentuiſſet oīum auxilia gentiū. Gadis profectus Herculi uota exoluit:nouiſq; ſe obligat uotis:ſi cæreta proſpera eueniſſent:inde partiens curas:ſimul inferendi atq; arcendi belli: nedum ipſe terreſtri per Hiſpaniā Galliaſq; itinere Italiam peteret:nuda apertaq; romanis Africa:ab Sicilia eſſet:ualido præſio eam firmare ſtatuit:pro eo ſupplementum ipſe ex Africa maxime iaculatorum leuium armis petiit:ut afri ī Hiſpania:hiſpani ī Africa:melior procul a domo futurus uterq; miles:ue/ lut mutuis:pignoribus obligati:ſtipendia facerent. Tredecim millia octingentos quinquaginta pedites certatos milit in Africam:& funditores baleares octingentos ſeptuaginta:equites mixtos ex multis gentibus mille:& has copias partim Carthagini præſidio eſſe:partim diſtribui per Africam iubet: ſimul cōquiſitoribus in ciuitates miſſis quattuor millia deſcripta delectæ iuuentntis:præſidium coſdem & obſides Carthaginem duci iubet:neq; Hiſpaniam negligendam ratus:atq; ideo haud minus: quod haud ignarus erat:circuitam a romanis eam legatis ad ſollicitādos prīcipum aīos. Aſdrubali fratri uiro impigro eam prouinciam deſtinat:firmatq; eum africis maxime præſidiis peditum afrorū. xi. millibus octingētis quinquaginta liguribus:trecentis balearibus:ad hæc peditum auxilia additi equites libii phœnices mixtum punicū afris genus trecēti & numidæ mauriq; accole Oceani ad mille octigenti:& parua uergetum manus:ex Hiſpania ducēti equites:& ne quod terreſtris deeſſēt auxilii genus elephāti. xiiii. claſſis p̄terea parata ad tuendā maritimā oram:quia qua parte belli uicerāt: ea tum quoq; rem geſturos romanos credi poterat:qnquaginta qnqueremes:q̄driremes due triremes qnq; ſed aptæ inſtructæq; remigio:triginta & duæ qnqueremes erant:& triremes qnq; a Gadibus Carthaginem ad hiberna exercitus rediit:atq; inde profectus præter omiſſam urbem ad Iberum maritimam oram ducit. Ibi fama eſt:in quiete uiſum ab eo iuuenem diuina ſpecie:qui ſe a Ioue diceret ducem ī Italiam Annibali miſſum:proinde ſequeretur neq; uſquā a ſe deflecteret oculos:pauidum primo nuſquā circūſpicientem aut reſpicientē ſe ſecutū deinde cura humani ingenii:cū quidnam id eſſēt: quod reſpicere uetitus eſſet:agitaret aīo:temperare oculis nequiuiſſe. Tum uidiſſe poſt ſe ſerpētem mira magnitudine cū ingenti arborum:ac uirgultorum ſtrage ferri:ac poſt īſequi cum fragore cæli nimbum:tum quæ moles ea:quidue eſſet quærentem:audiuiſſe uaſtitatem Italiæ eſſe:pergeret porro ire:nec ultra inquireret: ſineretq; fata in occulto eſſe. Hoc uiſu lætus tripartito Iberum copias traiecit: præmiſſis qui gallorum animos:qua traducendus exercitus erat:donis conciliarent:alpiumq; tranſitus ſpecularentur. Nonagīta mille peditum duodecim millia equitum Iberum traduxit:Ilergetes inde: Barguntoſq;: & Auſetanos:& Aquitaniam:quæ ſubiecta eſt Pyreneis montibus ſubegit:oræq; huic omni præfecit Hannonē ut fauces:quæ Hiſpanias gallis iungunt ī poteſtate eſſent decem millia peditum Hannoni ad præſidiū obtinēdæ regionis data:& mille equites. Poſteaquam per pyreneum ſaltum traduci exercitus cœptus eſt:rumorq; per barbaros manauit:certior de bello romano tria millia inde carpetanorum peditum iter auerterunt. Conſtabat non tam bello motos:quā longinquitate uiæ inſuperabiliq; alpium tranſitu. Annibal:quia reuocare:aut ui retinere eos anceps erat:ne cæteroꝝ:etiam feroces animi irritarētur: ſupra ſeptem millia hominū domos remiſit. Quos & ipſi grauari militia ſenſerat. Carpetanos quoq; a ſe dimiſſos aſſimulans:īde ne mora atque otium animos ſollicitaret cum reliquis copiis Pyreneum tranſgreditur:& ad oppidum Illiberum caſtra locat. Galli quāquam Italiæ bellum inferri audiebāt tamen quia ui ſubactos tranſpyreneos hiſpanos fama erat:præſidiaq; ualida īpoſita:metu ſeruitutis ad

Galli auidiſſima gēs auri

Cetra ſcuti genus

Quātis copiis Annibal ibe/rū traiecerit

arma cõsternati Ruscinonẽ aliquot populi cõueniũt:quod ubi Annibali nũciatũ est: morã magis quã bellum metués oratores ad regulos eorx misit:colloqui semetipsum uelle cũ iis:& uel illi ꝓpius Illiberum accederẽt:uel se Ruscinonẽ ꝓcessurx:ut ex ꝓpinquo cõgressus facilior eẽt:nam & accepturx eos i castra sua se lætum:nec cũctanter seipsum ad eos uenturx:hospitem.n.se Galliæ nõ hostem aduenisse: nec stricturx ante gladium:si ꝑ gallos liceat:quã in Italiam ueniſſet:& ꝑ nũcios qdem hæc. Vt uero reguli gallorx castris ad Illiberx extẽplo motis:haud grauate ad pœnũ uenerũt:capti donis cũ bona pace exercitum ꝑ fines suos:ꝑter Ruscinonẽ oppidũ trãsmiserunt in Italiã.Interim nihil ultra quã Iberum trãsisse Annibalẽ a massiliẽsium legatis Romã ꝓlatum erat:cũ ꝓinde ac si alpes iam trãsissẽt: Boii sollicitatis Insubribus defecerũt:neqꝫ tam ob ueteres ĩperii iras:quã qđ nup circa Padũ Placẽtiam: Cremonáqꝫ colonias in agrũ galticũ deductas ægre patiebant.Itaqꝫ armis repẽte arreptis: in eũ ipsum agrum ĩpetu facto tãtum terroris ac tumultus fecerũt:ut nõ agrestis mõ multitudo:sed ipi triũuiri romani:q ad agrum uenerãt assignádum:diffisi Placẽtiæ mœnibus:Mutinã cõfugerit.C.Luctatius.A. Seruilius. M.Annius.Luctatii nomẽ haud dubiũ est ꝓ.A.Seruilio:&.M.Annio.Q.Acciliũ:&.C.Herẽnium habent qdã annales:alii.P.Corneliũ Asinam:&.C.Papyriũ Nasonẽ.Id quoqꝫ dubiũ est:legati ad expostulandum missi ad boios uiolati sint ĩcertũ:an in triũuiros agrũ metãtes ĩpetus sit factus.Mutinæ cũ obsiderent:& gens ad oppugnádarx urbium artes rudis pigerrima eadẽ ad militaria opa:segnis ĩactis assideret muris:simulari cœptũ de pace agi:euocatiqꝫ ab gallorx prĩcipibus legati ad colloqum non contra ius mõ gentiũ:sed uiolata ẽt:q̃ data i id tps fide erat cõprehẽdunt:negãtibus gallis nisi obsides sibi redderent:eos se dimissuros:Cum hæc de legatis nũciata eẽnt:& Mutina ꝑsidiũqꝫ in ꝓiculo eẽt.L. Málius imperator ira accensus effusum agmen ad Mutinam ducit:siluæ tunc circa uiam erant plerisqꝫ ĩcultis. Ibi inexplorato ꝓfectus:in insidias ꝑcipitatus multa cum cæde suorx ægre in apertos campos emersit. Ibi castra cõmunita:& qa gallis ad tẽtanda ea defuit spes:refecti sunt militum animi:q̃qꝫ accisas res satis constabat.Iter deinde deintegro cœptum:nec dum ꝑ patẽtia loca ducebat agmen:cum apparuit hostis ubi rursus siluæ ĩtratæ:tum postremos adorti cum magna trepidatione:ac pauore oĩum octingentos milites occiderunt.Sex signa ademere:finis & gallis territandi & pauẽdi romanis fuit:ut ex saltu inuio atqꝫ ĩpedito euasere.Inde apertis locis facile tutantes agmẽ romani Cannetum uicum ꝓpinquum Pado contendere.Ibi se munimento ad tempus:commeatibusqꝫ fluminis & Brixianorx gallorx auxilio aduersus crescentem indies multitudinem hostium tutabãtur.Qui tumultus repens posteaq̃ est Romam perlatus:& punicum insup gallico bello auctum patres percepere.C.Attilium prætorem cum una legione romana & quinqꝫ millibus sociorum delectu nouo a cõsule cõscriptis:auxiliũ ferre Mãlio iubẽt.Qui sine ullo certamĩe(absefferãt.n.hostes)Cãnetũ puenit:&.P.Cornelius ĩ locũ eius:q̃ missa cũ ꝑtore fuerat:transcripta legione noua profectus ab urbe.lx.longis nauibus ꝑter oram ethruriæ.Ligurumqꝫ & ĩde Saliciũ mox peruenit Massiliam:& ad proximum ostium Rhodani (Pluribus.n.diuisus amnis in mare decurrit)castra locat:uix dum satis credens Annibalẽ superasse Pyraneos montis.Quẽ ut de Rhodani quoqꝫ transitu agitare aĩaduertit:incertus quonam ei loco occureret:nec dum sãtis refectis ab iactatione maritima millitibus:trecentos interim delectos equites:ducibus massilienſibus:& auxiliatibus gallis ad exploranda oĩa:uisendosqꝫ ex tuto hostes.ꝑmittit.Annibal cæteris metu pacatis aut pretio:iam in uulgarx peruenerat agrum gentis ualidæ.Colunt aũt circa utrãqꝫ ripam Rhodani & diffisi citeriore agro arceri pœnum posse:ut flumen pro munimento haberent oĩbus ferme suis trans Rhodanum traiectis ulteriorem ripam annis obtinebant. Cæteros accolas fluminis Annibal: & eos ipsos:qui ipsas sedes tenuerant:simul ꝓlicit donis ad naues undiqꝫ contrahendas fabricandasqꝫ.Simul & ipsi traiici exercitum leuariqꝫ quam primũ regionẽ suam tanta hoĩum urgente turba cupiebãt.Itaqꝫ ingẽs coacta uis nauiũ est lintriũqꝫ temere ad uicinalem usum paratarum.Nouasqꝫ alias primum galli inchoantes cauabant ex singulis arboribus: deinde & ipsi milites simul copia materiæ simul facilitate operis inducti:alueos informes:nihil dũmodo innare aquæ & capere onera possent:curãtes raptim faciebant quibus se suaqꝫ trãsueherent.Iamqꝫ oĩbus satis paratis ad traiiciendũ:timebatur ex aduerso hostis oẽm ripã eqtes uiriqꝫ obtinẽtes quos:ut auerteret.Hãnonẽ Bomilcaris filiũ ꝓigilia prima noctis cũ parte copiarum:maxime hispanis:auerso flumĩe ire iter unius diei iubet: & ubi primo possit:quam occultissime traiecto amni circũducere agmẽ:ut cum facto opus sit:adoriat a tergo hostem:ad id dati duces galli educunt inde millia quinqꝫ &.xx.ferme supra paruæ insulæ circũfusum amnẽ latiorem ubi diuidebatur:eoqꝫ minus alto alueo transitũ ostẽdere: ibi raptim cæsa materia:rateſqꝫ fabricatæ:ĩ quibus equi uiriqꝫ & alia onera traiiecerent:hispani sine ulla mole in utres uestimentis coniectis ipsi cæteris superpositis incubantes flumen transnatauere:& alius exercitus:ratibus iunctis: transuectus castris ꝓpe flumẽ positis:nocturno itinere:atqꝫ operis labore fessus quiete unius diei:reficitur:intento duce ad consilium opportune exequendũ.Postero die ꝓfecti:ex loco prodito fumo significante transisse:& haud ꝑcul abesse:quod ubi accepti. Annibal:ne tpi deesset:dat signum ad traiiciendũ:iã paratas aptasqꝫ habebat pedes lintres eques fere ꝑ equos nantes nauiũ agmen ad excipiendũ aduersi impetum fluminis: parte supiore transmittens:trãquilitatẽ infra traiiecentibus lintribus præbebat:equorx pars magna nãtes loris a puppibus trahebant:ꝑter eos:quos instructos frænatosqꝫ:ut extemplo egresso in ripã equiti usui essent:ĩposuerunt in naues.Galli occursant in ripam cũ uariis ululatibus cantuqꝫ moris sui: quatientes scuta super capita uibrantesqꝫ dextris tela:quãq̃ & ex aduerso terrebat tanta uis nauium: cũ ingenti sono fluminis & clamore uario nautarx militũ & qui nitebant ꝓrumpere impetũ fluminis &

Boii a romãis deficiũt

Bis Mãlius ĩ ĩsidias ꝑcipitat

Vulgãres circa Rhodanum

Attur Annibalis consilium

qui ex altera ripa traiiciẽtes ſuos hortabanť. Iam ſatis pauẽtes aduerſo tumultu terribilio a tergo ador tus clamor caſtris ab Hánone captis: mox & ipſe aderat ancepſq; terror circũſtabat: & e nauibus tanta uis armatorꝝ in terram euadés: & a tergo iprouiſa p̃mebat acies. Galli poſteaq̃ uim facere conati ſunt: ultro pellabantur: qua parte reuiſum maxime iter perrumpunt: trepidiq; ĩ uicos paſſim ſuos diffugũt.

Gallorꝝ fuga

Annibal: cæteris copiis p otium traiectis: ſpernens iam gallicos tumultus caſtra locat. Elephantorũ & traiiciendorꝝ uaria cõſilia fuiſſe credo: certo uariata memoria eſt actæ rei. Quidá congregatis ad ripã elephátis tradũt ferociſſimum ex iis irritatũ a rectore ſuo: cum refugiẽtem in aquá nátem ſequereť tra xiſſe gregem ut quẽq; timẽtem altitudinem deſtituerat uado: impetu ipſo fluminis in alteram ripã ra/ piente. Cæterꝝ magis cõſtat ratibus traiectos: id: ut tutius cõſilium ante rem foret: ita acta re ad fidem pronius eſt: ratem unã. cc. longã pedes. l. latã a terra in amnẽ porrexerũt: quã ne ſecũda aqua deferretur:

Cõſiliũ traiiciẽ/ dorum

pluribus retinaculis ualidis parte ſupiore ripæ religatã pontis ĩmodũ: humo cõiecta cõſtrauerãt: ut bel luæ audacter uelut p ſolum ĩgrederenť. Altera ratis æque lata lõga pedes. c. ad traiiciẽdum flumẽ apta huic copulata eſt: ut cum elephanti p ſtabilẽ ratem: tanq̃ uiam ꝓgrediẽtibus fœmininis acti: ubi in mi/

Elephá torum

norem applicatã tráſgreſſi ſunt: ut extẽplo reſolutis: qbus leuiter annexa erat uinculis: ab actuariis: ali/ quot nauibus ad alteram ripam ptraitur. Ita primis expoſitis: alii deíde repetiti ac traiecti ſunt: nihil ſa ne trepidabãt: donec cõtinẽti uelut põte agerenť: primis erat pauor: cum ſoluta a cæteris rate in altum raperenť: ibi urgentes iter ſe cedentibus extremis ab aqua trepidationem aliquãtum edebãt: donec qe/ tem ipſe timor circũſpiciẽtibus aquam feciſſet. Excidere etiam ſæuientes qdam in flumen. Sed ponde re ipſo ſtabiles: deiectis rectoribus: quærendis pedetentim uadis: in terram euaſere. Dum elephãti traii ciuntur: interim Annibal numidas eqtes qngẽtos ad caſtra romana miſerat ſpeculatum: ubi & quãtæ copiæ eſſent: & qd pararent: huic alæ eqtum miſſi: ut ante dictum é: ab oſtio Rhodani trecẽti romano rum eqtes occurrunt: prælium atrocius: quã ꝓ numero pugnãtium editur: nam præter multa uulne/ ra cædes etiam prope par utrinq; fuit: fugaq; & pauor numidarum romãis iam admodum feſſis uicto riam dedit. Victores ad. clx. nec oẽs romani ſed pars gallorꝝ: uicti amplius ducẽtis ceciderunt. Hoc prĩ/ cipium ſimulq; omen belli: ut ſummæ rerũ proſperum euentum: ita haud ſane ĩcruentam ancipitiſq;

Attur omẽ fu turi ſuc ceſſus ĩ/ pugna

certaminis uictoriam romanis portendit. Re ita geſta ad utrũq; ducem ſui redierũt: nec Scipionis ſtare ſententia poterat: niſi ut ex conſiliis cœptiſq; hoſtis & ipſe conatus caperet: & Annibalẽ incertum utrũ ceptũ in Italiam ĩtenderet iter: an cum eo q primus ſe obtuliſſet romanus exercitus: manus cõſereret. Auertit a præſenti certamine boiorꝝ Legatio Reguliq; Matali aduentus q ſe duces itinerum: ſocios pe/ riculi fore affirmátes: ĩtegro bello nuſquã ante libatis uiribus Italiam aggrediẽdam cenſent. Multitu/ do timebat qdem hoſtẽ nõdum obliterata memoria ſuperioris belli: ſed magis iter ĩmenſum: alpeſq; rem fama utique inexpertis horrendam metuebat. Itaque Annibal: poſteaquam ipſi ſententia ſtetit pergere ire: atque Italiam petere: aduocata concione uarie militum uerſat animos caſtigando: adhor tandoq;. Mirari ſe quiſnam pectora ſemper impauida repens terror inuaſerit: per tot annos uincentis

Anníba lis hor/ tatio ad ſuos

eos ſtipendia facere: neq; ante Hiſpania exceſſiſſe: quam omnes gentes: & terræ: quas duo diuerſa ma/ ria amplectantur: carthaginemſium eſſent: indignatos deinde quod quicunq; Saguntum obſediſſent uelut obnoxam ſibi dedi: poſtularet populus romanus. Iberum traieciſſe ad delendum nomen roma/ norum: liberandũq; orbem terrarꝝ: tum nemini uiſum id longum: cũ ab occaſu ſolis ad exortus inten/ derent iter: nunc poſteaq̃ multo maioré partem itineris emenſam cernant. Pyreneũ ſaltum inter fero/ ciſſimas gentes ſuperatũ. Rhodanũ tantum amnẽ: tot militibus gallorꝝ prohibẽtibus: domita ẽt ipſius fluminis ui: traiectũ in conſpectu alpes habeant: quarꝝ alterum latus Italiæ ſit: in ipſis portis hoſtiũ fati gatos ſubſiſtere. Quid aliud alpes eſſe credentes quã montium altitudines? fingerent altiores Pyreneis iugis: nullas profecto terras cælum contingere: nec inexuperabiles humano generi eſſẽ. Alpes quidem habitari: coli: gignere: atq; alere animantes: peruias paucis eſſe exercitibus: eos ipſos: quos cernant: lega/ tos non pennis ſublime elatos alpes tranſgreſſos: nec maiores quidem eorꝝ indigenas: ſed aduenas Ita/ liæ cultores has ipſas alpes ingentibus ſæpe agminibus cũ liberis: ac coniugibus migrantiũ modo tu/ to tranſmiſiſſe. Militi quidẽ armato nihil ſecum præter inſtrumenta belli portãti: qd inuiũ aut inexu/ perabile eſt? Saguntum ut caperetur: quid p octo menſes periculi: qd laboris exhauſtum eſt? Romã or bis terrarum caput petentibus: quicq̃ adeo aſperꝝ atq; arduum uideri: quod incœptũ moretur: cepiſſe quondá gallos ea: quæ adiri poſſe pœnus deſperet. Proinde aut cederent aĩo atq; uirtute genti: per eos dies tociens ab ſe uictæ: aut itineris finẽ ſperent campũ interiacentẽ Tyberi: ac mœnibus romanis: His exhortationibus incitatos corpora curare: atq; ad iter ſe parare iubet. Poſtero die profectus aduerſa ri/ pa Rhodani mediterranea Galliæ petit: non quia rectior ad alpes uia eẽt: ſed quantũ a mari receſſiſſet: minus obuiã fore romanũ credens: cum quo: priuſq̃ in Italiã uentum foret: non erat in aĩo manus con

Arar Rhoda nus

ſerere. Quartis caſtris ad inſulã peruenit: ubi Arar Rhodanuſq; amnis diuerſis ex alpibus decurrentes agri aliquantulum amplexi confluũt in unũ: mediis campis inſulæ nomen inditũ accolunt prope al/ lobroges gens iam inde nulla gallica gente opibus aut fama inferior. Tum diſcors erat. Regni certa/ mine ambigebant fratres: maior: & qui prius ĩperitarat Brancus noĩe minore a fratre & cœtu iunior qui iure minus ui plus poterat: pellebatur: huius ſeditiõis ꝓpportuna diſceptatio cum ad Annibalem deiecta eſſet: arbiter regni factus: quod erat ſenatus principũq; ſententia: futurꝝ imperium maiori reſti/ tuit: ob id meritũ commeatu: copiaq; rerum oĩum & ueſtis eſt adiutus: quod infames frigoribus alpes præparare cogebant. Sedatis certaminibus allobrogũ: cum iam alpes peteret: non recta regione iter in/

ſtituit:ſed ad leuam in tricaſtinos flexit:inde per extremam oram uocontiorum agri tetendit in trigo/
rios haud uſquã ĩpedita uia:priuſquã ad Druentiã flumen peruenit.Is & ipſe alpinus amnis longe om Druẽ/
nium Galliæ fluminum difficilimus trãſitu eſt.Nam cum aquæ uim uehat ingẽtem:nõ tamen nauiũ tia flu.
patiens eſt:qa nullis coercitus ripis:pluribus ſimul:neqꝫ iiſdẽ alueis fluens:noua ſemper uada. nouoſqꝫ
gurgites faciens:& ob eadem pediti quoqꝫ incerta uia ẽ.Ad hæc ſaxa globoſa uoluens:nihil ſtabile: nec
tutum ĩgredienti præbet:& tũ forte imbribus auctus ingẽtem tranſgrediẽtibus tumultum fecit: cũ ſu
per cætera trepidatione ipſi ſua:atqꝫ incertis clamoribus turbarentur.P.Cornelius cõſul triduo fere:po
ſteaquã Annibal ab ripa Rhodani mouit:quadrato agmine ad caſtra hoſtium uenerat nullã dimicãdi
moram facturus:Cæterum:ubi deſerta munimenta:nec facile ſe tãtum progreſſos aſſecuturꝫ uidet:ad
mare:ad naues rediit tutius faciliuſqꝫ ita deſcẽdenti ab alpibus Annibali occurſurus:ne tamẽ nuda au/
xiliis romanis Hiſpania eſſet:quã prouinciam ſortitus erat.Gn.Scipionẽ fratrem cũ maxima parte co/ Scipiõiſ
piaꝫ aduerſus Aſdrubalem miſit:non ad tutandos tãtũmodo ueteres ſocios:conciliandoſqꝫ nouos:ſed cõſulis
etiam ad pellẽdum Hiſpania Aſdrubalem:ipſe cũ admodũ exiguis copiis Placentiam repetit:eo qui cir cõſiliũ
ca Padũ erat exercitu Italiam defenſurus.Annibal ab Druentia campeſtri maxime itinere cum bona pa
ce ad alpes incolentium ea loca gallorꝫ peruenit.Tũ ꝯꝯ fama prius : qua quidem incerta in maius uero
ferri ſolent:percepta res erat:tamen ex propinquo uiſa montiũ altitudo:niueſqꝫ cælo prope ĩmixtæ:te/
cta informia ĩpoſita rupibus:pecora iumentaqꝫ torrida frigore:homines intonſi & inculti:animalia in
animaqꝫ oĩa rigentia gelu:cætera uiſu:quã dictu fœdiora terrorẽ renouare.Erigentibus in primos ag/
men cliuos apparuerunt ĩminentes tumulos inſidentes montani:Qui ſi ualles occultiores inſediſſent:
coorti in pugnam repente ingẽtem fugã:ſtragemqꝫ dediſſent:Annibal conſiſtere ſigna iubet:galliſqꝫ ad
uiſenda loca præmiſſis:poſteaqꝫ cõperit tranſitũ ea nõ eſſe:caſtra inter cõfragoſa oĩa præruptaqꝫ:quam
extentiſſima poteſt ualle:locat:Tũ ꝑ eoſdem gallos haud ſane multũ lingua moribuſqꝫ abhorrentes cũ
ſe immiſcuiſſent colloquiis montanorum edoctus iterdiu tantũ obſideri ſaltũ:nocte in ſua quẽqꝫ dila/
bi tecta:luce prima ſubiit tumulos:ut ex aperto:atqꝫ iterdiu uiam per anguſtias facturus : die deide ſi/
mulãdo aliud quam quod parabatur cõſumpto:cum eodem:quo conſtiterant loco: caſtra cõminuiſ/
ſent:ubi primũ digreſſos tumulis mõtanos:laxataſqꝫ ſenſit cuſtodias:pluribus ignibus:quam pro nu/
mero manẽtium ĩ ſpeciem factis:ĩpedimẽtiſqꝫ cũ equite relictis:& maxĩa parte peditũ:ipſe cũ expeditis
accerrimo quoqꝫ uiro:raptim anguſtias euadit:liſqꝫ ipſis tumulis:quos hoſtes tenuerãt:cõſedit. Prima
deinde luce caſtra mota & agmen reliquũ ĩcidere cœpit.Iam mõtani:ſigno dato ex caſtellis ad ſtationẽ Attẽ.tu/
ſolitam cõueniebant:cum repẽte cõſpiciunt alios arce occupata ſua ſuꝑ caput ĩminentis:alios uia trãſi/ multũ
re hoſtes utraqꝫ ſimul obiecta res oculis:animis ĩmobiles parumꝑ eos defixit.Deide:ut trepidationem & ſtra/
in auguſtiis ſuoqꝫ ipſo tumultu Annibalis miſceri agmẽ uidere:equis maxĩe cõſternatis qbus qcqd ad/ gẽ ĩ al
iecĩſſent ipſi terroris ſatis ad ꝑniciem fore rati:ꝑerſis rupibus:iuxta iuia:ac deuia aſſueti decurrunt:Tũ pibus
uero ſimul ab hoſtibus ſimul ab iniqtate locorꝫ ꝑœni oppugnabãtur:pluſqꝫ ĩter ipſos ſibi cuiqꝫ tẽdenti
ut periculo prius euaderet:quã cũ hoſtibus certaminis erat.Equi maxĩe ĩfeſtum agmen faciebãt:qui &
clamoribus diſſonis:quos nemora etiã:repercuſſæqꝫ ualles augebãt:territi trepidabant:& icti forte aut
uulnerati adeo cõſternati ſunt ut ſtragem ĩgentẽ ſimul hominum ac ſarcinarum oĩs generis facerent:
multoſqꝫ turba:cũ precipites diruptæqꝫ utrĩqꝫ anguſtiæ eẽnt in ĩmenſum altitudinis deiecit: quoſdam
& armatos:inde ruinæ maximæ modo iumẽta cũ oneribus deuoluebanꝫ.Quæ ꝙꝙ fœda uiſu erãt:ſte/
tit parũper tamẽ Annibal:ac ſuos cõtinuit:ne tumultũ ac trepidationẽ augeret.Deide poſteaq̃ ĩterrum
pi agmen uidit:ꝑiculũqꝫ eẽ:ne exutũ ĩpedimẽtis exercitũ neqcq̃ ĩcolumẽ traduxiſſet:decurrit ex ſupio/
re loco:& cum impetu ipſo fudiſſet hoſtem:ſuis tumultũ auxit.Sed iis tumultus momẽto tẽporis:po/
ſteaq̃ liberata itinera fuga mõtanorꝫ erant:ſedatur:nec per ocium modo:ſed prope ſilẽtio mox oẽs tra/
ducti.Caſtellum inde:qđ caput eius regionis erat:uicoſqꝫ circũiectos capit:& captiuorꝫ pecoribus ꝑ tri/
duum exercitũ aluit.Et quia nec mõtanis primo perculſis nec loco magnopere ĩpediebãtur:aliquantu
lum eo triduo uiæ cõfecit.Peruentũ ĩde ad frequentẽ cultoribus alium:ut inter mõtana:populũ:ibi nõ
bello aperto:ſed ſuis artibus:fraude:deĩde inſidiis:eſt prope circũuentus.Magno natu principes caſtellorꝫ
oratores ad pœnũ ueniunt:alienis malis utili exẽplo doctos memorãtes amicitiã malle:quã uim expe/
riri:pœnorꝫ:itaqꝫ obedienter imperata facturos:cõmeatũ itineriſqꝫ duces & ad fidem promiſſorꝫ obſi
des acciperet.Annibal nec temere credendo:nec aſpernando:ne repudiati aperte hoſtes fierent:benigne
cum reſpondiſſet:obſidibus:quos dabãt acceptis:cõmeatu:quẽ in uia ipſi detulerant uſus nequaquam
ut inter pacatos incompoſito agmine duces eorum ſequitur.Primum agmen elephanti:& equites erãt
ipſe poſt cum robore peditũ circũſpectans ſollicitus omnia incedebat:ubi in anguſtiorem uiam ex par
te altera ſubiectam iugo iſuper ĩminenti uẽtum eſt:undiqꝫ ex inſidiis Barbari a fronte: & a tergo coorti
cõminus eminuſqꝫ petũt:ſaxa ĩgentia in agmen deuoluunt:maxima a tergo uis hominum urgebat:
in eos uerſa peditum acies haud dubium fecit:quin niſi firmata extrema agmina fugiſſent:ingẽs : in eo Excipit
ſaltu accipienda clades fuerit.Tunc quoqꝫ ad extremum periculi ac prope perniciem uentum eſt.Nam pœnus
dum cunctaretur Annibal dimittere in anguſtias agmen : quia non ut ipſe equitibus præſidio erat: inſidiis
ita peditibus quicquam abtergo auxilii reliquerat : occurſantes per obliqua montani erupto medio
agmine uiam inſedere : noxque una Annibali ſine equitibus ac impedimẽtis acta eſt. Poſtero die iam
ſegnius intercuſantibus Barbaris:iniunctæ copiæ ſaltuſqꝫ haud ſine clade maiore tamen iumentorum
quam hominũ pernicie ſuperatus:inde montani pauciores iam & latrocinii magis:quã belli more cõ/

curſabant:modo in primum modo in nouiſſimum agmen:ut cuiq; aut locus opportunitatẽ daret:aut progreſſi moratiue aliquá occaſionem feciſſent. Elephanti ſicut præcipites per arctas uias magna mora agebãtur:ita tutum ab hoſtibus:quacunq; ícederent:quia inſuetis adeundi propius metus erat:agmen præcedebant. Nono die in iugum alpium peruentũ eſt per íuia plæraq; & terrores: quos aut ducẽtiũ fraus:aut ubi fides iis nõ eſſet:temere initæ ualles a coniectantibus iter faciebant. Biduum í iugis ſtatiua habita:feſſiſq; labore ac pugnando quies data militibus:iumentaq; aliquot: quæ prolapſa í rupibus erant:ſequendo ueſtigia agminis í caſtra peruenere. Feſſis tædio tot malorũ:niuis etiam caſus:occidente iam ſydere uergiliarum:ingentẽ terrorẽ adiecit per oía niue completa. Cum ſignis prima luce motis ſegniter agmen ícideret:pigritiaq; & deſperatio in omniũ uultu eminceret:prægreſſus ſigna Annibal in promõtorio quodá:unde lõge ac late ꝓſectus erat:cõſiſtere iuſſis militibus Italiam oſtẽtat: ſubiectoſq; alpinis montibus circũ padanos campos:mœniaq; eos tũ tranſcẽdere:nõ Italiæ modo:ſed etiã urbis romæ. Cætera plana ꝓcliuia fore uno:aut ad ſummũ altero prælio:arcẽ & caput Italiæ in manu habituros. Procedere íde agmen cœpit:iam nihil ne hoſtibus quidem præter parua furta ꝓ occaſionem tentãtibus:cæterum iter multo quã í aſſenſu fuerat:ut plæraq; alpiũ ab Italia ſicut breuiora ita arctiora ſunt difficilius fuit. Oís.n. ferme uia præceps anguſta:lubrica erat:ut neq; ſuſtinere ſe a lapſu poſſent:nec ſi q paululum titubaſſent hærere afflictis ueſtigio ſuo:aliiq; ſuper alios:& iumenta & homines occiderent. Ventũ deinde ad multo anguſtiorem rupẽ:atq; ita rectis ſaxis ut ægre expeditus miles tẽtabundus:manibuſq; retinens uirgulta:ac ſtirpes circa eminentes dimittere ſeſe poſſet. Natura locus iam ante ꝓceps recẽti terræ lapſu in pedũ mille admodũ altitudinẽ abruptus erat. Ibi ueluti cum ad finem uiæ equites conſtitiſſent:miranti Annibali:quæ res moraretur agmen:nunciatur rupẽ í uiá eſſe. Digreſſus deinde ipſe ad locũ uiſendum haud dubia res uiſa quin ꝓ inuia circa nec trita antea:quáuis longo ambitu circũ duceret agmen. Ea uero uia inſupabilis fuit:Ná cũ ſup ueterem niuem íactam noua modicæ altitudinis eét:molli nec præaltæ niui facile pedes ingredientiũ inſiſtebãt. Vt uero tot hoíum iumentorumq; inceſſu dilapſa é:pernudá infra glaciẽ fluentemq; labẽ liqueſcentis niuis ingrediebanť tetra ibi luctatio erat:ut a lubrica glacie nõ recipiente ueſtigiũ:& in prono citius pede ſe fallente:ut ſeu manibus in aſſurgendo:ſeu genu ſe adiuuiſſent:ipſis adminiculis prolapſi iteꝝ corruiſſent:nec ſtirpes circa radiceſue ad quas pede:aut manu quiſquá eniti poſſet erant:itaq; in leui tãtũ glacie:tabidaq; niue uolutabantur iumenta:necabantur interdũ:& iam tũ infirmam ingredientia niuẽ:& prolapſa iactandis grauius in continendo ungulis penitus ꝓfringebant:ut plæraq; uelut pedica capta hærerẽt ín dura & alta concreta glacie. Tandẽ neqcq̃ iumẽtis atq; hominibus fatigatis:caſtra iniugo poſita. Egerrime ad idipſum loco purgato:tantum niuis fodiendum:atq; egerendum fuit. Inde ad rupem minuendam per quam uia una eſſe poterat:milites ducti:cum cedendum eſſet ſaxum:arboribus circa in manibus deiectis detruncatiſq; ſtruem ingentem lignorum faciunt eáq; cum & uis uenti apta faciendo igni coorta eſſet:ſuccedunt:ardentiaq; ſaxa infuſo aceto putrefaciunt. Ita torridam incendio rupem ferro pádunt molliũtq; anfractibus modicis cliuos:ut non iumenta ſolum:ſed elephanti etiam deduci poſſent. Quatriduum ſuper rupem conſumptum:iumenta prope fame abſumebantur. Nuda.n. fere cacumina ſunt:& ſi quid eſt pabuli:obruunt niues:íferiora uallis appricos quoſdá colles haben:riuoſq; ꝓpe ſiluas etiã humano cultu digniora loca:ibi iumenta in pabulũ miſſa:& quies muniendo feſſis hoíbus data triduo. inde ad planũ deſcenſum eſt:etiam locis mollioribus & accolarũ ingeniis. Hoc maxime modo ꝓ uentũ eſt in Italiam Quinto méſe a Carthagine noua:ut qdam auctores ſunt. Quinto decimo die alpibus ſuperatis. Quátæ copiæ tranſgreſſo í Italiam Annibali fuerít:nequaquá inter auctores cõſtat:qui plurimũ cẽtũ millia peditũ:uiginti equitũ fuiſſe ſcribunt:qui minimum uiginti millia peditũ ſex equitũ. L. Cinius Alimẽtius:qui captum ſe ab Annibale ſcribit:maxie auctor moueret me:niſi cõfunderet numerꝝ gallis Ligu ribuſq; additis:cum his ſcribit. lxxx. millia peditum. x. equitum adducta í Italiam:magis affluxiſſe uerſimile eſt:& ita quidam auctores ſunt. Ex ipſo autem audiuiſſe Annibale: poſteaquá Rhodanum trãſierũt:xxxvi. millia hominum:igentemq; numerum equorum & aliorum iumẽtorum amiſiſſe í tauri nis quæ gallis proxima gens erat í Italiam digreſſo. Id cum íter oés cõſtet:eo magis miror ambigi: qua nam alpes tranſierit & uulgo credere Pennino:atq; íde nomẽ & iugo alpium íditum. Trãſgreſſum Cælius per Cremonis iugum dicit tranſiſſe:qui ambo ſaltus eum non in taurinos ſed per ſaltus mõtanos ad libuos gallos deduxiſſent. Nec uerſimile eſt:ea tum ad Galliam patuiſſe itinera:utiq; cũ quæ ad Penninum fuerant:obſepta gentibus ſemigermanis fuiſſent:neq; Hercule montibus: his ſi quem forte id mouet:a tranſitu pœnorum ullo:ſed ab uno uel acri incola iugi eius norunt nomen íditum: Peroppportune ad pricipium rerum taurinis ꝓxime gẽti aduerſus iſubres motum bellum erat:ſed armare exercitum Annibal:ut parti alteri auxilio:eſſet in reficiẽdo maxime ſentiẽtem contracta ante male nõ poterant:ocium & enim ex labore:copia ex inopia:cultus ex illuuie tabeq;:ſqualida & prope efferata corpora uarie mouebant. Ea. P. Cornelio conſuli cauſa fuit:cum piſas nauibus ueniſſet:exercitu a Manlio Actilioq; accepto tyrone & in nouis ignominiis trepido ad Padum feſtinandi:ut cum hoſte nondum refecto manum cõſereret. Sed cum placẽtiam cõſul uenit:iá ex ſtatiuis mouerat Annibal:taurinorũq; unã urbẽ caput gẽtis eius:quia uolẽs í amiciciam no ueniebat:ui expugnauit. lũxiſſet ſibi:nõ metu ſolũ: ſed etiam uolũtate gallos accolas Padi:ni eos circũſpectátes defectionis tẽpus ſubito aduẽtus cõſulis oppreſſiſſet & Annibal mouit ex taurinis ícertus quæ pars:ſequẽda eſſet:gallos ꝓſentem ſe ſecuturos ratus. Iá prope in cõſpectu erát exercitus:cõuenerátq; duces:ſicut uterq; íter ſe nõdũ ſatis noti:ita iam imbutus

Nono die uentũ in iugũ alpium Dematutino occaſu ítelligẽ q é inter equinoctiũ autũni & brumam.

Caſtra purgato ꝓ niuibus loco fiunt

Quíto méſe a Carthagíe noua í Italiá uenit

pœnus Copiæ Annibalis Videne cẽtronis ſit potiꝰ legẽdũ

uterq; quadam admiratione alterius. Nam Annibalis & apud romanos iam ante Sagunti excidiū cele
berrimum nomen erat: & Scipionem Annibal eo ipso: quod aduersus se dux potissimum lectus esset:
præstantem uirum credebat: & auxerant: inter se opinionem: Scipio quod relictus ī Gallia obuius fue
rat in Italiam transgresso Annibali: & conatu tam audaci traiiciendarum alpium: & effectu occupauit:
tamen Scipio Padum traiecit: & ad Ticinum amnem motis castris: priusquam educeret in aciē: adhor
tandorum militum causa talem orationem exorsus est. Si eum exercitum milites educerem in aciem:
quem in Gallia mecum habui: supersedissem loqui apud uos. Quid enim adhortari referret: aut eos
equites: qui equitatum hostium ad Rhodanum flumē uicissent egregie: aut has legiones: cum quibus
fugientem hunc ipsum hostem secutus confessionem cedentis ac detrectatis certamen pro uictoria ha
bui: nunc quia ille exercitus Hispaniæ prouinciæ scriptus: ibi cum fratre. Gn. Scipione meis auspiciis rē Scipiōis
gerit: ubi eum gerere senatus Populusq; Romanus uoluit: ego: ut consulem ducem aduersus Annibalē horta
ac pœnos haberetis: ipse me huic uoluntario certamini obtuli: nouo ĩperatori apud nouos milites pau tio ad
ca uerba facienda sunt: ne genus belli: neue hostem ignoretis: cum iis est uobis milites pugnandū: quos suos
terra mariq; priore bello uicistis: a quibus stipendium per. xx. annos exegistis: a quibus capta belli præ
mia Siciliam: ac Sardiniam habetis. Erit igitur in hoc certamine is uobis: illisq; animus: qui uictoribus
& uictis esse solet: Nec nunc illi: quia audent: sed quia necesse est: pugnaturi sunt: nisi creditis: qui exerci
tu incolumi pugnam detrectauere eos duabus partibus peditum equitumq; in trāsitu alpiū amissis: q
plures pœne perierint: quā superstint plus spei nactos esse: At. n. pauci quidem sunt: sed ingentes animis
corporibusq; quoq; robora: ac uires sustinere uis ulla uix possit: effigies imo ūmbræ hominum: fame:
frigore: illuuie: squalore enecti: contusi ac debilitati ĩter saxa rupesq; ad hæc perusti artus niue rigentes
nerui: membra torrida gelu: quassata fractaq; arma: claudi debiles equi cum hoc equite: cum hoc pedi
te pugnaturi estis: reliquias extremas hostium nō hostes habebitis. Ac nihil magis uereor: ne ante quā
uos cum hoste pugnaueritis: Annibalem alpes uicisse uideantur: sed ita forsitan decuit cum fœdeq; ru
ptore duce ac populo deos ipsos sine ulla humana ope cōmittere ac profligare bellum: nos autem: q se
cundū deos uiolati sumus: cōmissum ac ꝓfligatū cōficere. Non uereor: ne quis me hoc uestri adhortā
di causa magnifice loqui existimet: ipsum aliter aīo affectum esse. Licuit in Hispaniā ꝓuinciam meam
ire: quo iam ꝓfectus eram cū exercitu meo: ubi & fratrem cōsilii participem ac periculi socium haberē:
& Asdrubalem potius quam Annibalem hostē: & minorem haud dubie molem belli: tamen cū præ
terueherer nauibus Galliæ oram: ad famam huius hostis in terrā egressus: præmisso equitatu ad Rho
danum moui castra. Equestri prælio: qua parte copiarum conferendi manum fortuna data est: hostem
fudi: peditum agmē: qd in modū fugientium raptim agebat: qa assequi terra non poteram: neq; regres
sus ad naues erat: quanta maxime celeritate potui: tanto maris terrarumq; circuitu ī radicibus alpium
obuius fui: huic timendo hosti: utrum cum declinarē certamen: improuisus uideor incidisse: an occur
rere in uestigiis eius: lacessere: ac trahere ad decernendum? Experiri iuuat. utrum alios certe repēte car
thaginenses per uiginti annos terra ediderit: an iidem sint: qui ad Egades pugnauere insulā: & quos ab
Eryce duo de uigenis denariis æstimatos emistis. Et utrū Annibal hic sit æmulus itinerum Herculis:
ut ipse fert: an uectigalis stipendiariusq; & seruus Populi Romani a patre relictus. Quē nisi saguntinū
scelus agitaret: respiceret profecto si nō patriā uictā domū certe: pacē & fœdera Amilcaris scripta manu
qui iussus a cōsule nostro præsidiū deduxit ab Eryce: qui graues ĩpositas uictis Carthaginensibus leges
fremens mœrensq; accepit. Qui decedere Sicilia: qui stipendiū Po. Ro. dare pactus est: itaq; uos ego mi
lites: non eo solum aīo: quo aduersus alios hostes soletis pugnare uelim: sed cum indignatione quadā:
atq; ira uelut si seruos uideatis uestros arma repente contra uos ferentes. Licuit: si uoluissemus: ad Ery
cem clausos ultimo supplicio humanoq; fame interficere: licuit classem uictricem in Africam traiicere:
atq; intra paucos dies sine ullo certamine Carthaginē delere: ueniam dedimus præcantibus: emisimus
ex obsidione: pacē cū uictis fecimus: tutelæ nostræ deinde duximus cum Afro bello urgerentur. Pro Atq; pul
his ĩpertitis furiosum iuuenem sequentes oppugnatū patriā nostram ueniunt: atq; utinam ꝓ decore chram
nobis hoc tantum & nō pro salute esset certamē. Non de possessione Siciliæ ac Sardiniæ: de qbus quō horta
dam agebatur: sed pro Italia uobis est oppugnandum. Nec est alius a tergo exercitus: qui nisi nos uinci tionem
mus: hosti obsistat: nec alpes aliæ sunt: quas dum superant: comparari noua possint præsidia. hic est ob
standum milites: uelut si ante Romana mœnia pugnemus: unusquisq; se non corpus suum: sed coniu
gem ac liberos paruos armis protegere putet. Nec domesticas solum agitet curas: sed idētidem hoc ani
mo reputet: nostras nūc intueri manus senatum Populūq; Romanū: qualis nostra uis utriusq; fuerit:
talem deinde fortunam illius urbis: ac Romani ĩperii fore. Hæc apud Romanos cōsul. Annibal rebus
prius: quam uerbis adhortandos milites ratus: circundato ad spectaculum exercitu captiuos mōtanos
uinctos in medio cōstituit: armisq; gallicis ante pedes eoq; proiectis interrogare interpretem iussit: qs
si uinculis leuaretur: arma q; & equum uictor acciperet: decertare ferro uellet: cum ad unum omnes fer
rum pugnamq; poscerent: & deiecta esset ĩ id sors: se quisq; eum optabat: quem fortuna in id certamen
eligeret. Vt cuiusq; sors exciderat: alacer inter gratulantes gaudio exultans cum sui moris tripudiis ar
ma raptim capiebat. Vbi uero dimicarent: is habitus animorum non inter eiusdem modo conditionis
homines erat: sed etiam ĩter spectantes uulgo ut nō uincentium magis: quā bene moriētiū fortuna lau
daretur: dum sic aliquot spectatis paribus affectos dimisisset: concione inde aduocata: ita apud eos locu
tus fertur. Siquē animū ĩ alienæ sortis exēplo pauloante habuistis: eundē mox in æstimāda fortuna ue

Cõsiliũ Anniba lis ĩ suis hortan dis

stra habueritis:uicimus milites:neq; n. spectaculũ mõ illud:sed quædã ueluti imago uestræ cõditionis erat;ac nescio an maiora uincula:maioresq; necessitates uobis quã captiuis uestris fortuna circũdederit: dextera:leuaq; duo maria claudũt:nullã ne ad effugiũ qdẽ nauem habẽtibus:circa Padus amnis maior ac uiolẽtior Rhodano:a tergo Alpes urgent:uix integris uobis:ac uigẽtibus trãsitæ:hic uicendum aut moriendum milites est. Vbi primũ hosti occurristis:& eadẽ fortuna:quæ necessitatẽ pugnãdi ĩposuit: præmia uobis ea uictoribus ꝓponit:quibus ampliora hoĩes ne a diis quidẽ ĩmortalibus optare solent. Si siciliã tantũ ac Sardiniã parẽtibus nostris ereptas nostra uirtute recuperaturi essemus:satis tamẽ ampla pretia essẽt. Quicquid romani tot triũphis partũ cõgestumq; possident:id omne cũ ipsis dominis nostrum futuꝝ est:in hanc tam optimã mercedẽ agite cũ diis bene iuuãtibus:arma capite. Satis adhuc in uastis Lusitaniæ Celtiberiæq; collibus pecora consectãdo nullũ emolumẽtũ tot laboꝝ periculorũq; uestroꝝ uidistis. Tempus est opulenta uos ac dicia stipendia facere:& magna ope prætia mereri. Tãtũ itineris per tot mõtes fluminaq;:& tot armatas gentes emensos:hic uobis terminũ laboꝝ fortuna dedit:hic dignam mercedem emeritis stipendiis dabit:nec quam magni nominis bellum é:tam difficilẽ existimaueritis uictoriam fore. Sæpe & cõtemptus hostis cruẽtum certamẽ edidit:& inclyti populi regesq; perleui momẽto uicti sunt. Vnde adẽpto hoc uno fulgure nominis romani:quid est:qd illi uobis comparandi sint:ut uigĩti annoꝝ militiam uestram cũ illa uirtute:cũ illa fortuna taceã:ab Herculis columnis:ab Oceano terminisq; ultimis terraꝝ:ꝑ tot ferocissimos Hispaniæ & Galliæ populos uincẽtes huc ꝓuenistis:pugnabitis cum exercitu tyrõe ac ipsa æstate cæso:uicto circũsesso a gallis: ignoto adhuc duci suo ignorãtiq; ducẽ: An me ĩ pretorio patris clarissimi ĩperatoris ꝓpe notũ:certe educatũ:domitorem Hispaniæ Galliæq; uictorem:eundẽ nõ alpinaꝝ modo gẽtiũ:sed ipsarum:qd multo maius est alpium:cũ semestri hoc conferam duce desertore exercitus sui:Cui siquis:demptis signis:pœnos romanosq; hodie ostẽdat:ignoratuꝝ certũ habeo utrius exercitus sit cõsul. Nõ ergo illud parui æstimo milites:quod nemo uestrũ ẽ:cuius nõ ante oculos ipse sæpe militare aliqd ediderim facinus:cui non idem ego uirtutis spectator:ac textis notata tẽporibus locisq; referre sua possim decora. Tũ laudastis me milites:donastis:alumnus prius oĩum uestrũ:quam ĩperator ꝓcedam acie aduersus ignotos inter se:ignorantesq;. Quocũq; circũtuli oculos:plena oĩa uideo aĩorum ac roboris:ueteranũ peditẽ: generosissimarum gẽtium equites:frænatos:& infrænatos:uos socios fidelissimos fortissimosq;:uos carthaginenses cum ob patriã tum ob irã iustissimam pugnaturos:ĩ ferimus bellũ:infestisq; signis descẽdimus ĩ Italiã tanto audacius fortiusq; pugnaturi:quãto maior spes:maiorq; aĩus inferẽtis ẽ uim:q; arcẽtis. Accẽdit ꝑ tẽrea aĩos:& stimulat dolor iniuria ĩdignitas ad supplicũ depoposcere me ducẽ primũ: deĩde uos oẽs:q Saguntũ oppugnassetis:deditos ultimis cruciatibus affecturi fuere:crudelissĩma ac supbissĩma gẽs sua omnia suiq; arbitrii facere cũ qbus bellũ:cũ qbus pacẽ habeamus:se modũ ĩponere æquũ cẽset. Circunscribit:includitq; nos terminis montiũ fluminũq;:quos ne excedamus:neq; eos:quos statuit terminos obseruat. Ne trãsieris:ıberũ ne qd rei tibi sit cũ sagũtinis:ad Iberũ est sagũtũ:nusq; te uestigio moueris: parũ est qd ueterrimas ꝓuincias nostras Siciliam ac Sardiniã ademit ẽt Hispaniã:si inde cessero:ĩ Africã transcendet. Transcẽdisse autẽ dico:duos consules huius anni:unum ĩ Africam alteꝝ ĩ Hispaniam misere. Nihil usq; nobis relictũ est:nisi qd armis uĩdicauerimus. Illis timidis & ignauis licet esse:qui respectum habẽt qd suus ager:q; sua terra per tuta ac pacata itinera fugiẽtes:accipiẽt: Vobis necesse est fortibus uiris eẽ & oĩbus ĩter uictoriã mortemue certa desperatiõe abruptis:aut uĩcere:aut si fortũa dubitabit:ĩ prælio potius:quã ĩ fuga morte oppetere. Si hoc bene fixũ omnibus destinatũq; in animo:est iteꝝ dicam:uicistis:nullum incitamentum ad uincendum homini a diis immortalibus acrius datum est.

Victoriarũ & succesſuum ſeries

His adhortationibus cũ utrĩq; ad certamẽ accẽsĩ militũ animi eẽnt:Romani põte Ticinũ iungũt: tutandiq; nontis cã castellum sup ĩponunt. Pœnus opere occupatis hostibus:Maharbalem cum ala numidarum equitibus qngentis ad depopulandos socioꝝ Po. Ro. agros mittit:gallis parci q̃maxime iubet: Principumq; animos sollicitare ad defctionẽ. Ponte pfecto:traductus romanus exercitus ĩ agrum ĩsubrium quĩq; millia passũũ a uico tumulis cõsedit:ibi Annibal castra habebat. Reuocatoq; propere Maharbale atq; equitibus:cũ ĩstare certamẽ cerneret:nihil unquam satis dictum monitumq; ad cohortandos milites ratus:uocatis ad concionẽ certa præmia ꝓnunciat:ĩ quorum spem pugnarent: agrum sese daturũ in Italia esse: Africa:Hispania:ubi quisq; uelit ĩmunem ipsi qui accepisset:liberisq;. Qui pecuniã quã agrum maluisset:ei se argento satisfactuꝝ:qui socioꝝ ciues Carthaginẽses fieri uellent:potestatem factuꝝ:qui domos redire mallent:datuꝝ se operã ne cuius suoꝝ populariũ mutatam secum fortunã esse uellent:seruis quoq; dominos ꝓsecutis libertatem ꝓponit:binaq; pro his mancipia dominis se rediturum. Eaq; ut rata scirent fore. agnũ leua manu:dextera scilicem retinẽs:si falleret. Iouẽ cæteroſq; ꝑcatus deos:ita se mactarent:quẽadmodũ ipse agnũ mactasset:& secundũ præcationẽ caput pecudis saxo elisit. Tũ uero uelut diis auctoribus oẽs in spẽ suam quisq; acceptis:id moræ:quod nondũ pugnarẽt ad potienda sperata rati prælĩũ uno animo & una uoce poscunt. Apud romanos haud quaq̃ tãta alacritas erat:sup cætera recẽtibus etiam territos ꝓdigiis:nam & lupus ĩtrauerat castra:laniatisq; obuiis:ipse intactus euaserat. Examen apum arbore ĩ ꝑtorio ĩminente consederat. Quibus procuratis Scipio cum equitatu iaculatoribusq; expeditis profectus ad castra hostium:exq; propinquo copias quãtæ: & cuius generis essent speculãdas:obuius fit Annibali:& ipsi cũ eqtibus ad exploranda circa loca progresso. Neutri alteros primo cernebant. Densior deĩde ĩcessũ tot hominũ:equorũq; oriens puluis signũ ꝓpinquãtiũ hostiũ fuit. Cõstitit utrũq; agmẽ:& ꝑlio sese expediebãt. Scipio iaculatores & gallos equites ĩ fronte

Præmia ab Annibale militi ꝓposita

locat:romanos ſociorūq;:quod roboris fuit:in ſubſidiis. Annibal frænatos eq̄tes in mediū accepit cornua numidis firmat:uix dū clamore ſublato:iaculatores fugere iter ſubſidia ad ſecundam aciem. Inde equitū certamen erat aliquādiu anceps. Deinde:quia turbabant equos pedites intermixti:multis labentibus ex eqs:aut deſilientibus:ubi ſuos premi circūuentos uidiſſent:iá magna ex p̄te anceps erat: donec numidæ:qui in cornibus erāt:circūuecti paululum a tergo ſe oſtendere. Is pauor perculit romanos:auxitq;:pauoré conſulis uulnus:periculumq; itercurſu tum primū pubeſcentis filii pulſatum. Hic erat iuuenis:penes qué perfecti huiuſce belli laus eſt. Africānus ob egregiá uictoriam de Annibale & de pœnis appellatus. Fuga tamen effuſa iaculatorū maxime fuit:quos primos numidæ inuaſerūt. Alius cōſertus equitatus conſulē in medio acceptum:nō armis modo:ſed etiá corporibus ſuis protegens ī caſtra nuſq̄ trepide neq; effuſe cedendo reduxit:ſeruati cōſulis decus Cælius ad ſeruū natione Ligurem delegat malim equidem de filio uerū eſſe:quod & plures tradidere auctores:ſeruū fama obtinuit. Hoc primū cū Annibale prælium fuit:quo facile apparuit:& equitatu meliorem pœnū eſſe:& ob id campos patentes quales ſunt iter Padū Alpeſq;:bello gerendo romanis aptos nō eſſe. Itaq; ꝓxima nocte:iuſſis militibus uaſa ſilentio colligere:caſtra ab Ticino mota:feſtinatumq; ad Padū eſt:ut ratibus:quibus iunxerat flumen:nondum reſolutis:ſine tumultu:atq; infectatione hoſtis copias traiiceret. Prius Placentiam peruenere:quā ſatis ſciret Annibal ab ticino profectos. Tamē aliquot moratorū in citeriore ripa ſegniter ratem ſoluentes cepit:tranſire nō potuit ponté:ut extrema reſoluta erant:tota rate in ſecūdam aquam labente. Cælius auctor eſt Magoné cum eqtatu & hiſpanis peditibus flumen extéplo tranſnataſſe:ipſum Annibalem per ſupiora Padi uada exercitum traduxiſſe. Elephantis in ordiné ad ſuſtinendū impetum fluminis oppoſitis:ea periti amnis eius uix fecerint. Nāq; equites:armis equiſq; ſaluis:tantam uim fluminis ſuperaſſe non ueriſimile é:ut iam hiſpanos omnis inflati traſuexerint utres:ſed multorū dierum circuitu Padi uada petenda fuerint:qua exercitus grauis ipedimentis traduci poſſet. Potiores apud me auctores ſunt q̄ biduo uix locū rate iungendo flumini inuentū tradūt:eo cum Magone eqtes hiſpanorum expeditos præmiſſos. Dū Annibal circa flumen legationibus gallorum audiēdis moratus traiicit grauius peditū agmen:interim Mago:eqteſq; ab tranſitu fluminis diei unius itinere Placētiā ad hoſtes contēdunt. Annibal paucis poſt diebus ſex millia a Placentia caſtra cōmuniuit:& poſtero die ī cōſpectu hoſtium acie directa:ptātem pugnæ fecit. In ſequēti nocte cædes ī caſtris romanis tumultu tamē: quā re maior ab auxiliaribus gallis facta eſt:ad duo millia peditum:& ducenti equites: uigilibus ad portas trucidatis:ad Annibalem trā:fugiunt. Quos pœnus benigne allocutus:& ſpe īgētium donorum accenſos:ī ciuitates quéq; ſuas ad ſollicitādum popularium aīos dimiſit. Scipio cædem eam ſignum defectionis oīum gallorū eſſe ratus:cōtactoſq; eo ſcelere uelut iniecta rabie ad arma ituros:q̄q̄ grauis adhuc uulnere erat:tamen quarta uigilia noctis īſequētis:tacito agmine profectus ad Trebiam fluuium:ī loca altiora colleſq; ipeditiores eqti caſtra mouet. Minus quam ad Ticinum fefellit:miſſiſq; Annibal primū numidis:deide omni equitatu turbaſſet utiq; nouiſſimum agmé:ni auiditate prædæ ī uacua romana caſtra diuertiſſent. Ibi dum per ſcrutātes loca oīa caſtrorum nullo ſatis digno moræ p̄tio tempus terūt emiſſus eſt hoſtis de manibus: Et cum iam tranſgreſſos Trebiam romanos metanteſq; caſtra cōſpexiſſent:paucos moratorum occiderūt circa flumé iterceptos. Scipio nec uexatiōem uulneris ī uia iactātis ultra patiēs & collegam (iam enim reuocatum ex Sicilia audierat) ratus expectādum:locum:qui prope flumen tutiſſimus ſtatiuis eſt uiſus delectum cōmuniuit. Nec procul īde Annibal:cum cōſediſſet:quātum uictoria equeſtri elatus:tātum anxius inopia:quæ per hoſtium agros euntē nuſquā præparatis cōmeatibus maior ī dies excipiebat:ad Claſtidiū uicum:quo magnū fruméti numerū cōgeſſerāt romani mittit. Ibi:cū uim pararēt:ſpes facta ꝓditionis:nec ſane magno p̄cio nūmis aureis quadrigētis datis. P. Brunduſino p̄fecto p̄ſidii corrupto tradit Annibali Claſtidiū:id horreū pœnis ſedētibus ad Trebiá. In captiuos ex tradito p̄ſidio:ut fama clæmētiæ ī pricipio reū colligeret:nihil ſæuitū é. Cū ad Trebiā terreſtre cōſtitiſſet bellū īterim circa Siciliā īſulaſq; Italiæ īminētes:& a Sēpronio cōſule:& ante aduētum eius terra mariq; res geſtæ. Vigitiquiqueremes cū mille armatis ad depopulādam orā Italiæ a carthaginenſibus miſſæ:nouē liparas:octo ad īſulam Vulcani tenuerūt:tres ī fretum auertit æſtus. Ad eas conſpectas a Meſſana duodecim naues Ab hierone rege ſyracuſanorū miſſæ:q̄ tum forte Meſſanæ erat: cōſulé romanū opperiēs:nullo repugnāte:captas naues Meſſanā ī portū deduxerunt· Cognitū ex captiuis præter uigīti naues:cuius ipſi claſſis eēnt:ī Italiā miſſas:q̄nq; & triginta alias q̄nqueremes Siciliā petere ad ſollicitādos ueteres ſocios. Lilybæi occupādi p̄cipuā curā eſſe:credere eadē tēpeſtate:q̄ ipſi diſiecti forent:eā quoq; claſſem ad Aegadis īſulā deiectam. Hæc ſicut audita erāt:rex Meſſanæ Aemylio p̄tori:cuius Sicilia erat ꝓuīcia:p̄ſcribit:monetq; Lilybeū firmo teneret p̄ſidio. Extéplo & circa p̄torium ac ciuitaté miſſi legati tribuniq;:q̄ ſuos ad curā cuſtodiæ ītēderent:ante oīa Lilybæū teneri ad apparatū belli. Edicto ꝓpoſito:ut ſocii nauales. x. die ū coēta cibaria ad naues deferrēt:& ubi ſignū datū eēt neqd moram cōſcendēdi faceret:perq; omnem orā:q̄ erāt ex ſpeculis cōſpicerent aduētantem hoſtium claſſem: Simul itaq;:q̄q̄ de īduſtria morati curſum nauium erā carthaginēſes:ut ante lucem accederēt Lilybæū: præſenſum tamen é:quia & luna pernox erat:& ſublatis armamētis ueniebāt: extéplo datū eſt ſignū e ſpeculis:& ī oppido ad arma conclamatū é:& in naues cōſcenſum:pars militū in muris portarumq; ſtationibus:pars ī nauibus erāt:& carthaginenſes:quia rem fore haud cū imparatis cernebāt: uſq; ad lucé portu ſe abſtinuerūt demendis armamentis eo tēpore:aptandaq; ad pugnā claſſe abſumpto:ubi illuxit recipe claſſem in altum:ut ſpatiū pugnæ eēt:exitumq; liberum e portu naues hoſtiū haberēt. Nec Ro-

Eq̄ſtre p̄lium

Cōſulis uulnus

Defectio auxiliariū gallorū a ro.

Claſtidiū tradit pœnis

mani detrectauere pugnam:& memoria circa ea ipsa loca gestaꝝ reꝝ fræti:& militum multitudine:ac uirtute:ubi in altum euecti sunt:romanus cōserere pugnā:& ex ꝓpinquo uires conferre uelle. Contra eludere pœnus & arte:non ui rem gerere nauium:quā uiroꝝ:aut armoꝝ malle certamen facere. Nam ut sociis naualibus affatim instructā classem:ita inopem milite habebant:& sic ubi conserta manus eēt: haud quaq̄ par numerus armatoꝝ ex ea pugnabat. Quod ubi animaduersum est:& romanis multitudo sua auxit animū:& paucitas illis minuit:extemplo septem naues punicæ circūuentæ:fugam cæteræ ceperunt. Mille &.dcc. fuere ī nauibus capti milites:nautæq̄:in iis tres nobiles carthaginensium: classis romana incolumis:una tātum ꝓforata naui:sed ea quoq̄ ipse reduce:in portum rediit. Secundū hāc pugnā nondum gnaris eis:qui Messānæ erant. L. Sempronius consul Messanam uenit:& fretū ītranti rex Hiero classem ornatam obuiam duxit. Transgressusq̄ ex regia ī prætoriam nauem gratulatus sospitē cum exercitu & nauibus aduenisse:præcatusq̄ ꝓsperum ac felicem ī Siciliam transitum: statum deide insulæ:& carthaginensium conata exposuit:pollicitusq̄ est:quo animo priore bello populum romanū iuuenis adiuuisset:eo senem adiuturum:frumenta:uestimētaq̄ se legionibus consulis: sociisq̄ naualibus gratis præbitūꝝ:grande ꝓiculum lilybeoꝝ maritimisq̄ ciuitatibus esse:quibusdam uolētibus nouas res fore:ob hoc consuli nihil conctandū uisum:quin Lilybæum classe peteret. Et rex regiaq̄ classis una ꝓfecti:nauigantes inde pugnatū ad Lilybæum:fusasq̄ & captas hostium naues accepere. A lilybeo consul. Hierone cū classe regia dimisso:relictoq̄ ptore ad tuendā Siciliæ orā:ipse ī insulā Melitā: quæ a carthaginēsibus tuebatur:traiecit aduēnieti Amilcar Gisgonis filius pfectus psidii cū paulo minus duobus millibus militū oppidūq̄ cū insula tradit ide post paucos dies reditū Lilybæū:captiuiq̄ & a cōsule & a ptore:pter īsignes nobilitate uiros sub corona uænierūt. Posteaquā ab ea parte satis tutam. Siciliam censebat cōsul:ad īsulas Vulcani:quia fama erat stare ibi punicam classem:traiecit:nec quisq̄ hostiū circa eas insulas iuentus:iam forte trāsmiserant ad uastādam Italiæ oram:depopulatoq̄ uibonēsi agro urbē etiam terrebant. Repetēti Siciliā consuli:excursio hostiū in agrum uibonensem facta nunciat:litteræq̄ a senatu de transitu ī Italiā Annibalis:& ut primo quoq̄ tēpore collegæ ferret auxiliū missæ tradūtur: multis simul anxius curis exercitum extemplo in naues impostium Ariminū supero mari misit. Sext. Pomponio legato cum uigintiquīq̄ longis nauibus uibonēsem agrum:maritimāq̄ oram Italiæ tuendam attribuit. M. Aemylio ptori quīquaginta nauium classem expleuit. Ipse cōpositis Siciliæ rebus:decem nauium classe oram Italiæ legens: Ariminū puenit:inde cum exercitu suo ꝓfectus ad Trebiam flumen collegæ cōiungitur. Iam ambo consules:& qcqd romanaꝝ uirium erat Annibali oppositū:aut illis copiis defendi posse romanū imperiū:aut spē nullam aliam esse satis declarabat. Tamen consul alter equestri plīio uno:& uulnere suo minutus trahi rem malebat. Recentis animi alter:eoq̄ ferocior nullā dilationē patiebatur. Quod inter Trebiā Padūq̄ agri est:galli tū incolebant:in duoꝝ ppotentiū populoꝝ certamine p ambiguū fauorem haud dubie gratiam uictoris spectātes:id romani neqd modo mouerent:æquo satis:pœnus piniquo aīo ferebat:a gallis accitū se uenisse ad liberandū eos dictitans. Ob eam irā simul ut pda militē aleret:duo millia peditū:& mille eqtes numidas plæroq̄ mixtos:quosdā & gallos populari omnē deinceps agrū usq̄ ad Padi ripas iussit. Egentes ope galli:cum ad id dubios seruassent animos:coacti ab auctoribus iniuriæ ad uindices futuros declinant. Legatisq̄ ad cōsulem missis:auxiliū romanoꝝ terræ ob nimiam cultoꝝ fidē in romanos laboranti:orat. Cornelio nec causa:nec tempus agendæ rei placebat:suspectaq̄ ei gens erat:tum ob īfida multa facinora:tū ut alia uetustate ob soleuissent ob recentē boioꝝ perfidiam:Sempronius cōtra:cōtinendis:in fide sociis:maximū uīculum esse:primosq̄:qui coissent:ope defensos censebat:tum collega cūctante equitatū suū mille peditū:iaculatoribus ferme admixtis:ad defendendū gallicū agrum trans Trebiam mittit. Ii sparsos:& īcomposītos:oneratosq̄ pda plerosq̄ cū inopīnātes inuasissent:īgētem terroꝝ cædemq̄ ac fugam usq̄ ad castra stationesq̄ hostium fecere:unde multitudine effusa pulsi:rursus subsidio suorum prælium restituere. Varia īde pugna sequentes:quacunq̄ ad extremū æquassent certamē:maior tamē hostiū romanis fama uictoriæ fuit. Cæteꝝ nemini oīum maior:iustiorq̄ quā ipsi cōsuli uideri:gaudio efferri: qua parte copiaꝝ alter cōsul uictus foret:ea se uicisse restitutos ac refectos militum animos:nec quēquam esse:pter collegam:qui dilatam dimicationē uellet:eum aīo magis:q̄ corpore ægrū:memoria uulneris aciem ac tæla horrere:sed non esse cū ægro senescendū. Quid.n. ultra differri:ac teri tempus? quē tertium cōsulem? quem aliū exercitū expectari? Castra carthaginēsium in Italia:ac prope ī conspectu urbis eē. Nō Siciliam:ac Sardiniam uictis adēptas:nec eis Iberaꝝ Hispaniā peti:sed solo patrio terraq̄ in qua geniti forent pelli romanos: Quantū ingemiscant:inquit patres nostri circa mœnia Carthaginis bellare soliti: si uideant nos progeniē suā duos cōsules cōsularesq̄ exercitus in media Italia pauētes intra castra: pœnum:quod īter alpes Appænnīnumq̄ agri sit:suæ dicionis feciss? Hæc assidens ægro collegæ: hæc in prætorio ꝓpe concionabundus agere. Stimulabat & tēpus ꝓpinquū comitioꝝ:ne ī nouos cōsules bellum differret:& occasio in se unū uertendæ gloriæ:dū æger collega erat. Itaq̄ neqcquā dissentiēte Cornelio parari ad ꝓpinquū certamē milites iubet. Annibal:cū quid optimū foret hosti:cerneret: uix ullā spem habebat temere:atq̄ īprouide qcq̄ consules acturos. Sed cum alterius ingenium fama prius: deinde re cognitum:percitum ac ferox sciret esse:ferociusq̄ factum ex ꝓspero cū pdatoribus suis certamine crederet:adesse gerendæ rei fortunā haud diffidebat. Cuius:ne qd prætermitteret tēpus:sollicitusq̄ & intentus erat:dum tyro hostiū esset miles:dum melioré ex ducibus inutilem uulnus faceret: dū gallorum aī uigerent:quoꝝ ingētē multitudinē sciebat segnius secuturā:quanto lōgius a domo traherent.

Prospa naualis pugna Ro.

Sēpronius cō sul ad trebiā contendunt

Vane sempronii consulis elatio

Cum ob hæc taliaq; ſperaret propinquum certamen:& facere:ſi ceſſaretur:cuperet:ſpeculatoreſq; galli ad ea exploranda:quæ uellet:tutiores:quia in utriſq; caſtris militabant paratos pugnæ eſſe romanos retuliſſent:locũ inſidiis circũſpectare pœnus cœpit. Erat in medio riuus utrĩq; peraltis clauſus ripis:& circa obſitus paluſtribus hærbis:& quibus inculta ferme ueſtiuntur uirgultis:uepribuſq;. Quem ubi ad equites quoq; tegendos ſaris latebroſum locũ circũuectus ipſe oculis perluſtrauit. Hic erit locus Magoni fratri ait:quem teneas. Delige centenos uiros ex omni equite:ac pedite:cũ quibus ad me uigilia prĩa uenias:Nunc corpora curare tẽpus eſt:ita præconium miſſum. Mox cũ delectis Mago aderat. Robora uiroꝝ cerno:inqt: Annibal:ſed ut & numero etiam non animis modo ualeatis:ſingulis uobis nouenos ex turmis:manipuliſq; ueſtris ſimiles eligite. Mago locum monſtrabit:quẽ inſideatis:hoſtẽ cæcum ad has belli artes habetis. Ita mille equitibus Magoni:mille peditibus dimiſſis: Annibal prima luce numidas eqtes tranſgreſſos. Trebiã flumen obequitare iubet hoſtiũ portis:iaculandoq; in ſtatiões:elicere ad pugnã hoſtẽ:iniecto deinde certamine:cedendo ſenſim circa flumen pertrahere. Hæc mandata numidis. Cæteris peditũ ducibus eqtumq; præceptum:ut prandere oẽs iuberent:armatos deinde inſtratiſq; equis ſignũ expectare. Sempronius ad tumultũ numidaꝝ primũ omnẽ equitatũ ferox ea parte uirium deinde ſex millia peditũ:poſtremo omnes copias ad deſtinatũ locum iam ante conſilio auidus certaminis eduxit. Erat forte brumæ tempus:& niualis dies ĩ locis alpibus Appænninoq; interiectis propinqtate etiã fluminũ ac paludum p̃gelidis:ad hæc raptim eductis hominibus:atq; eqs:non capto ante cibo non ope ulla ad arcendum frigus adhibita:nihil caloris inerat:& qcqd auræ fluminis appropinquabat: afflabat acrior frigoris uis:ut uero refugientes numidas inſequentes aquam ingreſſi ſunt:& erat pectoribus tenus:aucta Nocturno imbri tum utiq; egreſſis rigere omnibus corpora:ut uix armoꝝ tenẽdorum potentia eſſet:& ſimul procedente iam die fame etiam deficere. Annibalis interim miles: ignibus ante tentoria factis:oleoq; per manipulos:ut mollirent artus:miſſos:& cibo per ocium capto:ubi tranſgreſſos flumẽ nunciatũ eſt hoſtes:alacer animis:corporibuſq; arma capit:in aciẽq; ꝓcedit. Baleares locat ante ſigna:leuem armaturã:octo ferme millia hoĩum:deide grauioré armis peditem. Quod uiriũ: quod roboris erat:ĩ cornibus circunfudit:decẽ millia eqtũ & a cornibus ĩ utranq; partẽ diuerſos elephãtos ſtatuit. Cõſul effuſos ſequẽtes equites:cũ ab reſiſtẽtibus ſubito numidis ĩcauti exciperẽtur:ſigno receptui dato reuocatos:circũdedit peditibus. Duo deuigiti millia romani erant:ſociũ noĩs latini. xx. auxilia præterea cenomanoꝝ:ea ſola in fide gallica mãſerat gens:his copiis concurſum é: p̃lium a balearibus ortum é. Quibus cũ maiore robore legiones obſiſterẽt:deductæ propere ĩ cornua leuis armaturæ ſunt. Quæ res effecit:ut eqtatus romanus extẽplo urgeretur:Nã cũ uix iã p̃ ſe reſiſterẽt decẽ milibus eqtum quattuor millia:& feſſi romani:plæriſq; ĩtegris pœnis obruti ſunt ĩſuper uelut nube iaculorum a balearibus cõiecta:ad hoc elephãti eminẽtes ab extremis cornibus:equis maxime non uiſu modo: ſed odore inſolito territis fugã late faciebãt pedeſtris pugna par animis magis:quã uiribus erat:quas recẽtes pœnus pauloante curatis corporibus in p̃lium attulerat:cõtra ieiuna:feſſaq; corpora romanis & rigentia gelu torpebant. Reſtitiſſent tamen aĩs:ſi cũ pedite ſolum foret pugnatum:ſed & baleares:pulſo eqte iaculabãtur in latera:& elephanti iam ĩ mediã peditum aciem ſeſe tulerant:& Mago: numidæq; ſimul latebris eoꝝ improuida p̃terlata acies eſt:exorti a tergo ingẽtem tumultum:ac terroré fecere. Tamẽ in tot circunſtantibus malis mãſit aliquãdiu ĩmota acies maxie p̃ter ſpem omnium:aduerſus elephantos eos:pedites ad idipſum locati uerutis cõiectis:& auertere:& ĩſecuti auerſos ſub caudis:qua maxie molli cute uulnera accipiũt:fodiebant: Trepidantiſq; ꝓpe iam in ſuos conſternatos media acie ĩ extremã:ad ſiniſtrũ cornu aduerſus gallos auxiliares agi iuſſit Annibal:extẽplo haud dubiam feceĩ fugam additus quoq; nouus terror Romanis:ut fuſa auxilia ſua uiderunt. Itaq; cũ iam ĩ orbem utrinq; pugnarẽt:decẽ millia ferme hoĩum:cũ alii euadere nequiuiſſent:media afroꝝ acie:quæ gallicis auxiliis firmata erat:cũ ingenti cæde hoſtium prupe. Et cum neq; ĩ caſtra reditus eſſet:flumine ĩtercluſis:neq; præ imbri ſatis decernere poſſent:qua ſuis opem ferrent. Placẽ tiam recto itinere p̃rexere. Plures deinde in oẽs p̃tis eruptiones factæ:& qui flumen petiere:aut gurgitibus abſumpti ſunt:aut ĩtercunctationé ingrediendi ab hoſtibus opp̃ſſi. Qui paſſim p̃ agros fuga ſparſi erant:ueſtigia cedentis ſequentes agminis. Placentiam contendere. Aliis timor hoſtium audaciam ingredi flumen fecit:tranſgreſſiq; in caſtra p̃uenere:imber niue mixtus:& intoleranda uis frigoris:& homines multos:& iumenta:& elephantos prope omnis cõ ſumpſit:Finis inſequendi hoſtis pœnis flumen Trebia fuit:& ita torpentes gelu in caſtra rediere:ut uix læticiam uictoriæ ſentirent:Itaq; nocte inſequẽti cum præſidium romanoꝝ caſtroꝝ:& qđ reliquum ex magna parte militum erat:ratibus Trebiam traiicerent:aut nihil ſenſere pœni obſtrepeſcẽte pluuia: aut quia iam moueri præ laſſitudine nequibant:ac uulneribus ſeſe ſentire diſſimularunt. Quietiſq; pœnis:tacito agmine a Scipione conſul exercitus Placentiam eſt perductus:inde Pado traiectus Cremonã: ne duoꝝ exercituum hybernis una colonia premeretur. Romam tantus terror ex hac clade p̃latus eſt: ut iam ad urbem Romam crederent infeſtis ſignis hoſtem uenturum:nec quicquam ſpei aut auxilii eſſet:qua portis mœnibuſq; uim arcerent:uno conſule ad Ticinum uicto:altero ex Sicilia reuocato:duobus conſulibus:duobus conſularibus exercitibus uictis:quos alios duces:quas alias legiões eſſẽ:quæ accerſerentur? ita territis Sempronius conſul aduenit ingenti periculo:per effuſos paſſim ad prædãdum hoſtium equites:audacia magis:quam conſilio:aut ſpe fallendi:reſiſtendiue ſi nõ falleret: tranſgreſſus: Id quod unum maxime in præſentia deſyderabatur. Comitiis conſularibus habitis:in hyberna rediit. Creati conſules. Gn. Setuilius &. C. Flaminius. Cæterum ne hyberna quidem Romanis quieta erant:

Sratagema Annibalis

Cõſiliũ pœni ducis in copiis ad pugnã cõparãdis

Eq̃ſtre p̃lium

Gn. Seruilius. C. flaminij cõſ.

uagantibus paſſim numidis eqtibus & quæ his impeditiora erant celtiberis luſitaniſq;.Oēs igitur clau ſi undiq; cōmeatus erant:niſi quos Pado naues ſubueherent.Emporiū ꝑpe Placentiā fuit & opere ua/ lido & magno munitū præſidio.Eius caſtelli oppugnandi ſpe:cum equitibus ac leui armatura ꝑfectus Annibal:cum plurimū in cælando incœpto ad effectū ſpei habuiſſet:nocte adortus non fefellit uigiles. Tantus repente clamor eſt ſublatus:ut Placentiæ quoq; audiretur.Itaq; ſub lucē cū equitatu cōſul ade/ rat:iuſſis quadrato agmine legionibus ſequi.Equeſtre præliū interim commiſſum:in quo:qa Annibal ſaucius pugna exceſſit:pauore hoſtibus iniecto:defenſum egregiæ præſidium eſt Paucorum īde dieꝝ quiete ſumpta:& uix dum ſatis percurato uulnere:ad Vicūuias ire pergit odpugnandas.Id emporium a romanis gallico bello fuerat munitum:inde locum frequentauerāt accolæ mixti undiq; ex finitimis populis:& tunc populationū terror eo plæroſq; ex agris cōpulerat.Huius generis multitudo fama im pigre defenſi ad Placētiam ꝑſidii accenſi:armis arreptis:obuiam Annibali procedit magis agmine:quā acie:in uia concurrerunt.Et cū ex altera parte nihil præter īconditam turbā eſſet:ī altera & dux militi: & duci miles fidens:ad triginta quinq; millia hominum a paucis fuſa:poſtero die:deditiōe facta:ꝑſidiū intra mœnia accepere iuſſiq; arma tradere:cū dicto paruiſſent:ſignū repēte uictoribus datur:ut tanq ui captam urbē diriperēt.Neq; ulla:quæ in tali re memorabilis ſcribētibus uideri ſolet:prætermiſſa cla des eſt:adeo omnis libidinis crudelitatiſq; īhumanæ ſuperbiæ ærditum ī miſeros eſt exemplum. Hæ fuerunt hybernæ expēditiones Annibalis.Haud longis īde temporibus:dum ītolerabilia frigora erāt: quies militi data eſt:& ad prima ac dubia ſigna ueris profectus ex hybernis in Ethruriā ducit:eā quoq; gentem ſicut gallos:ligureſq; aut ui:aut uoluntate adiuncturus:Tranſeuntem Appænninū adeo atrox tempeſtas adorta ē:aut alpiū fœditatē prope ſupauerit.Vento mixtus imber cū ferretur ī ipſa ora prīa: quia aut arma omittēda erāt:aut contra enitētes uertice intorti affligebātur:conſtitere.Deinde cum iā ſpiritū includeret:nec reciprocare animam ſineret:auerſi a uento:parumper cōſedere:tum uero īgenti ſono cælum ſtrepere:& inter horrēdos fragores micare ignes:capti auribus & oculis metu omnes tor/ pere.Tandem effuſo imbre:cum eo magis accenſa uis uenti eſſet:ipſo illo:quo deprahēſi erant loco ca/ ſtra ponere neceſſarium uiſum eſt.Id uero laboris uelut deintegro initiū fuit.Nā nec explicare qcq̄:nec ſtatuere poterant:nec qd' ſtatutum eſſet:manebat:oīa perſcindente uento:& rapiente:& mox aqua le/ uato uento:cū ſuper gelida montiū cacumina concreta eſſet:tantū niuoſæ grādinis deiecit:ut omnibus omiſſis procūberent hoīes tegminibus ſuis magis obruti:quā tecti.Tantaq; uis frigoris inſecuta eſt:ut ex illa miſerabili hominū:iumentorūq; ſtrage cū ſe quiſq; attollere:ac leuare uellet:diu nequiret:qa tor pentibus rigore neruis:uix flectere artus poterant:deinde ut tandē agitando ſeſe mouere:ac recipe aios & raris locis ignis fieri eſt cœptus:ad alienā opē quiſq; inops tēdere.Biduū eo loco uelut obſeſſi manſe re:multi hoīes:multa iumenta:elephanti quoq; ex his:q prælio ad Trebiā facto ſupfuerāt:ſeptē abſum pti.Digreſſus Appænnino retro ad Placentiā caſtra mouit:& ad decē millia progreſſus cōſedit.Poſtero die.xii.millia peditū:quinq; equitū aduerſus hoſtē ducit.Nec Sempronius conſul:iā.n.redierat ab Ro/ ma:detrectauit certamen:atq; eo die tria millia paſſuum ĩter bina caſtra fuere.Poſtero die: ingentibus animis:uario euentu pugnatum ē primo cōcurſu adeo res romana ſuperior fuit:ut nō acie uinceret ſo/ lum:ſed perculſos hoſtes ī caſtra perſequerentur:mox caſtra quoq; oppugnarēt.Annibal paucis ꝑpu/ gnatoribus ī uallo:portiſq; poſitis:cæteros confertos ī media ualle recepit.Intentoſq; ſignū ad erumpē dum ſpectare iubet.Iam nona ferme diei hora erat:cū romanus nequicquā fatigato milite:poſteaq̄ nul la ſpes erat potiundi caſtris:ſignum receptui dedit.Quod ubi Annibal accepit:laxatāq; pugnā:& receſ/ ſum a caſtris uidit:extēplo equitibus dextera leuaq; emiſſis in hoſtē:ipſe cum peditum robore de iis ca ſtris erupit.Pugna raro ulla magis ſcæua:& cū utriuſq; partis pernicie clarior fuiſſet:ſi extendi a die ī lō gum ſpatiū quiuiſſet:nox accenſum ingentibus aīs prælium diremit:itaq; acrior concurſus fuit: quā cæ/ des:& ſicut æquata ferme pugna erat:ita clade pari diſceſſum eſt:ab utraq; parte ſexcētis plus peditibus & dimidium eius equitū cecidit:Sed maior romanis quā pro numero iactura fuit.quia equeſtris ordi/ nis aliquot:& tribuni militum quinq;:& ꝑfecti ſociorum tres ſunt interfecti:Secundū eam pugnā An/ nibal in ligures:Sempronius Lucam conceſſit.Venienti in Ligures Annibali per inſidias ītercepti duo queſtores romani.C.Fuluius:&.L.Lucretius cū duobus tribunis militū &quinq; equeſtris ordinis ſe/ natorū ferme liberis quo magis ratā fore cū his pacē:ſocietatēq; crederet:traduntur.Dū hæc ī Italia ge/ runt.Gn.Scipio ī Hiſpaniā cū claſſe:& exercitu miſſus:cū ob oſtio Rhodani ꝑfectus pyreneoſq; mon tes circūuectus emporiis appuliſſet claſſe:expoſito ibi exercitu:orſus a lacetanis uſq; ad Iberum flumē partim renouandis ſocietatibus:partim nouis inſtituēdis romanæ ditionis fecit:inde cōciliata clæmen tiæ fama:non ad maritimos modo populos:ſed in mediterraneis quoq; ac mōtanis ad ferociores iā gē tes ualuit.Nec pax modo apud eos:ſed ſocietas etiā armoꝝ parata eſt:ualidæq; aliquot auxilioꝝ cohor tes ex iis cōſcriptæ ſunt.Hanno Hānonis cis Ibeꝝ prouincia erat:eū reliquerat Annibal ad regiōis eius præſidiū.Itaq; priuſq̄ alienarentur oīa:obuiā eundum ratus:caſtris ī conſpectu hoſtiū poſitis: in aciem eduxit.Nec romano differēdum certamē uiſum:quippe q ſciret cum Hānone:& Aſdrubale ſibi dimi/ candum eſſe:malletq; aduerſus ſingulos ſe paratim:quā aduerſus duos ſimul rē gerere:nec magni cer/ taminis ea dimicatio fuit.Sex millia hoſtiū cæſa:duo capta cū præſidio caſtroꝝ. Nā & caſtra expugna/ ta ſunt:& ipſe dux militū cum aliquot præſidiis capit:& Sciſſum ꝑpinquū caſtris oppidū expugnat: Cæterū præda oppidi parui ptii rerū fuit:ſupellex barbarica:ac uilium mācipioꝝ.Caſtra militē ditaue/ re:nō eius modo exercitus:q uictus erat:ſed & eius:q cū Annibale ī Italia militabat:oībus fere caris re/

Anni/ bal ſau/ ciatus Vicūui/ as

ꝑſidia pœ.

Anniba lis mo/ tus in ethruri am

Sæua ī appēni/ no tēpe ſtas pœ nos af/ fligit

Ferox pugna ad placē tiam

Prīa ro. pugna ī hiſpāia

bus:ne grauia ipedimẽta ferentibus essent circa Pyreneum relictis.Priusquã certa huius cladis fama accederet:transgressus Iberum Asdrubal cum octo millibus peditum:mille equitibus: tanquã ad primum aduentum romanorum occursurus:posteaquã perditas res:amissaq; castra accepit:iter ad mare conuertit.Haud procul Tarracone classicos milites:nauales; socios uagos palãtis; per agros:quod fere fit:ut secundæ res creent negligentiam:equite passim dimisso:cũ magna cæde:maiore fuga ad naues compellit.Nec diutius circa ea loca morari ausus:ne a Scipione opprimeretur:trans Iberum sese recepit:& Scipio raptim ad famam nouor; hostium agmine acto:cum in paucos præfectos paululũ animaduertisset:præsidio Tarracone modico relicto:emporia cũ classe rediit:uix dum digresso eo Asdrubal aderat:& Ilergetum populo:qui obsides Scipioni dederat:ad defectionem impulso:cum eor; ipsorum iuueniure agros fidelium romanis sociorum uastat.Excito deide Scipiõe:Hybernis stoicosis Tarracone Iberum rursus cedit.Agros Scipio relictos ab auctore defectionis:& ilergetiam gẽtem cũ ifesto exercitu inuasisset:compulsis omnibus: Athanagiam urbem:quæ caput eius populi erat:circũsedit:intraq; dies paucos pluribus:quã ante obsidibus imperatis:ilergetes pecunia etiam mulctatos in ius dicionemq; recepit.Inde in ausetanos prope Iberum socios & ipos pœnorum procedit:atq; urbe eorum obsessa lasetanos auxilium finitimis ferentes nocte haud ꝑcul iam urbem cum intrare uellent:excepit insidiis:Cæsa ad.xii.millia:exuti pœne omnes armis:domos palantes passim per agros diffugere. Nec obsessos alia ulla res:quam iniqua oppugnantibus hyems tutabatur.xxx.dies obsidio fuit:per quos raro unquam nix minus quattuor pedes alta iacuit:adeoq; pluteos:ac uineas romanorum operuerat:ut sola ignibus aliquotiens coniectis ab hoste etiam tutamentum fuerit.Postremo cum Amusitus princeps eor; ad Asdrubalẽ ꝑfugisset.xx.argẽti talẽtis pacti dedunt. Tarraconé in hyberna reditum est.

Vide ne hostico sis sit legẽdum ab eo qđ hosticũ dicimus qđ non sit pactum

Romæ aũt circa urbem multa ea hyeme prodigia facta:aut quod euenire solet motis semel in religionem animis:multa nunciata:& credita temere sunt:ĩ quis ĩgenuum ĩfantem semestrem in foro olitorio triumphum clamasse:& foro boario bouem in tertiam contignationem sua sponte scãdisse:atq; inde tumultu habitatorũ territum sese deiecisse: & nauium specie de cælo affulsisse:&ædem spei:quæ in foro olitorio fulmine ictam: & Lanuuini hastam se cõmouisse:& coruum in ædem Iunonis deuolasse:atq; in ipso puluinario cõsedisse:& ĩ agro amiternino multis locis hoĩum specie ꝑcul cãdida uestе uisos:nec tamẽ illos cõgressos:& ĩ Piceno lapidibus pluuisse & cære sortes:extenuatæ:& in Gallia lupũ uigili gladiũ e uagina raptũ abstulisse.Ob cætera ꝑdigia libros adire decẽuiri iussi sũt:qđ aũt labidibus pluuisset ĩ Piceno:nouẽdiale sacrum edictũ:& subinde aliis ꝑcurãdis ꝑpe tota ciuitas operata fuit.Iam primum omnium urbs lustrata est:hostiæq; meliores:quibus edictum ẽ diis cæsæ:& donum ex auri põdo.xl.Lanuuinũ Iunoni portatũ ẽ:& signũ æneũ matrõæ Iunoni ĩ auẽtino ædificauerũt: & lectisterniũ cære:ubi sortes extenuatæ erant:imperatũ:& supplicatio Fortunæ in Algido . Romæ quoq; & lectisternium iuuentuti:& supplicatio ad ædẽ Herculis:noiatim deide uniuerso populo circa oĩa puluinaria ĩdicta: & Genio maiores hostiæ cesæ.Q.&.C.Attilius Seranus ꝓtor uota suscipere iussus:si in.x. annos romanus po.eodem stetisset loco.Hæc procurata uota : quæ ex libris sibyllinis magna ex parte leuauerant aĩum religione.Cõsulum designator;.Alter Flaminius:cui eæ legiones:quæ Placentiæ hybernabant:sorte euenerant:edictũ & litteras & consulem misit : ut is exercitus idibus martiis Arimini esset in castris.Huic in prouincia consulatum inire consiliũ erat memori uetert;certaminum cum patribus:quæ tribunus ple.postea consul prius de consulatu:qui abrogabatur:deinde triumpho habuerat: iuisus ẽt senatui ob nouam legem:quam iniq;.Qu.Claudius tribunus ple. aduersus senatum uno patrum adiuuante.C.Flaminio tulerat:nequis senator:quiue senatoris pater fuisset:maritimam nauem quæ plusq̃ trecentar; amphorarum esset:haberet:id satis habitum ad fructus ex agris uectandos.Quæ stus ois patribus indecorus uisus est.Res per summã contentionem acta inuidiam apud nobilitatem suasori legis.Flaminio fauorem apud plebem:alterumq; inde consulatum peperit. Ob hoc ratus auspiciis petendis: latinarumq; feriarum mora: & consularibus aliis impedimentis retenturos se in urbe:simulato itinere:priuatus clam in prouinciam abiit.Ea res:ubi palam facta est:nouam insuper iram infestis iam patribus mouit.Non cum senatu modo : sed cum diis immortalibus.C.Flaminiũ bellum gerere.Consulem ante inauspicato factum reuocantibus ex ipsa acie diis : atq; hoĩbus non paruisse: ne nunc conscientias prætor; & Capitolium:& solẽnem uotorum nuncupationem fuisse:ne die iniri magistratus Iouis omne templũ adiret:ne senatũ inuisus ipse & sibi uni inuisum uideret:consuleretq;:ne latinas indiceret.Iouiq; Latiali soléne sacrũ in monte faceret:ne auspicato profectus in Capitolium ad uota nuncupanda paludatus inde ad prouinciam iret:lixæ modo sine insignibus:sine lictoribus profectus clã furtim haud aliter:q̃ si exilii causa solũ uertisset:magis pro maiestate uidelicet ĩperii Arimini:q̃ Romæ magistratum initur;:& in diuersorio hospitali: q̃ apud pœnates suos ꝓtextam sumpturũ:reuocandum uniuersi:retrahendũq; censueruut:& cogendum oĩbus prius ꝓsentem in deos hoĩesq; fungi officiis: q̃ ad exercitum:& ĩ prouinciã iret.In eam legationem legatos oĩum mitti placuit.Q.Terẽtius: &.M.Antistius profecti nihilo magis eum mouere:quam priori consulatu litteræ mouerant a senatu missæ:paucos post dies magistratum iniit immolantiq; ei:uitulus iam ictus e manibus sacrificantium cum sese proripuisset multos circunstantes cruore respersit.Fuga peocul etiam maior apud ignaros : quid trepidaretur:& concursatio fuit.Id a plærisq; in omne magni terroris acceptum:legionibus inde duabus a Sempronio prioris anni consule:duabus a.C.Attilio acceptis ꝓtore ĩ Ethruriam iam per Appænnini tramites exercitus duci est cœptus.

Vide ne hastã ꝑ hostiã sit legẽdum

Attẽ.legem

TERTIAE DECADIS
TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNICO. LIBER SECVN.

IAM VER Appetebat:cum Annibal ex hybernis mouit: & nequicquā ante conatus trāſcendere Appēninū intolerādis frigoribus: & cū ingenti piculo moratus ac metu.Galli:quos p̄dæ populationūq; cōciuerat:ſpes: poſteaq; ꝓ eo:ut ipſi ex alieno agro raperēt:agerētq;:ſuas terras ſedē belli eſſe:premiq; utriuſq; partis exercituū uiderūt hybernis: uerterunt retro ad Annibalē ab romanis odia:petituſq; ē ſæpe principū inſidiis:ipſorūq; inter ſe fraudē eadē leuitate:qua cōſenſerāt:conſenſu idicātium ſeruatus erat:& mutādo nūc ueſtem:nūc teguméta capitis errore ēt ſeſe ab iſidiis munierat.Cæteꝝ hic quoq; ei timor cā fuit maturius mouēdi ex hybernis.Per idē tp̄s.Gn.Seruilius Romæ idibus Martiis magiſtratū iniit. Ibi cū de rep.retuliſſet:redītegrata in.C. Flaminiū iuidia eſt: duos ſe cōſules creaſſe unū habere.Quod.n.illi iuſtū īperiū:qđ auſpiciū eēt mgr̄atus: id a domo:publicis:priuatiſq; penatibus:latinis feriis actis ſacrificio ī mōte ꝓfecto:uotis rite ī capitolio nūcupatis ſecū ferre:nec ꝓuatū auſpicia ſeq: nec ſine auſpiciis ꝓfectū ī externo ea ſolo noua atq; ītegra cōcipe poſſe.Augebāt metū ꝓdigia ſimul ex multis locis nunciata.In Sicilia militibus aliquot ſpicula.In Sardinia aūt ī muro circūeūti uigilias eqti Scipioné:quē māu tenuerat:arſiſſe.& littora crebris ignibus fulſiſſe:& ſcuta duo ſanguinē ſudaſſe:& milites quoſdā ictos fulminibus & ſolis orbē minui uiſum:& p̄neſte ardētes lapides cælo cecidiſſe:& arpis palmas ī cælo uiſas: Pugnantēq; cū Luna Solē:& capenæ duas īterdiu lunas ortas:& aq̄s Cerete ſanguie mixtas fluxiſſe.Fontēq; ipſum Herculis cruētis manaſſe ſparſum maculis:& Antii metētibus cruētas in corbē ſpicas cecidiſſe:& Faleriis cælū findi uiſum uelut magno hiatu:quaq; patuerit īgens lumē effulſiſſe.Sortes ſua ſpōte attenuatas:unāq; excidiſſe ita ſcriptā:Mauors cælū ſuū concutit.Et ꝓ idē tp̄s romæ ſignū Martis Appia uia ad ſimulacra lupoꝝ ſudaſſe:& Capuæ ſpecie cæli ardētis fuiſſe:lunæq; īter ībrem cadētis. Inde minoribus ēt dictu ꝓdigiis fides habita:Capras lanatas q̄buſdā factas.Et galliná in marē:gallū ī fœminá ſeſe uertiſſe.His:ſicut erāt nūciata expoſitis:auctoribuſq; in curiā ītroductis:cōſul de religiōe p̄res cōſuluit.Decretū eſt ut ea ꝓdigia partim maioribus hoſtiis:partim lactētibus ꝓcurarent:& uti ſupplicatio per triduū ad oīa puluinaria haberet.Cætera:cum decēuiri libros īſpexiſſent:ut ita fierēt:quēadmodū cordi eēt diuinis carminibus p̄farent.Id decēuiroꝝ monitu decretum eſt:Ioui primū donum fulmen aureū pōdo q̄nquaginta fieret:Iunoni:Mineruæq; ex argēto daret:& Iunoni reginæ in Auētino: Iunoniq; Soſpitæ Lanuuii maioribus hoſtiis ſacrificaretur.Matronæq; pecunia collata:q̄tum cōferre cuiq; cōmodum eſſet donum Iunoni reginæ ī Auentinum ferrent:lectiſterniumq; fieret:q̄n ut libertinæ & ipſe:unde Feroniæ donum daretur:pecuniam pro facultatibus ſuis conferrent.Hæc ubi facta:decēuiri Ardeæ in foro maioribus hoſtiis ſacrificarunt:poſtremo libri decimo iam menſe ad ædē Saturni Romæ immolatum eſt:lectiſterniūq; īperatum:& eum lectū ſenatores ſtrauerunt:& cōuiuiū publicū:ac ꝓ urbē ſaturnalia:die ac nocte clamatū:populuſq; eum diē feſtū habere:ac ſeruare ī perpetuum iuſſus.

Vide ſecūdum Plyniū nec dixeris ꝓdigium

Scipiōiſ & ſpicula ꝓ ſūmitates ardere

Dum conſul placandis romæ diis:trahendoq; delectu dat operā. Annibal profectus ex hybernis: q̄a iā Flaminiū cūſulem Arretiū peruenīſſe fama erat:cū aliud lōgius:cæteꝝ cōmodius oſtenderet iter ꝓpioré uiā ꝓ paludē petit:qua fluuius Arnus ꝓ eos dies ſolito magis īundauerat.hiſpanos & afros & oē quod ueterani erat robur exercitus:admixis ipſoꝝ impedimētis necubi cōſiſtere coactis neceſſaria ad uſus deeſſent:primos ire iuſſit:ſeq; gallos:ut id agminis medium eſſet nouiſſimos ire equites.Magoné īde cū expeditis numidis cogere agmē maxime gallos:ſi tædio laboris lōgæq; uiæ(ut ē mollis ad talia gēs)dilaberent:aut ſubſiſterēt cohibēté.Primi:qua mō p̄irent duces:ꝓ p̄altas fluuii ad ꝓfundas uoragīes:hauſti pœne limo:īmergenteſq; ſe tamē ſigna ſequebāt.Galli neq; ſuſtinere ſe ꝓlapſi:neq; aſſurgere ex uoraginibus poterāt:aut corpa aīs:aut aīos ſpe ſuſtinebāt.Alii feſſa ægre trahētes mēbra:alii:ubi ſemel uictis tædio aīs ꝓcubuiſſent:īter iumēta & ipſa iacētia paſſim moriētes.Maximeq; oīum uigiliæ conficiebāt:ꝓ quatriduum iam & tres noctes toleratæ:cum oīa obtinentibus aq̄s nihil:ubi ī ſicco feſſa ſternerēt corpora:īueniri poſſet:cumulatis ī aquas ſarcinis inſup incūbebant.Iumētoꝝ itinere toto ꝓſtratoꝝ:paſſim acerui tātū:qđ extaret aq̄:quærētibus ad q̄tem parui tp̄is neceſſariū cubile dabāt ipſe Annibal æger oculis ex uerna primū intēperie uariāte calores frigoraq; elephāto:q̄ unus ſupfuerat:qđ altius ex aq̄ extaret uectus uigiliis tamē & nocturno hūore:paluſtriq; cælo grauāte caput:& q̄a medēdi nec locus:nec tp̄s erat altero oculo capitur.Multis hoībus:iumētiſq; fœde amiſſis:cū tādem de paludibus emerſiſſet:ubi primū ī ſicco potuit caſtra locat certūq; ꝓ p̄miſſos exploratores habuit:exercitū rocirca Arretii mœnia eſſe: cōſulis deīde cōſilia:atq; aīum:& ſitū regionū:itineraq;:& copias atq; cōmeatus expediendos:& cætera:quæ cognoſcenda in re erant:ſumma oīa cū cura inquirendo exeq̄bat. Regio erat in primis Italiæ fertilis ethruſci cāpi:q̄ Feſulas inter:Arretiūq; iacent:frumenti ac pecoris & oīum copia reꝝ opulenti:Conſul ferox a conſulatu priore & non mō legum aut patꝝ maieſtatis : ſed ne deoꝝ quidē ſatis metuens: hāc inſitā ingenio eius temeritatē fortuna proſpo ciuilibus belliciſq; rebus ſucceſſu aluerat:itaq; ſatis apparebat nec deos:nec hoīes cōſulētē ferociter oīa ac p̄prope actuꝝ. Quoq; pronior eſſet in uitia ſua:agitareq; eū;atq; irritare pœnus parat: & leua relicto hoſte Feſulas petēs.Ethruriæ agros p̄datum profectus:q̄tam maximā uaſtitatem pōt:cædibus:incendiiſq; conſuli procul oſten-

Feronia abequorea latione ut Dionyſius ait

Atť.ꝓ uigiliū & labores militum

Annibal altero oculo capiť

dit.Flaminius:qui nec quieto quidē hoste ipse quieturus erat: tū uero posteaq̄ res sociorum ante oculos prope suos ferri agiq̄ uidit suū id dedecus ratus:p mediam iā Italiam uagari pœnū: atq̄ obsistente nullo:adipsa romana mœnia oppugnanda ire:cæteris oībus in consilio salutaria magis: quā specioſa suadentibus:collegā expectandum:ut coniunctis exercitibus cōi aīo consilioq̄ rem gererent: interim eqtatu auxiliisq̄ leuium armoꝝ ab effusa p̄dandi licentia hostē cohibendum:iratus se ex consilio ꝓripuit:signūq̄ simul itineris:pugnæq̄ proposuit.Quinimo Arretii ante mœnia sedeamus: īquit:hic.n. pria:& penates sunt Annibal emissus e manibus ꝑpopulet Italiā:uastandoq̄ & urendo oīa ad romana mœnia perueniat:nec ante nos hinc mouerimus:q̄ sicut olim Camillū ab Veiis.C.Flaminiū ab Arretio patres acciuerint.Hæc simul increpans:cū ocius signa conuelli iuberet & ipse in æquū insiluisset: equus repente corruit:consulemq̄ lapsum sup caput effudit.Territis oībus qui circa erant:uelut fœdo omine incipiendæ rei:insuper nunciat:signum oī ui moliente signifero conuelli nequire. Conuersus ad nunciū.Num litteras quoq̄:inquit:a senatu affers.Quæ me rē gerere uetent? Abi nuncia:signū effodiant:si ad conuellendū manus præ metu obtorpuerint.Incedere inde agmē cœpit.Primoribus sup quā quod dissensērant a consilio territis:ēt duplici ꝓdigio:milite in uulgus læto:ferocia ducis cū spem magis ipsam:quam cām spei intueret.Annibal:qđ agri est iter Cortonā urbem. Trasimenūq̄ lacum: oī clade belli ꝑuastat:quo magis irā hosti ad uindicandas iniurias socioꝝ acuat.Et iam ꝑuenerāt ad loca īsidiis nata:ubi maxime mōtes cortonēses Trasimēus subit:uia tamē itereſt ꝑāgusta: uel ad ipsum de indrustia relicto spatio:deinde paulo latior patescit cāpus:inde colles assurgunt:ibi castra in apto loc̄at.ubi ipse cū afris modo hispanisq̄ consideret.Baleares cæteraq̄ leuem armaturā post montes circūducit:equites ad ipsas fauces saltus tumulis apte tegentibus locat:ut ubi ītrassent romani:obiecto eqtatu clausa oīa lacu ac montibus essent.Flaminius cū pridie solis occasu ad lacum ꝑueniſſet:inexplorato postero die:uix dū satis certa luce angustiis supatis:posteaq̄ in patentioré campum pandi agmē cœpit:id tātū hostiū:quod ex aduerso erat aspexit: a tergo ac sup caput detectæ īsidiæ. Pœnus ubi id: qđ' petierat:clausum lacu montibusq̄:& circūfusum suis copiis habuit hostē:signum oībus dat inuadēdi. Qui ubi qua cuiq̄ ꝓximū fuit decurrere:eo magis romanis subita atq̄ īprouisa res fuit: quod orta ex lacu nebula cāpo:q̄ montibus densior sederat: agminaq̄ hostiū ex pluribus uallibus ipsa inter se satis conspecta:eoq̄ magis pariter decurrerunt.Romanus clamore prius undiq̄ orto:q̄ satis cerneret:se circonuentū esse sensit:& ante frontē lateraq̄ pugnare cœptū est:quā satis strueretur acies:aut expediri arma:stringiq̄ gladii possent.Consul ꝑculsis oībus:ipse satis:ut in trepida re īpauidus: turbatos ordines uertentesq̄ se quoq̄ ad dissonos clamores instruit:ut tps locusq̄ patitur:& quacūq̄ potest adhortatur ac stare:& pugnare iubet.Nec.n.inde uotis:aut īploratione deū:sed ui: ac uirtute euadendū esse ꝑ medias acies ferro uiam fieri:& quo timoris minus sit:eo minus ferme periculi esse. Cæteꝝ præ strepitu ac tumultu nec cōsilium:nec īperium accipi poterat. Tantūq̄ aberat:ut sua signa:atq̄ ordinem & locū nosceret:ut uix ad arma capiēda:aptādaq̄ pugnæ competeret aīus:opprimerent quidem onerati magis his quā tecti. Et erat in tāta caligine maior usus aurium:quā oculorum:ad gemitus uulneꝝ ictusq̄ corpoꝝ:aut armoꝝ & mixto strepentium pauētiumq̄ clamore circūferebāt ora oculosq̄. Alii fugientes pugnātium globo illati hærebant:alios redeuntes in pugnam auertebat fugiētium agmen.Deinde ubi in omnis partes nequicq̄ impetus factus:& ab lateribus montes:ac lacus:a fronte:& a tergo hostiū acies claudebat:apparuitq̄ nullam nisi in dextra ferroq̄ salutis spem esse:Tum sibi unusquisq̄ dux adhortatorq̄ factus ad rem gerendam:& noua deītegro pugna exorta est.Non illa ordinata per prīcipes: hastatosq̄:ac triarios:nec ut ꝓsignis antesignanus:post signa alia pugnaret acies:nec ut ī sua legione miles aut cohorte:aut manipulo esset sors conglobabat:& animus suus cuiq̄ ante:aut post pugnādi ordinem dabat. Tantusq̄ fuit ardor animorum:adeo intentus pugnæ aīus:ut eum terræmotus:q multaꝝ urbium Italiæ magnas partes prostrauit:auertitq̄ cursu rapido amnes:mare fluminibus īuexit:mōtes lapsu igenti proruit:nemo pugnantium senserit. Tres ferme horas pugnatum est & ubiq̄ atrociter:circa consulem tamen acrior īfestiorq̄ pugna est.Eum & robora uiroꝝ sequebant:& ipse:quacūq̄ ī parte premi ad laborem senserat suos impigre ferebat opē:insigniq̄ armis & hostem summa ui petebat: & tuebat suos ciues:donec insuber eques Ducario nomē erat:faciemq̄ noscitās. Consul:inquit: hic est popularibus suis:q legiones nostras cecidit:agrosq̄ & urbem ē depopulatus:iam ego hác uictimā manibus perēptoꝝ fœde ciuium dabo:subditisq̄ calcaribus equo ꝑ cōfertissimā hostiū turbam īpetū facit:obtruncatoq̄ prius armigereo:q se in festo ueniēti obiecerat:cōsulem lancea transfixit.Spoliare cupientem triarii:obiectis scutis:arcuere magnæ partis fuga īde primū cœpit:& iam nec lacus nec mōtes obstabāt pauori:ꝑ oīa arcta:præruptaq̄ uelut cæci euadunt:armaq̄ & uiri sup alium alii p̄cipitantur. Pars magna ubi locus fugæ deest:ꝑ prima uada paludis in aquā ꝓgressi:quoad capitibus:humerisq̄ extare possunt.sese īmergunt:fuere:quos īconsultus pauor nando ēt capessere fugam īpulerit. Quæ ubi immensa:ac sine spe erat:aut deficientibus animis auriebant gurgitibus:aut ubi nequicquā festinauerant:retro egerrime terram repetebant:atq̄ ibi ab ingressis aquam hostium equitibus passim trucidabantur.Sex millia ferme primi agminis ꝑ aduersos hostis eruptione impigre facta ignari omnium:q̄ post se agerentur:ex saltu euasere. Et cum in tumulo quodam constitissent:clamorem modo ac sonū armoꝝ audiētes:q̄ fortūa pugnæ eēt:nec ꝑspicere præ caligine poterāt:neq̄ scire.Inclinata ad iniquā re cū calescente sole depulsa nebula aperuisset diē:tū liquida iam luce mōtes cāpiq̄ perditas res strataq̄ ostēdere fœde romanā aciem itaq̄ ne in conspectos ꝓcul immitteret eques:sublatis partim signis:quā

Att. p/digia

Pœni ducis strata/gema

Flami/nii fero cia uel medio piculo

Princi/pes Ha/stati in acie in riarii Insuber lege nā īsubres strauit Flami/nius al/tero cō/sulatu Flami/nii īteri tus

xy.ro. cæsa

citatiſſimo poterant agmine:ſeſe abripuerunt.Poſtero die cum ſuper cætera extrema fames etiam iſta ret fidem dante Maharbale:qui cum oĩbus equeſtribus copiis nocte cõſecutus erat ſi arma tradidiſſent abire cum ſingulis ueſtimentis paſſurum:ſeſe dediderũt,Quæ punica religione ſeruata eſt fides ab Annibale:atq; in uincula omnes coniecti.Hæc eſt nobilis ad Traſimenum pugna:atq; ĩtra paucas memorata populi romani clades:quindecim millia romanorum in acie cæſa ſunt: decem millia ſparſa fuga per omnem Ethruriam diuerſis itineribus Romam petiere.Mille & quingenti hoſtium in acie:multi poſtea utrinq; ex uulneribus periere.Multiplex cædes utrinq; facta traditur ab aliis:ego præterq̃ qđ nihil hauſtum ex uano uelim:quo nimis inclinant ferme ſcribentium animi:Fabium æqualem tẽporibus huiuſce belli potiſſimum auctorem habui.Annibal captiuorum:qui latini nominis eſſent: ſine pretio dimiſſis:romanis in uincula datis:ſegregata ex hoſtium coacerũatorum tumulis corpora eorũ: cum ſepeliri iuſſiſſet.Flaminii quoq; corpus funeris cauſa:magna cum cura inquiſitum: non inuenit.

Romæ ad primũ nuncium cladis eius cũ ĩgenti terrore ac tumultu cõcurſus in foꝝ populi ẽ factus Matronæ uagæ per uicos:quæ repẽs clades allata:quæue fortuna eſſet exercitus: obuios percunctãtur & cũm frequentis concionis modo turba in comitium & curiam uerſa magiſtratus uocaret: tandem haud multo ante ſolis occaſum.M.Pomponis prætor pugna inquit:magna uicti ſumus:& quãquam nihil certius ex eo auditum eſt:tamen alius ab alio impleti rumoribus domos referunt cõſulem cum magna parte copiarum cæſum:ſupereſſe paucos:aut fuga paſſim per ethruriam ſparſos:aut captos ab hoſte.Quot caſus exercitus uicti fuerãt:tot in curas diſpertiti eorum animi erant:quorum propinqui ſub.C.Flaminio conſule meruerant:ignorãtium quæ cuiuſq; ſuoꝝ fortuna eſſet:nec quiſquã ſatis certum habet:qđ aut ſperet :aut timeat.Poſtero die:ac deinceps aliquot diebus ad portas maior mulierũ propẽ:quã uiroꝝ multitudo fuit:aut ſuoꝝ aliquem:aut nũcium de his opperiens: circũfundebãturq; obuiis ſciſcitãtes:neq; auelli utiq; a uotis:priuſquã ordine oĩa inqſiſſent:poterãt.Inde uarios uultus digredientiũ ab nũciis cerneres:ut cuiq; aut læta:aut triſtia nũciabant gratulãtiſq;:aut cõſolãtis redeũtibus domos circũfuſos.Fœminarũ p̃cipuæ:& gaudia iſignia erãt:& luctus:unã ĩ ipſa porta:ſoſpite filio repetẽte oblato:in cõſpectu eius expiraſſe ferũt.Alterã cui mors filii falſo nũciata erat:mœſtam ſedẽtẽ domi:ad primũ cõſpectũ redeũtis filii gaudio nimio exanimatã.Senatũ p̃tores p̃ dies aliquot ab orto: uſq; ad occidentem ſolem in curia retinẽt conſultãtes quonam duce:aut q̃bus copiis reſiſti uictoribus pœnis poſſet.Priuſquã ſatis certa cõſilia eſſent repens alia nũciatur clades:quattuor millia equitum cũ C.Centonio ,ppretore miſſa ad collegam:a Seruilio cõſule in Vmbria:quo poſt pugnã ad Traſimenũ auditã auerterãt iter:ab Annibale circunuenta.Eius rei fama uarie hoĩes affecit:pars occupatis maiore ægritudĩe aĩs leuem ex comparatiõe priorũ ducebeãt recẽtem eq̃tũ iacturã:p̃s nõ id qđ acciderat p̃ſe æſtimare:ſed ut in affecto corpore:q̃uis leuis cã magis:quam ualido Grauior ſentiretur:ita tum ægræ & affectæ ciuitati quodcũq; aduerſi inciderit:non reꝝ magnitudine:ſed uiribus extenuatis : quæ nihil quod aggrauaret:pati poſſent:æſtimandũ eſſe.Itaq; ad remedium iamdiu deſideratum : nec adhibitũ dictatorẽ dicendum ciuitas confugit:& quia & conſul aberat:a quo dici poſſe uidebatur:nec per occupatam armis punicis Italiã facile erat aut nunciũ:aut litteras mitti:nec dictatorem populus creare poterat:quod nunq̃ ante eam diẽ factum erat:dictatorẽ populus creauit.Qu.Fabiũ Maximum:&magiſtrũ equitum.M.Rufum Minutium:Hiſq; negociũ ab ſenatu datum ut muros:turreſq; urbis firmarẽt:& p̃ſidia diſponerent:quibus locis uideretur:ponteſq; reſcinderent fluminũ:ac cum pœnis pro urbe dimicandũ eſſẽ:q̃do Italiam tueri nequiuiſſent.Annibal ĩterim recto itinere per Vmbriam uſq; ad Spoletum uenit inde:cum perpopulato agro:urbẽ adortus eſſet oppugnare:cum magna cæde ſuoꝝ repulſus:& coniectans ex unius coloniæ : haud minis proſpere tẽptatæ uiribus : quanta moles romanæ urbis eſſet:in agrũ picenum auertit iter:non copia ſolum oĩs generis frugũ abundantem:ſed refertum p̃da:quam effuſæ auidæq; gentes rapiebant:ibi p̃ dies aliquot ſtatiua habita refectuſq; miles hybernis itineribus:ac paluſtri uia:p̃lioq; magis ad euentum ſecundo:q̃ leui ac facili affectus.Vbi ſatis quieti datum:p̃da ac populationibus magis:quã otio aut requie gaudentibus:profectus p̃putianum adrianũq; agrũ:marſos inde:marrucinoſq;:& pelignos deuaſtat:circaq; Arpos:& Luceriã proximam Apuliæ regionem.Gn.Seruilius cõſul:leuibus p̃liis cum gallis actis:& uno oppido ignoibili expugnato : poſteaq̃ de collega:& exercitus cæde audiuit: iam mœnibus patriæ metuens:ne abeſſet in diſcrimine extremo ad urbem iter intendit.Qu.Fabius Maximus dictator iterum:quo die magiſtratum iniit:uocato ſenatu:a diis orſus:cum edocuiſſet patres prius negligentia cerimoniarũ:auſpiciorumq; temeritate:atq; inſcitia peccatum a.C.Flaminio conſule eſſẽ:quæq; piacula iræ deum eſſent:ipſos deos conſulendos eſſe peruicit:ut quod non ferme decernitur:niſi cum tetra prodigia nũciata ſunt:decẽuiri libros ſibyllinos adire iuberen ur:qui:inſpectis fatalibus libris:rettulerũt patribus : quod eius belli cã uotum Marti foret:id nõ rite factum:deintegro atq; amplius faciendũ eſſe: & Ioui ludos magnos:& ædes Veneri Erycinæ ac deæ Menti uouendas eſſe:& ſupplicationẽ:lectiſterniumq; habendũ : & uer ſacrũ uouendum: ſi bellatũ proſpere eſſet reſq; publica in eodem:quo erat ante bellũ:ſtatu permanſiſſet . Senatus quoniã Fabium belli cura occupatura eſſet.M. Aemylium p̃torem ex collegio pontificũ ſententia: oĩ:ea:ut mature fiant:curare iubet:his ſenatuſconſultis perfectis.L.Cornelius Lentulus pontifex maximus:conſulente collegio p̃torum:oĩum primum populũ conſulendum de uere ſacro cenſet:in iuſſũ populi uoueri non poſſe.Rogatus in hæc uerba populus uelitis:iubeatiſne hoc ſic fieri : ſi res populi romani quiritium romanoꝝ ad quinquẽnium proximũ:ſicut uelim:eam ſaluã ſeruauerit:hiſce duellis datũ donũ

Atť.animorũ cõſternationẽ

repẽtia mors nimio gaudio oborta

Fabius max. dictator

Veneri Erycinæ & mẽti ædes uotæ

fuit populus romanus quiritiũ:quod duellũ populo ro.cum carthaginenſi eſt: quæq; duella cũ gallis
ſunt:qui cis alpes ſunt:quod uer attulerit ex ſuillo:ouillo: caprino grege:quæq; prophana erunt. loui Ver ſa/
fieri:ex qua die ſenatus populuſq; iuſſerit. Qui faciet:q̃do uolet: quaq; lege uolet:facito: quomodo fa crum
xit:probe factum eſto:ſi id moratur:quod fieri oportebit:prophanũ eſto:neq; ſcelus eſto: ſiquis rũpet uotum
occidetue inſciens:ne fraus eſto:ſi quis clepſit:ne populo ſcelus eſto:neue cui cleptum erit:ſi atro die fa
xit inſciens:probe factum eſto:ſi nocte ſiue luce:ſi ſeruus:ſiue liber faxit: probe factum eſto: ſi ãte id ea
ſenatus populuſq; iuſſerit fieri:ac faxit:eo populus ſolutus liber eſto. Eiuſdem rei cauſa ludi magni uo/
ti:æris.ccxxxiii.millibus triente:p̃terea bubus louis.ccc.multis aliis diuitiis bubus albis atq; cæteris ho
ſtiis. Votis rite nuncupatis: ſupplicatio edicta:ſupplicatum cum coniugibus regum:ac liberis: non ur/
bana multitudo tantum:ſed agreſtium ẽt:quos in aliqua ſua fortuna publica quoq; contingebat. Cu/ Lecti/
ratum lectiſternium:& per triduum habitum: decemuiris ſacroꝝ curantibus:& puluinaria in conſpe/ ſterniũ
ctu fuere. Ioui:& iunoni unum. Alterum Neptũno:& Mineruæ. Tertium Marti:ac Veneri. Quartum quũ le/
Apollini.ac Dianæ. Quintum Vulcano.ac Veſtæ. Sextum. Mercurio:& Cereri. Tum ædes uotæ Vene ctꝫ in tẽ
ri Ericinæ ædemq; Fabius Max. Dictator uouit:quia ita ex fatalibus libris edictum erat: ut is uoueret: plis ſter
cuius maximum imperium in ciuitate eſſet. Menti ædem Attilius p̃tor uouit: Ita rebus diuinis pactis. nebanꝫ
tum de bello reqꝫ.p.dictator rettulit:quibus quotue legionibus uictori hoſti obuiam eundum eẽt:pa/ ad diſcũ
tres:cenſerent. Decretum:ut a. Gn. Seruilio conſule exercitum acciperet:ſcriberet p̃terea ex ciuibus ſo/ bẽdum
ciiſq; quantum equitum:ac peditum uideretur:cærera oĩa ageret: faceretq;:ut e republica duceret. Fa/ aũt cer/
bius duas legiones ſe adiecturum ad ſeruilianum exercitum duxit: his per magiſtrum equitum ſcri/ te p̃no/
ptis. Tybur diem ad conueniendum edixit. Edictoq; propoſito:ut quibus oppida caſtellaq; immunita ctandũ
eſſent:ut in loca tuta commigrarent:ex agris quoque uri demigrarent omnes regionis eius qua An/
nibal iturus eſſet:tectis prius incenſis: ac frugibus corruptis: ne cuius rei copia eſſet: ipſe uia Flaminia
profectus obuiam conſuli exercituique:cum ad Tyberim circa Otriculm proſpexiſſet agmen: conſu/
lemq; cum equitibus ad ſe progredientem:uiatorem miſit:qui conſuli nunciaret:ut ſine lictoribus ad
dictatorem ueniret. Qui cum dicto paruiſſet:congreſſuſq; eorum in: gentem ſpeciem dictaturæ apud
ſocios:ciueſq; uetuſtate iam prope oblitos eius imperii feciſſet: litteræ ac urbe allatæ ſunt:naues one/
rarias commeatum ab Hoſtia in Hiſpaniam ad exercitum portãtes a claſſe punica circa portum Con/
ſanum captas eſſe. itaq; extemplo conſul Hoſtiam proficiſci iuſſus:nauibus:quæ ad urbem romanam
aut Hoſtiæ eſſent:completis:milite ac naualibus ſociis perſequi hoſtium claſſem:ac littora Italiæ tuta/
ri. Magna uis hominum conſcripta Romæ erat. Libertini etiam:quibus liberi eſſent:ita ætas militaris
in uerba iurauerant:ex hoc urbano exercitu:qui minores quinq; & triginta annis erãt: in nauibus im/
poſiti. Alii:ut urbi præſiderent:relicti. Dictator exercitu conſulis accepto a Fuluio Flacco legato p agrũ
ſabinum. Tybur:quo die ad cõueniendũ edixerat:nouis militibus uenit. Inde Præneſte:tranſuerſis tra
mitibus:in uiam Latinam eſt regreſſus:unde itineribus ſumma cum cura exploratis:ad hoſtem ducit
Nullo loco niſi quantum neceſſitas cogeret:fortuna ſe cõmiſſurus. Quo primũ die haud ꝑcul Apris ĩ Tacita
conſpectu hoſtium poſuit caſtra:nulla mora facta:quin pœnus educeret in aciem:copiãq; pugnãdi fa/ Anniba
ceret. Sed ubi quieta oĩa apud hoſtes:nec caſtra ullo tumultu mota uidet:increpans quidem uictos tan lis opi/
dem martios animos romanorum quia debellatum atq; conceſſum eis propalam de uirtute ac gloria nio de
eſſe in caſtra rediit. Cæterum tacita curia animum incenſus:quod cum duce haud quaquã Flaminio Fabio
Sempronioq; ſimili futura ſibi res eſſet:ac tum demum edocti malis romani parem Annibali ducem
quæſiſſent:& prudentiam quidem non uim dictatoris extemplo timuit:conſtantiãq; eius haud dum
expertus agitare:ac temptare animum:mouendo crebro caſtra:populandoq; in oculis eius agros ſocio
rum cœpit:& modo cito agmine e conſpectu abibat:modo repente in aliquo flexu uiæ ſi excipere di/
greſſum in æquum poſſet:occultus obſiſtebat. Fabius per loca alta agmen ducebat:modico ab hoſte ĩ/
teruallo:ut neq; omitteret eum:neq; congrederetur caſtris:niſi quantum uſus neceſſario cogeret: tene
batur miles:pabulum:& ligna:nec pauci petebant:nec paſſim. Equitum leuiſq; armaturæ ſtatio com/
poſita inſtructaq; in ſubitos tumultus:& ſuo militi tuta omnia:& infeſta effuſis hoſtium populatori/
bus præbebat:neq; uniuerſo periculo ſumma rerum committebatur:& parua momenta leuium cer/
taminum ex tuto cœptorum finitimorum receptu aſſuefaciebãt territum priſtinis cladibus militem
minus iam tandem:aut uirtutis:aut fortunæ pœnitere ſuæ. Sed non Annibalem magis infeſtum tam minutii
ſanis cõſiliis habebat:quã magiſtrum equitum:qui nihil aliud quã quod nõ imperabat moræ ad rem ĩſolẽtia
publicã præcipitãdã habebat:ferox rapiduſq; in conſiliis:ac lingua ĩmodicus:primo inter paucos: dein
de ꝑpalatam in uulgus pro cunctatore ſegnem:pro cauto timidum affingens uicina uirtutibus uitia
compellabat:præmendorum ſuperiorum:quæ peſſima ars nimis proſperis multorũ ſucceſſibus cre/
uit:ſeſe extollebat. Annibal ex Arpis in Samnium tranſit:beneuentanum depopulatur agrum. Teleſiã
urbem capit:irritat etiam de induſtria ducem:ſi forte accenſum tot indignitatibus: cladibuſq; ſociorũ
trahere ad æquum certamẽ poſſit. Inter multitudinẽ ſociorum italici generis: qui ad Traſimenũ capti
ab Annibale:dimiſſiq; fuerant:tres cãpani equites erant:multis iam illecti donis: promiſſiſq; Anniba/
lis ad conciliandos popularium animos:hi nunciantes: ſi in Campaniam exercitum admouiſſet. Ca/
puæ potiendæ copiam fore. Cum res maior:q̃ auctores eſſent:dubium Annibalem alterniſque fiden/
tem:ac diffidentem tamen ut campanos ex Samnio peteret:mouerunt. Monitos ut etiam atq; etiam
promiſſa rebus confirmarent:iuſſoſq; cum popularius & aliquibus principum redire ad ſe dimiſit.

Ipſe iperat duci:ut ſe in agrū caſinatē ducat edoctus a peritis regionū:ſi eū ſaltū circuiſſet:exercitū romanū ad opem ferendā ſociis itercluſurꝫ.Sed punicū abhorrēs ab latino nomē:Caſilinū ꝑ Caſino ducem accipe fecit:auerſuſq; ab itinere ꝑ alifanū:calatinūq;:& calenū agrum i cāpū Stellatē deſcendit:ubi cū mōtibus:flumībuſq;clauſam regionē circūſpexiſſet:uocatū ducē ꝓcunctatē:ubi terrarꝫ eēt:cū is Caſilini eo diē māſurꝫ eē dixiſſet:tum demū cognitus eſt error:& Caſinū lōge ide alia regiōe eē:uirgiſq; cæſo duce & ad reliquorꝫ terroē in cruce ſublato:caſtris cōmunitis Maharbalē cū eqtibus in agrū falernū ꝑdatū dimiſit:uſq; ad aquas ſinueſſanas populatio ea ꝓuenit.Ingentē cladē: fugā tamē:terroēq; latius numidæ fecerūt:nec tamē terror:cū oīa bello flagrarēt:fide ſocios dimouit:uidelicet qa iuſto:& mode rato regebantᵉ iperio nec abnuebant:qđ unū uinculū fidei eſt:melioribus parere: ut uero ad Vulturnū flumen caſtra ſunt poſita:exurebaturq; amœniſſimus Italiæ ager: uillæq; paſſim incēdiis fumabāt:p iuga Maſſici mōtis:Fabio ducēte: ꝓpe deintegro eſt orta ſeditio:ac duces ſeditiōis accēſi qdā:fuerat enī ſilētium ꝑ paucos dies:qa:cum celerius ſolito ductū agmen fuiſſet:feſtinari ad ꝓhibendā populationibus Campaniā crediderāt:ut uero in extrema iuga Maſſici mōtis uētum eſt:hoſteſq; ſub oculis erāt:falerni agri colonorūq; Sinueſſæ tecta urētes:nec ulla erat mētio pugnæ.Spectatūue huc inqt Minutius ad rem fruēdam oculis ſocioꝝ cædes:& īcendia uenimus?Nec ſi nullius alterius nos:nec ciuium qdē horꝫ pudet:quos in ſinueſſam colonos patres noſtri miſerūt:ut ab ſamnite hoſte tuta hæc ora eēt: quā nō uicinus ſamnis urit:ſed pœnus aduena ab extremis orbis terrarꝫ terminis noſtra cūctatiōe: & ſecordia iam huc ꝓgreſſus:Tantū proh dolor degeneramus a parētibus nr̄is:ut p̄terq̄:qđ ꝑ ora illi ſuā puni cas uagari claſſes dedecus eē īperii ſui duxerīt:eam nos nūc plenā numidarꝫ hoſtiū:ac maurorꝫ iā factā uideamus.Qui mō Saguntum oppugnari īdignādo nō hoīes tātum:ſed fœdera:& deos ciebamus:tēdentem ad mœnia romanæ coloniæ Annibalem læti ſpectamus:fumus ex incendiis uillarum: agrorumq; in oculos atq; orat uenit.Strepunt aures clamoribus plorantium ſociorꝫ:ſæpius nos quā deorꝫ inuocantium opem.Nos hic pecorum more per æſtiuos ſaltus:deuioſq; calles exercitum ducimus: cōditi nubibus ſiluiſq;.Sic hoc modo peragrādo cacumina:ſaltuſq; Furius recipere urbem a gallis uoluiſſet:quo hic nouus Camillus nobis dictator unicus in rebus afflictis quæſitus:Italiam ab Annibale recuperare parat gallorum Roma eſſet:quā uereor:ne ſic cunctantibus nobis Annibali:ac pœnis totiens ſeruauerīt maiores noſtri.Sed uir:ac uere romānus: quo die dictatorem eū ex auctoritate patrū iuſſuq; populi dictum Veios allatus eſt nuncius:cum eſſet ſatis altum ianiculū:ubi ſedens proſpectaret hoſtē: deſcendit in equum atq; illo ipſo die media in urbe:quæ nūc buſta gallorꝫ ſunt:& poſtero die citra gabios cecidit gallorꝫ legiōes.Quid poſt multos annos cū ad furcas Caudinas ab ſamnite hoſte ſub iugū miſſi ſumus.Vtrū tandē.L.Papyrius Curſor iuga Sānii perluſtrando a Luceria p̄mens obſidendo:& laceſſendo uictorē hoſtē:depulſum ab romanis ceruicibus iugū ſuperbo ſamniti impoſuit?mō cōſuli Luctatio quæ alia res:quam celeritas uictoriam dedit:quod poſtero die:quā hoſtem uidit claſſem grauem cōmeatibus impeditā ſuo & ipſam īſtrumento atq; apparatu oppreſſit.Stulticia ē:ſedēdo:aut uotis debellari credere poſſe:armari copias oportet:& deducēdas ī æquū:ut uir cū uiro cōgrediaris : audēdo agendoq; res romana creuit non his ſenſibus conſiliiſue:quæ timidi cauta uocant.Hæc uelut concionāti Minutio circūfundebatᵉ tribunorꝫ equitūq; romanorꝫ multitudo:& ad aures quoq; militū dicta ferocia uoluebantᵉ:ac ſi militaris ſuffragii eſſet res:haud dubie ferebāt Minutium Fabio duci præla turos.Fabius pariter inter ſuos haud minus:q; in hoſtes intentus : prius ab aliis inuictū animū præſtās quāq; probe ſcit:nō in caſtris modo ſuis:ſed iam etiā Romæ ſuam cunctationē infamē eſſe: obſtinatus tamē eodē cōſilio:&tenore æſtatis reliquū extraxit:ut Annibal deſtitutus ab ſpe ſūma appetiti certaminis iam hybernis locū ſpectaret:quia ea regio præſentis erat copiæ nō ꝓpetuæ:arbuſta:uineæq;:& conciliata oīa magis amœnis:quam neceſſariis fructibus.Hac per exploratores relata fama Fabio:cū ſatis ſciret per eaſdē anguſtias:quibus intrauerat falernū agrū:redituꝫ. Gallicanū monte & Caſilinū occupat modicis præſidiis.Quæ urbs Vulturno flumine dirēpta: falernum a cāpano agro diuidit: ipſe iugis iiſdem exercitū reducit:miſſo exploratū cum.cccc.equitibus ſociorꝫ.L.Hoſtilio Mācino:qui ex turba iuuenū audientiū ſæpe ferociter cōcionantē magiſtrū equitum ꝓgreſſus:primo exploratoris modo ut ex tuto exploraret hoſtē:ubi uagos per uias paſſim numidas ꝑ occaſionē etiam paucos occidit : extēplo occupatus certamine eſt aīus:excideruntq; p̄cepta dictatoris:qui q̄tum tuto poſſet ꝓgreſſum prius recipere ſeſe iuſſerat:quā in conſpectū hoſtium ueniret.Numidæ alii atq; alii occurſantes refugientesq; ad caſtra ꝓpe ipſum cū fatigatiōe equorꝫ:atq; hoīum pertraxere:Inde Cartalo:penes quē ſumma equeſtris imperii erat:concitatis equis:inuectus:cum priuſq; ad coniectū teli ueniret:auertiſſēt hoſtem: q̄nq; millia ferme cōtinenti curſu ſecutus eſt fugientes:Mancinus : poſteaq̄ nec hoſtē deſiſtere ſeq;:nec ſpem uidit fugiendi eſſe:cohortatus ſuos in prælīū rediit:oī parte uiriū impar itaq; ipſe:& delecti equitum circunuenti occidunt:cæteri effuſo rurſus curſu colles primū:inde ꝓpe inuiis collibus ad dictatorem refugerunt.Eo forte die Minutius ſe coniunxerat Fabio miſſus ad firmandum præſidio ſaltū:qui ſuper Tarracinā in arctas coactus fauces īminet mari:ne īmunito Appiæ limite pœnus ꝓuenire in agꝝ romanū poſſet.Coniunctis exercitibus dictator:ac magiſter equitū caſtra in uiam deferunt:qua Annibal ducturus erat:duo inde millia hoſtes aberant.Poſtero die pœni quod uiæ inter bina caſtra erat:agmine compleuere.Cū romani ſub ipſo cōſtitiſſēt uallo:haud dubie æquiore loco:ſucceſſit tamē pœnus cū expeditis equitibus atq; ad laceſſendū hoſtem raptim & procurſando:recipiendoq; ſeſe pugnauere reſtitit ſuo loco romana acies lenta pugna:& ex dictatoris magis : quam Annibalis fuit uolū tate,

Stellatē cāpania Cice. partem cāpani agri eſſe ait

Ferox minutii concio

Fabii cōſilium ī Annibale interclu/dendo

L.Hoſtilius cū ſuo eqtatu occidit

Inclusus ide uideri Annibal:& ad Casilinum obsessus cū Capua & Sānium:& tātum a tergo diuitū
socioꝝ romanis cōmeatus subueheret:pœnus contra itra formiana saxa:ac Linterni harenas: stagnaq; Vide ne
p horrida situ hybernaturus eēt. Nec Annibalem fefellit suis se artibus peti. Itaq; cū p Casilinum euā/ formia
dere nō posset:petēdumq; mōtes:& iugum Calliculæ supandum eēt:necubi romanus inclusum ual/ na saxa
libus agmen aggrederet:ludibrium oculoꝝ specie terribile ad frustrādum hostem cōmentus prīcipio sit legē/
noctis furtim succedere ad mōtes statuit. Fallacis cōsilii talis apparatus fuit:faces undiq; ex agris colle/ dū pro
ctæ:fasceſq; uirgaꝝ:atq; arida sarmēta p̄ligant cornibus boum:quos domitos indomitosq; multos ī/ fortūæ
ter cætera agrestem p̄dam agebat. Ad duo millia ferme boum effecta: Asdrubaliq; negotiū datū:ut pri minas
mis tenebris noctis id armētum:accēsis cornibus:ad mōtes ageret:maxime:si posset:sup saltus ab ho/ saxa
ste infestos. Primis tenebris silētio mota castra:boues aliquāto ante signa acti:ubi ad radices montium
uiasq; angustas uētum ē:signū extēplo datur:ut accēsis cornibus:armēta in aduersos cōcitent montes
& metus ipse relucētis flamæ ex capite:calorq; iam ad uiuū ad imaq; cornuū adueniens uelut stimula/
tos furore agebat boues. Quo repēte discursu:haud secus quam siluis:mōtibusq; accēsis:oia circū uir/ Att. cō/
gulta ardere:capitūq; iquietatio excitās flamā hoium passim discurrentiū speciē p̄bebat:q ad transitus mentū
saltus isidendos locati erāt:ubi in summis mōtibus:ac sup se quosdā ignes conspexerūt:circūuentos se Anniba
esse rati:p̄sidio excessere:qua igens emicabat flama:uelut tutissimū iter:petentes summa montiū iuga: lis
tum in quosdā boues palātes a suis gregibus iciderunt:& primo tum ꝑcul cernerent:ueluti flamas spi
rantium miraculo attoniti:constiterūt:deīde:ut humana apparuit fraus:tum uero isidias rati eē: cum
multo maximoq; strepitu concitant se in fugam:leuiq; armaturæ hostiū icurrere. Cæteꝝ nos æquato
timore neutros pugnā icipiētes ad lucem tenuit. Interea toto agmine Annibal traducto p saltum:& q/
busdam in ipso saltu hostium oppressis:i agro alifano posuit castra. Hunc tumultum sensit Fabius:cæ
terum & isidias esse ratus a nocturno utiq; abhorrens certamine:suos muniméto tenuit. Luce prima
sub iugo montis p̄lium fuit:quo itercluſam a suis leuem armaturā:facile & enim numero aliquātulū
p̄stabāt romani superassent:nisi hispanoꝝ cohors ad idipsum remissa ab Annibale ꝓueniſſet:ea assue/
tior montibus & ad cōcursandum iter saxa rupesq; aptior ac leuior:tum uelocitate corpoꝝ:tum armo
rum habitu cāpestrem hostem grauem armis statariūq; pugnæ genere facile elusit. Ita haud quaq̄ pari
certamine digressi:hispani fere oēs icolumes:romāi aliquot suis amissis i castra cōtēderūt. Fabius quoq;
mouit castra trāsgressusq; saltū sup Alifas loco alto ac munito consedit. Tum p Sāmiū Romā se petere
simulās Annibal·usq; in pelignos populabūdus redii. Fabius mediis itra hostiū agmen: urbēq; Romā Fabius
iugis ducebat:nec absistēs nec cōgrediens. Ex pelignis pœnus flexit iter:retroq; Apuliā repetēs glerenū minu/
peruenit ad urbē metu:qa collapsa pars mœnium erāt a suis desertam. Dictator in larinati agro castra tiū mo/
cōmuniit:inde sacrorum causa Romam reuocatus non imperio modo:sed cōsilio etiam ac prope præ net ut
cibus agens cū magistro equitum:ut plus consilio quam fortunæ confidat:& se potius ducem:q̄ Sem/ pugna
pronium flaminiūq; imitetur:ne nihil actum censeret:exacta prope æstate per ludificationem hostis: abstīeat
modicos quoq; plus interdum quiete quam mouendo atq; agendo proficere:haud paruam rem esse
a totiens uictore hoste uinci dedisse:& a continuis cladibus respirasse Hoc nequicq̄ præmonito magro
equitum Romā est profectus. Principio æstatis:quo hæc gerebantur in Hispania quoq; terra mariq;
cœptum bellum est. Asdrubal ad eū nauium numeꝝ:quem a fratre instructum paratumq; acceperat:
decē adiecit. Quadraginta nauium classem Himilconi tradit:atq; ita Carthagine profectus nauibus ꝑ
pe terrā exercitum in littore ducebat:paratus confligere:quacūq; parte copiaꝝ hostis occurrisset. Gn.
Scipioni:posteaq̄ mouisse ex hybernis hostem audiuit:primo idē consilii fuit:deinde minus terra pro/
pter ingētem famā nouoꝝ auxilioꝝ concurrere ausus delecto milite in naues īposito:quinq; & trigin
ta nauium classē ire obuiam hosti pergit. Altero a Tarracone die ad stationem .xx. millia passuum distā
tem ab ostio peruenit amnis Iberi:inde duæ masilienſium speculatoriæ missæ rettulerunt classem pu/
nicam stare in ostio fluminis:castraq; in ripa posita:itaq; ut improuidos incautosq; uniuerso simul effu
so terrore opprimeret:sublatis anchoris ad hostem uadit. Multas & locis altis positas turres Hispania
habet:quibus & speculis:& propugnaculis aduersus latrones utuntur. Inde primo conspectis hostium
nauibus datum signū Asdrubali est tumultusq; prius in terra & castris:quam ad mare & ad naues ē or
tus:nōdum aut pulsu remoꝝ strepituq; alio nautico exaudito:aut aperientibus classem promōtoriis:
cum repente alius super alium ab Asdrubale missus:quietos uagosque in littore:in tentoriis suis nihil
minusq̄ hostem:aut prælium eo die expectātes:conscēdere naues ꝑpere:atq; arma capere iubet:classem
romanā iam haud ꝑcul a portu esse. Hoc equites dimissi passim imperabant. Mox Asdrubal ipse cū oī
exercitu aderat:uarioq; oia tumultu strepunt:ruentibus in naues simul remigibus militibusq; fugien/
tium magis e terra:q̄ in pugnā euntium modo. Vix dum oēs cōscenderāt:cum alii resolutis loris:ut an
chorā euellerent:alii:nequid teneat anchora:lora:incidunt:raptimq; oia præpropere agendo:militum
apparatu:nautica ministeria impediunt:trepidatione nautaꝝ capere & aptare arma miles prohibeba/
tur. Et iam romanis nō appropinquabat mō: sed direxerat etiam in pugnā naues: itaq; non ab hoste
& prælio magis pœni quā suometipsi tumultu turbabantur:& tēptata uerius pugna:q̄ inita in fugam
auerterunt classem:& cū diuersi:ac diuerso late agmine a tam multis simul uenientibus haud sane pe/
netrabiles essent:in littus passim naues egerunt:atq; alii uadis: alii sicco littore excepti partim armati:
partim inermes ad instructam per littus aciem suorum perfugere. Duæ tamen primo concursu captæ
erant punicæ naues:quattuor suppressæ. Romani:q̄q̄ terra hostium erat: armataq; aciem toto præ/

tentam in littore cernebãt:haud cũctanter tamẽ ĩsecuti trepidã hoſtiũ claſſem:naues oẽs:q̃ nõ aut ꝓfre gerant proras littore illiſas.aut carinas fixerãt uadis:religatas puppibus in altum extraxere:ad.v.&.xx. naues ex.xxx.cepere.Neqꝫ id pulcherrimũ eius uictoriæ fuit:ſed qđ una leui pugna toto eius oræ mari potiti erãt:itaqꝫ ad onuſtam claſſem ꝓfecti:aſcenſu a nauibus in terrã facto:cũ urbẽ ui cepiſſent:captãqꝫ diripuiſſent:Carthaginẽ ĩde petũt:atqꝫ oẽm agrũ circa depopulati:poſtremo tecta quoqꝫ cõiuncta mu ro portiſqꝫ ĩcenderunt.Inde iam p̃da grauis ad Longũticam ꝑuenit claſſis.Vbi uis magna ſparti fuit ad rem nauticam collecta ab Aſdrubale:qđ ſatis in uſum fuit ſublato:cæteꝝ omne ĩcenſum eſt:nec conti nentis modo ꝓiectas oras p̃teruecta:ſed in Ebuſum inſulam tranſmiſſum:ubi urbe:quæ caput ĩſulæ eſt:biduum nequicq̃ ſummo labore oppugnata:ubi in ſpem irritam fruſtrari tempus animaduerſum eſt:ad populationem agri uerſi:direptis aliquot incenſiſqꝫ uicis:maiore quam ex continenti p̃da parta cum in naues ſeſe recepiſſent:ex Balearibus inſulis legati pacem petentes ad Scipionem uenerunt:inde flexa retro craſſis:reditũqꝫ in citeriora prouinciæ:quo oĩum populoꝝ:q Iberum incolunt: multorum & ultimæ Hiſpaniæ legati concurrerunt.Sed qui uere ditionis ĩperiiqꝫ romani facti ſunt:obſidibus da tis:amplius populi fuerunt centum uiginti.Igitur terreſtribus quoqꝫ copiis ſatis fidens:romanus uſqꝫ ad ſaltum caſtulonenſem eſt progreſſus.Aſdrubal in Luſitaniam ac propius Oceanum cõceſſit.Quie tum inde fore uidebatur reliquum æſtatis tẽpus:fuiſſetqꝫ ꝑ pœnum hoſtẽ ſed præterq̃ qđ ipſoꝝ hiſpa norum inquieta:auidaqꝫ in nouas res ſunt ingenia:Mãdonius uir nobilis qui antea ĩlegertum regulus fuerat:poſteaq̃ romani a ſaltu receſſere ad maritimã oram:cõcitis popularibus in agrum pacatum ro manoꝝ ſocioꝝ ad populãdũ uenere:Aduerſus eos tribus millibus cũ expeditis auxiliis a Scipione miſ ſis:leui certamie ut tumultuariã manũ fudere:multis occiſis:q̃buſdã captis:magna pars armis exuta.

Mandonius

Hic tamẽ tumultus cedentẽ ad Oceanũ Aſdrubalẽ cis Iberum ad ſocios tutãdos retraxit.Caſtra pu nica in agro lergauonẽſiũ:caſtra romana ad nouã claſſem erãt cum fama repẽs alio uertit bellũ.Celtibe ri principes:q regionis ſuæ legatos obſideſqꝫ dederãt romãis:nũcio miſſo a Scipione exciti arma capiũt ꝓuinciãqꝫ carthaginẽſiũ ualido exercitu inuadunt:tria oppida ui expugnãt:ĩde cũ ipſo Aſdrubale duo bus p̃liis egregie pugnãtes.xv.millia hoſtiũ occiderũt:q̃ttuor millia cũ multis militaribꝫ ſignis capiũt. Hoc ſtatu reꝝ in Hiſpania.P.Scipio ĩ ꝓuinciã uenit:ꝓrogato poſt conſulatũ ĩperio a ſenatu:miſſus cũ xxx.longis nauibus:& octo millibus militũ:magnoqꝫ commeatu adiecto.Ea claſſis ĩgens agmĩe one rariaꝝ ꝑcul uiſa:cũ magna lætitia ciuiũ ſociorũqꝫ portũ Tarraconis ex alto tenuit.Ibi milite expoſito: ꝓfectus Scipio fratri cõiungit̃:ac deĩde cõmuni ãio cõſilioqꝫ gerebãt bellum. Occupatis igit̃ carthagi nenſibus celtiberico bello haud cunctãter Iberum trãſgrediunt̃:nec ullo uiſo hoſte Saguntum pergũt ire quod ibi obſides totius hiſpãiæ cuſtodiæ traditos ad Annibalem fama erat modico ĩ arce cuſtoditi præſidio:id unũ pignus inclinatos ad romana ſocietatem oĩum Hiſpaniæ populoꝝ ãios morabat̃:ne ſanguĩe liberoꝝ ſuoꝝ culpa defectiõis lueret̃.Eo uinculo Hiſpaniã uir unus ſolertia magis:q̃ fideli cõ ſilio exoluit. Acedux erat Sagũti nobilis hiſpanus fidus ante pœnis:cum:qualia plæraqꝫ ſunt barba rorꝝ ingenia:cũ fortuna mutauerat fidẽ cæteꝝ tranſfugã ſine magnæ rei ꝓditione uenientẽ ad hoſtes: nihil aliud :q̃ unum uile atqꝫ ĩfame corpus eſſe ratus : id agebat:ut quãmaximum emoluentum ueluti nouis ſociis eſſẽt:circũſpectis igitur oĩbus:quæ fortuna ptãtis eius poterat facere:obſidibus potiſſimũ tradendis aĩum adiecit:eam unã rẽ maxime ratus conciliaturã romanis principiũ Hiſpaniæ amicitiam Sed cũ iniuſſu Boſtaris præfecti ſciret nihil obſidum cuſtodes facturos eſſe.Boſtarẽ ipſum arte aggre ditur:caſtra extra urbẽ in ipſo littore habebat Boſtar:ut aditum intercluderet ex portu romanis ibi eũ in ſecretũ abductũ uelut ignorantẽ monet:in quo ſtatu ſit res:metũ continuiſſe ad eam diẽ hiſpanoꝝ ãios:quia ꝑcul romani abeſſent:nũc cis Ibeꝝ caſtra romana eſſe:arcẽ tutã perfugiũqꝫ nouas uolẽtibus res.Itaqꝫ.quos metus non teneat: beneficio & gratia deuinciẽdos eſſe:miráti Boſtari percunctãtiqꝫ:qđ nã id ſubitũ tantæ rei donũ poſſit eſſe.Obſides:inquit:in ciuitates remitte:id priuatim parẽtibus:quo rum maximũ nomẽ in ciuitatibus eſt:ſuis:& publice populis gratũ erit:uult ſibi quiſqꝫ reddi:& habita fides ipſam plærũqꝫ obligat fidẽ:miniſterium reſtituendoꝝ domos obſidũ mihimet depoſco : ipſe: ut opera quoqꝫ impenſa conſiliũ adiuuẽ meũ:& rei ſuapte natura gratæ:quantã inſuꝑ gratiã poſſim : adii ciam Homini non ad cætera punica ingenia callido ut perſuaſit::nocte clam progreſſus ad hoſtium ſta tiones:conuentis quibuſdam auxiliaribus hiſpanis : & ab iis ad Scipionem perductus quid afferret:ex primit:fide accepta dataqꝫ ac loco & tempore conſtituto ad obſides tradendos Saguntum redit.Diem inſequentem abſumpſit cum Boſtare : mandatis ad rem gerendam accipiendis dimiſſus cum : ſe no cte iturum ut cuſtodias hoſtium falleret:conſtituiſſẽt:ad compoſitam cum iis horam:excitatis cuſto dibus puerorum : profectus ueluti ignarus:in præparatas ſua fraude inſidias ducit.In caſtra romana perducti:cætera omnia de reddendis obſidibus:ſicut cum Boſtare conſtitutum erat:acta:per eundem ordinem quaſi carthaginenſium nomine ſic ageretur . Maior aliquanto romanorum gratia fuit in re pari:quam q̃ta futura carthaginenſium fuerat.Illos enim graues ſuperboſqꝫ in rebus ſecundis exper tos fortuna & timor mitigaſſẽ uideri poterat.Romanus primo aduentu incognitus ante a re clæmen ti liberaliqꝫ initium fecerat.Et Acedux uir prudens haud fruſtra uidebatur ſocios mutaſſe:Itaqꝫ ingẽ ti conſenſu ad defectionem omnes ſpectare:armaqꝫ extemplo mota:forent:ni hyems : quæ romanos quoqꝫ & carthaginenſes concedere in tecta cogit:interueniſſẽt.Hæc in Hiſpania quoqꝫ ſecunda æſta te punici belli geſta:cum in Italia paululum interualli cladibus romanis ſolers cunctatio Fabii feciſſet quæ ut Annibalem non mediocri ſollicitum cura habebat:tandem eum militiæ megiſtrum delegiſſe

Lergauonenſiũ potius legẽdũ ilercaones ꝓponit

Acedux

Hiſpanorum obſides ro.tradunt̃

Romanos cernentem:qui bellū ratione:nō fortuna gereret:ita contēpta erat iter ciues armatos pariter togatosq; utiq; posteaquā absente eo temeritate magistri equitum læto ut prius dixerim : quā prospero euentu pugnatū fuerat. Accesserant duæ res ad augendā iuidiam dictatoris:una fraude ac dolo Annibalis:quod cum a profugis ei mōstratus ager dictatoris eēt:omnibus circa solo æquatis ab eo uno ferrum ignemq; & uim omnē hostiū abstineri iussit:ut occulti alicuius pacti ea merces uideri posset. Altera ipsius facto primo forsitan dubio quia nō expectata in eo senatus auctoritas ē ad extremū haud ambigue in maximā laudē uerso ī permutādis captiuis:quod sicut primo punico bello factū erat:cōuenerat inter duces romanos pœnumq; ut quæ pars plus reciperet:quā daret:argēti pōdo bina:& selibras ī milite præstaret. cc. xlvii. cum plures romanus:quā pœnus recepisset:argētumq; pro eis debitū sæpe iactata ī senatu re:quoniā nō cōsuluisset patres:tardius rogaretur:iuiolatum ab hoste agrum misso Romam filio uændidit:fidēq; publicā impendio priuato exoluit. Annibal pro Geryonis mœnibus : cuius urbis captæ atq; īcensæ a se ī usum horreoꝝ pauca reliquerat tecta:statiua habebat:īde frumētatū duas exercitus partes mittebat:cū tertia ipse expedita ī statione erat:simul castris præsidio & circūspectās nec unde impetus ī frumētatores fieret. Romanus tūc exercitus ī agro larinati erat:præerat Minutius magister equitū:profecto sicut ante dictum ē ad urbē dictatore. Cæteꝝ castra:quæ ī mōte alto ac tuto loco posita fuerūt:iā ī planum deferūtur:agitabāturq; pro īgenio ducis cōsilia callidiora:ut īpetus aut in frumētatores palātes:aut in castra relicta cū leui manu præsidioq; fieret. Nec Annibalē fefellit:cū duce mutatā esse belli rationē:& ferocius quā cōsultius rem hostes gesturos. Ipse aūt quod minime quis crederet:cū hostis uropius eēt:tertiā partē militū frumentatū:duabus retētis ī castris dimisit:deīde castra īpa propius hostem mouit duo ferme a Geryone millia ī tumulum hosti cōspectū:ut intentum sciret esse frumētatores:si qua uis fieret tutādos:Propior inde ei atq; ipsis īminens romanoꝝ castris tumulus apparuit:ad quē capiendū:si luce palā iretur:quia haud dubie hostibus breuiore uia præuētus essēt: nocte clam missi numidæ ceperūt:quos tenētis locū cōtempta paucitate Romani postero die cum eiecissent: ipsi eo trāsferunt castra. Tum itaq; ut exiguum spatii uallū a uallo aberat:&īdipsum tota prope cōpleuerat romana acies:simul & per aduersa castra a castris Annibalis equitatus cū leui armatura ēmissus in frumētatores late cædem fugāq; hostiū palantiū fecit. Nec acie certare Annibal ausus:quia tāta paucitate uix castra:si oppugnarētur:tutari poterat. iamq; artibus Fabii pars exercitus aberat:iā fame sedēdo & cunctando bellū gerebat:receperatq; suos ī priora castra:quæ ꝑ Geryonis mœnibus erant. Iusta quoq; acie & collatis signis dimicatū quidā auctores sunt:primo cōcursu pœnū usq; ad castra fusum:inde eruptione facta repēte uersum terrorem ī romanos. Numerii Decimi samnitis deīde aduentu prælium restitutū:hūc pricipem genere ac diuitiis nō Bouiani modo:unde erat:sed toto Sānio iussu dictatoris octo millia peditū & equites ducentos adducentē in castra:ab tergo cū apparuisset Annibali spē parti utriq; tribuisse noui subsidii:cumq; Fabio ab Roma ueniente Annibalem insidiarū quoq; aliqd timentē recepisse suos Romanū insecutū adiuuāte samnite:duo castella eo die expugnasse:sex millia hostiū cæsa: quinq; admodū romanoꝝ nunciatū est. Tamē ī tam pari prope clade fama egregiæ uictoriæ cū uaniloquis litteris magistri equitū Romā perlata:de iis rebus persæpe & ī senatu:& ī cōcione actum est:cum læta ciuitate dictator unus nihil nec famæ:nec litteris crederet. Vt uera oīa essent:secunda se magis quā aduersa timere diceret. Tum. M. Metellus tribunus plebis:id unū enim uero ferendū esse negat:nō præsentem solū dictatorem obstitisse rei benegerendæ:sed absentem etiā gestæ obstare: & ī ducēdo bello sedulo tempus terere:quo diutius ī magistratu sit:solusq; & romæ & ī exercitu īperiū habeat : quippe consulū alteꝝ ī acie cecidisse:alterū specie classis punicæ persequendæ procul ab Italia ablegatū:duos p̄tores Sicilia atq; Sardinia occupatos:quoꝝ neutra hoc tēpore prouincia prætore egeat. M. Minutium magistrū equitū ne hostē uideret:nequid reip. gereret:prope in custodiā habitū:itaq; hercule nō Sānitū modo:quo iā tāquā trās Iberum agro pœnis concessum sit:sed cāpanū calenumq; & falernū puastatos esse:sedente Casilini dictatore & legionibus Populi Romani agrū suū tutāte:exercitum cupientem pugnare:& magistrū equitū clausos prope intra uallum retentos:tāq; hostibus captiuis arma adempta:tādem ut abscesserit ide dictator:ut obsidione liberatos extra uallū egressos fudisse ac fugasse hostes : q̄s ob res:si antiquus animus plebi romanæ esset:audacter se laturum fuisse de Fabii imperio. Nunc modicā rogationē promulgatuꝝ de æquādo magistri equitum & dictatoris iure:nec tamē ne ita quidem prius dimittendū ad exercitū. Q. Fabium:quā cōsulem ī locū. C. Flaminii suffecissēt. Dictator concionibus se abstinuit ī actione minime popularis:nec ī senatu quidē satis æquis auribus audiebatur:hunc cū hostem extolleret uerbis:biēniiq; clades p̄ temeritatem atq; īscitiā ducum acceptas referret:magistroq; equitum:qđ contra dictum suū pugnasset:rōnem diceret reddendā esse:si penes se summa īperii consiliiq; sit:propediem effectuꝝ ut sciāt hoies bono īperatori haud magni fortunā moměti esse : mentem rationemq; dominari:se sæuo tēpore:& sine ignominia seruasse exercitum:quā multa millia hostium occidisse ducere maiorē gloriā esse. Huius generis orationibus frustra habitis & consule creato. M. Attilio Regulo ne præsens de iure imperii dimicaret:pridie quam rogationis ferēdæ dies adesset : nocte ad exercitum abiit. Luce orta:cum plebis concilium essēt:magis tacita inuidia dictatoris fauorq; magistri equitū animos uersabat:quā satis audebāt homines ad suadendū:quod uulgo placebat:prodire & fauore superare:auctoritas tamē deerat rogationi. Vnus inuentus ē suasor legis. C. Terētius Varro:qui priore anno prætor fuerat:loco non humili solum : sed etiam sordido ortus:patrem lanium fuisse ferunt: ipsum īstitorē mercis filioq; hoc ipso ī seruili eius artis mīsterio usum:is iuuenis utrū ex eo genē que-

Hāniba lis fraus ī seruando fabii agro

Prosperē ī Annibalē pugnat minutius

M. Attilius regulus consul. C. Terē. Varro

stus pecunia a patre relicta:animū ad spem liberalioris fortunæ iecit:togaq; & forum placuere procla/
mando pro sordidis hominibus:causisq; aduersus rē & famam bonoꝝ primū ī noticiā populi : deinde
Dictato rii & Mgr̄o eqtū iuſ eqtum ad honorē peruenit. Quæstura quoq; & duabus ædilitatibus plebeia & curuli:postremo & p̄tura per/
functus iam ad consulatus spem cū attolleret aīo:haud paꝝ callide aurā fauorabilis populi ex dictatoria
inuidia petit:sicq; plebis unus gratiā tulit. Omnes eā rogationē:quiq; Romæ:quiq; ī exercitu erāt : æq
atq; iniqui præter ipsum dictatorē in contumeliam eius latam acceperunt:ipse qua grauitate animi cri
minantes se ad multitudinem inimicos tulerat:eadem & populi ī se sæuiẽtem iniuriā tulit:acceptisque
in ipso itinere litteris senatusconſ. de æquato imperio:satis fidens haud q̈q̄ cum imperii iure artem ī/
perandi æquatam cunq; inuicto a ciuibus hostibusq; animo ad exercitum rediit. Minutius uero cū iā
ante uix tolerabilis fuisset:secūdis rebus ac fauore uulgi tum utiq; īmodice īmodesteq; non Annibale
magis uicto a se quam Fabio gloriari:illum ī rebus asperis unicum ac parē ducē quæsitū Annibali ma/
iorem minori dictatorē magistro equitum quod nulla memoria habeat annalium iussū populi æqua
tum ī eadem ciuitate:ī qua magistri equitū uirgas ac secures dictatoris tremere atq; horrere soliti sunt:
in tantū suam felicitatem uirtutemq; enituisse. Ergo secuturum se fortunam suam si dictatoris cūcta/
tio ī segnicie deorum hominūq; iudicio damnata perstaret. Itaq; quo die primū congressus est:cum Fa
bio statuendū primum omniū esse ait:quēadmodum imperio adæquato utantur:se optimum ducere
aut diebus alternis:aut si maiora interualla placerent:partitis temporibus alterius sum:mum ius impe
riumq; esse:ut par hosti nō solū consilio:sed uiribus etiā esset:siquam occasionē rei gerendæ habuisset.
Fabius & partiunt̄ co/ pias Mi nutius Cōsiliū Anniba lis ī capi endo Miutio Qu. Fabio haud quaquam id placere:omnia enim fortunam habituram quæcunq; temeritas collegæ
habuisset:sibi cōmunicatum cū alio:non ademptū imperiū esset. Itaq; se nunquā uolentem parte : qua
posset:rerū consilio gerendarum cessurū:nec se tēpora aut dies iperii cū eo exercitus diuisurū:suisq; cō/
siliis:quoniā oia nō liceret:quæ posset seruaturū. Ita obtinuit:ut legioões:sicut cōsulibus mos esset:iter
se diuiderēt. Pria & quarta Minutio:Secūda & tertia Fabio euenerūt. Itē equites pari numero sociumq;
& latini nois auxiliū diuiserūt. Castris se quoq; separari magister equitū uoluit. Duplex inde Annibali
gaudiū fuit:neq; enī qcq̄ eoꝝ:quæ apud hostes gerebātur:eū fallebat:& profugis multa īdicātibus & p
suos explorātē. Nā & libera Minutii temeritatē se suo modo captuꝝ:& sollertiæ Fabii dimidiū uiriuni
decessisse. Tumulus erat iter castra Minutii & pœnoꝝ:qui eū occupasset:haud dubie iniquiorē erat ho
sti locū facturus:eū nō tā capere sine certamīe uolebat Annibal:q̄q̄ id operæ pretiū erat : quā cām certa/
minis cū Minutio:quē semper occursurū ad obsistēdū satis sciebat:& cōtra iturū. Ager omnis medius
erat pria specie iutilis īsidiatori:quia non modo siluestre qcq̄:sed ne uepribus quidē uestitū habebat:re
ipsa natus detegēdis īsidiis:eo magis qđ ī nuda ualle nulla talis fraus timeri poterat:& erāt ī anfractibus
inopiæ adduxerat. Castris romanis tūc Sēpronius præerat: dictatore auspicioꝝ repetendoꝝ causa profecto Romā. Marcellū & ipsum cupientē ferre auxiliū obsessis Vulturnus amnis inflatus aquis: & preces nolanoꝝ: atq; acerranoꝝ tenebāt campanos timētiū: si præsidiū romanū abscessisset. Gracchus assidēs tantū Casilino: quia prædictū erat dictatoris: ne quid absente eo rei gereret: nihil mouebat: q̄q̄: quæ facile omnem patientiā uincerent: nūciabantur a Casilino: nam & præcipitasse se quosdā non tolerantes famem constabat: & stare inermes in muris: nuda corpora ad missiliū tæloꝝ ictus præbentes: ea ægre patiens Gracchus: cū neq; pugnā conferere dictatoris iniussū auderet: pugnandū autē esse: si palā frumētū importare uellet: uideret: neq; clā iportandi spes esset: farre ex agris circa undiq; conuecto: cū quāplura dolia cōplessēt: nunciū ad magistratū Casilinū misit: ut exciperēt dolia: quæ amnis deferret: in sequenti nocte: intentis oībus ī flumē: ac spem ab nuncio romano factam: dolia medio amni missa defluxerunt.

Doliis secūdo flu. missum frumētū casilinū

Aequaliter inter omnes frumentū diuisum. Id postero quoq; die ac tertio factū est: nocte & mittebant: & perueniebant eo custodias hostiū fallebant. Imbribus deinde continuis citatior solito amnis trāsuerso uertice dolia impulit ad ripam: quam hostes seruabant: ibi hærentia inter obnata ripis salicta aspiciūtur: nunciatūq; Annibali est: & deide intentiore custodia cautū: neqd falleret Vulturno ad urbem missum: nuces inde fusæ a romanis castris: cū medio amni ad Casilinū defluerent: cratibus excipiebantur. Postremo ad id uentū inopiæ ē: ut lora detractaq; scutis pelles ubi feruida mollissent aqua: mādere conarentur: nec muribus: alioue aīali abstinerēt: & oē hærbaꝝ radicumq; genus aggeribus īfimis muri eruerent. Et cū hostes obarassent: quicqd hærbidi terreni extra muꝝ erat: raparū sæmen iniecerunt: ut Annibal eo ne usq; dum ea nascantur: ad Casilinū sessurus sum? exclamaret. Qui nullā pactionē auribus admiserat: tum demū secum agi est passus de redemptione liberoꝝ capitum. Septunces auri in singulos pretium cōuenit: fide accepta sese tradiderunt: donec omne aurum persolutū est: in uinculis habiti. Tum remissi Cumas cū fide. Id uerius est: quā ab equite in abeuntis īmisso iterfectos. Prænestini maxima pars fuere: ex quīgentis septuaginta: qui in præsidio fuerunt: minus dimidiūm ferrum famesque absumpsit. Cæteri īcolumes Prænestе cum prætore suo Manitio scriba is antea fuerat: redierunt. Statua eius īdicio fuit. Prænestе in foro statuta: loricata: amicta toga: uelato capite: & tria signa cum titulo laminæ æneæ inscripto Manitium pro militibus: qui Casilinī in præsidio fuerint: uotum uouisse. Idē titulus tribus signis in ædem Fortunæ positis subiectus. Casilinum oppidum redditū campanis est: firmatū septingentorum militum de exercitu Annibalis præsidio: ne ubi pœnus inde abscessisset: Romani īpugnarent Prænestinis militibus romanus senatus duplex stipendiū: & q̄nquennii militiæ uacationem decreuit. Ciuitate cū donarentur: ob uirtutē non mutauerūt. Perusinoꝝ casus obscurior fama est: quia nec ipsoꝝ monimēto ullo est illustratus: nec decreto Romanoꝝ. Eodem tempore petellinos: quiuni ex brutiis manserant in āmicitia romana: nō carthaginēses modo: q regionē obtinebant: sed brutii quoq; cæteri ob separata a se consilia oppugnabant: quibus cū obsistere malis nequirent: petellini legatos Romam ad præsidiū petendum miserunt: quoꝝ preces lachrymæq; inquestus enim flæbiles: cū sibi metipsi consulere iussi sunt: sese ī uestibulo curiæ profuderunt: ingentē misericordiam patribus: ac populo mouerūt. Cōsultiq; iterū a. M. Aemylio prætore patres: circunspectis oībus imperii uiribus: fateri coacti: nihil iam lōginquis sociis in se præsidii esse: redire domum: fideq; ad ultimū expleta: consulere sibimetipsos in præsenti fortuna iusserunt. Hæc posteaquā renunciata legatio petellinis est: tantus repente mœror pauorq; senatū eoꝝ cepit: ut pars ꝑfugiendi: qua q̄sq; posset: ac deserēdæ urbis auctores essēnt: pars adiūgendi se cæteris brutiis: ac ꝑ eos dedēdi Annibali: Vicit tamen ea pars: quæ nihil raptim: nec temere agēdum: cōsulēdūq; de integro cēsuit. Relaxata postero die ꝑ minorē trepidationē retinuerūt optimates: ut cōuectis oībus ex agris urbē ac muros firmarēt. Per idē fere tēpus litteræ ex Sicilia Sardiniaq; Romā allatæ. Priores ex Sicilia Octacilii ꝓprætoris ī senatu recitatæ sunt. L. Furiū prætorē cum classe ex Africa Lilibeū uenisse: ipsum grauiter ictū: sauciū ī discrimine esse uitæ ultimo: militiæ naualibus sociis neq; stipēdium: neq; frumētum ad diē dari: neq; unde det: esse: magnopere suadere: ut q̄primū ea mittāt: sibiq; si ita uideat: ex nouis ꝓtoribus successorē mittant. Eadēq; ferme de stipēdio: frumētoq; ab. A. Cornelio Māmula proprætore ex Sardinia scripta. Respōsum utriq; nō esse: unde mitteret. Iussiq; ipsi classibus ac exercitibus suis cōsulerent. Octacilius ad unicū subsidiū Populi Romani Hieronem legatos cū misisset: ī stipēdium q̄tum argētum opus fuit: & sex mēsium frumētū accepit. Cornelio ī Sardinia ciuitates sociæ benigne cōtulerūt. Et Romæ quoq; ꝑ penuriā argēti triūuiri mēsarii rogatione Minutii tri. ple. facti. L. Aemylius qui cōsul cēsorq; fuerat: &. M. Attilius Regulus: qui bis cōsul fuerat: &. L. Scribōius Libo: qui tum tribunus ple. erat: & duūuiri creati. M. &. C. Attilius ædem cōcordiæ: quam. L. Manlius prætor uouerat: dedicauerunt. Et tres pontifices creati. Q. Cecilius Metellus: Quintus Fabius Maximus: &. Q. Fuluius Flaccus in locū. P. Scātinii demortui: &. L. Aemylii Pauli cōsulis: &. Q. Elii Pæti: q ceciderūt pugna cānensi: cum cætera: q̄ cōtinuis cladibus fortuna minuerat: quantum cōsiliis humanis assequi poterāt: patres explessent: tandem se quoq;: & solitudinē curiæ: paucitatēq; conuenientiū ad publicū cōsiliū respexerūt: nō enim post: L. Aemyliū: &. C. Flaminiū censores senatus electus fuerat: cū tantū senatorum aduersæ pugnæ ad hoc sui quēq; casus per q̄nquenniū absumpsissent. Cū de ea re. M. Aemylius prætor: dictatore post Casilinū amissum ꝑfecto iam ad exercitum: exposcentibus cunctis rettulisset: tum. Sp. Carbilius cum longa oratione non solum inopiā: sed paucitatem etiam ciuium: ex quibus in patres legerentur: conquestus esset: explendi senatus causa: & iūgendi arctius latini nominis cum pro magna re se suadere dixisset: ut ex singulis populis latinorum bi-

Annibalis uox

Deditō eoꝝ q ad casellinum erant

Petellini

Sp. Carbilius

Att. ro. Po. inopiam

nis senatoribus:si patres romani cẽsuissẽt:ciuitas daretur:atq; ĩ demortuorꝝ locũ in senatũ legerent. Eam sententiã haud æqoribus animis:quã ipsorꝝ quõdam postulatũ latinorꝝ patres audierũt: & cum fremitus indignãtium tota curia eẽt:& præcipue Mãlius:esse & nunc stirpis eius uirũ diceret:q quõdã in Capitolio cõsul minatus esset:quẽ latinũ in curia uidisset:eũ sua manu se interfecturꝝ. Q. Fabius Maximus:nunq̃ rei ullius alieniore tpe mentionẽ factã in senatu dixit:quã iter tam suspẽsos sociorꝝ aios: icertamq; fidẽ:id tãtum:quod insup sollicitaret eos:eam unius hominis temerariã uocem silẽtio oium extinguẽdam esse:& siquid unquã arcani sanctiue ad silẽdum ĩ curia fuerit:id oium maxime tegẽdum occulẽdum:obliuiscẽdum:pro non dicto habẽdum esse. Ita eius rei oppressã mentio est. Dictatorẽ:qui censor ante fuisset:uetustissimusq; ex iis:qui uiueret:censoriis esset:creari placuit:q senatũ legeret. Accirique. C. Terentiũ ad dictatorẽ dicendũ iusserunt:q ex Appulia relicto ibi præsidio:cũ magnis itineribus Romam redisset:nocte ꝓxima:ut mos erat. M. Fabiũ Buteonẽ ex. S. C. sine magistro equitũ dictatorẽ in sex mẽses dixit. Is ubi cũ lictoribus ĩ rostra ascẽdit:neq; duos dictatores tẽpore uno quod nunquam antea factum esset:probare se dixit:neq; dictatorẽ se sine magistro eqtũ:nec censoriã uim ꝓmissam uni & eidẽ iterꝝ:nec dictatori nisi rei gerẽdæ causa creato ĩ sex menses datum imperiũ:quæ ĩmoderata sors tempus ac necessitas fecerit:iis se modum impositurꝝ:nam neq; senatu quẽquam moturꝝ ex iis quos. C. Flaminius. L. Aemylius censores ĩ senatũ legissent:trãscribi tamen recitariq; eos iussurum: ne penes unum hominẽ iudiciũ arbitriumq; de fama ac moribus senatoris fuerit:& ita ĩ demortuorum locum subiecturꝝ:ut ordo ordini:nõ homo homini prælatus uideret. Recitato uetere senatu:ide primũ ĩ demortuorꝝ locum legit:qui post. L. Aemyliũ. C. Flaminiũ censores curulem magistratũ cepissent:necdũ in senatũ lecti eẽnt:ut quisq; eorꝝ senator primus creatus erat:tũ legit:qui ædiles:tribuni:prætores:q̃sto resue fuerãt:tum ex iis:q magistratus cepissent:q spolia ex Romano hoste fixa domi haberent:aut ciuicam coronã accepissent:ita. clxxvii. cũ igenti approbatione hominũ ĩ senatũ lectis: extẽplo se magistratu abdicauit:priuatusq; de rostris descendit:lictoribus abire iussis:turbæq; se imiscuit priuatas agentiũ res tempus hoc sedulo terens:ne deducendi sui causa populum de foro abduceret:neq; tamen elanguit cura hominũ ea mora:frequẽtesq; eum deduxerũt domũ:Consul nocte ĩsequẽti ad exercitũ rediit: nõ facto certiore senatu:ne comitiorꝝ causa in urbe retineretur. Postero die consultus a. M. Pomponio prætore senatus decreuit dictatori scribẽdũ:uti se e rep. censeret esse:ad cõsules subrogãdos ueniret cũ magistro equitum:& prætore. M. Marcello:ut ex iis præsentibus noscere patres possent:quo statu respu. esset:consiliaq; ex rebus caperent. Qui acciti erant:omnes uenerunt:relictis legatis:qui legionibus præessent. Dictator de se pauca ac modice locutus:in magistrum equitum. T. Sempronium Gracchũ magnam partem gloriæ uertit. Comitia edixit:quibus. L. Posthumius. iii. absens:qui tum Galliam prouinciam obtinebat:&. T. Sempronius Gracchus:qui tum magister equitum:& eo occurrerat:cõsules crearentur. Prætores inde creati. M. Valerius Leuinus. Ap. Claudius Pulcher. Fuluius Flacchus. Q. Mutius Scæuola. Dictator creatis mgr̃atibus. Theanũ in hyberna ad exercitũ rediit:relicto magistro eqtũ Romæ:q cũ post paucos dies mgr̃atũ initurus eẽt:de exercitibus scribẽdis cõparãdisq; ĩ ãnũ pres cõsuleret.

Duo rõnæ dictatores uno tẽpore

L. Posthũius T. Sẽpronius cons.

Cum eæ res maxime agerentur:noua clades nunciata:alia super aliam cumulante in eum annũ fortuna. L. Posthumium consulem designatam in Gallia ipsum:atq; exercitum deletos. Silua erat uasta. Lita nam Galli uocãt: qua exercitum traducturus erat:eius siluæ dextera leuaq; circa uiam Galli arbores ita inciderant:ut immotæ starent:momento leui impulsæ occiderent. Legiones duas Romanas habebat Posthumius:sociumq; ab supero mari tantum conscripserat:ut. xxv. millia armatorum ĩ agros hostium induxisset. Galli ora extremæ siluæ cum circunsedissent:ubi intrauit agmen saltum: tum extremas arborum succisarum impellunt:alia in aliam instabilem per se ac male hærentem incidentes anciti strage arma uiros equos obruerunt:ut uix decem homines effugerent:Nam cum exanimati plærique essent:arborum truncis:fragmentisq; ramorum cæteram quoq; multitudinem inopinato malo trepidam galli saltum omnem armati circunsidentes interfecerunt:paucis e tanto numero captis: qui fluminis pontem petentes:obsesso ante ab hostibus ponte:intercluſi sunt. Ibi Posthumius:omni ui ne caperetur:occubuit:spolia corporis:caputq; ducis præcisum Boii ouantes:templo quod sanctissimum est apud eos intulerunt:purgato inde capite:ut mos est iis:caluam auro cælauerunt:idque sacrum uas erat:quo solemnibus libarent:poculumq; idem sacerdoti esse:ac templi Antistibus præda quoq; haud minos gallis:quam uictoria fuit:nam &si magna pars animalium strage siluæ oppressa erat:tamen cæteræ res:quia nihil dissipatum fuga est:stratæ per omnem iacentis agminis ordinem inuẽtæ sunt. Hac nunciata clade cum per dies multos in tanto pauore fuisset ciuitas:ut tabernis clausis:uelut nocturna solitudine per urbem acta:senatus ædilibus negotium daret:ut urbem circũirent:aperirique tabernas:& mœsticiæ publice speciem urbi demi iuberent. Tum. T. Sempronius senatum habuit:consolatusq; patres est:& adhortatus:ne qui cãnensi ruinæ nõ succubuissent:ad minores calamitates animos summitterent. Quod ad Carthaginenses hostes Annibalẽq; attinet:prospera modo esset sicut speraret:fortuna gallicum bellũ & omitti tuto & differri possẽ:ultionemq; eã fraudis in deorꝝ ac Po. Ro. potestate fore. De hoste pœno exercitibusq;:per quos id bellũ gereretur:consultandũ:atq; agitandum. Ipse primum quid peditum equitumq;:quid ciuiũ:quid sociorꝝ in exercitu esset dictatoris:disseruit. Tum Marcellus suarum copiarꝝ summã exposuit. Quid in Appulia cũ. C. Terentio consule esset:a peritis quæsitum ẽ: duo ne consulares exercitus satis firmati tantũ bellum efficerent:inibatur ratio. Itaq; Galliam:quãquã stimulabat iusta ira:omitti eo anno placuit. Exercitus dictatoris cõsuli decretus ẽ. De exercitu eos q ex

Recens Rõana clades ĩ Gallia

fuga cannenſi eſſent:in Siciliæ caſtra duci:atq; ibi militare:donec in Italia bellū eſſet:placuit. Eodem ex dictatoris legionibus reiici militē:minimi quéq; roboris:nullo præſtituto militiæ tempore: niſi quod ſtipendioꝝ legitimoꝝ eſſet.Duæ legiones urbanæ alteri cōſuli:q̄ ī locū.L.Poſthumii ſuffectus eēt: decretæ ſunt.Eumq; cū primum ſaluis auſpiciis poſſet:creari placuit.Legiones præterea duas prio quoq; tempore ex Sicilia acciri:atq; inde conſul cui legiōes urbanæ euenīſſent:militū ſumeret:quātum opus eſſet.C.Terentio cōſuli propagari in annum imperiū:neq; de eo exercitu:qué ad præſidium Appuliæ haberet:quicquam minui.Dum hæc geruntur in Italia apparanturq; nihilo ſegnius in Hiſpania bellū erat:ſed ad eam diem magis proſperꝝ romanis.P.&.Cn.Scipiōes inter ſe partitis copiis:ut Gn.terra.P. Mari nauibuſq; rem gereret.Aſdrubal pœnoꝝ īperator neutri parti uirium ſatis fidens:procul ab hoſte interuello ac locis tutis tenebat ſe:cui multū ac diu obteſtanti quattuor millia peditum & quingēti equites in ſupplemētum miſſi ex Africa ſunt.Tum refecta tandem ſpe caſtra propius hoſtē mouit:claſſemq; & ipſe inſtrui parariq; iubet ad inſulas maritimāq; oram tutandum.In ipſo impetu mouendaꝝ deintegro reꝝ pertulit eū præfectoꝝ nauium tranſitio:qui poſt claſſem ad Iberū per pauorē deſertam grauiter increpiti:nunquā deinde ſatis fidi aut duci:aut Carthaginēſium rebus fuerant.Fecerāt ii trāſfugæ motum ī tartheſioꝝ gentē:deſciuerantq; iis auctoribus urbes aliquot:una etiā ab ipſis ui capta fuerat.In eam gentē uerſum ab romanis bellum ē:ifeſtoq; exercitu Aſdrubal ingreſſus agrum hoſtiū pro captæ ante dies paucos urbis mœnibus.Calbum nobilem tartheſioꝝ ducē cū ualido exercitu caſtris ſe detinētem aggredi ſtatuit.Præmiſſa ergo leui armatura:quæ eliceret hoſtis ad pugnā: peditū partem ad depopulādū p agros paſſim dimiſit:ut palātes exciperēt:ſimul & ad caſtra tumultus erat:& p agros fugaq; & cædes.Deīde undiq; diuerſis itineribus cū in caſtra ſe recepiſſent:adeo repēte deceſſit animis pauor:ut non ad muniméta modo defendenda ſatis aiorum eſſet:ſed etiam ad laceſſendū hoſtē prælio Erumpunt igit agmine e caſtris tripudiātes more ſuo:repētinaq; eoꝝ audacia terroré hoſti pauloante ultro laceſſenti incuſſit:itaq; & ipſe Aſdrubal in collem ſatis arduū:tūtumq; flumine etiam obiecto tū copias ſubducit:& præmiſſam leuem armaturam:equiteſq; palātes eodem recepit:nec aut colli:aut flumini ſatis fidés uallo caſtra ꝓmuniit.In hoc alterno pauore certamina aliquot ſunt cōtracta:nec numida hiſpano eques par fuit:nec iaculator maurus cetrato uelocitate pari: robore animi uiriūq; aliquātū præſtāti.Poſteaq̄ nec illicere pœnū ad certamē obuerſati caſtris poterāt:neq; caſtroꝝ oppugnatio facilis erat:urbē Aſcuam quo finis hoſtiū ingrediés Aſdrubal frumentū:cōmeatuſq; alios cōuexerat:ui capiunt:omniq; circa agro potiunt:nec iam aut ī agmine:aut in caſtris ullo īperio contineri.Quā ubi negligentiā ex re ut fit:bene geſta oriri ſenſerat Aſdrubal: cohortatus milites ut palātes ſine ſignis hoſtes aggrederētur:degreſſus colle pergit ire acie iſtructa ad caſtra.Qué ut adeſſe tumultuoſe nūciare:fugiētes ex ſpeculis ſtationibuſq; attulere:ad arma conclamatū.Vt quiſq; arma ceperat:ſine ſigno:ſine imperio icompoſiti:inordinati ī præliū ruunt:iā primi cōſeruerāt manus:cū alii catreuatim currerēt: alii nōdum e caſtris exiſſent:tū prio ipſa audacia terruere hoſtē.Deīde rari in confertos illati:cū paucitas parū tuta eſſet:reſpicere alii alios:& undiq; pulſi coire ī orbē:& dum corporibus applicant:armaq; armis iūgunt:in arctum cōpulſi:cum uix mouēdis armis ſatis ſpatii eēt corona militum cīcti ad multū diei cæduntur.Exigua pars eruptione facta ſiluas ac mōtes petit:pariq; terrore & caſtra ſunt deſerta:& uniuerſa gens poſtero die ī deditionē uenit.Nec diu ī pacato māſit.Nam ſubīde ab Carthagine allatum eſt:ut Aſdrubal prio quoq; tempore ī Italiam exercitū duceret:quæ uulgata res per Hiſpaniā oium fere aios ad romanos auertit:itaq; Aſdrubal extéplo litteras Carthaginé mittit:īdicans q̄to fama ꝑfectionis ſuæ damno fuiſſet.Si uero īde pergeret:priuſq̄ Iberum trāſiret:romanoꝝ Hiſpaniam fore:nā prætereq̄ qđ nec præſidium:nec ducé haberet:qué relinqueret pro ſe eē imꝑatores romanos:quibus uix æquis uiribus reſiſti poſſet:itaq; ſi ulla Hiſpaniæ cura eēt:ſucceſſorem ſibi cū ualido exercitu mitterent: cui ſi oia proſpere euenirent:nō tamen ocioſam prouiciā fore.Hæ litteræ q̄q̄ primo admodum mouerunt ſenatum:tamē qa Italiæ cura prior erat:nihil de Aſdrubale:neq; de copiis eius mutatū ē.Himilco cū exercitu iuſto & aucta claſſe ad retinēdam terra mariq;:ac tuendā Hiſpaniā ē miſſus:q ut pedeſtres naualeſq; copias traiecit:caſtris cōmunitis:nauibuſq; ſubductis:& uallo circūdatis cū equitibus delectis ipſe:quātum maxīe accelerare poterat:p dubios īfeſtoſq; populos iuxta intentus ad Aſdrubale ꝑuenit.Cum decreta ſenatus mādataq; expoſuiſſet:atq; edidiciſſet ipſe inuicē:quéadmodū tractandum bellū in Hiſpania foret:retro in ſua caſtra rediit:nulla re quam celeritate tutior:quod undiq; abierat:ānteq̄ populi cōſentirent: Aſdrubal:priuſquā moueret caſtra.pecunias imperat populis oīnibus ſuæ diciōis:ſatis gnarus Annibalē trāſitus quoſdā pretio mercatū:nec auxilia gallica aliter:quam conducta habuiſſē: inopé tantum iter ingreſſum uix penetratuꝝ ad alpes fuiſſe.Pecuniis igitur exactis:ab Iberum deſcendit: Decreta carthaginenſium:& Aſdrubalis iter:ubi ad romanos ſunt perlata:omnibus omiſſis: rebus ambo duces iunctis copiis:ire obuiam cœptis: atq; obſiſtere parant:rati:ſi Annibali uix per ſe ipſi tolerando Italiæ hoſti: Aſdrubal dux:atq; hiſpanienſis exercitus eſſet iunctus illis:romani finem imperii fore.His anxii curis ad Iberum contrahunt copias:& tranſito amne:cum diu conſultaſſent:utrum caſtra caſtris conferrent:an ſatis haberent ſociis carthaginenſium oppugnandis morari ab itinere propoſito hoſtē: urbem a propinquo flumine Iberam appellatā opulentiſſimā ea tempeſtate regiōis eius oppugnare parant:qđ ubi ſenſit Aſdrubal: ꝑ ope ferēda ſociis ꝑgit ipſe ire ad urbē deditam nup ī fidem Romanoꝝ oppugnandā.Ita iam cœpta obſidio a romanis eſt:& uerſum in ipſum Aſdrubalem bellū:quinq; milliū interuallo caſtra diſtātia habuere paucos dies:nec ſine leuibus p̄liis:nec ut ī aciē exirent. Tandē uno

Carth. metus ī carthe/ſiis

Cædūt carthe/ſii

Aſdru/bal iuſ/ſus pa/rat ī Ita/liā tran/ſire

eodemq; die uelut excompoſito utrinq; ſignum pugnæ propoſitū eſt:atq; omnibus copiis in campum deſcēſum ē. Triplex ſtetit acies romana:peditū pars ante ſigna locata:pars poſt ſigna accepta:equites cornua cinxere: Aſdrubal mediā aciem hiſpanis firmat:ī cornibus dextero pœnos locat:leuo afros: mercænariorumq; auxilia equitum:numidas pœnorum peditibus:cæteros afros pro cornibus opponit. Nec omnes numidæ in dextero locati cornu:ſed qbus deſultorum ī modum binos trahētibus equos inter acerrimam ſæpe pugnam:ī recentem equum ex feſſo armatis tranſultare mos erat:tanta uelocitas ipīs: tamq; docile equorum genus eſt. Cum hoc modo inſtructi ſtarēt. Imperatorum utriuſq; partis haud ferme diſpares ſpes erant:nam neq; multum quidem aut numero:aut genere militum hi aut illi præſtabant. Militibus longe diſpar animus. Romanis enim quāquam procul a patria pugnarent facile perſuaſerant duces pro Italia:atq; urbe Roma eos pugnare:itaq; uelut quibus reditus in patriam eo diſcrimine pugnæ uerteretur:obſtinauerant animis uincere:aut mori. Minus pertinaces uiros habebat altera acies:nam maxima pars hiſpani erāt:qui uinci in Hiſpania:quam uictores in Italiam trahi malebāt: primo igitur concurſu:cum uix pila coniecta eſſent:media acies rettulit pedem inferentibuſq; ſeſe magno impetu romanis terga uertit. Nihilo ſegnius in cornibus prælium fuit. Hīc pœnus:hīc afer urget: & uelut in circūuentos prælio ancipiti pugnant. Sed cum in medium tota iam coiſſet Romana acies: ſatis uirium ad dimouendum hoſtium cornua habuit:ita duo diuerſa prælia erāt:utroq; romani: ut q pulſis tandem mediis:& numero:& robore uirorum præſtarent:haud dubie ſuperarūt. Magna uis hominum ibi occiſa:& niſi hiſpani:uix dum conſerto prælio:tam effuſe fugiſſent:perpauci ex tota ſuperfuiſſent acie. Equeſtris pugna nulla ad modum fuit:quia ſimul īclinatam aciem mediam mauri numidæq; uiderunt:extemplo fuga effuſa nuda cornua elephātis quoq; præ ſe actis deſeruere. Et Aſdrubal uſq; ad ultimum euentum pugnæ moratus e media cæde cum paucis effugit. Caſtra Romani cepere: atq; diripuere. Ea pugna:ſiqua dubia in Hiſpania erāt. Romanis adiunxit. Aſdrubalique non modo in Italiam traducendi exercitus:ſed ne manendi quidem ſatis tuto in Hiſpania ſpem reliqt. Quæ poſteaq; litteris Scipionum Romæ ſunt uulgata:nō tam uictoria:quam prohibito Aſdrubalis in Italiam tranſitu lætabantur. Dum hæc in Hiſpania geruntur:Petellia in brutiis aliquot poſt menſibus quam cœpta oppugnari erat:ab Himilcone præfecto Hannibalis expugnata eſt. Multorumq; ſanguine ac uulneribus ea pœnis uictoria ſtetit. Nec ulla magis uis obſeſſos:quam fames expugnauit:abſumptis enim frugum alimentis carniſq; omnis generis quadrupedum ſutrinæq; poſtremo coriis:hærbiſque:& radicibus:& corticibus teneris:ſtructiſq; rohis ueſcebantur uiſcereq;:nec antequam uires ad ſtandum ī muris ferendaque arma deerant:expugnati ſunt. Recepta Petellia:pœnus ad Conſentiam copias traducit. Quam minus pertinaciter defenſam intra paucos dies in deditionem accepit. Iiſdem ferme diebus & brutiorū exercitus Crotonem græcam urbem circunſedit:opulentam quondam armis uiriſq;:iā adeo multis magniſq; cladibus afflictam:ut omnis ætatis minus uiginti millia ciuium ſupereſſent: itaq; urbe defenſoribus uaſtata facile potiti ſunt hoſtes. Aræ tantum retentæ:in quibus inter tumultū captæ urbis e media cæde quidā effugere. Et locrenſes deſciuere ad brutios pœnoſq; prodita multitudīe a prīcipibus. Regini tantūmodo regionis eius:& in fide erga romanos:& ptātis ſuæ ad ultimū manſerūnt. In Siciliā quoq; eadem inclinatio animorū peruenit:& ne domus quidem Hieronis tota ab defectione abſtinuit:nāq; Gelo maximus ſtirpis:cōtempta ſimul ſenectute patris ſimul poſt cānenſem cladem romana ſocietate ad pœnos deficit:mouiſſetq; in Sicilia res:niſi mors adeo opportuna: ut patrem quoq; ſuſpicione aſpgeret:armātem eū multitudinē:ſollicitantemq; ſocios abſumpſiſſet. Hæc eo anno in Italia ī Africa:in Sicilia:in Hiſpania uario euētu acta. Exitu anni. Q. Fabius Maximus a ſenatu poſtulauit: ut ædem Veneris Erycinæ:quā dictator uouiſſet:dedicari liceret. Senatus decreuit: ut. T. Sempronius conſul deſignatus:cū primū iniſſet:ad populum ferret:ut duūuiros eſſe iuberēt ædis dedicandæ cā. Et M. Aemylio Lepido:qui bis cōſul & augur fuerat:filii tres Lucius:Marcus. Quītus ludos funebres per triduum:& gladiatorū paria duo &. xx. per triduum ī foro dederāt. Aediles curules. C. Lectorius:&. T. Sempronius Gracchus conſul deſignatus:qui in ædilitate magiſter eqtum fuerat:ludos romanos fecerant:qui per triduū īſtaurati ſunt. Plebeii ludi. M. Aurelio Cotta &. M. Claudio Marcello ter inſtaurati ſunt. Circūacto tertio anno punici belli. T. Sēpronius cōſul idibus Martiis magiſtratū iniit: Prætoreſq; Fuluius Flaccus:qui ante conſul cenſorq; fuerat:urbanam. M. Valerius Leuinus peregrinam ſortem in iuriſdicione habuit. Ap. Claudius Pulcher Siciliam. Qu. Mutius Scæuola Sardiniam ſortiti ſunt. M. Marcello proconſuli imperium eſſe populus iuſſit:quod poſt Cannenſem cladem unus romanorum imperatorum in Italia proſpere rem geſſit. Senatus quo die primum eſt in Capitolio conſultus decreuit:ut quo anno duplex tributum imperaretur:ſimplex confeſtim exigeretur:ex quo ſtipendium præſens omnibus militibus daretur:præter quam qui milites ad Cannas fuiſſent. Inde de exercitibus ita decretum eſt:ut duabus legionibus urbanis. T. Sempronius conſul Cales ad conueniendum diem ediceret. Inde ſex legiones in caſtra Claudiana ſupra Sueſſulam deducerentur. Quæ ibi legiones eēnt: erat autem cannenſis maxime exercitus:eas. Ap. Claudius Pulcher Prætor in Siciliam traiiceret. Quæq; in Sicilia eſſent. Romam deportarentur. Ad exercitum:cui ad conueniendum Cales dies edicta erat. M. Marcellus Claudius miſſus: iſque iuſſus in caſtra Claudiana deducere urbanas legiones. Ad ueterem exercitum accipiendum deducendumque in Siciliam. T. Metilius Croto legatus ab Ap. Claudio eſt miſſus. Taciti primo expectauerant homines: uti conſul comitia collegæ creando haberet. Deinde ubi ablegatum: uelut de induſtria. M. Marcellum uiderunt:quem maxime conſulem in eum annum

Quid des ultorii ſint equi

Vicit Aſdrubal a ſcipionibus

Strabo petiliā Lucano rū eſſe ait Videne rubiſp rohiſ ſit legendū aut ranis

Ludi funebres

Menti & Veneri ædes dedicatæ Vide ne paratos nō pres sit legē dum

ob egregie in prætura res gestas creari uolebant: fremitus ī curia est ortus. Quod ubi sensit consul. Vtrūq; iquit: e rep. fuit. P. C. & M. Claudium ad pmutandos exercitus in Campaniam proficisci: & comitia nō prius edici: quam is idē confecto: qđ mandatum est negotio reuertisset: ut uos consulē quem tempus reip. postularet: quēq; maxime uultis: haberetis. Ita de comitiis: donec rediit Matcellus: silentiū fuit. Interea duumuiri creati sunt. Q. Fabius Maximus & Attilius Crassus ædibus dedicandis. Menti Attilius. Fabius Veneri Erycinæ Vtraq; ī Capitolio ē: canali uno discretæ. Et de trecētis eqtibus cāpanis: q in Sicilia cum fide stipēdiis emeritis Romā uenerāt delatum ad populum: ut ciues Romani eēnt. Item uti municipes cumani essent: pridie quā populus campanus a Populo Romano defecisset: maxie: ut hoc ferretur: mouerat: quod quorum hominum essēt: scire seipsi negabant: uetere patria relicta in eam: in quam redierant: nondum asciti. Posteaquam Marcellus ab exercitu rediit: comitia uni consuli rogando in locum. L. Posthumii edicuntur. Creatur ingenti consensu Marcellus: qui extemplo magistratum acciperet: cui ineunti consulatum: cum renuisset: uocati augures: uitio creatum uideri pronunciauerunt. Volones quoq; patres ita fama ferebantur: quod tum primo duo plebeii consules facti eēnt: id deis cordi non esse: in locum Marcelli: ubi is se magistratu abdicauit: suffectus Fabius Maximus. iii.

Mare arsit eo anno. Ad Sinuessam bos equuleū pepit. Signa lanuuini ad Iunonis Sospite cruore manauere. Lapidibusq; circa id tēplū pluuit: ob quē imbrē nouēdiale ut assollet: sacrū fuit: cæteraq; prodigia cū cura expiata. Cōsules exercitus ītersē diuiserunt. Fabio exercitus: cui. M. Iunius dictator p̄fuerat: euenit. Sēpronio uolentes: q fierēt: & socios .xxv. millia. M. Valerio p̄tori legiones: quæ ex Sicilia redissent: decretæ. M. Claudius ꝓcōsul ad eū exercitū: q supra Suessulā Nolæ p̄sideret: missus. Prætores ī Siciliā ac Sardiniá ꝓfecti. Cōsules edixerūt: quotiens senatū uocassent: uti senatores: qbusq; ī senatu dicere sniam liceret: ad portā Capenā cōuenirēt: p̄tores: quos iurisdicio erat: tribunalia ad disciplinā publicam posuerūt: eo uadimonia fieri iusserūt: ibiq; eo anno ius dictū ē: Interim Carthaginem: unde Mago frater Annibalis. xxii. millia peditū: & equites mille qngentos: elephātos. xi. argenti taléta multa ī Italiā transmissurus erat: cū p̄sidio. lx. nauiū longarū nūcius defert in Hispania rē male gestā: oēsq; ferme eius prouinciæ populos ad romanos defecisse. Erāt: q Magonē cū classe ea copiisq; omissa Italia ī Hispaniam auerterēt. Cū Sardiniæ recipiēdæ repētina spes affulsit. Paruū ibi exercitū romanū eē: ueteré p̄toré ide Corneliū prouinciæ peritū decedere: nouū expectari. Ad hoc fessos iā aios sardorū esse diuturnitate īperii: & proxio iis anno acerbe atq; auare imperatū: graui tributo: & collatione iniqua fruméti oppressos:

Attur. Bellorū utrīque apparatus

nihil deesse aliud: quā auctorē: ad quē deficerēt. Hæc clādestina legatio per prīcipes missa erat: maxime eam rem moliēte Harsicora: q tum auctoritate atq; opibus lōge primus erat. His nūciis prope uno tēpore turbati: erectiq; Magonē cū classe sua copiisq; ī Hispaniā mittunt. In Sardiniā Asdrubalē cognomento Caluū deligunt ducē: & tātum ferme copiarū: quantum Magoni decernunt: & Romæ cōsules transactis rebus: quæ ī urbe agendæ erant: mouebāt sese iā ad bellum. T. Sempronius militibus Sinuessam diē ad conueniēdū edixit: &. Q. Fabius cōsulto prius senatu: ut fruméta omnes ex agris ante calendas iulias primas in urbes munitas conueherēt: q non īuexissent: eorū se agrū populaturū: seruos sub hasta uænditurū: uillas īcensurū: ne p̄toribus qdē qui ad ius dicendū creati erant uacatio a belli administratione data ē. Valeriū p̄torem ī Appuliā ire placuit ad exercitū a Terētio accipiendū: cū ex Sicilia legiōes uenissent: iis potissimū uti ad regionis eius p̄sidiū terētianū mitti cū aliquo legatorū. Et. xxv. naues. M. Valerio datæ sunt: qbus oram maritimā īter Brūdusiū & Tarētū tutari posset. Par nauium numerus. Q. Fuluio prætori urbis decretus: ad suburbana littora tutanda. C. Terentio proconsuli negotium datum: ut in piceno agro conquisitionem militum haberet: lociq; iis præsidio esset. Et. T. Attilius Crassus: posteaquā ædem Mentis in Capitolio dedicauit: in Siciliam cū imperio qui classi præesset: missus.

In hanc dimicationē duorū opulētissimorū ī terris populorū oēs reges gentesq; aios ītenderant: īter quos Philippus rex Macedonū eo magis: quo ꝓpior Italiæ: ac marī tātū Ionio discretus erat. Is ubi primum fama accepit Annibalē alpes trāsgressum: ut bello īter romāos pœnūq; orto lætus erat: ita utrius populi mallet uictoriā esse: īcertis adhuc uiribus fluctuatus aio fuerat. Posteaq; tertia iam pugna: tertia uictoria cū Annibale & pœnis erat: ad fortunā inclinauit: legatosq; ad Annibalē misit: q uitātes portus Brūdusinū Tarētinūq; : qa custodiis nauiū romanarū tenebant: ad Laciniæ Iunonis tēplū ī terrā egressi sunt. Inde per Appuliā petētes Capuā media ī p̄sidia romana illati sunt: deductiq; ad. M. Valeriū Leuinum p̄torem circa Numeriā castra habentē. Ibi intrepide Xenophanes legatiōis princeps a Philippo rege se missum ait ad amicitiā societatemq; iungēdam cū Populo Romano: mādata habere ad cōsules senatum populumq; romanum. Inter defectiones ueterum socios Valerius noua societate tā clari regis lætus admodum hosté pro hospite comiter accepit. Dat: q ꝓsequantur: itineraq; cū cura demonstrent: quæ loca: quosq; saltus aut hostes: aut Romani teneant: Xenophanes per præsidia romana in Campaniam: inde: qua proximū fuit: in castra Annibalis peruenit. Fœdusq; cū eo: atq; amicitiā iungit legibus his: ut Philippus rex quāmaxima classe: ducentas autem naues uidebantur effecturus: ī Italiā traiiceret:

Philippus rex cū pœnis fœdus iungit

& uastaret maritimā oram: bellū pro parte sua terra mariq; gereret. Vbi debellatum esset. Italia omnis cum ipsa urbe Roma Carthaginensiū: atq; Annibalis eēt: prædaq; omnis Annibali cederet. Perdomita Italia nauigarent in Græciam: bellumq; : cum quibus regibus placeret: gererent: quæ cinitates continentisq; insulæ ad Macedoniam uergunt: eæ Philippi: regniq; eius essent. In has ferme leges īter pœnū ducem: legatosq; Macedonum ictum fœdus. Missiq; cum iis ad regis ipsius firmādam fidem legati Gisco: & Bostar: & Mago: eodemq; ad Iunōis Laciniæ templum: ubi nauis occulta ī statiōe erat: ꝓueniūt.

Inde profecti:cum iam altum tenerent:conſpecti a claſſe romana ſunt:quæ præſidio erat Calabriæ lit/
toribus.Q.Valerius Flaccus Corcyreos ad ꝓſequendã trahendãq; nauium cum miſiſſet:primo fugere
regii conati:deinde ubi celeritate uicti ceſſerunt: tradunt ſe romanis:& ad præfectum claſſis adducti:
cum quæreret:q & unde & quo tenderent curſum Xenophanes primo ſatis iam ſemel felix mendaciũ
ſtruere:a Philippo ſe ad romanos miſſum:ad.M.Valerium ad quẽ unum iter fuit tutũ peruenisſe Cã/
paniam ſuperaſſe nequiſſe:ſepta hoſtiũ præſidiis.Deinde ut punicus cultus:habituſq; ſuſpectos legatoſ
fecit Annibalis:interrogatoſq; ſermo ꝓdidit:tũ comitibus eoꝝ ſeductis:ac metu territis:litteræ quoq;
ab Annibale ad Philippũ iuẽtæ:de pace inter regẽ macedonum pœnumq; ducẽ.Quibus ſatis cognitis:
optimũ uiſum ẽ captiuos comiteſq; eoꝝ Romam ad ſenatum aũt conſules:ubicunq; eſſent quãprimũ
deportare.Ad id celoces quinq; naues delectæ:ac.L.Valerius Antias:qui præeſſet:miſſus:eiq; mandatũ L.Vale/
ut in omnis naues legatos partim cuſtodiendos diuideret:daretq; operam:ne quod iis colloquiũ inter rius an/
ſe neue cõmunitatio conſilii eſſet.Per idem tempus Romæ cũ.A.Cornelius Mammula ex Sardinia ꝓ tias hic
uincia decedens retuliſſet:qui ſtatus reꝝ in inſula eſſet:ad bellum ac defectionẽ oĩs ſpectare.Qu.Minu credo
tium:qui ſucceſſiſſet ſibi grauitate cæli aquarumq; aduenientem exceptum:non tam in periculoſum: fuit an/
quam longum morbũ implicitum diu ad belli uim ſuſtinendam inutilem fore:exercitumq; ibi:ut ſa/ nalium
tis firmum pacatæ prouinciæ ꝓſidem eſſe:ita paꝝ bello:quod motum iri uideretur: decreuerunt pres: ſcriptor
ut Fuluius Flaccus quinq; millia peditum:equites trecentos ſcriberet:eamq; legionem primo quoque
tempore ĩ Sardiniam traiiciendam curaret:mitteretq; cũ imperioq;:quem ipſi uideretur: rem gereret
quoad Minutius conualuiſſet.Ad eam rem miſſus é. T.Manlius Torqtus:qui bis cõſul cenſorq; fuerat T.Mãli
ſubegeratq; in conſulatu ſardos.Sub idem fere tempus & a Carthagine in Sardiniam claſſis miſſa duce us Tor/
Aſdrubale:cui Caluo cognomen erat:fœda tempeſtate uexata ad Baleares inſulas ducit:ibiq; adeo non q̃tus in
armamenta modo:ſed etiam aluei nauium quaſſati erant:ſubducti:naues dum reficiuntur: aliquantũ ſardinĩa
temporis triuerunt.In Italia cum poſt cannenſem pugnam fractis partis alterius uiribus:alterius mol/ miſſus
litis animis ſegnius bellum eſſet campani:per ſe adorti ſunt rem cumanam ſuæ dicionis facere: primo
ſollicitantes:ut ab romanis deficerent:ubi id parum proceſſit:dolum ad capiendos eos comparant.Cã/
panis oĩbus ſtatutũ ſacrificiũ ad Hamas:eo ſenatũ cãpanum uentuꝝ certiores cumanos fecerunt: petie
runtq;:ut cumanus eo ſenatus ueniret ad cõſultandũ cõmuniter:ut eoſdem utergq; populus ſocios:ho/
ſteſq; haberet.Præſidium ibi armatum ſe habituros:ne quid ab romanis nouri periculi eſſet. Cumani
quãquam ſuſpecta fraus erat:nihil abnuere:ita tegi fallax conſilium poſſe rati. Interim.T.Sempronius
conſul Romanus Sinueſſæ:quo ad conueniendum diem edixerat exercitu luſtrato tranſgreſſus flumẽ
Vulturnum circa Linternum caſtra poſuit.Ibi:quia ocioſa ſtatiua erant:crebro decurrere milites coge/
bat:ut tyrones:ea maxima pars uolonum erat:aſſueſcerent ſigna ſequi:& ĩ acie agnoſcere ordines ſuos
inter quæ concordiæ maxima erat cura duci:itaq; legatis tribuniſq; præceperat: nequam exprobratio
cuiquam ueteris fortunæ diſcordiam inter ordines ſereret.Vetus miles tyroni:liber uoloni ſeſe exæq/
ri ſineret:omnis ſatis honeſtos generoſoſq; ducerent:quibus arma ſua:ſignaq; Popu.Roma. commiſiſ
ſet.Quæ fortuna coegiſſet ita fieri:eandem cogere tueri factum . Ea non maiore cura præcepta a duci/
bus ſunt:quam a militibus obſeruata.Breuiq; tanta concordia coaluerant omnium animi:ut prope in
obliuionem uenirent:qua ex conditione quiſq; eſſet miles factus . Hæc agenti Graccho legati cumani Attur.
nunciarunt:quæ a cãpanis legatio paucos ante dies ueniſſet:& quid iis ipſi reſpõdiſſent.Triduum poſt Grac/
eum diem feſtũ eſſe:nõ ſenatũ ſolũ omnem ibi futurum:ſed caſtra etiã & exercitum campanum.Grac chi con
chus iuſſit cumanis oĩa ex agris in urbẽ cõuehere:& manere intra muros:ipſe pridie:quã ſtatutũ ſacrifi ſilium
cium campanis eſſet:Cumas mouet caſtra.Hamæ inde tria millia paſſuum abſunt.Iã campani eo. fre/
quentes ex cõpoſito conuenerãt. Nec procul inde ĩ occulto Marius Alfius:q ſummus magiſtratus erat
campanis cum.xiiii.millibus militũ habebat caſtra:is ſacrificio apparando:& inter id inſtruendæ frau/
di aliquãto intentior:quam muniendis caſtris:aut ulli militari operi fuit.Triduum ſacrificatũ ad Ha/
mas.Nocturnũ erat ſacrum:ita ut ante mediam noctem cõpleretur.Huic Gracchus inſidiandum tem
pori ratus:cuſtodibus ad portas poſitis nequis enunciare poſſet:a ſexta ad decimam diei horam coactis
militibus corpora curare:ſomnoq; operam dare:ut primis tenebris conuenire ad ſignum poſſent:uigi
lia ferme prima tolli iuſſit ſigna:ſilentioq; profectus agmine cum ad Hamas media nocte peruenisſet:ca Campa
ſtra campana:ut in peruigilio neglecta ſimul omnibus portis inuadit:alios ſomno ſtratos:alios perpe/ noꝝ cæ
trato ſacro inermes redeuntes obtrũcat:hominũ eo tumultu nocturno cæſa plus duo millia cũ ipſo du des ad
ce Mario Alfio:capta ſunt ſigna militaria quattuor & triginta.Gracchus minus.C.Militũ iactura caſtris Hamas
hoſtium potitus Cumas ſe propere recepit Annibalẽ metuens:q ſuper Capuã ad Tifata habebat caſtra.
Nec eum ꝓuida uiri fefellit opinio:nã ſimul Capuam ea clades eſt nunciata : ratus Annibal ab re bene
geſta:inſolenter lætum exercitũ:tyronũ magna ex parte ſeruorũq; ſpoliantẽ uictos : prædaſq; agentẽ ad
Hamas ſe iuentuꝝ:citatum agmen ꝑter Capuam rapit:obuioſq; ex fuga campanoꝝ per duo ꝓſidia Ca
puam duci:ſaucios uehiculis tolli portariq; iubet:ipſe ad Hamas uacua ab hoſtibus caſtra:nec quicquã
præter recentis ueſtigia cladis:ſtrataq; paſſim corpora ſocioꝝ inuenit. Auctores erãt qdã:ut protinus in
de Cumas traiiceret urbemq; oppugnaret:Id quãquam haud modice Annibal cupiebat:ut qa Neapo/
lin nõ potuerat:Cumas ſaltem maritimam urbem haberet:tamen quia præter arma nihil ſecum mi/
les raptim acto agmine extulerat:retro ĩ caſtra ſupra Tifata ſe recepit.Inde fatigatus cãpanoꝝ ꝑcibus ſe
quẽti die cũ omni apparatu oppugnãdæ urbis Cumas redit:populatoq; agro cumano:mille paſſus ab

urbe castra locat. Tum Gracchus magis uerecundia in tali necessitate deserendi socios implorãtis fidẽ suam: Populiq; Romani substitit: quam satis fidens exercitu. Nec alter consul Fabius qui ad Cales castra habebat: Vulturnũ traducere audebat exercitum occupatus primo auspiciis repetendis: Romæ de in prodigiis: quæ alia super alia nunciabantur: expiantiq; ea haud facile litari aruspices respõdebãt. Hæ causæ cũ Fabiũ tenerent: Sempronius in obsidione erat: & iam operibus oppugnabatur. Aduersus lineam ingentẽ turrim admotam urbi aliã turrim ex ipso muro excitauit consul Romanus aliquãto altiorem: quia muro satis p se alto subiectis ualidis sublicis pro solo usus erat. Inde primum saxis sudibusq; & cæteris missilibus ꝓpugnatores urbẽ ac mœnia tuebãtur: postremo ubi promoueri adiunctam muro uiderunt turrim: facibus ardentibus plurimum simul ignẽ cõfecerunt. Quo incendio trepida armatorum multitudo: cũ de turri sese ꝓcipitaret: eruptio ex oppido simul duabus portis facta: stationes hostium fudit: fugauitque in castra: ut eo die obsesso: quam obsidenti similior esset pœnus. Ad mille. cccc. Carthaginensiũ cæsi. Vnde quadraginta uiui capti: qui circa muros: & in stationibus solute ac negligenter agentes cũ nihil minus: quã eruptionẽ timuissent: ex improuiso oppressi sunt. Gracchus prius quã se hostes ab repentino pauore colligerent: receptui signũ dedit: ac suos intra muros recepit. Postero die Annibal secunda re elatum consulem iusto prælio ratus certaturũ aciem inter castra: atq; urbem instruxit: Cæteꝝ posteaquã neminem moueri ab solita custodia urbis uidit: nec cõmitti quicquã temerariæ spei: ad Tifata redit infectare. Quibus diebus Cumæ liberatæ sunt obsidione: iisdem diebus & in lucanis ad Grumentũ. T. Sempronius cui longo cognomen erat: cũ Hãnone pœno ꝓspere pugnat. Supra duo millia hominũ occidit: &. cc. lxxx. milites amisit. Signa militaria ad. xli. cepit. Pulsus finibus lucanis Hanno retro in Brutios sese recepit: & ex hirpinis oppida tria: quæ a Po. Ro. defecerant: uí recepta per. M. Valeriũ prætorẽ Vercellius. Siciliusq;: & auctores defectionis securi percussi. Supra mille captiuoꝝ sub hasta uænierunt. Alia militi præda concessa: exercitusq; Cumas reductus. Dum hæc ĩ lucanis: atq; in hirpinis geruntur: quíq; naues: quæ Macedonũ atq; pœnorum captos legatos Romã portabãt: a supero mari ad inferũ circũuectæ prope omnem Italiæ oram: cum præter Cumas uelis ferũtur: neq; hostium: an socioꝝ eẽnt: satis sciretur. Gracchus obuiã ex classẽ sua naues misit: cum ꝓpunctando iuicem cognitum esset consulẽ Cumis esse: naues Cumas appulsæ captiuiq; ad consulẽ deducti: & litteræ datæ Consul litteris Philippi atq; Annibalis perlectis: cõsignata oĩa ad senatum itinere terrestri misit. Cũ eodem fere die litteræ legatiq; Romam uenissent. & ꝓpunctatione facta: cum scriptis congruerent: primo grauis cura patris incessit: cernentes quãta uix tolerantibus punicũ bellũ macedonici belli moles instaret. Cui tamen adeo non succubuerunt: ut extẽplo agitaretur: quẽadmodũ ultro inferendo bello auerterunt ab Italia hostem. Captiuis in uincula conditis: comitibusq; eorum sub hasta uænditis: ad naues xxv. quibus. P. Valerius Flaccus præfectus præerat: uiginti paratas alias decernunt. His cõparatis deductisq; & additis quinq; nauibus: quæ aduexerãt captiuos legatos. l. naues ab Hostia Tarẽtum profectæ: iussusq; Valerius militibus uarronianis: qbus. L. Appius legatus Tarenti præerat in naues impositis. lii. nauiũ classi nõ tueri modo Italiæ orã: sed explorare de macedonico bello: si cõgruẽtia litteris legatorũq; indiciis Philippi cõsilia eẽnt: ut. M. Valeriũ prætorẽ litteris certiorẽ faceret: isq;. L. Apustio legato exercitui ꝓposito Tarentũ ap classẽm ꝓfectus prío quoq; tẽpore in Macedoniã trãsmitteret: daretq; operam: ut Philippũ ĩ regno cõtineret. Pecunia ad classẽm tuẽdã bellũq; Macedonicũ ei decreta ẽ: quæ. Ap. Claudio ĩ Siciliã missa erat: ut redderet Hieroni regi: & hæc p. L. Apustiũ legatũ Tarentũ ẽ deuecta: simul ab Hierone missã ducẽta millia modiũ tritici: & hordei centũ. Dũ hæc Ro. Parãt aguntq;: ad Philippũ captiua nauis una ex iis: quæ Romã missæ erãt: excussã fugit. Inde scitũ legatos cum litteris captos: itaque ignarus de iis: quæ cũ Annibale legatis suis cõuenissent: quæue legati eius ad se allaturi fuissent: legationem aliam cũ eisdẽ mandatis mittit. Legati ad Annibalẽ missi Heraclitus: cui Scotino cognomen erat: & Crito Boreusetis: & Sositheus Magnes. Hi prospere tulerũt ac rettulerũt mandata. Sed prío se æstas circũegit: quã mouere: ac moliri qcq; rex posset. Tantũ nauis una capta cũ legatis momenti fecit ad dilationẽ iminentis romanis belli. Et circa Capuã transgresso Vulturnũ Fabio: post expiata tandẽ prodigia ambo cõsules rem gerebãt: Combulteriã & Trebulã & Austiculã urbes quæ ad pœnũ defecerãt. Fabius ui cepit: præsidiaq; in iis Annibalis: cãpani permulti capti: & Nolæ: sicut priore anno senatus Romanorum: plebs Annibalis erat: cõsiliaq; occulta de cæde principũ & prodicliõe urbis inibant. Quibus ne incœpta perficerent: inter Capuã castraq; Annibalis: quæ ĩ Tifatis erant: traducto exercitu: Fabius super Vesuuiũ ĩ castris claudianis consedit. Inde. M. Marcellũ ꝓprætorẽ cum iis copiis: quas habebat. Nolam in ꝓsidium misit. Et ĩ Sardinia res p. T. Manliũ prætorẽ administrari cœptæ: quæ omisse erãt: posteaq;. Qu. Minutius ꝓtor graui morbo est ĩplicitus. Mãlius nauibus lõgis ad Caralis subductis: naualibusq; sociis armatis: ut terra ré gereret: & a prætore exercitu accepto: duo & uiginti millia peditũ: mille & ducentos equites confecit: Cum his equitum peditumq; copiis profectus: in agrũ hostiũ haud procul ab Harsicoræ castris castra posuit. Harsicora forte ꝓfectus erat ĩ pellidos sardos ad iuuẽtutem armãdam: qua copias augeret. Filius eius nomine Hostis castris ꝓerat: is adolescentia ferox: temere prælio inito fusus fugatusq; ad. xxx. millia sardorum eo prælio cæsa: mille trecẽti ferme uiui capti. Alius exercitus primo per agros siluasq; fuga agitatus: dein quo ducem fugisse fama erat: ad urbem nomine Cornum: caput eius regionis confugit: debellatumq; eo prælio in Sardinia esset: ni classis punica cum duce Asdrubale: quæ tempestate deiecta ad baleares erat: in tempore ad spem rebellandi aduenisset. Manlius post famam appulsæ punicæ classis Caralis se recepit: ea occasio Harsicoræ data pœno se iungẽdi. Asdrubal

Carth. cædes ad Cumas

In lucaniã quoq; cædũtur pœni

Decreta patrũ aduersus Philippum

Att. sardorum stragẽ

copiis in terram expositis:& classe remissa Carthaginem:duce Harsicora ad sociorum populi romani agrum populandum profectus Caralis peruenturus erat:ni Manlius obuio exercitu ab effusa eũ popu latione cõtinuisset.Primo castra castris modico iteruallo sunt obiecta:deiceps ꝓcursationes:leuiaq; cer tamina uario euentu inita:postremo descensum in aciem signis collatis iusto prælio per quattuor ho ras pugnatum:diu pugnã ancipitem pœni Sardis facile uinci assuetis fecerũt:postremo & ipsi cum oĩa circa strage ac fuga sardorum repleta essent:fusi:cæterum terga dãtes circũducto cornu:quo pepulerat sardos inclusit romanus.Cædes magis ide:quã pugna fuit.Duodecim millia hostium cæsa sardorum simul pœnorumq;:ferme.iii.millia &.cc.capti.Et signa militaria septem &.xx.Ante oĩa clarã & me morabilem pugnã fecit Asdrubal imperator captus:& Hanno:& Mago nobiles carthaginẽses. Mago ex gente barchina propĩqua cognatiõe Annibali iunctus:Hanno auctor rebellionis Sardis:belliq; eius haud dubiæ concitator:nec sardorum duces minus nobilem eã pugnã cladibus suis fecerũt. Nam & fi lius Harsicoræ Hostis in acie cecidit.& Harsicora cum paucis eqtibus fugiẽs:ut super afflictas res necẽ quoq; filii audiuit:nocte:ne cuiusquã iteruentus cœptum ipediret:mortem sibi cõsciuit.Cæteris urbs Cornus eadem:quæ ante fugæ receptaculum fuit:quã manlius uictor:exercitu aggressus intra paucos dies cepit.Deĩde aliæ quoq; ciuitates:quæ ad Harsicoram pœnosq; defecerant:obsidibus datis dedide runt sese.Quibus stipendio:frumẽtoq; iperato ꝓ cuiusq; aut uiribus:aut delicto Caralis exercitũ redu xit:ibi nauibus lõgis deductis:ĩpositoq;:quẽ secũ adduxerat:milite:Romã nauigat Sardiniãq; ꝓdomi tam nũciat patribus & stipẽdium q̃storibus:frumentum ædilibus:captiuosq; Fuluio prætori tradidit.

Pœnorũ & sardoꝝ cædes

Ea omnia:sicut acta erant:cum enunciata Beneuentanis essent.Legatos decem extemplo ad consules circa Bouianam : ubi castra romanorum erant:miserunt.Qui cum auditis quæ ad Capuam agerẽtur:inter se comparassent:ut alter in Campaniã exercitum duceret.Fuluius cui ea prouincia obuenerat profectus nocte Beneuentum mœnia ẽ igressus.Ex ꝓpinquo agnoscit. Hannonem cum exercitus parte profectum frumẽtatum:duo millia plaustrorum inconditam inermẽq; aliam turbam aduenis-

Castra pæ. oppugnãt

se:per tumultum ac trepidationem oĩa agi:castrorumq; formam:& militarem ordinem:ĩmixtis agrestibus iis ex terris sublatum. His satis compertis:cõsul militibus edicit:signa tantum armaq; in pximã expedirẽt noctem:castra punica expugnãda. Quarta uigilia profecti:sarcinis oĩbus impedimẽtisq;:Beneuenti relictis:pauloante lucem cũ ad castra peruenissent:tantum pauoris iniecerunt:ut si in plano castra posita essent:haud dubie prĩo ĩpetu capi potuerint:altitudo loci:& munimenta defenderunt: quæ nulla ex parte adiri nisi arduo ac difficili ascensu poterãt. Luce prima prælium ĩgens accensum est: nec uallum modo tutantur pœni:sed ut quibus locus tutior esset:deturbant nitentes per ardua hostes. Vicit tamẽ oĩa pertinax uirtus:& aliquot simul partibus ad uallum ac fossãs peruẽtum est:sed cum multis uulneribus:& militum pernicie. Itaq; cõuocatis trĩbunis militum:cõsul absistendũ temerario ĩcœpto ait tutius sibi uideri:reduci eo die exercitum Beneuentũ:deĩde postero castris se hostium iungi:ne exire inde campani:neue Hanno regredi posset. Id quo facilius obtineatur:collegã quoq; & exercitum se eius accituꝝ:totũq; eo uersuꝝ bellũ. Hæc cõcilia ducis:cũ iam receptui caneret:clamor militũ aspernantium tam segne ĩperium disiecit. Proxĩa portæ hostiũ erat cohors peligna:cuius præfectus Vibius ereptum uexillũ trans uallum hostiũ traiecit:execratus inde seq;:& cohortẽ:si eius uexilli hostes potiti essent:princeps ipse per fossam:uallũq; in castra irrumpit. Iam intra uallũ peligni pugnabant: cũ altera parte Valerio Flacco tribuno militũ tertiæ legionis exprobrãte romanis ignauiã:qui sociis captoꝝ castroꝝ concederẽt decus. T. Pedanius prĩceps prĩus centurio cũ signifero signũ ademisset. Iam hoc signum:& hic centurio:inquit:intra uallũ hostiũ erit:sequãtur:qui capi signũ ab hoste prohibituri sunt: Manipulares sui primũ transcẽdentẽ fossam:deinde legio tota secuta est. Iam & consul ad cõspectum trãsgredientiũ uallum:mutato cõsilio:a reuocãdis ad incitãdos hortãdosq; uersus milites ostendere in quãto discrimine:ac periculo fortissima cohors socioꝝ & ciuium legio esset. Itaq; pro se quisq; oẽs per æqua atq; iniqua loca:cum undiq; tæla conĩcerentur:armaq; & corpora hostes obiicerẽt:peruadunt: irrumpuntq;:multi uulnerati:etiam quos uires sanguisq; deficeret:ut intra uallum hostium caderẽt: nitebantur. Captaq; momẽto tẽporis:uelut plano sita castra:nec pmunita. Cedes inde non iam pugnaerat:oĩbus intra uallum pmixtis. Supra sex millia hostiũ cæsa. Supra septẽmillia capiuntur cũ frumentatoribus campanis:oĩumq; plaustroꝝ:& iumentoꝝ apparatu. Capta & alia ingens præda fuit:quam Hanno populabundus passim cum iret:ex socioꝝ P̃o. Ro. agris traxerat. Inde deiectis hostium castris Beneuentum reditũ est:p̃damq; ibi ambo consules:nã &. Ap. Claudius eo post paucos dies uenit:uenderunt:diuiserũtq;. Et donati quorũ opera castra hostiũ capta erãt:ante alios Vibius pelignus &. T. Pedanius princeps tertiæ legionis. Hanno ab Comino Cerito:quo nũciata clades est castrorũ: cũ paucis frumẽtatoribus: quos forte secũ habuerat:fugæ magis mõ:quã itineris ĩ Brutios rediit. Eo campani audita sua suorumq; pariter socioꝝ:clade:legatos ad Annibalem miserunt: qui nunciarent duos consules ad Beneuentum esse:diei iter a Capua tantũmodo ac portis & muris bellum esse:nisi propere subueniat celerius Capuam:quam arpos in ptãtem hostium uenturam nec Tarentum quidem non mõ arcem tanti debere esse: ut Capuam quam Carthagini æquere sit solitus desertam indefensamq; populo ro. tradat. Annibal curæ sibi fore rem campanã pollicitus:ĩ præsentia duomillia equitum cum legatis mittit:quo præsidio agros popolationibus possent prohibere. Romanis interim sicut aliaꝝ rerum arcis tarentinæ præsidiiq;:quod ibi obsideretur:cura esse. C. Seruilius legatus ex auctoritate patꝝ a. P. Cornelio prætore in Ethruriam ad frumentũ coemẽdum missus:eum aliquot nauibus honustis in portum tarentinũ inter custodias hostium peruenit. Cuius aduentu qui ante in exigua spe ad transitionem ab hostibus per colloquia erant: ultro ad transeundum hostem uocabant: sollicitabãtq;. Et erat satis ualidum præsidium: traductis: ad arcem Tarenti tuendam qui Metaponti erat militibus. Itaq; metapontini extemplo metu quo tenebantur:liberati ad Annibalem defecerunt. Hoc idem eadem ora maris & Turini fecerunt. Mouit eos non tarentinoꝝ magis defectio:metapontinorumq;:quibus indidem ex Achaia oriundi etiam ĩcognatione iuncti erant:quam ira in romanos propter obsides nuper interfectos. Eoꝝ amici cognatiq; litteras ac nuncios ad Hannonem Magonemq;:qui in propinquo in brutiis erant:miserunt:si exercitũ ad mœnia admouissent:se in ptãtem eoꝝ urbem tradituros esset. M. Attinius Turini cum modico præsidio præerat:quem facile elici ad certamen temere ĩeundũ rebantur posse no tam militum quos per paucos habebat:fiducia:quam iuuentutis turinæ. Eam ex ĩdustria centuriauerat:armaueratq; ad tales casus. Diuisis copiis inter se duces pœni cum agrũ turinum ingressi essent. Hanno cum peditum agmine infestis signis ad urbem pergit. Mago cum equitatu tectus collibus ad tegendas insidias subsistit oppositis Attinius peditum tantum agmine per exploratores comperto copias ĩ aciem educit:fraudis intestinæ:& hostium ĩsidiarum ignarus. Pedestre prælium fuit insigne:paucis in prima acie pugnãtibus romanis:turinis expectantibus magis quam adiuuãtibus euẽtum. Et catthaginẽsium acies de industria pedem referebat: ut ad terga collis:ad equite suo insessi hostem incautum pertraheret. Quo ubi uentũ est: coorti cum clamore equites propere inconditam turinorum turbam:nec satis fido animo unde pugnabat:stãtem extemplo ĩ fugam auerterũt. Romani quãquã circũuẽtos hĩc pedites hinc equites urgebant tamen aliquandiu pugnam traxere. Postremo & ipsi terga uertunt:atq; ad urbem fugiunt. Ibi proditores conglobati:cum popularium agmen patẽtibus portis accepissent:ubi romanos fusos ad urbem feiri uiderunt:conclamant instare pœnum permixtosq; hostes urbem inuasuros:ni propere portas claudant. Ita excluſos romanos præbuere hosti ad cædem Attinius tamen cum paucis receptus. Seditio inde pauliſper tenuit:cum alii urbem tuẽdam;

Vibii peligni facinus T. Pedanius

Hoc fuit q̃ supra dixit obsidũ cædẽ duas illustres urbes a ro. alienasse

Atĩ. cædem hostium

inde alii cedendum fortunæ:& tradendam urbem uictoribus censerent.Cæterum:ut plærumq; fortuna & consilia mala uicerunt.Attinio cum suis ad mare:ac naues deducto magis:quia ipsi ob imperiū in se mitte ac iustum consultū uolebant:quam respectu romanoꝝ carthaginenses in urbem accipiunt. Consules a Beneuento in campanū agrum legiones ducunt:non ad frumenta modo:quæ iā in hybernis erat corrumpenda:sed ad Capuam oppugnandam nobilem:se consulatū tam opulentæ urbis excidio rati facturos:simul & ingens flagitiū iperio dempturos:quod urbi tam propinquæ tertiū annū impunita defectio eēt.Cæterum ne Beneuētū sine p̄sidio esset:& ut ad subita belli:si Annibal: qđ facturū haud dubitabant:ad opem ferendam sociis Capuam uenisset:eqtes uim sustinere possent.T.Gracchū ex lucanis cū equitū:ac leui armatura Beneuentū uenire iubēt:legionibus statiuisq; ad obtinēdas res in lucanis aliquē præficeret Graccho:priusquā ex lucanis moueret sacrificanti triste prodigiū factū est: ad exta sacrificio ꝓpetrato angues duo ex occulto allapsi edere iecur:cōspectiq; ex oculis repēte abierunt.Id cum Auruspicū monitu sacrificiū istauraretur:atq; itentius exta reserata seruarent:iteꝝ ac tertio uenisse tradunt:libatoq; iocinore itactos angues abisse.Cū Auruspices ad imperatorē id pertinere ꝓdigium præmouissent:& ab occultis cauendū hoībus consiliisq;:nulla tamē ꝓuidentia fatum iminens moueri potuit.Flauius Lucanus fuit caput partis eius lucanoꝝ:cuius pars ad Annibalē defecisset:qui cū Romanis stabat:& iā anno i magistratu erat:ab eisdem illis creatus prætor:is mutata repēte uoluntate:locum gratiæ apud pœnum quærens neq; trāsire ipse:neq; trahere ad defectionē lucanos satis habuit:nisi iperatoris:& eiusdē hospitiis ꝓditi capite:ac sanguine fœdus cū hostibus sanxisset:ad Magonē:qui in brutiis præerat:clam i colloquium uenit:fideq; ab eo accepta:si romanum iis iperatorem:tradidisset: liberos cū suis legibus uenturos in amicitiā lucanos:deducit pœnum i locum pacis Gracchum adducturus.Magonē ibi equites peditesq; armare:& capere eas latebras:ubi igentē numerum occuleret: iubet. Loco satis:ispecto:atq; undiq; explorato dies cōposita rei gerendæ ē.Flauius ad romanū imperatorem uenit.Rem se ait magnā inchoasse:ad quā perficiendā ipsius Gracchi opa opus eēt:omniū populorum prætoribus:qui ad pœnum in illo cōmuni Italiæ motu desiissent:psuasisse:ut redirēt i amicitiā Romanoꝝ:q̄do res quoq; romana:quæ prope exitū clade cānensi uenisset i dies melior:atq; auctior fieret.Annibalis uis senescceret ac ꝓpe ad nihilum uenisset:ueteri delicto haud iplacabiles fore romanos: nullam unquā gentē magis exorabilem:promptioremq; ueniæ dandæ fuisse:quotiens rebellioni etiam maiorum ignotum suoꝝ hæc absē sint dicta:Cæteꝝ ab ipso Graccho eadem hæc audire malle eos: præsentisq; cōtingere dextram.Id pignus fidei secum ferre:locum se consiliis edixisse a conspectu amotū haud procul a castris romanis:ibi paucis uerbis transigi rē posse:ut omne nomē lucanū in fide ac societate romana sit.Gracchus fraudem & sermoni:& rei abesse credēs ac similitudine ueri captus:cum lictoribus ac turba equitum e castris profectus:duce hospite in īsidias præcipitatus.Hostes subito exorti:& ne dubia esset proditio:Flauius his se adiungit.Tæla undiq; i Gracchum atq; equites coniiciuntur.Gracchus ex equo desilit:idem cæteros facere iubet:hortaturq;:ut qđ unū reliquū fortuna fecerit:id honestēt uirtute:reliquū autem quid eēt:paucis a multitudine in ualle:silua:montibusq; septa circunuentis: præter mortem id referre:utrū præsenti torpore pecoꝝ modo inulti trucidētur:an toto anno a patiēdo expectandoq; euentu i impetū atq; irā uerso:agentes:audēteq; perfusi hostium cruore:inter expirantiū inimicoꝝ cumulata armaq;:& corpora caderēt.Lucanū proditorē ac trāsfugam oēs peterent.Qui eā uictimam præ se ad iferos misisset:eū decus eximiū:egregiūq; solatium suæ morti iuentuꝝ.Inter hæc dicta paludamēto circū leuū brachium in torto:nā nec scuta qdem secū extulerant:i hostes īpetum fecit. Maior quā pro numero hominū æditur pugna.Iaculis maxime aperta corpora romanoꝝ:& cū undiq; de altioribus locis i cauā uallē coniectus eēt:trāsfiguntur.Gracchū iam nudatū p̄sidio uiuū capere pœni nituntur:Cæteꝝ ille cōspicatus Lucanū hospitē inter hostes adeo infestus iuasit:ut parci ei sine multorū pernicie nō posset.Exanimē cū mago extēplo ad Annibalē misit:poniq; cum captis simul fascibus ante tribunal imperatoris iussit.Hæc sera fama est . Gracchus in lucanis ad campos : qui ueteres uocantur: periit : Sunt:qui in agro Beneuentano prope Calorem fluuium ostendant:a castris cum lictoribus:aetribus seruis lauandi causa progressum . Cum forte inter salicta innata ripis laterent hostes nudum atq; inermem saxisq;:quæ uoluit amnis propugnantem:interfectum. Sunt qui Auruspicum monitu quingentos passus a castris progressum:uti loco puro:ea quæ ante dicta prodigia sunt:procuraret:ab īsidentibus forte locum duabus turmis numidarum circūuētum scribāt:adeo nec locus:nec ratio mortis i uiro tam claro & insigni constat.Funeris quoq; Gracchi uaria fama est.Alii in castris Romanis sepultum a suis.Alii ab Annibale:& ea uulgatior fama est tradunt in uestibulo punicorum castroꝝ regum extructum esse:armatum exercitum decurrisse cum tripidiis hispanorum:motibusq; armorum & corporum suæ cuiq; gēti assuetis:ipso Annibale omni rerum uerborumq; honore ẽxequias celebrāte.Hæc tradunt:qui in lucanis rei gestæ auctores sunt.Si illis:qui ad Calorem fluuium īterfectum memorant:credere uelis capitis tantum Gracchi hostes potiti sunt.Eo delato ad Annibalem:missus ab eo confestim Carthalo:qui i castra romana ad Gn.Cornelium quæstorem deferret:is funus imperatoris in castris celebrantibus cum exercitu beneuentanis fecit.Consules agrum cāpanum ingressi cū passim popularentur:ruptione oppidanorum:& Magonis cum equitatu territi ac trepidi ad signa milites palantes passim reuocarunt:& uixdum instructa acie fusi:supra mille & quingentos milites amisērūt. Inde ingens ferocia supbæ suopte īgenio creuit gēti multisq; prælis lacessebant romanos : sed intētiores ad cauēdum cōsules una pugna fecerat icaute atque icōsulte inita . Restituit tamē his aīos:& illis miuit

Art. p/ digium graccho oblatū Flauius Lucāus

Grac/ chus i i/ sidias p̄ cipitat

Grac/ chi ite/ ritus

Clades Ro.

T.Quī tiuſ Cri ſpinus Badius

audaciam parua una res. Sed in bello nihil tam leue é: quod non magnæ interdū rei momentū faciat. T.Quintio Criſpino Badius campanus hoſpes erat per familiari hoſpitio iunctus. Creuerat conſuetudo: quod æger Romæ apud Criſpinum Badius ante defectionem campanam liberaliter comiterq; curatus fuerat. Tum Badius progreſſus ante ſtationes: quæ ꝑ porta ſtabant: uocari Criſpinū iuſſit. Quod ubi eſt Criſpino nūciatum: ratus colloquium amicū ac familiare quæri: manente memoria etiā ī diſſidio publicoꝝ fœderꝝ priuati iuris: paulū a cœteris ꝓceſſit: poſteaquā ī conſpectū uenere: Prouoco te: inquit: ad pugnā Criſpine Badius: cōſcēdamus equos: ſubmotiſq; aliis: uter bello melior ſit: decernamus. Ad ea Criſpinus: nec ſibi: nec illi ait: hoſtes deeſſe: in quibus uirtuté oſtendāt: ſe ab eo etiā: ſi i acie occurrat: declinaturꝝ: ne hoſpitali cæde dextrā uiolet: cōuerſuſq; abibat: Eniuero ferocius tū cāpanus increpare mollicié ignauiāq;: & ſe digna ꝓbra ī inſontem iacere hoſpitalem hoſtē appellās: ſimulantemq; parcer: cui ſciat parē ſe nō eſſe: ſi paꝝ publicis fœderibus ruptis: dirépta ſimul & priuata iura eſſe putet: Badiū campanū. T.Quītio Criſpino Romano: palā oībus: duobus exercitibus audiētibus: renūciare hoſpitiū nihil ſibi cū eo cōſociatū: nihil fœderatū hoſpiti cū hoſte: cuius patriā ac penates publicos priuatoſq; oppugnatū ueniſſēt. Si uir eſſet: cōgrederet. Diu cunctantem Criſpinum ꝑpulere turmales: ne īpune inſultare campanū pateretur. Itaq; tantū moratus: dū īperatores conſuleret: permitterēt ne ſibi extra ordiné in prouocanté hoſtem pugnare: permiſſū eorum arma cepit: equumq; conſcendit: & Badium nomine compellans ad pugnam euocauit. Nulla mora a campano facta eſt: inteſtis equis concurrere. Criſpinus ſupra ſcutum ſiniſtrum humerum Badio haſta tranſſixit: ſuper quem delapſum cum uulnere ex equo deſiliit: ut pedes iacentem cōficeret. Badius priuſquam opprimeretur: parma atq; equo relicto: ad ſuos

Criſpini & badii pugna

aufugit. Criſpinus equum armaq; capta: & cruentam cuſpidem inſignis ſpoliis oſtentans cum magna laude & gratulatione militum ad conſules eſt deductus: laudatuſq; ibi magnifice: & donis donatus. Annibal ex agro beneuentano caſtra ad Capuam cum mouiſſet: tertio poſt die: quam uenit: copias in aciē eduxit: haud quaquam dubius: quod campanis abſente ſe paucos ante dies ſecunda fuiſſet pugna: quin multo minus ſe ſuumq; totiens uictore exercitum ſuſtinere romani poſſent: cæterum poſteaquam pugnari cœptum eſt: equitum maxime incurſu: cum iaculis obrueretur: laborabat Romana acies: donec ſignum equitibus datum eſt: ut in hoſtem admitterent equos. Itaq; equeſtre prælium erat: cum ꝓculſus ſempronianus exercitus: cui Gn. Cornelius quæſtor præerat utriq; parti parem metum præbuit ne hoſtes noui aduentarent. Velut excompoſito utrinq; ſignum receptui datum: reductiq; in caſtra ꝓpe æquo Marte diſceſſerunt. Plures tamen a romanis primo incurſu equitum ceciderunt. Inde conſules ut auerterent Capua Annibalem: nocte: quæ ſecuta eſt: diuerſi: Fuluius in agrum cumanum: Claudius in lucanos abiit. Poſtero die cum uacua caſtra Romanorum nunciatum Annibali eſſet: & duobus agminibus diuerſos abiſſe: incertus primo utrum ſequeretur. Appium inſtituit ſequi. Ille circunducto hoſte: qua uoluit: alio itinere ad Capuam rediit. Annibali alia in iis locis benegerendæ rei fortuna obla

M.Cēte nius pe nula

ta eſt. M.Centenius: cui fuit cognomen Penula: inſignis inter primipili Centuriones: & magnitudine corporis & animi: is perfunctus militia per. P. Cornelium Sullam prætorem ī ſenatum introductus petit a patribus: uti ſibi quīquemillia militum darētur: ſe peritum & hoſtis: & regiōum breui operæpretium facturꝝ: & qbus artibus ad id locoꝝ noſtri: & duces: & exercitus capti foret: iis aduerſus iuētorem uſurum. Id nō permiſſum magis ſtolide: quam ſtolide creditum: tāquam eædem militares & imperatoriæ artes eēnt. Data pro quinq; octomillia militū: pars dimidia ciues ſocii: & ipſe aliquātum uolūtariorum itinere ī agris cōciuit: ac prope duplicato exercitu ī lucāos peruēit: ubi Annibal nequicquam ſecutus Claudiū ſuſtiterat. Haud dubia res eſt: quippe iter Annibalem ducem: & cēturiōem: exercituſq; alterum uincendo ueteranum: alterum nouū totum: & magna ex parte etiam tumultuariū: ac ſemiermem: ut cōſpecta inter ſe agmina ſunt: & neutra pars detrectauit pugnam: extemplo īſtructæ acies: pugnatum tamē ut ī nulla pari re duas amplius horas cōcitata: etiam donec dux ſtetiſſet romana acie. Poſteaquam is nō pro uetere fama ſolum: ſed etiam metu futuri dedecoris: ſi ſua temeritate cōtractæ cladi ſupereſſet: obiectans ſe hoſtium tælis decidit: fuſa extemplo eſt Romana acies: ſed adeo ne fugæ quidem iter patuit: omnibus uiis ab equite īſeſſis: ut ex tanta multitudīe uix decem euaſerit: cæteri paſſim alii alia peſte aſſumpti ſunt. Capua a cōſulibus iterum ſumma ui obſideri cœpta eſt: quæque ī eam rem opus erāt: comportabātur: parabāturq;. Caſilinum frumētum cōuectum ad Vulturni oſtium: ubi nūc urbs eſt: caſtellum communitum. Ante Fabius Maximus munierat: præſidium impoſitum ut & mare proximum: & flumē ī poteſtate eēnt. In ea duo maritima caſtella: frumētum: quod ex Sardinia nuper miſſum erat: quodq; Mūtius prætor ex Ethruria coemerat: ab Oſtia cōuectum ē: ut exercitui per

Atī. fœdā ro. cædē

hyemem copia eſſet. Cæterum ſuper eam cladem: quæ in lucanis accepta erat: uolonū quoq; exercitus: qui uiuo Gracchio ſumma fide ſtipendia fecerat: uelut exauctoratus morte ducis ab ſignis diſceſſit. Annibal non Capuam neglectam: neq; in tanto diſcrimine deſertos uolebat ſocios: ſed proſpero ex temeritate unius Romani ducis ſucceſſu ī alterius ducis: exercituſque opprimendi occaſionem īminebat Gn. Fuluium prætorem appuli legati nunciabant: primo dum urbes quaſdam appulorum: quæ ad Annibalem deſciuiſſent: oppugnaret: intentius rem egiſſe: poſtea nimio ſucceſſu & ipſum: & milites præda impletos in tantam licentiam ſecordiamq; effuſos: ut nulla diſciplina militiæ eſſet. Cum ſæpe alias: tū paucis diebus ante expertus: qualis ſub inſcio duce exercitus eſſet: in Appuliam caſtra mouit. Circa Herdoneā romanæ legiones: & prætor Fuluius erant. Quo ubi allatū eſt hoſtes aduentare: prope eſt factū: ut iniuſſu ꝓtoris ſignis cōuulſis ī aciē exirēt: nec res ulla magis tenuit: quā ſpes haud dubia ſuo id arbi-

trio:ubi uellent:acturos.Nocte ĩsequẽti Annibal cum tumultuatum in castris:& plærosq; ferociter:si/
gnum ut daret:institisse duci:ad arma uocantis sciret:haud dubius prosperæ pugnæ occasionem dari
triamillia expeditorum militum in uillis circa uepribusq; & siluis dispônit:qui signo dato simul om/
nes e latebris exilirent.Et magonem duo ferme millia equitum:qua fugam inclinaturã credebat:om/
nia itinera insidere iubet:his nocte præparatis prima luce in aciem copias educit:Nec Fuluius est cũcta Fuluii
tus non tam sua ulla spe:quam militum impetu fortuito tractus.Itaq; eadẽ temeritate:qua processũm fuga
in aciem est:instruitur ipsa acies ad libidinem militum forte percurrentium:consistentiumq;: quo lo/
co ipsorum tulisset animus:deinde per libidinem:aut metum deserentium locum.Prima legio:& sini/
stra ala primo instructæ:& ĩ longitudinem porrectæ acies clamantibus tribunis nihil introrsus uiriũ:
ac roboris esse:& quacunq; impetum fecissent:hostes perrupturos.Nihil:quod salutare esset:non mo/
do ad animum:sed ne ad aures quidem admittebant.Et Annibal quidem haud quaquam simili exer/
citu:neq; ita extructo aderat:ergo ne clamorem quidem atq; impetum romani sustinuere:Dux stulti/ Recẽti/
tia & temeritate Centenio par animo nequaquam comparandus:ubi rem inclinatam : ac trepidantes or Ro.
suos uidit:equo arrepto:cum ducentis ferme equitibus effugit.Cætera a fronte pulsa:a tergo atq; alis cædes
circũuenta acies:eo usq; cæsa:ut ex duodeuigintimillibus hominum duomillia haud amplius euaserit ad Her/
castris hostes potiti sunt.Hæ clades alia super aliam Romam cum essent nunciatæ: ingens quidem & dõeam
luctus:& pauor ciuitatem cepit:sed tamen:quia consules;ubi summa rerum esset : ad id locorum pro/
spere gererent:minus his cladibus commouebantur.Legatos ad consules mittunt,C.Lectoriũ.M.Me/
tilium:qui nunciarent:ut reliquias duorum exercitum cum cura colligerent:darentq; operam : ne per
metum:ac desperationem hosti se dederent.Id quod post cánensem accidisset cladem:& ut desertores
de exercitu uolonum conquirerent.Idem negotii.P.Cornelio datum:cui & delectus mádatus erat.Isq;
per fora conciliabulaq; edixit:ut conquisitio uolonum fieret:iiq; ad signa reducerentur.Hæc omnia in
tentissima cura acta.Ap.Claudius consul.D.Iunio ad ostium Vulturni.M.Aurelio Cotta Puteolis præ
posito:qui ut quæq; naues ex Ethruria ac Sardinia accessissent:extemplo in castra mitterẽt frumentũ:
ipse ad Capuamregressus.Q.Fuluium collegam inuenit in Casilino omnia ĩportantẽ molientẽ ad op/
pugnãdá Capuã.Tum ambo consules circũsederunt urbem & Claudium Neronem prætorem a Suessula ex claudianis castris excluerunt.Is quoq; modico ibi præsidio ad tenendum locum relicto: cæteris
cum omnibus copiis ad Capuam descendit.Ita tria prætoria circa Capuam erecta:tres exercitus diuer/
sis partibus opus aggressi:fossa uallo q; circũdare urbem parant.Et castella excitant modicis interuallis
multisq; locis simul cum prohibentibus opera cãpanis eo uentu pugnant:ut postremo portis: muroq;
se contineret campanus.Prius tamen:quã hæc cõtinuarent opa:legati ad Annibalem missi:qui quere/
rentur desertam ab eo capuam:ac prope redditam romanis:obtestarenturq;:ut tunc saltem opem non
circunsessis modo:sed etiam circũuallatis ferret.Consulibus litteræ a.P.Cornelio prætore missẽ:ut pri
usquã clauderent Capuã operibus:potestatem cãpanis facerent:ut qui eoꝝ uellent : exirent ab Capua: Capua
suasq; res secũ auferrent.Liberos fore:suaq; omnia habituros:qui ante idus Martias exissent. Post eam fossã &
diem quiq; exissent:quiq; ibi mansissent:hostium futuros numero.Ea pronunciata campanis:atq; ita uallo cĩ
spreta:ut ultro minarent:dicerẽtq; contumelias.Annibal ab Gerdonia Tarentũ duxerat legiones spe: gitur a
aut ui:aut dolo arcis Tarentinæ potiundæ:quod ubi parũ ꝓcessit:ad Brundusiũ flexit iter prodi id op/ Ro.
pidũ ratus:ibi quoq;:cũ frustra tereretur tẽpus:legati cãpani ad eum uenerunt q̃rentes simul orãtesq;.
Quibus Annibal magnifice respondit:& antea soluisse obsidionẽ:& nunc aduentum suũ consules non
laturos.Cum hac spe dissimi legati:uix regredi Capuam iam duplici fossã uallo q; cinctam potuerunt.

Cum maxime Capua circunuallaretur:Syracusarũ quoq; oppugnatio ad finẽ uenit:præterquã ui:ac
uirtute ducis exercitusq; intestina etiam proditione adiuta.Namq; Marcellus initio ueris incertus utrũ
Agrigentum ad Hamilconem:& Hippocratem uerteret bellum:an obsidione Syracusas premeret:q̃q̃
nec ui capi uidebat posse inexpugnalem terrestri ac maritimo situ urbem:nec fame:quam prope liberi
ab Carthagine commeatus alerent:tamen nequid inexpertum relinqueret:transfugæ Syracusani erãt
apud Romanos aliqui nobilissimi uiri inter defectionem ab Romanis:quia ab nouis consiliis abhorre
bant pulsi:colloquiis suæ partis temptare animos hominum iussit:& fidem dare si traditæ forent Sy/
racusæ:liberos eos:ac suis legibus uicturos esse.Non erat colloquii copia:quia multorum animi suspe/
cti omnium curam:oculosque conuerterant:nequid falleret tale admissum.Seruus unus exulum pro
transfuga intromissus in urbem:conuentis paucis:initium colloquendi de tali refecit.Deinde in pisca/
toria quadam naui rætibus operti:circunuectiq; ita ad castra Romana: collocutiq; cum transfugis : & Cõiura
idem sæpius eodẽ modo alii atq; alii:postremo ad octoginta facti:& cũ iam cõposita oĩa ad proditionẽ ito ad
essent:inditio delato ad Epicidem per Attalũ quendã indignantẽ sibi rẽ creditam non esse:necati oés:& Epicidẽ
cruciati sunt. Alia subinde spes:posteaquã hæc uana euaserat:excepit.Damasippus quidã lacædemoni/ delata
us missus ab Syracusis ad Philippũ regem captus ab romanis nauibus erat.Huius utiq; redimendi : & uidicat
Epicidi cura erat ingens:Nec abnuit Marcellus:iã tũ ætolorum:cuius gentis socii lacedæmonii erant:
amicitiam affectantibus romanis:Ad colloquium de redemptione eius missis:medius maxime atque Galea/
utriq; opportunus locus ad portus trogillorum propter turrim:quam uocant Galeagram : est uisus. gra car/
Quo cum sæpius cõmearent:unus ex romanis ex propiquo murum contemplatus:numerando lapi/ cer seu
des existimandoq; ipse secũ:qui in fronte paterẽt:simul altitudinem muri:quantum proxime coniectu noxioꝝ
ra poterat:permensus:humiliorẽq; aliquãto pristina opinione sua & cæteroꝝ omniũ ratus esse ; & uel locis

mediocribus scalis superabilem ad Marcellum rem defert. Haud spernenda res uisa sed cum adiri locus: qui ob idipsum intentius custodiebatur: non posset: occasio quærebatur: quam obtulit transfuga: nuncians diem festum Dianæ per triduum agi: & quia alia in obsidione desint: uino largius epulas celebrari: & ab Epicide præbito uniuersæ plebi: & per tribus ab prīcipus diuiso: Id ubi accepit Marcellus: cum paucis tribunorum militum collocutus: electisq; per eos ad rem tantam agendam: audendamq; idoneis centurionibus militibusq;: & scalis in occulto comparatis: cæteris signum dari iubet: ut mature corpora curarent: quietiq; darent. Nocte in expeditionem eundum esse: inde ubi id temporis uisum: quo die epulatis iam uinoq; satiatis principiumq; somni esset: signi unius milites ferre scalas iussit: & ad mille ferme milites armati tenui agmine per silentium eo deducti. Vbi sine strepitu: ac tumultu primi euaserunt in murum: secuti ordine alii: cum priorum audacia dubiis etiam animum faceret: iam mille armatorum ceperant partem cum cæteræ admotæ pluribusq; scalis in murum euadebant: signo ab Hexapylo dato: quo per ingentem solitudinem erat peruentum: quia magna pars in turribus epulati: aut sopiti uino erant: aut semigraues potabant: paucos tamen eorum oppressos in cubilibus interfecerunt.

Habet signum milites. lx.

Prope Hexapylon est portula: ea magna ui refringi cœpta: Et e muro ex composito tuba datum signū erat: & iam undiq; non furtim: sed ui aperte gerebatur res: quippe ad Epipolas frequētem custodiis locum peruentum erat: terrendiq; magis hostes erant: quam fallendi. sicut territi sunt. Nam simul actuarum est auditus cantus: clamorq; tenentium muros: partemq; urbis: omnia teneri custodes rati: alii per murum fugere: alii salire de muro: præcipitariq; turba pauentium. Magna pars tamen ignara tanti mali erat: & grauatis omnibus somno uinoq;: & in uastæ magnitudinis urbe partium sensu non satis pertinente in omnia. Sub luce. Hexapylo effracto: Marcellus omnibus copiis urbem ingressus excitauit: conuertitq; omnes ad arma capienda: opemq;: siquam possent: iam captæ prope urbi ferēdam. Epicides ab insula: quam ipsi Nason uocant: citato profectus agmine haud dubius quin paucos per negligentiam custodum transgressos mure expulsurus foret: occurrentibus pauidis: tumultum augere eos dictitans: & maiora ac terribiliora afferre: posteaquam conspexit omnia certa: Epipolas armis completas: lacessito tantum hoste paucis missilibus: retro in Acradinam agmen conuertit: non tam uim multitudinemq; hostium metuens: quam nequa intestina fraus per occasionem oriretur: clausasq; inter tumultum Acradinæ: atq; insulæ inueniret portas. Marcellus: ut mœnia ingressus ex superioribus locis: urbem ferme omnium illa tempestate pulcherrimā: subiectam oculis uidit: illachrymasse partim gaudio dicitur: tantæ ppetratæ rei: partim uetusta gloria urbis. Athenienſium classes demersæ: & duo igentes exercitus cū duobus clarissimis ducibus deleti occurrebant: & tot bella cū Carthaginensibus tanto cum discrimie gesta: totac tam opulenti tyranni: regesq;: pter cæteros Hiero tum recentissimæ memoriæ rex: tum ante omnia: quæ uirtus ei: fortunaq; sua dederat: beneficiis in Popu. Ro. insignis. Ea cum uniuersa ocurrerent animo: subiretq; cogitatio: iam illa momento horæ arsura omnia: & ad cineres reditura: priusquam signa Acradinæ admoueret: pmittit syracusanos: qui inter psidia romana: ut ante dictum est: fuerant: ut alloquio leui plicerent hostes ad dedendam urbē. Tenebant Acradinæ portas: murosq; transfugæ maxime: quibus nulla erat p condiciones ueniæ spes. Ii nec adire muros: nec alloq quēquam passi. Itaq; Marcellus posteaquā incœptum irritum fuit: ad Euryalū signa referri iussit. Tumulus ē in extrema parte urbis uersus a mari: uiaq; iminens ferenti in agros: mediterraneaq; insulæ pcōmodus ad cōmeatus excipiendos. Præerat huic arci Philodemus argiuus ab Epicide ipositus: ad quem missus a Marcello Scisis: unus ex interfectoribus tyranni: cum longo sermone habito: dilatus p fruſtrationē eēt: rettulit Marcello tēpus eū ad deliberandū sumpsisse: cū is diē de die differret: dū Hippocrates atq; Himilco admouerent castra legionesq;: haud dubius: si ī arcē accepisset eos: delere Romanū exercitum iclusum muris posse. Marcellus ut Euryalū neq; tradi: neq; capi uidit posse: iter Neapolin & Thicā noia partiū urbis: & instar urbiū sunt: posuit castra: timens ne si frequētia itrasset loca: cōtineri a discursu miles auidus pdæ non posset. Legati eo ab Thica: & Neapoli cū infulis & uelamentis uenerunt pcantes ut a cædibus & ab incendiis parceretur. De quoq; precibus quam postulatis magis consilio habito: Marcellus ex oium sentētia militibus edixit: nequis liberq; corpus uiolaret: cætera pdæ futura. Castraq; pro muro tectis parietū septa. Portis regione plateaq; patentibus stationes: psidiaq; disposuit: nequis in discursu militū ipetus in castra fieri posset. Inde signo dato milites discurrere: refractisq; foribus cū oia terrore ac tumultu streperent: a cædibus tamen tēperatū est. Rapinis nullus ante modus fuit quā oia diuturna felicitate cumulata bona egessere. Inter hæc & Philodemus cū spes auxilii nulla esset: fide accepta: ut inuiolatus ad Epicidem rediret: reducto præsidio tradidit tumulum Romanis. Auersis omnibus ad tumultum ex parte captæ urbis Bomilcar noctem eam nactus: quapropter uim tempestatis stare ad anchoram in salo Romana classis non posset: cum trigintaquinq; nauibus e portu syracusano profectus: libero mari uela in altum dedit: quinq; & quinquaginta nauibus Epicidæ & Syracusis relictis: edoctisq; Carthaginensibus: in quanto res syracusana discrimine esset: cum. c. nauibus post paucos dies redit: multis: ut fama est donis ex Hieronis Gaza ab Epicide donatus. Marcellus: Euryalo recepto: præsidioq; addito: una cura erat liber: nequa a tergo uis hostium in arcem accepta inclusos: impeditosque mœnibus suos turbaret. Acradinam inde ternis castris per idonea dispositis loca: spe ad inopiam oium rerum inclusos redactuq; se circūsedit. Cum per aliquot dies quietæ stationes utrinq; fuissent: repente aduentus Hippocratis Himilconis: ut ultro undiq; oppugnarent Romani: fecit: Nā & Hippocrates castris ad magnū portū cōmunitis: signoq; iis dato: q Acradinā tenebant: castra uetera romanoq; adortus

Epipolæ aquæq; sūmitas

Lachrymauit Marcellus Syracusis captis

Marcelli edictū

est:quibus Crispinus præerat. Et Epicides eruptionem in statiões Marcelli fecit:& classis punica litto/ ri:quod iter urbem & castra romana erat:appulsa est:neqd præsidii Crispino submitti a Marcello pos/ set:tumultū tamē maiores hostes præbuerūt:quam certamen:Nam & Crispinus Hippocratē nō rep/ pulit tantū a munimentis:sed insecutus etiam est trepide fugientē:Et Epicidē Marcellus compulit in urbem. Satisq; iam etiā in posterū uidebatur prouisum:neqd ab repentinis eoꝝ incursionibus periculi foret. Accessit & pestilētia:cōmune malum:quod facile utrorūq; aios auerteret a belli cōsiliis: Nā tem/ pore autumni:& locis natura grauibus:multo tamen magis extra urbem:quā in urbe intoleranda uis æstus:per utraq; castra omniū ferme corpora mouit:& primo tēporis ac loci uicio & ægri erant:& mo riebantē:postea curatio ipsa:& cōractus ægroꝝ uulgabat morbos:ut aut neglecti desertiq;:q incidissēnt: morerentur:aut assidentis curantisq; eadē uis morbi repletos secum traheret quottidianaq; funera:& mors ob omnium oculos esset:& undiq; dies noctesq; ploratus audirētur. Postremo ita assuetudie ma li efferauerant animos:ut nōmodo lachrymis:iustoq; comploratu ꝓsequerentur mortuos:sed ne effer rent quidem:aut sepelirēt:iacerentq; strata exanimata corpora i cōspectu similem quoq; mortem expe ctantiū:mortuiq;:ægros:ægri ualidos tum metu:tum tabe:ac pestifero ardore corpoꝝ conficerent: & ut ferro potius morerētur:quidam iuadebant soli hostiū stationes. Multo tamē maior uis pestis pœno rum castra:quā romana:diu circūsedendo Syracusas cæde:aquisq; affecerat magis ex hostium exercitu. Siculi ut primum uidere ex grauitate loci uulgari morbos:in suas:quisq; ꝓpinquas urbes dilapsi sunt. At Carthaginēses:quibus nusquā receptus erat:cū ipsis ducibus Hippocrate:atq; Himilcone ad inter/ nicionē oēs perierūt. Marcellus ut tāta uis īgruebat mali:adduxerat in urbē suos:infirmaq; corpora te/ cta:& umbræ recreauerāt. Multi tamē ex romano exercitu eadē peste absumpti sunt. Deleto terrestri punico exercitu:siculi q Hippocratis milites fuerant haud magna oppida:cæteꝝ & situ:& munimētis tuta:triamillia alterum ab Syracusis alterum qndecim ab ostio:& cōmeatus a ciuitatibus suis compor tabāt:& auxilia accersebant. Interea Bomilcar iteꝝ cū classe ꝓfectus Carthaginē ita fortuna expositā so ciorum:ut spem faceret:nō ipsis modo salutarem opem fieri posse:sed romanos quoq; in capta quodā modo urbe capi:ppulit ut onerarias naues quāplurimas omni copia reꝝ secum onustas mitterēt: clas/ semq; suā augerent. Igitur cētum triginta nauibus lōgis & septīgentis onerariis ꝓfectus a Carthagīe sa tis ꝓsperos uentos ad traiiciendū in Siciliam habuit:sed iidem uenti superare eum Pachynum ꝓhibe/ bant. Bomilcaris aduentus fama primo:deinde ꝑter spem mora cū gaudiū & metū inuicem romanis: syracusanisq; ꝑbuisset. Epicides metuens:ne si pergerēt iidē:qui tum tenebant:ab ortu solis flare ꝑ dies plures uenti:classis punica Africam repeteret:tradita Acradina mercænnarioꝝ militū ducibus:ad Bo/ milcarē nauigat:classem in statione uersam:in Africā habētem:atq; timentem nauale prælium:non tā quod impar uiribus:aut numero nauium eēt:quippe etiam plures habebat:quam quod uēti aptiores: romanæ:quā suæ classi flarent:ppulit tādem:ut fortunam naualis certaminis experiri uellet. Et Mar/ cellus cū siculum exercitū ex tota īsula cōciri uideret:& cum ingēti cōmeatu classem punicam aduēta/ re:nam simul terra:mariq; inclusus urbe:hostiū urgeretur:q̄q̄ impar numero nauiū erat:ꝓhibere adi/ tu Syracusanoꝝ Bomilcarem constituit. Duæ classes īfestæ circa ꝓmontoriū Pachynum stabant:ubi pri mum tranquillitas maris in altū euexisset concursuræ. Itaq; cadente iam euro: qui per dies aliquot sæ/ uierat:prior Bomilcar mouit:cuius prima classis petere altū uisa ē:quo facilius superaret promōtoriū. Cæterum posteaquā tendere ad se romanas naues uidit:incertum qua subita territus re. Bomilcar ue/ la in altum dedit:missisq; nunciis Heracleā:qui onerarias naues retro i Africam repetere iuberent: ipse Siciliam præteruectus. Tarentum petit. Epicides tanta repente destitutus spe:ne obsidione magna ex parte capta urbe rediret. Agrigentum nauigat:expectaturus magis euentum:quam inde quicquā mo/ turus. Quæ ubi in castra siculorum sunt nunciata. Epicidem Syracusis excessisse:a Carthaginēsibus re lictam insulam: & prope iterum romanis traditam:legatos de condicionibus dedendæ urbis: explo/ rata prius per colloquia uoluntate eorum:qui obsidebantur: ad Marcellum mittunt. Cum haud di/ screparet:quin quæ ubiq; regum fuissent:Romanorum essent. Siculis cætera cum libertate:ac legibus suis seruarentur:cuocatis ad colloquium iis:quibus ab Epicide credita res erat:missos se simul ad Mar cellum:simul ab eo ad exercitum siculorum aiunt:ut una omnium:qui obsiderentur:quiq; extra obsi dionem essent:fortuna esset:neue alteri proprie sibi paciscerentur quicquam. Recepti deinde ab iis: ut necessarios hospiteſq; alloquerentur:expositis:quæ pacta iam cum Marcello haberent:oblata spe salu/ tis perpulere eos:ut secum ꝓfectos Epicidis Polycletum & Philistionem & Epicidem:cui Sydon co/ gnomentum est:aggrederentur. Interfectis iis:& multitudine ad concionem conuocata:& inopiā: qua ipsi inter se fremere occulte soliti erant:conquesti:& quāquam tot mala urgerent:negarent fortunam accusandam esse:quod in ipsorum esset potestate:quādiu ea paterentur:romanis causam oppugnandi Syracusas fuisse caritatem syracusanorum:non odium:nam ut occupatas res ab satellitibus Annibalis deinde Hieronymi Hippocrate atq; Epicide audierint:tum bellum mouisse:& obsidere urbem cœpis se:ut crudeles tyrannos eius:non ut ipsam urbem expugnarent. Hippocrate uero interempto: Epicide intercluso ab Syracusis:& præfectis eius occisis:Carthaginensibus omni possessione Siciliæ terra ma/ riq; pulsis:quam superesse causam romanis:cur non per inde ac si Hiero ipse uiueret unicus Romanæ amicitiæ cultor: sic incolumes Syracusas esse uelint. Itaque nec urbi nec hominibus aliud periculum: quam ab semetipsis esse:si occasionem reconciliandi se romanis non prætermisissent:eam autem:qua/ lis illo momento horæ sit:nullam deinde fore:si simul libertas ab impotentibus tyrannis apparuisset.

Pluribꝫ locis uno tpe pu/ gnat

Att. fœ dam pe stilētiā

Att. pu nicam classem

Bomil/ caris fu/ ga

Oro syracusanos ad Marcellum

Omnium ingenti assensu oratio audita est. Prætores tamẽ prius creari: quam legatos nomiari placuit. Ex ipsorum deinde ptorum numero missi oratores ad Marcellum: quoꝝ princeps. Neqꝫ prio inquit: syracusani a uobis deficimus: sed Hieronymus: nequaq̃ tam in uos ipius: quam in nos: nec postea pacẽ tyráni cæde compositá syracusanus qsquá: sed satellites regii Hippocrates atqꝫ Epicides: oppressis nobis hinc metu: hĩc fraude turbauerunt: nec qsquam dicere potest: aliquando nobis libertatis tempus fuisse quod pacis uobiscũ nõ fuerit. Nũc certe cæde eoꝝ qui oppressas tenebát Syracusas: cũ primum arbitrii nostri esse cœpimus: extẽplo uenimus ad tradenda arma: ad dedendos nos urbem mœnia: nullam recusandam fortunã: quæ imposita a uobis fuerit. Gloriá captæ nobilissimæ pulcherrimeqꝫ urbis græcarum dii tibi dederũt Marcelle. Quicquid unq̃ terra mariqꝫ memorãdum gessimus: id tui triumphi titulo accedit. Famæ ne credi uelis: quáta urbs abs te capta sit: quã posteris quoqꝫ eam spectaculo eé: quo quisqꝫ terra: quisqꝫ mari uenerit: nunc nostra de Atheniẽsibus: Carthaginẽsibusqꝫ trophæa: nũc tua de nobis ostẽdat: ĩcolumesqꝫ Syracusas familiæ uestræ sub cliẽtela nominis Marcelloꝝ: tutelaqꝫ habẽdas tradas: ne plus apud uos Hieronymi: quam Hieronis memoria momẽti faciat: diutius ille multo amicus fuit: quá hic hostis: & illius etiã benefacta p̃sensistis: huius amentia ad pniciẽ tantum ipsius ualuit. Omnia & impetrabilia & tuta erant apud romanos. Inter ipsos plus periculi: ac belli erat. Nãqꝫ transfugæ tradi se romanis rati: mercænnariorum quoqꝫ auxilia militũ ĩ eundem compulere metũ: arreptisqꝫ armis prætores primũ obtruncant. Inde ad cædem syracusanoꝝ discurrũt. Quosqꝫ fors obtulit: irati interfecerũt: atqꝫ oĩa: quæ ĩ promptu erant: diripuere. Tum: ne sine ducibus essent: sex p̃fectos creauere: ut trini Acradinæ ac Nasso præessent:. Sedato tandẽ tumultu exequẽtibus sciscitãdo mercænnariis: quæ acta cum romanis eẽnt: dilucere id: qd̃ erat: cœpit: aliam suam ac trãsfugaꝝ cãm eé: ĩ tempore legati ab Marcello redierũt: falsa eos eos suspicione ĩcitatos memorantes: nec cãm expetẽdæ pœnæ eoꝝ ullá Romanis esse. Erat ex tribus Acradinæ p̃fectis hispanus Mericus noíe. Ad eum iter comites legatoꝝ de industria unus ex hispanoꝝ auxiliaribus est missus: qui sine arbitris Mericum nactus: primũ quo ĩ statu reliquisset Hispaniam: & nuper ide uenerat: exponit: oĩa romanis ibi obtineri armis: posse eum: si operæ p̃cium faciat: principem populariũ eé: seu militare cum romanis: seu ĩ patriã reuerti libeat. Contra si mallet obsideri: pergat: quá spem eẽ terra: mariqꝫ clauso? Motus his Mericus cum legatos ad Marcellum mitti placuisset: fratré iter eos misit: qui p̃ eundẽ illum hispanũ secreto ab aliis Marcellũ deductus cum fidẽ accepisset composuissetqꝫ agẽdæ rei ordinem. Acradinam redit. Tum Mericus ut a suspiciõe proditionis auerteret oĩum aĩos: negat sibi placere legatos: cõmeare ultro: citroqꝫ neqꝫ recipiendũ quéq̃ neqꝫ mittendum. Et quo intẽtius custodiæ seruentur opportuna loca diuidẽda p̃fectis eé: ut suæ quisqꝫ partis tutãdæ reus sit. Omnes assensi sunt partibus diuidẽdis: ipsi regio eucnit ab Arethusa fonte usque ad hostiũ magni portus id ut scirent romani: fecit. Itaqꝫ Marcellus nocte nauim onerariá cum armatis remulco q̃driremis thrai ad Acradinam iussit: expõiqꝫ milites regiõe portæ: quæ ꝓpe fontem Arethusam est. Hoc cũ quarta uigilia factum eét: expositosqꝫ milites porta: ut cõuenerat: recepisset Mericus: luce prima Marcellus oĩbus copiis mœnia Acradinæ aggrediť: ita ut nõ eos solũ: qui Acradinam tenebát in se cõuerteret: sed ab Nasso etiá agmina armatoꝝ cõcurrerẽt: relictis stationibus suis ad uim & impetum romanorum arcẽdum. In hoc tumultu actuariæ naues istructæ iã ante: circũuectæqꝫ ad Nassum armatos exponunt: qui improuiso adorti semiplenas stationes: & ad aptas fores portæ: qua paulo ante excurrerãt armati: haud magno certamĩe Nassum cepere desertam trepidatiõe & fuga custodum neqꝫ ullis p̃sidii minus: aut ꝓtinaciæ ad manẽdum: quam trãsfugis fuit: quia ne suis qdẽ satis credẽtes se medio certamine effugere: Marcellus: ut captã eẽ Nassum didicit: & Acradinæ regioné unam teneri: Mericumqꝫ præsidio suis adiũctum: receptui cecinit: ne regiæ opes: quaꝝ fama maior: quam res erat: diriperentur. Suppresso impetu militũ: & iis qui ĩ Acradina erant: transfugis: spatium locusqꝫ fugæ datus ẽ.

Mericus

Nassus & Acradinem uno tpe capiunť

Diripiť Acradina a Marcello Archimedes interficiť

Syracusani tandem liberi metu: portis Acradinæ apertis oratores ad Marcellum mittunt: nihil petentes aliud quam incolumitatem sibi liberisqꝫ suis. Marcellus concilio aduocato: & adhibitis etiam syracusanis: qui per seditiones pulsi ab domo intra præsidia Romana erant: respondit non plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis quam paucis his annis maleficia eorum: qui syracusas tenuerint: erga Popu. Roma. esse. Se plæraqꝫ eorum: quo debuerint: recidisse: fœderumqꝫ ruptorum ipsos ab se grauiores multo: quam Popu. Roma. uoluerit pœnas exegisse. Se quidem tertium annum circunsedisse. Syracusas: non ut populus reseruatam ciuitatem haberet: sed ne transfugarum duces captam & oppressam tenerent. Quid potuerint syracusani: facere extemplo uel eos syracusanorum esse qui intra Romana præsidia fuerint: uel Hispanum ducem Maricum: qui præsidium tradiderit: uel ipsorum syracusanorum postremo serum quidem sed forte omnium sibi consilium laborum periculorumqꝫ circa mœnia syracusana terra. mariqꝫ tandiu ex haustorum: nequaquam tantum fructum esse: quam capere Syracusas potuisset. Inde quæstor cum præsidio ad Nassum ad accipiendam pecuniam regiam: custodiendamqꝫ missus: diripiendaqꝫ urbs militi data est. Custodibus diuisis p̃ domos eorum: qui intra præsidia Romana fuerunt. Cum multa iræ: multa inuidiæ: auariciæque fœda exempla æderentur. Archimeden memoriæ ꝓditum est in tanto tumultu: quantum captæ urbis in discursum diripientium militum ciere poterant: intentum formis: quas in puluere descripserat: ab ignaro milite: quis eẽt interfectum. Aegre id Marcellum tulisse: sepulturaqꝫ curã habitam & ꝓpinquis etiã inquisitis: honori p̃sidioqꝫ nomẽ eius: ac memoriã fuisse. Hoc maxie modo Syracusæ captæ ĩ qbus p̃dæ tãtũ fuit: quãtum uix capta Carthagine tum fuisset: cum qua uiribus æquis certabatur. Paucis ante diebus: quam

Syracusæ caperentur. T. Octacilius cum quinqueremibus octoginta Vticam ab Lilybæo transmisit: & cum ante lucē portum intrasset: onerarias fruméto onustas cepit: egressusq; ī terram depopulatus é ali quantū agri circa Vticam: p̄damq; omnis generis retro ad naues egit. Lilybæum tertio die: quam profectus inde erat: cum. c. triginta onerariis nauibus frumento prædaq; onustis rediit. Idq; frumentū extemplo Syracusas misit: qđ ni tā ī tēpore subuenisset: uictoribus uictisq; pariter p̄niciosa fames īstabat.

Eadem æstate in Hispania cum ferme biennio nihil admodum memorabile factum esset: cōsiliisq; magis: quam armis bellum gereretur: Romani imperatores egressi hybernis copias coniunxerunt. Ibi consilium dicitur aduocatum: omnesq; in unum congruere sententiæ: quando ad id locorum id modo actum esset: ut Asdrubalem tendentem in Italiam retinerent: tempus esse: id iam agi: ut bellum in Hispania finiretur. Et satis ad id uirium credebant accessisse: trigintamillia celtiberorum esse hyeme ad arma excitati. Tres exercitus erant. Asdrubal Gisgonis filius: & Mago coniunctus castris: quinq; ferme dierum iter ab romanis haberant. Propior erat Himilconis filius: Asdrubal uetus in Hispania imperator ad urbem nomine Anitorgin exercitum habebat. Eum uolebant prius opprimi duces Romani: & spes erat satis superq; ad id uirium esse. Illa restabat cura: ne fuso eo perculsi alter Asdrubal & Mago in auios saltus: montesq; recipiētes sese bellum extraherent: Optimum igitur rati: diuisis bifariam copiis totius simul Hispaniæ amplecti bellum inter se ita diuiserunt: ut. P. Cornelius duas partes exercitus romanorum: sociorumq; aduersus Magonem duceret atq; Asdrubalem. Gn. Cornelius cum tertia parte ueteris exercitus celtiberis adiunctis cum Asdrubale Barchino bellum gereret: una profecti ambo duces: exercitusq;: celtiberis prægredientibus ad urbem Anitorgin in conspectu hostium: dirimente amne: ponunt castra. Ibi. C. Cornelius Scipio cum quibus ante dictum est copiis substitit. Et. P. Scipio profectus ad destinatam belli partem. Asdrubal posteaquam animaduertit exiguum Romanum exercitum in castris: & spem omnem in celtiberorum auxiliis esse: peritus omnis Barbaricæ: & p̄cipuæ omnium gentium earum: in quibus per tot annos militabat perfidiæ: facili linguæ commertio: cum utraque castra plena Hispanorum essent: per occulta colloquia pascisciturmagna mercæde cum celtiberorum principibus: ut copias inde abducerent. Nec atrox uisum facinus: non enim: ut in Romanos uerterent arma: agebatur: & merces quanta uel pro bello satis esset: dabatur: ne bellum gererent: Et cū quies ipsa: tum reditus domum fructusq; uidendi suos sua grata uulgo erant. Itaque non ducibus facilius: quam multitudini persuasum est: simul ne metus quidé ab romanis ducibus erat. Quippe tam paucis: sibi ne timerent. Id quidē cauendū semper Romanis ducibus erit: exemplaq; hæc uere pro documētis habenda: ne ita externis credant auxiliis: ut non plus sui roboris: suarūq; uiriū proprie in castris habeāt. Signis repente sublatis: celtiberi abeunt: nihil aliud quærentibus causam: obtestantibusq;: ut manerent romanis: respondentes: quā domestico se uocari bello. Scipio posteaquā socii nec precibus: nec ui retineri poterant: nec se aut paré sine illis hosti esse: aut fratri rursus coniugi uidit posse: nec ullum aliud salutare consiliū in promptu esse: retro quantū posset: cedere statuit: in id omni cura intentus: necubi hosti æquo se cōmitteret loco: qui transgressus flumen prope uestigiis abeuntium insistebat. Per eosdē dies. P. Scipioné par terror: periculū maius a nouo hoste urgebat. Masinissa erat iuuenis: qui eo tēpore erat socius Carthaginensiū: quē deinde claz potentemq; Romana fecit amicicia. Is tum cū equitatu numidarum aduenienti. P. Scipioni occurrit: & deinde assidue dies noctesq; infestus aderat: ut non uagos tātum procul a castris lignatum: pabulatumq; progressos exciperet: sed ipsis obequitaret castris: iectusque in medias stationes sæpe omnia ingenti tumultu turbaret. Noctibus quoq; sæpe incursu repentino in portis uallocq; trepidatum est: nec aut locus: aut tempus uacuum a metu ac sollicitudine erat Romanis: compulsisq; intra uallum: adempto omnium rerum usu: cum prope obsidio esset: futuramque artiorē eam appareret: si se Indibilis: qué cum septem millibus & quingentis suessanoz aduētare fama erat: pœnis coniunxisset. Dux cautus & prudens Scipio uictus necessitatibus temerariū capit consiliū: ut nocte Indibili obuiam iret: & quocunq; occurrisset loco: prælium consereret. Relicto igitur modico præsidio in castris præpositoq;. T. Fonteio legato media nocte profectus cum obuiis hostibus manus conseruit. Agmina magis: quam acies pugnabant. Superior tamen: ut in tumultuaria pugna romanus erat. Cæterum & equites numidæ repente: quos fefellixisse se dux ratus erat: a lateribus circunfusi magnum terrorē intulere. Contracto aduersus numidas certamine nouo: tertius: insuper aduenit hostis. Duces pœni assecuti ab tergo iam pugnantes. Ancepsq; prælium Romanos circunsteterat: incertos in quem potissimum hostem: quam ue in partem conferti emptionem facerent. Pugnanti hortantiq; imperatori & offerenti se: ubi plurimus labor: erat latus dexterum lancea traiicitur. Cuneusq; hostium is qui in confertos circa ducem impetum fecerat: ut exanimé labentemq; ex equo Scipionem uidit: alacres gaudio cum clamore per totam acié nunciantes discurrerunt: imperatorem Romanum cecidisse: Hæc peruagata passim uox: ut & hostes haud dubie pro uictoribus: & romanis pro uictis essent: fecit. Fuga confestim ex acie duce amisso: fieri cœpta est. Cæterum ut ad erumpendum inter numidas: aliaq; leuium armatorum auxilia haud difficilis res erat: ita effugere tantum equitum: æquantiumq; equos uelocitate peditum uix poterant: cæsiq; prope plures in fuga: quam in pugna sunt. Nec superfuisset qsquam ni præcipiti iam ad uesperum diem nox interuenisset. Haud segniter inde duces pœni fortuna usi: confestim e prælio: uix necessaria quiete data militibus: ad Asdrubalem Amilcaris citatum agmen rapiunt: non dubia spe: cum copias coniunxissent: debellari posse. Quo ubi est uentum: inter exercitus ducesq; uictoria recenti lætos gratulatio ingens facta: īperatore tanto cum omni exercitu deleto: & alte

Scipionū cōsiliū ī opprimēdo hoste

Celtiberoz defectio

P. Scipio ab hostibꝰ circūuēnitus occiditur

ram pro haud dubio parẽ uictoriã expectantes. Ad romanos nondũ qdẽ fama tantæ cladis pẽruenerat: ſed tamen mœſtum quoddã ſilentium erat: & tacita diuinatio: qualis iam præſagientibus animis imminentis mali eſſe ſolet. Imperatori ipſe: præterquam quod ab ſociis ſe deſertum hoſtium tantum auctas copias ſentiebat: coniectura etiam & ratione ad ſuſpicionẽ acceptæ cladis: quam ad ullam bonam ſpem pronior erat. Quonámodo enim Aſdrubalem ac Magonẽ: niſi defuncto ſuo fratre: ullo fine certamine adducere exercitum potuiſſẽ? Quomodo autem non obſtitiſſẽ: aut ab tergo ſecutũ fratrem: ut niſi prohibere: quominus in unum cogerentur: duces & exercitus hoſtium non poſſet: ipſe certe cum fratre cõiungeret copias. His anxius curis id modo eſſe ſalutare etiam in præſens credebat: cedere inde quãtum poſſet: & inde una nocte: ignaris hoſtibus & ob id quietis: aliquantum emenſus eſt iter. Luce ut ſenſerunt profectos hoſtes: præmiſſis Numidis: quam poterat maxime: citato agmine: ſequi cœperunt. Ante noctem aſſecuti Numidæ: nunc ab tergo: nunc in latera concurſantes. Conſiſtere cœperunt: ac tutari agmen quantum poſſent: tamen tuto: ut ſimul pugnarent: procederentq; Scipio hortabatur: priuſquã pedeſtres copiæ aſſequerentur. Cæterum nunc agendo: nunc ſuſtinendo agmen: cum aliquãdiu haud multum procederetur: & nox iam inſtaret: reuocauit e prælio ſuos Scipio: & collectos in tumulũ quẽdam: non quidem ſatis tutum præſertim agmini perculſo: editiorem tamen: quam cætera circa erant: ſubducit. Ibi primo: impedimentis & equitatu in medium receptis: circundati pedites haud difficulter impetus incurſantium numidarum arcebant. Deinde poſteaquam toto agmine tres imperatores cum tribus iuſtis exercitibus aderant: apparebatq; parum armis ad tuendum locum ſine munimento ualituros eſſe: circunſpectare: atq; agitare dux cœpit: ſiquo modo poſſet uallum circũ iniicere. Sed erat adeo nudus tumulus: & aſperi ſoli: ut nec uirgulta uallo cædendo: nec terra ceſpiti faciundo: aut ducendæ foſſæ aliiue ulli operi apta inueniri poſſet: nec ferme quicquam ſatis arduum aut abſciſſum erat: quod hoſti aditum: aſcenſumue difficilem præberet: omnia faſtigio leui ſubnixa: Vt tamen aliquam imaginem uallo obiicerent: clitelas illigatas oneribus: uelut ſtruentes ad altitudinem ſolitam circundabat cumulo ſarcinarum omnis generis obiecto: ubi ad moliendum clitellæ defuerant. Punici exercitus poſteaquam aduenere: in tumulum quidem per facile agmen erexere: munitionis uero facies noua primo eos miraculo quodam tenuit. Et cũ duces undiq; uociferarentur quid ſtarent: & nõ ludibriũ illud: uix fœminis pueriſue morãdis ſatis ualidũ diſtraherent: diriperentq;: captum hoſtem teneri latentem poſt ſarcinas: hæc contẽpti duces increpabant. Cæteq; neq; trãſilire: neq; moliri onera obiecta: nec cædere ſtipatas clitellas: ipſiſq; obrutas ſarcinis facile erat. Tardatis diu cũ amolita obiecta onera armatis dediſſent uiam: pluribuſq; idẽ partibus fieret: capta iam undiq; caſtra erant: pauci ab multis: perculſiq; a uictoribus paſſim cædebãtur. Magna pars tamen militũ cũ in propinquas refugiſſet ſiluas: ĩ caſtra. P. Scipionis quibus. T. Fonteius legatus præerat: pfugerunt. Gn. Scipionẽ alii ĩ tumulo primo ĩpetu hoſtiũ cæſum tradũt. Alii cũ paucis ĩ propinquã caſtris turrim fuiſſe. Hanc igni circundatã: atq; ita exuſtis foribus: quas nulla moliri potuerunt ui: captã: oẽſq; intus cũ ipſo iperatore occiſos. Anno octauo: poſteaq; ĩ Hiſpaniam uenerat. Gn. Scipio: unde trigeſimo die poſt fratris mortẽ eſt interfectus. Luctus ex morte eorum nõ Romæ maior quam per totã Hiſpaniam fuit. Quin apud ciues partim doloris & exercitus amiſſi: & alienata puincia: & publica trahebat clades. Hiſpaniæ ipſos lugebãt: deſyderabantq; duces Gnæum tamẽ magis: quod diutius præfuerat iis: priorq; & fauorẽ occupauerat: & ſpecimẽ Iuſticiæ Tẽperãtiæq; Romanæ prius dederat. Cum deletus exercitus amiſſæq; Hiſpaniæ uiderẽtur: uir unus has reſtituit. Erat in exercitu. L. Martius Septimii filius eques romanus ĩpiger iuuenis: animiq; & ĩgenii aliquãto quam pro fortuna: ĩ qua erat natus: maior. Iis ad ſummam indolẽ acceſſerat. Gn. Cornelii Scipionis diſciplina ſub qua per tot annos oĩs militiæ artis edoctus fuerat: Hic & ex fuga collectis militibus & quibuſdã de præſidiis deductis haud cõtẽnendũ exercitũ fecerat: cõiũxeratq; cũ. T. Fõteio. P. Scipionis legato: ſed tãtum præſtitit eques romanus auctoritate ĩter milites atq; honore: ut caſtris citra Iberum cõmunitis: cũ ducẽ exercituũ comitiis militaribus creari placuiſſet: ſubeuntes alii aliis in cuſtodiam ualli ſtationeſq;: donec per omnes ſuffragiũ iret: ad. L. Martiũ cuncti ſummã imperii detulerunt. Omne inde tempus: exiguũ id fuit: muniendis caſtris: conuehendiſq; cõmeatibus cõſumptum: & omnia imperia milites tũ impigre: tum haud quaquam abiecto animo exequebantur. Cæterum poſteaquã Aſdrubalem Giſgonis filium uenientẽ ad reliquias belli delendas tranſiſſe Iberũ: & appropiquare allatum eſt: ſignũq; pugnæ propoſitum a nouo duce milites uiderunt: recordati quos pauloante imperatores habuiſſent: quibuſq; & ducibus: & copiis fræti prodire in campũ ad pugnã ſoliti eſſent: flere omnes repẽte: & offenſare capita: & alii manus ad cælũ tendere deos incuſantes: alii ſtrati humo ſuũ quiſq; noĩatim ducẽ ĩplorare: neq; ſedari lamentatio poterat excitantibus centurionibus manipulares: & ipſo minitante & increpante Martio: quod in muliebres: & ĩutiles ſe proieciſſent fletus: potiuſquã ad tutandos ſemetipſos: & rempublicã ſecũ acuerent animos: & ne inultos: imperatores ſuos iacere ſinerẽt: cum ſubito clamor tubarumq; ſonus: iam enim prope uallũ hoſtes erant: exauditur: inde: uerſo repente ĩ irã luctu: diſcurrere ad arma ac uelut accenſi rabie diſcurrunt ad portas: & in hoſtẽ negligenter: atq; incõpoſite uenientem incurrunt: Extemplo improuiſa res pauorẽ incutit pœnis: mirabũdiſq;: unde tot hoſtes tã ſubito exorti prope deleto exercitu forent: unde tanta audacia: tanta fiducia ſit iis uictis: atq; fugatis? qs imperator duobus Scipionibus cæſis extitiſſẽt? quis caſtris præeſſet? qs ſignũ dediſſet pugnæ? Ad hæc tot iã nec opinata primo omnium incerti ſtupenteſq; referunt pedẽ: dein ualida impreſſione pulſi terga uertũt: & aut fugientiũ caedes fœda fuiſſet: aut temerarius periculoſuſq; ſequentium ĩpetus: ni Martius ppe-

Atẽ. nouã uallis ſpẽm

Gn. Scipio fr̃. P. ĩterficitur

L. Martii uirtꝰ

Fũdunt hoſtes Romãi

re receptui dediſſẽt ſignũ obſiſtenſq; ad prima ſigna:quoſdã ipſe retinẽs:concitatam repreſſit aciẽ.Inde in caſtra auidos adhuc cædis:ſanguiniſq; reduxit.Carthaginẽſes trepide primo ad hoſtiũ uallum acti: poſteaquã neminem inſequi uiderũt:metu ſubſtitiſſe rati contẽptim rurſus:& ſedato gradu:in caſtra habeunt.Par negligẽtia in caſtris cuſtodiẽdis fuit.Nam & ſi propinquus hoſtis erat:tamẽ reliqas eum eẽ duoꝝ exercituũ ante paucos dies deletoꝝ ſuccurebat.Ob hoc cũ oĩa neglecta apud hoſtes eſſent:exploratis iis Martius ad cõſiliũ prĩa ſpecie temerariũ magis:quã audax aĩum adiiecit:ut ultro caſtra hoſtiũ oppugnaret:facilius eſſe ratus unius Aſdrubalis expugnari caſtra:quã ſi ſe rurſus tres exercitus:ac tres duces iũxiſſent:ſua defendi:ſimul:aut ſi ſucceſſiſſẽt cœptis:receptuꝝ ſe afflictas res:aut ſi pulſus eẽt tum ultro iferendo arma contẽptum ſui demptuꝝ.Ne tamẽ ſubita res:& nocturnus terror:ẽt nõ ſuæ fortunæ cõſiliũ pturbaret alloquẽdos adhortandoſq; ſibi milites ratus cõcione aduocata: ita diſſeruit. Martii cõſiliũ

Vel mea erga imperatores noſtros uiuos mortuoſq; pietas:uel præſens omniũ ueſtrum milites fortuna fidem:cuius facere poteſt mihi hoc ĩperium:ut amplum iudicio ueſtro:ita re ipſa graue: ac ſollicitum eſſe:quo enim tẽpore:niſi metus mœroreẽ obſtupefaceret:uix ita compos mei eſſem:ut aliqua ſolatia inuenire ægro aĩo poſſem? Cogor ueſtrã oĩum uicem:quod difficillimũ ĩ luctu eſt:unus cõſolari: & ne tum quidẽ:ubi quonãmodo has reliquias duoꝝ exercituum patriæ conſeruare poſſim:cogitandum eſt:auertere aĩum ab aſſiduo mœrore libet:præſto eſt enĩ acerba memoria:& Scipiones me ambo dies nocteſq; curis inſomniiſq; agitant:& excitãt ſæpe ſomno:neu ſe:neu inuictos p octo annos in iis terris milites ſuos:cõmilitones ueſtros:neu rempublicam patiar iultam:& ſuam diſciplinam:ſuaq; inſtituta ſequi iubẽt.Et ut ĩperiis uiuoꝝ nemo obedientior me uno fuerit:ita poſt mortem ſuã:quod quidem in quaq; re facturos illos fuiſſe maxime cenſeam:id optimum ducere:uos quoq; uelim milites non lamentis lachrymiſq; tanquam extinctos proſequi.Viuunt enim uigentq; fama rerum geſtarum.Sed quotienſcunq; occurrit memoria illorum:uelut ſi adhortãtes:ſignumq; dantes uideatis eos: ita pl̃ia inite:nec alia profecto ſpecies heſterno die oculis animiſq; ueſtris oblata memorabile illud ædidit pl̃ium:quo documentũ dediſtis hoſtibus:non cum Scipionibus extĩctum eſſe nomen romanum: & cuius populi uis atq; uirtus non obruta ſit cannẽſi clade:ex omni profecto ſæuitia fortunæ emerſuram eſſe.Nunc qui tãtum auſi eſtis ſponte ueſtra experiri libet q̃tum audeatis duce ueſtro auctore.Nõ enim heſterno die cũ ſignũ receptui dedi ſequẽtibus effuſe uobis turbatum hoſtẽ:frangere audaciam ueſtrã:ſed differre in maiorem gloriã:atq; opportunitatem uolui:ut poſtmodum p̃parati incautos:armati inermes:atq; ẽt ſopitos p occaſionẽ aggredi poſſẽtis.Nec huius occaſiõis ſpẽ milites forte temere ſed ex re ipſa cõceptã habeo.A uobis quoq; ꝓfecto ſiqs q̃rat:quonãmodo pauci a multis uicti a uictoribus caſtra tutati ſitis:nihil aliud reſpõdeatis:quã idipſum timẽtes uos oĩa: & opibus firmata habuiſſe ipſos paratos ĩſtructoſq; fuiſſe:& ita res habet ad id:qđ:ne timeat fortũa facit:minime tuti ſunt hoſtes. quia quod neglexeris incautum:atq; apertum habeas.Nihil omnium nunc metuunt minus hoſtes: q̃ ne obſeſſi modo ipſi:atq; oppugnati caſtra ſua ultro oppugnemus.Audeamus:quod credi non poteſt auſuros nos:eo ipſo:quod difficilimum uidetur:facilimum erit.Tertia uigilia noctis ſilenti agmine ducam uos:exploratum habeo:non uigiliaꝝ ordinem:non ſtationes iuſtas:eſſe clamor in portis auditus: primus impetus caſtra ceperit:tum inter tot torpidos ſomno pauentiſq; ad nec opinatum tumultum: & inermes in cubilibus ſuis oppreſſos illa cædes edatur:a qua uos heſterno die reuocatos ægre ferebatis.Scio audax uideri conſilium:ſed in rebus aſperis:& tenuibus perfortiſſima quæq; cõſilia tutiſſima ſunt:quia ſi in occaſionis momẽto:cuius præteruolat opportunitas:cunctatus paulum fueris:nequicq̃ mox omiſſam queraris. Vnus exercitus in propinquo eſt:duo haud procul abſunt:nunc aggredientibus par aliqua opportunitas eſt:& iam tẽptaſtis ueſtras:atq; illorum uires.Si diem proferimus: & heſternæ eruptionis fama contenti deſierimus:periculum eſt ne omnes duces omneſq; copiæ conueniãt. Tres deinde duces:tres exercitus ſuſtinebimus hoſtium:quos.Gn.Scipio incolumi exercitu non ſuſtinuit? ut diuidendo copias perierẽ duces noſtri:ita ſeparati:ac diuiſi opprimi poſſunt hoſtes. Alia belli gerendi uia nulla:eſt proinde nihil p̃ter noctis proxime opportunitatem expectemus. Ite diis bene iuuantibus corpora curare:ut integri uigenteſq; eodem aĩo in caſtra hoſtium irrumpatis:quo ueſtra tutati eſtis.Læti & audiere ab nouo duce nouũ conſilium:& quo audacius erat: magis placebat.Reliquũ diei expediendis armis:& curatione corpoꝝ conſumptum: & maior pars noctis quieti data eſt:quarta uigilia mouere. Erant ultra proxima caſtra ſex millium interuallo diſtantes aliæ copiæ pœnoꝝ uallis caua intererat condenſa arboribus.In huius ſiluæ medio ferme ſtadio cohors romana arte punica abditur & equites.Ita medio itinere intercepto:cæteræ copiæ ſilenti agmine ad proximos hoſtes ductæ. Et cum ſtatio nulla pro protis:neq; in uallo cuſtodiæ eſſent:uelut in ſua caſtra ullo uſq̃ obſiſtente penetrauere.Inde ſigna canunt:& tollitur clamor:pars ſemiſopitos hoſtes cædũt: pars ignis eſcas ſtramẽto arido tectis iniiciunt:pars portas occupant:ut fuga intercludatur: hoſtis ſimul ignis:clamor:cædes uelut alienatos ſenſibus nec audire nec prouidere quicq̃ ſinunt.Incidunt inermes inter cateruas armatorum.Alii ruunt ap portas.Alii obſeptis itinerebus ſuper uallum ſaliunt.Et ut quiſq; euaſerat:protinus ad caſtra altera fugiunt:ubi a cohorte & eqtibus ex occulto ꝓuentibus circunuenti cæſiq; ad unũ oẽs ſunt:q̃uis ẽt ſiquis ex ea cæde effugiſſẽt: adeo raptim captis ꝓpioribus caſtris in altera trãſcurſum caſtra a romanis eſt:ut peruenire nuncius cladis non poſſet:Ibi uero: quo longius ab hoſte aberant & qa ſub luce publica pabulatũ:lignatũ:& prædatũ:quidam dilapſi fuerãt:neglecta magis oĩa:ac ſoluta in uenere.Arma tãtũ poſita ĩ ſtationibus:milites inermes:aut humi ſedẽtes: accubãteſq;:aut obambulan

Modus agendi

Romanorum inſidiæ

tes ante uallum portasq;.Cum his tam securis solutisq; romani calentes adhuc ab recenti pugna uicto riaq; feroces prælium ineunt.Itaq; nequaquam in portis potuit resisti.Inter portas concursu ex castris ad primum clamorem:& tumultu facto:atrox prælium oritur.Diuq; tenuissent:ni cruenta scuta romanorum uisa indicium alterius cladis pœnis:atq; inde pauorem iniecissent.Hic terror in fugam uertit oés:effusiq;:qua iter est:nisi quos cædes oppressit:exuũtur castris:atq; ita nocte ac die bina castra hostium oppugnata ductu.L.Martii:ad trigitaseptémillia hostium cæsa:auctor est Claudius:qui annales acilianos ex græco in latinum sermonem uertit.Captos ad mille octingentos triginta:prædam ingentem partam:nec abfuisse clypeum argẽteum põdo centum trigita octo cum imagine Barchini Asdrubalis.Valerius Antias una castra.Magonis capta tradit. Septem millia cæsa hostium:altero prelio eruptione pugnatum cum Asdrubale.Decémillia occisa quattuor millia trecẽtos triginta captos.Piso quemillia hoium:cum Mago cedentes nostros effuse sequeretur:cæsa ex insidiis scribit.Apud oés magnum nomẽ Martii ducis est:& ueræ gloriæ eius ét miracula addunt:flama ei concionáti fusam e capite sine eius sensu cum magno pauore circũstãtium militum.Monumẽtumq; uictoriæ eius de pœnis usq; ad incẽsum Capitolium fuisse:in tẽplo clypeum Martium appellatum cum imagine Asdrubalis. Quietæ deinde aliquádiu res in Hispania fuere:utrisq; post tantas acceptas iuicem illatasq; clades cunctantibus periculum summæ rerum facere.Dum hæc in Hispania geruntur:Marcellus captis Syracusis:cum cætera in Sicilia tãta fide atq; ĩtegritate composuisset:ut nõ modo ibi suam gloriam:sed etiam maiestatem Po.Ro.augeret:ornaméta:signa urbis:tabulasq;:quibus abundabãt Syracusæ:Romã deuexit.Hostium qdem illa spolia & parta belli iure.Cæteꝝ inde primũ initium mirádi græcaꝝ artium opera:licétiæq; hinc sacra profanaq; oĩa uulgo spoliádi factum est:quæ postremo í romanos deos templum idipsum:primum quod a Marcello eximie ornatũ est:uertit.Visebãtur enim ab externis ad portam Capenam dedicata a Marcello templa propter excellentia eius generis ornamenta: quoꝝ perexigua pars comparet.Legationes ferme oium ciuitatum Siciliæ ad eum conueniebant:dispar:ut cá eaꝝ: ita concio erat.Qui ante captas Syracusas aut non desciuerãt:aut redierãt in amicitiam: ut socii fideles accepti cultiq;.Quos metus post captas Syracusas dediderat:ut uicti a uictore leges acceperunt.Erát tamen haud paruæ reliquiæ belli circa Agrigentum romãis Epicides & Háno duces reliqui prioris belli:& tertius nouus ab Annibale í locum Hippocratis missus:Libyphœnicis generis Hipponatis: Mutinem populares uocabãt:uir impiger:& sub Annibale magistro oium belli artẽ edoctus Huic ab Epicide & Hánone Numidæ dati auxiliares:cum quibus ita peruagatus é hostium agros:ita socios ad retinendum in fide aĩos eoꝝ:ferédumq; í tpe cuiq; auxilium adiit:ut breui tempore totã Siciliã impleret nominis sui:nec spes maior alia apud fauentes rebus carthaginẽsium esset.Itaq; ícluſi ad tps mœnibus Agrigẽti dux pœnus: syracusanusq; nõ tam cõsilio mutinis:quam fiducia magis ausi egredi extra muros ad Himerã amnem posuerunt castra:quod ubi ad Marcellum platum est:extẽplo copias mouit:& ab hoste quattuor ferme milliũ interuallo conscedit.Quid agerent pararẽtue expectaturus. Sed nullũ neq; locum:neq; tps cunctationi consilioue dedit Mutines transgressus amnẽ:ac stationibus hostiũ cũ ingenti terrore atq; tumultu inuectus.Postero die prope iusto prælio cõpulit hostem intra muniméta inde reuocatus:seditione numidaꝝ in castris facta:cũ trecenti ferme eoꝝ Heracleam Minoiã concessissent ad mitigandos reuocandosq; eos ꝓfectus:magnopere monuisse duces dicitur ne absente se cũ hoste manus consererent.Id ambo ægre passi duces:magis Hanno:iam anxius gloriæ eius. Mutiné modum sibi facere:degenerẽ afrum impatori carthaginensi:misso absenatu populoq;. Is perpulit cunctátem Epicidẽ:ut transgressi flumen in aciẽ exirent.Nam si Mutiné opperirentur:& secundæ pugnæ fortuna euenisset:haud dubie Mutinis gloriam fore.Enĩuero indignum ratus Marcellus seq; Annibalem subnixum uictoria cannensi ab nola reppulisset:his terra mariq; uictis a se hostibus cedere : arma ꝓpere capere milites:& efferri signa iubet.Instruenté exercitum:decé effusis equis aduolant ex hostiũ agmine Numidæ:nunciantes populares suos primum ea seditione motos : qua trecanti ex numero suo cõcessserint.Heracleam.Deinde quod præfectũ suum obtrectantibus ducibus gloriæ eius sub ipsam certaminis diem ablegatũ uideant quieturos in pugna.Gens fallax promissi fidem præstitit.Itaq; & romanis creuit aĩus:nuncio celeri per ordinem misso : destitutum ab equite hostem esse : quem maxime timuerant:& territi hostes:prætereq; quod:qa maxima parte uirium suaꝝ non iuuabãtur : timore etiam incusso:ne ab suo ipsi equite oppugnarentur.Itaq; haud magna uis certaminis fuit.Primus clamor:atq; impetus rem decreuit.Numidæ cum in concursu quieti stetissent in cornibus : ut terga dantes suos uiderunt:fugæ tantum parumꝑ comites facti: posteaq; omnes Agrigentum trepido agmine petentes uiderunt:ipsi metu obsidionis passim í ciuitates proximas dilapsi.Multa millia hominum cæsa captaq;:&.viii.elephanti.Hæc ultima in Sicilia Marcelli pugna fuit.Victor inde Syracusas rediit. Iam ferme in exitu annus erat.Itaq; senatus decreuit Romæ:ut.P.Cornelius prætor litteras Capuam ad consules mitteret: dum Annibal ꝓcul abesset:nec ulla magni discriminis res ad Capuam gereretur : alter eorum:si ita uideretur:ad magistratus subrogandos Romam ueniret. Litteris acceptis inter se consules compararũt:ut Claudius Comitia perficeret.Fuluius ad Capuam ueniret : ibique maneret. Consules Claudius creauit.Gn.Fuluium Centumalum:&.P.Sulpicium Seruilium.Quinti filium Galbam:qui nullum antea curulem magistratum gessisset : prætores deinde creati Lentulus Cornelius Cethegus C.Sulpitius Piso. Pisoni iurisditio urbana. Sulpitio Sicilia Cethego Appulia. Lentulo Sardinia euenit Consulibus prorogatum in annum imperium est.

Septẽ & trigita millia hostiũ cæsa

DeMartii flamma uide Plynium

Initiũ græcas artes mirádi

Vide ne libyphœnicis generis Hipponatis sit legẽdũ

Defectio numidaꝝ

Gn.Fuluius.P. Sulpicius cõ.

N. FVLVIVS Centimalus. P. Sulpicius Galba cõſules cũ idíbus martiis magiſtratũ iniſſent: ſenatu in Capitolium uocato de rep. de adminiſtratione belli de ꝓuinciis exercitibuſq; patres conſuluerunt. Fuluio Appio Claudio prioris anni cõſulibus ꝓrogatum imperium eſt: atq; exercitus: quos habebant: decreti: adiectũq; ne a Capua quã obſidebãt: abſcederẽt: priuſquã oppugnaſſent eam. Tum cura maxima ítentos habebat romanos: nõ ob iram tantum: quæ in nullã unq̃ ciuitatem iuſtior fuit: quã qđ urbs tam nobilis ac potẽs: ſicut defectione ſua traxerat aliquot populos: ita recepta ĩclinatura rurſus aíos uidebaẽ ad ueteris ĩperii reſpectum. Et prioris anni ꝓtoribus. M. Iunio Ethruria. P. Sẽpronio Gallia cũ binis legionibus: quas habuerant: ꝓrogatũ eſt ĩperium: ꝓrogatum &. M. Marcello: ut ꝓconſul in Sicília reliqas belli ꝓficeret. Eo exercitu: quẽ haberet ſi ſuppleméto opus eẽt: ſuppleret de legiõíbus: qbus. P. Cornelius ꝓprætor in Sicilia præeſſet: dum nequẽ mílité legeret ex eo numero: qbus ſenatum miſſionem reditũq; ĩ patriam negaſſet ante belli finem. C. Pupio: cui Sicilia euenerat: duæ legiões: quas. P. Cornelius habuiſſet: decretæ: & ſupplemẽtum de exercitu. Gn. Fuluii q priore anno in Appulia fœde cæſus: fugatuſq; erat. Huic generi militũ ſenatus eundem: quẽ cannẽſibus finem ſtatuerat militiæ. Additũ ẽt utrorũq; ignominiæ eſt: ne in oppidis hybernarent: neue hyberna ꝓpius ullam urbem decẽmillibus paſſuum ædificarent. L. Cornelio in Sardinia duæ legiones datæ: qbus Minutius ꝓfuerat: ſupplemẽtum: ſi opus eẽt: conſules ſcribere iuſſi. Octacilio &. M. Valerio Siciliæ Græciæq; ora cũ legionibus claſſíbuſq;: qbus ꝓerant: decretæ. Quinquaginta græci cũ legione una: cẽtum ſiculi cũ legionibus habebãt naues: tribus & triginta legionibus romáis eo anno terra mariq; bellũ geſtum eſt. Principio eius anni: cũ de litteris. L. Martii referreẽ: res geſtæ magnificæ ſenatui uiſæ. Titulus honoris: qđ ĩperio nõ populi iuſſu: nõ ex auctoritate patrum dato ꝓprætor ſenatui ſcripſerat: magnã partem hoíum offendebat. Rem mali exẽpli eſſe: imperatores legi ab exercitibus: & ſoléne auſpicatorum comitiorum in caſtra & ꝓuincias: procul ab legibus magiſtratibuſq; ad militarem temeritatem tranſferri: & cum qdam ad ſenatum referendum cenſerẽt: melius uiſum differri eam cõſultationem: donec ꝓficiſcerenẽ equites: q ab Martio litteras attulerant. Reſcribi de frumento: & ueſtimentis exercitus placuit: utrãq; rem eam curæ fore ſenatui. Aſcribi aũt proprætori. L. Martio nõ placuit: ne idipſum: quod conſultationi reliquerãt: pro præiudicato ferrẽt. Dimiſſis: equitibus de nulla re prius conſules rettulerunt: omnium ĩ unum ſentẽtiæ congruebant agendum cum tribunis plebis eſſe: primo quoq; tempore ad plebem ferrẽt: quem cũ imperio mitti placeret ĩ Hiſpaniam ad eum exercitum: cui. Gn. Scipio imperator præfuiſſet. Ea res cũ tribunis acta promulgataq; eſt: ſed aliud certamẽ occupauerat animos. C. Sempronius Pleſus die dicta. Gn. Fuluium ob exercitum in Appulia amiſſum ĩ cõcionibus uexabat: multa ĩperatoris temeritate: atq; ĩſcitia exercitũ in locũ præcipitem ꝓduxiſſe dictitans. Neminẽ præter. Gn. Fuluiũ ante corrupiſſe oíbus uitiis legiones ſuas: q̃ proderet. Itaq; uere dici poſſe: prius eos periſſe: q̃ uiderẽt hoſtem: nec ab Annibale: ſed ab imperatore ſuo uictos eſſe neminem cum ſuffragiũ ineat: ſatis cernere: cui ĩperium: cui exercitũ ꝓmittat. Quid interfuiſſe ĩter. T. Sempronium: cũ ei ſeruorum exercitus datus eſſẽt: breui effeciſſe diſciplina atq; ĩperio: ut nemo eoꝝ generis: aut ſanguinis ſui memor eſſẽt: in acie præſidio ſociis: hoſtibus terrori eſſent. Cum ad Beneuẽtum aliaſq; urbes: eos uelut e faucibus Annibalis ereptos populo romão reſtituiſſet. C. Fuluium. Quintium romanorum exercitum: honeſte genitos: liberaliter educatos ſeruilibus uitiis ĩbuiſſe. Ergo effeciſſe: ut & feroces & ĩqeti ĩter ſocios: ignaui & ĩbelles ĩter hoſtes eẽnt: nec impetũ modo pœnorum: ſed ne clamoré quidẽ ſuſtinere poſſent. Nec hercule miꝝ eẽ milites ĩ acie nõ ſtetiſſe: cũ primus oíum imperator fugeret: magis mirari ſe aliquos ſtantes cecidiſſe: & nõ oẽs comites. Gn. Fuluii fuiſſe pauoris ac fugæ. C. Flaminium. L. Paulũ. L. Poſthumiũ. Gn. Appiũ. Scipiones cadere ĩ acie maluiſſe: q̃ deſerere circũuentos hoſtibus ſuos exercitus. Gn. Fuluiũ prope unũ nunciũ deleti exercitus Romam rediſſe: facinus ĩdignum eſſe cannẽſem exercitum: qđ ex acie fugerit: in Siciliã deportatum: ne prius ĩde dimittatur: q̃ hoſtis ex Italia diſceſſerit: & hoc idem ĩ. Gn. Fuluii legionibus nuper decretum. Gn. Fuluii fugam ex prælio ipſius temeritate cõmiſſo impunitã eſſe: & eã ĩ genea luſtriſq; : ubi iuuentã egerit: ſenectutem actuꝝ: milites: q nihil aliud peccauerint: q̃ quod ĩperatoris ſimiles fuerit: relegatos ꝓpe ĩ exiliũ ignominioſam pati miliã. Adeo ĩparem libertatẽ Romæ diti ac pauperi: honorato atq; inhonorato eſſe. Reus ab ſe culpã in militẽ tranſferebat: eos ferociter pugnã poſcẽtes productos in aciem: nõ eo quo uoluerit: quia ſerũ diei fuerit: ſed poſtero die: & tpe & loco æque inſtructo: ſeu famã ſeu uim hoſtiũ nõ ſuſtinuiſſe: cum effuſe: oés fugerẽt: ſe quoq; turba ablatum: ut Varronẽ cãnẽſi pugnaut multos alios ĩpatores. Quid ãt ſolũ ſe reſtãtẽ ꝓdeſſe reip. potuiſſe? niſi ſi mors ſua remedio publicis cladibus futura eſſe potuiſſet: non ſe inopia cõmeatus: non in loca iniqua incaute deductũ: non agmine inexplorato euntem inſidiis circũuentum ui aperta armis acie uictum: nec ſuorum aíos: nec hoſtiũ in poteſtatem habuiſſe ſuum cuiq; ingenium: audaciam: aut pauorem facere. Bis ẽ accuſatus: pecuniaq; anquiſitum. Tertio teſtibus datis: cum præterq̃: quod oíbus próbris onerabatur: iurati permulti dicerẽt fugæ pauoriſq; initium a prætore ortum: ab eo deſertos milites: cum ad uanum timorem cede-

Quæ q buſ ꝓuinciæ decretæ

Atť. ro. legionũ numerum

Gn. Fuluio dieſ dicta

Impatores q in acie pierunt

rent:terga dediſſe.Tanta ira accenſa eſt:ut id capite anquirendū concio ſucclamaret.De eo quoq; noūū certamen ortum.Nam cum bis pecunia anquiſiſſet:tertio capitis ſe anqrere diceret.Tribuni plebis ap/pellati:cum lege negarunt ſe in mora eē quominus:qđ ei more maiorꝝ ꝑmiſſum eſſet:ſeu legibus:ſeu moribus mallet:anquireret:quo ad uel capitis:uel pecūiæ iudicaſſet priuato.Tum Sempronius perduel

Gn.Fuluius Tarquinios in exiliū abiit

liōis ſe iudicare.Gn.Fuluio dixit:diemq; comitiis a.C.Calphurnio prætore urbis petit.Inde alia ſpes ab eo tẽptata eſt:ſi adeſſe iudicio.Qu.Fuluius frater poſſet:florens tum & fama rerꝝ geſtarꝝ: & propinqua ſpe potiūdæ Capuæ.Id cū ꝑ litteras miſerabiliter pro fratris capite ſcriptas petiſſet Fuluius: negaſſentq; patres e republica eſſe abſcedi a Capua:priuſq̄ dies comitiorꝝ aderat.C.Fuluius exulatū Tarqnios abiit Id ei iuſtum exiliū eſſe:ſciuit plebs.Inter hæc uis oīs belli uerſa ī Capuā eſt:obſidebatur tamen acrius:q̄ oppugnabatur:nec aut famē tolerare ſeruitia:ac plebes poterant:aut mittere nūcios ad Annibalem ꝑ cuſtodias armatas. Iuuẽtus ẽ autem quidā numida:q:acceptis litteris:euaſurꝝ ſe profeſſus ut ꝓmiſſum præſtaret:per media romana caſtra nocte egreſſus:ſpem accẽdit campāis:dū aliquid uirium ſupereſſet ab omni parte eruptionē tẽptādi.Cæterum in multis certaminbus equeſtria ꝑlia ferme proſpera facie bant:ſuperabātur pedites:ſed nequaq̄ tam lætum uincere:quā triſte uinci ulla ꝑte erat ab obſeſſo:& ꝓpe expugnato hoſte.Inita tādem ratio eſt:ut quod uiribus deerat:arte equareť.Eo oībus legionibus electi ſunt iuuenes maxime uigore ac leuitate corporꝝ ueloces.Eis parmæ breuiores:quā equeſtres:&ſeptena iacula quaternos lōga pedes data præfixa ferro:quale haſtis uelitaribus ineſt.Et eos ſingulos ī eqs ſuis accipientes eqtes aſſuefecerūt:& uehi poſt ſeſe &deſilire ꝑniciter:ubi datū ſignū eſſet.Poſteaq̄ aſſuetudine quotidiana ſatis ītrepide ẽ uiſum fieri:ī campū q medius inter caſtra:murūq; erat:aduerſus inſtructos campanorum equites ꝓceſſerunt:& ubi ad coniectum tæli uentum eſt:ſigno dato:uelites deſiliunt:pedeſtris īde acies ex equitatu repente in hoſtiū equites incurrit:iaculaq; cū impetu alia ſuper alia emittūt.Quibus plurimis ī equos uiroſq; paſſim cōiectis ꝑmultos uulnerauerūt pauoris tamē plus ire noua quā inopinata iniectum eſt:& in ꝑculſum hoſtem equites inuecti fugam ſtragemq; eorꝝ uſq; ad portas fecerunt.Inde equitatu quoq; romana acies ſuperior fuit.Inſtitutū ut uelites ī legionibus eſſent:auctorē peditum equiti immiſcẽdorum centurionē.Qu.Nauiū tradunt:honoriq; id ei apud imperatorē fuiſſe.Cum in hoc ſtatu ad Capuam res eẽnt.Annibalē in aduerſum tarentinæ arcis potiundæ.Capuæq; retinẽdæ trahebāt curæ. Vicit tamē reſpectus Capuæ in quam oīum ſociorum hoſtiūq; conuerſos uidebat aīos documẽto futuræ:qualẽcunq; euentum defectio ab romanis habuiſſet. Igitur magna parte impdeimẽtorum relicta in brutiis:& omni grauiore armatura:cū delectis exercitibus peditum equitumq;:quam poterat aptiſſimis ad maturandum ī Campaniā contẽdit:ſecuti tamē tā raptī euntē tres &.xxx.elephanti:in ualle occulta poſt Tifata montē īminentē Capuæ conſedit. Aduẽniens: cum caſtellū Galatiā ꝑſidio inde ui pulſo cepiſſet:in circūſedẽtis Capuā cōuertit ſe ꝑmiſſis nāq; nūciis Capuā:quo tpe caſtra romana aggreſſurus eſſet:ut eodē:& illi ad eruptionē parati portis oībus ſeſe effunderent:īgentē ꝑbuit terroré:nā alia parte ipſe adortus eſt:alia Campani oēs pedites equiteſq;: & cū iis punicū ꝑſidiū:cui Boſtar & Hāno ꝑerant:erupit.Romani ut in re trepida:ne ad unā cōcurrēdo partem aliqd īdefenſi relinquerent:ita īter ſe copias partiti ſunt.Appius Claudius cāpanis:Fuluius Annibali eſt oppoſitus.C.Nero ꝓprætor cū eqtibus ſextæ legionis uia:q̄ Sueſſiulā fert.C.Fuluius flaccus legatus cū ſociali eqtatu cōſtitit e regione Vulturni amnis.Præliū nō ſolito mō clamore ac tumultu eſt cœptū ſed ad alium uirorꝝ equorꝝ armorūq; ſonum:diſpoſita ī muris cāpanorꝝ imbellis multitudo tantū cū æris crepitu:q̄lis in defectu lunæ ſiléti nocte fieri ſolet:ædidit clamorē:ut auerteret ẽt pugnātiam aīos: campanos facile in ualle Appius arcebat.Maior uis ab altera parte.Fuluiū Annibal & pœni urgebant:legio ibi ſexta loco ſeceſſit.Qua pulſa cohors hiſpanorꝝ cū tribus elephātis uſq; ad uallū peruaſit:rupatq; mediā acié romanorꝝ:& in ancipiti ſpe ac piculo erat:utrum in caſtra ꝓrumperet:an includereť a ſuis. Quē pauorē legionis piculūq; caſtrorꝝ Fuluius ubi uidit.Q.Nauium primoreſq; alios cēturionū hortať:ut cohortem hoſtium ſub uallo pugnātē iuadāt ac trucidēt.In ſummo diſcrimīe rem uerti:aut uiā dādam iis eſſe & minore conatu:quā cōdēſam aciem irrupiſſent:ī caſtra irrupturos:aut cōficiēdos ſub uallo eſſe:nec magni certaminis fore rē paucos eē & a ſuis ītercluſos:& q̄ dum paueat:romanis īterrupta acies uideať:ēt ſi ſe utrūq; in hoſtē uertat:ancipiti pugna medios circūuenturā.Nauius:ubi hæc īperatoris dicta accepit:ſecūdi haſtati ſignū adēptum ſignifero in hoſtes infert iactumꝝ in medios eos minitans niſi ꝓpere ſequanť milites:& partē capeſſant pugnæ.Ingens corpus erat.& arma honeſtabāt:& ſublatū ante ſignū cōuerterat ad ſpectaculū ciues hoſteſq;.Cæterꝝ poſteaq̄ iā ad id ſignū ꝑuenerat hiſpanorꝝ:tum undiq; in eum tragulæ cōiectæ:& ꝓpe in eum unum tota acies uerſa.Sed neq; hoſtiū multitudo:neq; tælorꝝ uis arcere īpetum eius uiri potuit:&.M.Attilius legatus primi principis ex eadem legione ſignū īferri in cohortē hiſpanorꝝ coegit.Et q caſtris ꝑerant.L.Pontius Licinius:&.T.Popilius legatus:ꝑ uallo acriter ꝓpugnabāt:elephantoſq; trāſgrediētes in ipſa ualle cōficiūt. Quorꝝ cū corpibus oppleta eẽt foſſa uelut aggere: aut pōte iniecto trāſitum hoſtibus dedit:ibi ꝑ ſtragem iacētium elephātorꝝ atrox ædita cædes:Altera in parte caſtrorꝝ iam pulſi erāt campani:punicūq; ꝑſidiū & ſub ipſa porta Capuae:q̄ Vulturnū fert:pugnabať:neq; tam armati irrūpentibus romanis reſiſtebāt:quā qđ porta baliſtis ſcorpionibuſq; īſtructa miſſilibus ꝓcul hoſtes arcebat:& ſuppreſſit īpetum romanorꝝ uulnus īperatoris Appii Claudii:cui ſuos ante prīa ſigna adhortāti ſub leuo humero ſummū pectus geſſa ictū eſt.Magna tamē uis hoſtiū ante portā eſt caeſa.Caeteri trepidi in urbem cōpulſi:& Annibal poſteaquā cohortis hiſpanorꝝ ſtragē uidit:ſummaq; ui caſtra hoſtiū defendi:omiſſa oppugnatione canere ſigna:

Velites ubi primū iſtituti

Q.Nauius

Attť.anticipitem pugnā ad Capuam

Attur ſtrepitū & tinnitū campanorꝝ

Attur atrox certamea circa capuam

Attť. hoſtiū cædem

& cõuertere agmina peditum:obiecto a tergo eqtatu:ne hostis ĩstaret:cœpit:legionum ardor ĩgens ad hostem ĩsequẽdum fuit. Sed Flaccus receptui cani iussit satis ad utrũq; ꝓfectum ratus:ut & cãpani:quã haud multũ in Anniblẽ ꝑsidii eẽt:& ipse Annibal sentiret. Caesa eo die: q huius pugnae auctores sunt: octomilia hoĩum de Annibalis exercitu:tria ex campanis tradunt: signaq; carthaginẽsibus quindecim adẽpta: duo deuiginti cãpanis: apud alios nequaquã tantam molẽ pugnæ inuenio plusq; pauoris:quã certaminis fuisse:cum inopinato in castra romana numidæ hispaniq; cũ elephãtis irrupissent:elephãti ꝑ media castra uadentes stragẽ tabernaculoꝝ ingenti sonitu ac fuga abrumpentium uincula iumẽtoꝝ facerẽt. Fraudem quoq; sup tumultum adiectã immissis:ab Annibale qui habuit aliquẽ gnaꝝ latinæ linguæ:qui iuberẽt consulum uerbis quoniam amissã castra essent:pro se quẽq; militum ĩ ꝓximos montes fugere. sed ea celeriter cognita fraus:oppressãq; magna cæde hostiũ est. Elephãtos igni e castris exactos:hoc ultimũ:utriq; initum finitumq; est:ante deditionẽ Capuæ præliũ. Mediatutitus qui summus magistratus apud cãpanos est:eo ãno Seppius Lesius erat loco obscuro tenuiq; fortuna ortus:matrẽ eius quondã pro pupillo eo ꝓcurantem familiare ostentum cũ respondisset arusꝑex summũ quod esset imperiũ Capuæ ꝑuenturum ad eum pueꝝ:nihil ad eam spem agnoscentẽ dixisse ferunt:næ tu ꝓdicas perditas res campanoꝝ:ubi summus honos ad filiũ meũ perueniet. Ea ludificatio ueri & ipsa in uerum uertit. Nam cum fame ferroq; urgerentur:nec spes ulla supereslẽt sisti in spem honorum:erãt honores detrectantibus Lesius quærendo desertã ac proditã a primoribus Capuam summũ magistratum ultimus oĩum campanoꝝ cœpit. Cæterum Annibal ut nec hostes elici amplius ad pugnam uidit nec ꝑ castra eorum perrumpi ad Capuã posse:ne suos quoq; cõmeatus intercluderẽt noui consules:abscedere irrito incœpto:& mouere a Capua statuit castra. Multa secũ:quo iam ire pergeret: inde uolenti subiit animũ impetus:caput ipsum belli Romã petẽdi. Cuius rei semper cupitæ ꝑtermissam occasionẽ post cannẽsem pugnã & alii uulgo fremebãt:& ipse non dissimulabat:nec opinato pauore ac tumultu nõ esse desperãdum aliquam partẽ urbis occupari posse. Si Roma ĩ discimine esset. Capuã extẽplo missuros:aut ambos ĩperatores romanos:aut alterũ ex iis. Qui si diuisissent copias utrũq; infirmiorẽ factũ aut sibi:aut campanis benegerẽdæ rei fortunam daturos esse. Vna ea cura ãgebat:ne ubi absessisset: extemplo dederẽtur cãpani. Numidã promptum ad omnia audẽda donis ꝑlicit:ut:litteris acceptis:specie transfugæ castra romana ĩgressus altera parte Capuam clam ꝑuadat. Litteræ autem erãt adhortatione plenæ: ꝓfectionẽ suam:quæ salutaris illis foret:abstracturam ad defendẽdã Romã ab oppugnanda Capua duces:atq; exercitus romanos:ne deponerent animos tolerando paucos dies totam soluturos obsidionem. Inde naues in flumine uulturno compræhensas duci glaudio:quod iam ante ꝑsidii causã fecerat castellum:iussit:quarum ubi tantam copiam esse:ut una nocte exercitus traiici posset:allatum est cibariis decem dierum præparatis deductas nocte ad fluuium legiones ante lucem traiecit. Id priusquã fieret:ita futurum compertum ex transfugis Fuluius Flaccus senatui Romam cum scripsisset:uarie hominum animi pro cuiusq; ingenio affecti sunt:ut in re tam trepida:senatu extemplo uocato. P. Cornelius:cui Asinæ cognomen erat:exercitus oẽsq; duces ex tota Italia:neq; Capuæ:neq; ullius alterius rei memor ad urbis ꝑsidium reuocabat:Fabius Maximus abscedi a Capua terreriq; & circũagi ad nutus: cõminationesq; Annibalis flagitiosum ducebat. Qui ad Cãnas uictor:ire tamẽ ad urbẽ ausus nõ esset: eum a Capua repulsum spem potiũdæ urbis cepisse Romæ? Nõ ad Romã obsidẽdam: sed ad Capuæ liberãdam obsidionẽ ire Romã cũ eo exercitu:q ad urbem eẽt:louem fœdeꝝ ruptoꝝ ab Annibale testem:deosq; alios defensuros eẽ. Has diuersas sententias media snia. P. Valerii Flacci uicit. Qui utriusq; rei memor ĩperatoribus:q ad Capuam eẽnt:scribẽdum cẽsuit. Quid ad urbem ꝑsidii eẽt:q̃tas Annibal copias duceret:aut q̃to exercitu ad Capuam obsidẽdam opus eẽt:ipsos scire:si & Romã e ducibus alter & exercitus pars mitti posset:ut ab reliquo:& duce:& exercitu Capua recte obsideret: ĩter se cõputarẽt Claudius Fuluiusq;:utri obsidẽda Capua utri ad ꝓhibẽdam obsidiõe patriã Romã ueniẽdum eẽt. Hoc senatusco̅sulto Capuam ꝑato. Q. Fuluius ꝓconsul:cui collegæ ex uulnere egrediendum Romã erat:e tribus exercitibus:milite electo ad. xv. millia peditum:mille eqtes Vulturnũ traducit. Inde cum Annibalem latina uia ituꝝ satis cõperissẽt:ipse ꝑ Appiæ municipia:quæq; ꝓp eam uiã sunt:Sedicã orã Lauinum ꝑmisit:ut cõmeatus paratos & in urbibus haberẽt:& ex agris de uiis in uiã ꝓferrent:ꝑsidiaq; i urbes cõtraherẽt:ut sua cuiq; resp. in manu eẽt. Annibal:quo die Vulturnũ est trãsgressus:hud ꝓcul a flumine castra posuit. Postero die ꝑter Cales in agrum sedicinũ ꝑuenit:ibi diẽ unum populãdo moratus: ꝑ Suessulam aliphanũq; & casinatẽ agrũ uia latina ducit. Sub Casinũ biduo statiua habita:& passim populatiões factæ. Inde ꝑter Interamnẽ:Nequinũq; in fregellanũ agrũ ad Lirim fluuim uentũ:ubi ĩterci sum pontẽ a fregellanis morãdi itineris cã iuenit. Fuluiũ Vulturnus tenuerat amnis:nauibus ab Annibale icensis:rates ad traiiciẽdum exercitum magna inopia materiæ ægre comparantẽ:traiecto ratibus exercitu:reliquũ Fuluio expeditũ iter nõ ꝑ urbes mõ:sed circa uiam expositis benigne cõmeatibus erat Alacresq; milites:alius alium:ut adderet gradum:memor ad defendẽdam ire patriã hortabãt. Romã fregellanus nũcius diem noctẽq; itinere cõtinuato ingentẽ attulit terroré:tumultuosius: quã allatum erat:cursu hoĩum affingentiũ uana auditis totã urbem cõcitat. Ploratus mulieꝝ nõ ex priuatis solũ domibus exaudiebat:sed undiq; matronæ in publicũ effusæ circa deũ delubra discurrũt:crinibus sparsis aras uerrẽtes:nixæ genibus:supinas manus ad cælũ ac deos tẽdẽtes:orãtesq; ut urbẽ Romã e manibus hostium eriperẽt:matresq; romanas:& liberos paruos iuiolatas seruarẽt. Senatus magistratibus ĩ foro ꝑsto est:siqd cõsulere uelint. Alii accipiũt ĩperia discedũtq; ad suas qsq; officioꝝ partes. Alii offerunt se:

Præceps Annibalis cõsilium

Variæ sniæ

Vide ne secũdũ orã sit lgẽdũ

ſi quo uſus opere ſit. Præſidia in arce: in capitolio in muris: circa urbem: in monte ét Albano: atq; arce Tuſculana ponũtur Inter hunc tumultũ. Qu. Fuluium proconſ. ꝓfectũ a Capua affertur: cui ne minue retur imperiũ: ſi in urbé ueniſſet: decreuit ſenatus: ut. Qu. Fuluio paꝛ cũ cõſulibus imperiũ eſſet. Anni/bal ifeſtius: populato agro fregellano: ꝓpter inciſos pontes ꝑ fruſinaté: ferentinatemq; & anagninum agrũ in lauicanũ uenit. Inde algido tuſculũ petiit: nec receptus mœnibus ifra tuſculũ dextrorſus gabios deſcendit. Inde in Pupiniam exercitu demiſſo octomillia paſſuum a Roma poſuit caſtra. Quo propius hoſtis accedebat: eo maior cædes fiebat fugientium: procedentibus numidis pluresq; oĩum generum atq; ætatũ capiebantur. In hoc tumultu Fuluius Flaccus porta Capena cum exercitu Romã ingreſſus:

Acceſ/ſus Ful uii ad urbem

media urbe ꝑ Carinas Aeſquilias contendit. Inde egreſſus inter Aeſquilinam Collinamq; portam po/ſuit caſtra: ædiles plebis cõmeatum eo cõportarunt. Conſules ſenatuſq; in caſtra uenerunt: ibi de ſum/ma reip. conſultatum: placuit conſules circa portas Collinam Aeſquilinãq; ponere caſtra. C. Calphur/nium ꝓtorem urbanum Capitolio atq; arci præeſſe: & ſenatum frequentem in foro contineri: ſiquid i tam ſubitis rebus cõſulto opus eſſet. Inter hæc Annibal ad Anienẽ fluuium tria millia paſſuum ab ur/be caſtra admouit ibi ſtatiuis poſitis ipſe cum: duobuſmillibus equitum a porta Collina uſq; ad Her/culis templum eſt progreſſus: atq; unde maxime poterat: mœnia ſitumq; urbis obequitans contépla/batur. Id eum tam licenter: atq; ocioſe facere. Flacco indignum uiſum eſt. Itaq; immiſit equites: ſubmo ueriq; atq; in caſtra redigi hoſtiũ equitatum iuſſit. Cum cõmiſſum prælium eſſet: conſules tranſfugas numidarum: qui tum in Auentino ad mille & trecentos erant: media urbe tranſire æſquilias iuſſerũt. Nullos aptiores inter conualles tectaq; hortorum: & ſepulchra: & uacuas undiq; uias ad pugnandum futuros rati. Quos cum ex arce Capitolioq; diuo publico in equis decurrentes quidã uidiſſent: captum Auentinum conclamauerunt. Ea tantũ res tumultum ac fugam præbuit: ut niſi caſtra punica extra ur bem fuiſſent: effuſura ſe oĩs multitudo pauida fuerit. Tunc in domos atq; intecta refugiebant: uagoſq; in uiis ſuos pro hoſtibus lapidibus tæliſq; inceſſãbant nec comprimi tumultus apeririq; error poterat

Atť. ua nos in urbe tu multus

refertis itineribus agreſtiũ turba pecorumq;: quæ repẽtinus pauor ĩ urbẽ cõpulerat. Equeſtre prælium ſecundũ fuit: ſubmotiq; hoſtes ſunt: & qa multis locis cõprimendi erãt tumultus: qui temere oriebanť Placuit: omnes: qui dictatores: conſules: cenſoreſue fuiſſent: cum imperio eſſẽ: donec receſſiſſet a muris hoſtis. Et diei: quod reliquum fuit & nocte inſequenti multi temere excitati tumultus ſunt oppſſiq;.

Poſtero die trãſgreſſus Anienẽ Annibal in aciem oẽs copias eduxit. Nec Flaccus cõſuleſue certamen detrectatuere. Inſtructis utrinq; exercitibus in eius pugnæ caſum: in qua urbs Roma ꝑmiũ uictori eét imber ĩgens grãdine mixtus ita utrãq; acié turbauit: ut uix: armis retẽtis: in caſtra ſeſe receperĩt: nullius rei minore: quã hoſtiũ metu: & poſtero die eodẽ loco acies iſtructas eadẽ tẽpeſtas diremit: ubi recepiſ/ſent ſe in caſtra: mira ſerenitas cum trãquilitate oriebať: in religioné ea res apud pœnos uerſa eſt: audi/taq; uox Annibalis ferť: potiũdæ ſibi urbis Romæ modo mẽtem nõ dari: modo fortunã. Minuere ét

Vide ne ꝑ inde eius ſit legẽdũ & nõ ꝑ melius Lucus Ferõiæ

permelius & aliæ paruæ magnæq; res. Magna illa: qđ cum ipſe ad mœnia urbis Romæ armatus ſede/ret: milites ſub uexillis in ſupplemẽtũ Hiſpaniæ ꝓfectos audiuit. Parua aũt qđ ꝑ eos dies eũ forte agrũ in quo ipſe haberet caſtra ueniſſẽ: nihil ob id diminuto ꝓtio cognitũ ex quodã captiuo eſt. Id uero adeo ſuꝑbum atq; ĩdignum uiſum: eius ſoli: qđ ipſe bello captũ poſſideret: haberetq; iuentum Romæ em/ptoré: ut extẽplo uocato ꝓcõe tabernas argẽtarias: q̃ circa foꝛ romanũ tũc eẽnt: iuſſerit uenire. His mo/tus ad Turiã fluuium caſtra rettulit: ſex millia paſſuũ ab urbe. Inde ad Lucum Feroniæ pergit ire tẽplũ ea tẽpeſtate inclytum diuitiis. Capenates aliq accolæ eius erãt: primtias eo frugum donaq; alia ꝑ copia portãtes multo auro argẽtoq; id exornatũ habebãt. His oĩbus donis tum ſpoliatum tẽplũ æris acerui cum rudera milites reilgione ĩducti iacerẽt: poſt ꝓfectionem Annibalis magni iuenti: huius populatio templi haud dubia iter ſcriptores eſt. Cælius Romã euntem a Ereto diuertiſſe Annibalé tradit iterq; eius ab Reate: Cupiliiſq;: & ab Amiterno ordiť ex Cãpania in Sãnium: ĩde in pelignos ꝓueniſſe: ꝓterq; oppidum Sulmonẽ iſtituit in martianos tranſiſſe. Inde albenſi agro in marſos. Hinc Amiternũ Foru/loſq; uicum ueniſſẽ: neq; ibi error eſt: qđ tãti exercitus ueſtigia ĩtra tam breuis eui memoriã potuerint

Foruli ſabino/rũ uicuſ

cõfundi: iſſe. n. ea conſtat. Tantũ id ĩtereſt: uenerit ne eo itinere ad urbem: an ab urbe in Cãpaniã redie/rit. Cæteꝛ nõ q̃tum ꝓtinaciæ ad ꝓmendam obſidione Capuã romanis fuit: tãtum ad defendẽdam An nibali. Náq; & lucanos in brutium agrum: ad fretum uero ac Regiũ tato curſu cõtẽdit: ut ꝓpe repẽtio aduentu ĩcautos oppreſſerit. Capua: & ſi nihilo ſegnius oppreſſã ꝑ eos dies fuerat. tamẽ aduẽtum Flac ci ſenſit: & admiratio orta eſt: nõ ſimul regreſſum Annibalẽ. Inde ꝑ colloqa ĩtellexerunt relictos ſe de/ſertoſq;: & ſpem Capuæ retinẽdæ deploratam eẽ apud pœnos. Acceſſit edictũ ꝓconſulis ex ſenatuſcõ/ſulto ꝓpoſitũ uulgatũq; apud hoſtes: ut q̃ ciuis cãpanus ãte certã diem trãſiſſet: ſine fraude eét: nec ulla facta eſt trãſitio: metu magis eos quã fide continẽte: qa maiora in defectiõe deliquerãt: quã q̃bus igno/ſci poſſet. Cæteꝛ quẽadmodum nemo priuato cõſilio ad hoſtem trãſibat: ita nihil ſalutare ĩ medium conſulebať. Nobilitas remp. deſeruerat: neq; in ſenatũ cogi poterat: in magiſtratu aũt erat: q̃ nõ ſibi ho/noré adieciſſet: ſed ĩdignitate ſua uim ac ius magiſtratui: quẽ gerebat: dempſiſſet: iam ne ĩ foro qdem:

Seppiũ læſiũ in tellige q̃ media tutitus erat Ca puæ

aut publico loco prĩcipum q̃ſquã apparebat domibus icluſi pr̃iæ occaſum cũ ſuo exitio in dies expecta bant. Summa curæ oĩs in Boſtarẽ Hánonémq; ꝓfectos ꝓſidii punici uerſa erat: ſuo nõ ſocioꝛ piculo ſol licitos. Hi cõſcriptis ad Annibalẽ litteris nõ libere mõ: ſed ét aſpere: q̃bus nõ Capuã ſolũ traditam ĩ ma nu hoſtiũ: ſed ſe quoq; & ꝓſidium in oẽs cruciatus ꝓditos ĩcuſabãt: abiſſẽ eum in brutios: uelut auer/tenté ſe: ne Capua in oculis eius caperet: At hercule romanos ne oppugnatione quidem urbis Romæ

state i publico eet: edixerunt cosules: ut priuato ex censu ordinibusq;: sicut antea remiges daret: cu stipe
dio dati hisq; diez triginta: ad id edictu tantus fremitus hominum: tata indignatio fuit: ut magis dux:
qua materia seditionis deesset. Secudu siculos capanosq; plebe romana perdeda lacerandamq; sibi con

Decretu publicu in campanos

Fræmitus fessæ & exhaustæ ciuitatis

sules sumpsisse: per tot annos tributo exhaustos: nil reliqui pter terra nuda: ac uasta habere: tecta hostes
incédisse: seruos agricultores Ro. Po. abduxisse. Nuc ad militia paruo ære emendo nuc remiges iperan
do: siqd cui argéti arisue fuerit: stipédio remigu: & tributis annuis ablatu: se ut dent: qd no habet: nulla
ui: nullo iperio cogi posse: bona sua uederet: in corpore: q reliqua eent: sæuirent: ne unde redimant: qui
dem quicq; supereste. Haec non in occulto: sed propala in foro atq; oculis cosulu inges turba circunfusa

fremebant.Nec eos ſedare conſules nūc caſtigando:nūc conſolando poterāt:ſpacium deīde his tribue/re ſe dareq; ad cogitandū dixerunt:quo ipſi ad rē inſpiciēdam:expediendā uſi ſunt. Senatū poſtero die habuerunt de remigū ſuppleméto:ubi cū multa diſſeruiſſent:cū æqua plebis recuſatio eſſet: uerterunt orationé eo:ut diceret:priuatis id ſeu æquū:ſeu iniquū onus iniungēdum eſſe.Nā unde ī pecunia cum ærario non eſſet:paraturos nauales ſocios? Quomodo autē ſine claſſibus aut Siciliā obtineri:aut Italia Philippū auerti poſſe:aut tuta Italiæ littora eſſe? Cum ī hac difficultate reꝝ conſiliū hæreret:ac ꝑpe tor por quidā hominū mētes occupaſſet.Tum Leuinus cōſul:magiſtratus ſenatui:& ſenatus populo ſicut honore præſtet:ita ad oīa:quæ dura & aſpera eſſent ſubeunda:ducē debere eſſe.Siquid iniungere infe/riori uelis:id prius ī te ac tuos:ſi ipſe iuris ſtatueris:facilius oēs obedientes habeas.Nec impēſa grauis ē: cum ea pluſq; pro uirili parte ſibi quenq; capere principū uiderīt.Itaq;:ut claſſem habeat: quam ornare uolumus.Po.Ro.priuatos ſine recuſatione remiges dare:nobiſmetipſis imperemus:primū aurum:ar/gentū ſignatum:oēs ſenatores craſtina die ī publicū conferamus:ita ut annulos ſibi quiſq;:& cōiugi: & liberis:& filio bullam:& qbus uxor filiæue ſunt:ſingulas uncias pōdo auri relīquat argenti.Qui curuli ſella ſederunt:equi ornaméta:& libras pondo ut ſalinū patellāq; deoꝝ cauſa habere poſſint. Cæteri ſe/natores librā argenti tantū:æris ſignati quinamillia in ſingulos patreſſamiliæ relinquamus. Cæterum omne aurū:argētum:æs ſignatū ad triūuiros mēſarios extemplo deferamus:nullo ante ſenatuſcōſulto facto:ut uoluntaria collatio:& certamé adiuuandæ reip.excitet ad æmulādum aīos primū equeſtris or dinis:deinde reliquæ plebis:hāc unam uiam multa iter nos collocuti conſules iuenimus. Ingredimini diis beneiuuātibus:reſpu.incolumis & priuatas res facile ſaluas præſtat:publica ꝑdendo tua neqcq; ſer/ues.In hoc tanto animo conſenſum eſt:ut gratiæ ultro conſulibus agerentur. Senatui inde miſſo pro ſe quiſq; aurū argētum:& æs ī publicū cōferunt:táto certamine iniecto:ut prima iter primos nomina ſua uellēt in publicis tabulis eſſe:ut nec triūuiri accipiendo:nec ſcribæ referendo ſufficerēt.Hūc conſen/ſum ſenatus equeſter ordo ē ſecutus.Equeſtris ordinis plebs ita ſine edicto:ſine cohortatione magiſtra tus:nec remige in ſupplementum:nec ſtipendio reſpu.eguit:paratiſq; omnibus ad bellum conſules in prouincias profecti ſunt.Neq; aliud magis belli tempus fuit:quo Carthaginēſes Romanicq; pariter ua/riis caſibus īmixti magis ī ancipiti ſpe ac metu fuerīt.Nā romanis & ī ꝑuinciis hīc ī Hiſpaniā aduerſæ res:hīc ꝑſpere ī Siciliā luctū & læticiā miſcuerunt:& ī Italia tū Tarētū amiſſum dāno:& dolore:tū arce cum ꝑſidio retēta:ꝑter ſpem gaudio fuit:& terroré ſubitū pauoréq; urbis Romæ obſeſſa & oppugna/ta Capua:& poſt dies paucos capta ī læticiā uertit.Trās marinæ quoq; res quadā uice pēſatæ. Philippus hoſtis tēpore haud ſatis opportuno factus. Aetoli noui aſciti ſocii: Attaluſq; Aſiæ rex iā uel deſpōdente fortuna romanis īperium oriētis.Carthaginēſes quoq; Capua amiſſa:& Tarētū captū æquabant:& ut ad mœnia urbis Romæ nullo ꝑhibente ſe ꝑueniſſe ī gloria ponebāt.Ita pigebat irriti īcepti:pudebatq; adeo ſe ſpretos:ut ſedētibus ipſis ad romana mœnia alia porta exercitus romanus ī Hiſpaniā duceret? Ipſe quoq; Hiſpaniæ quo ꝑpius ſpe uenerāt:tantis duobus ducibus exercitibuſq; cæſis debellatū ibi:ac depulſos īde romāos eē. Eo plus a.L.Martio tumultuario duce ad uanū & irritū uictoriā redactā eē īdi gnatiōis ꝑbebāt.Ita æq;te fortūa:ſuſpēſa oīa utriq; erāt īntegra ſpe īntegro metu:uelut illo tpe primū bel/

Annibalem ante oīa angebat:qđ Capua pertinacius oppugnata a romanis:quā defenſa /lū īciperēt. a ſe:multoꝝ Italiæ populoꝝ animos auerterat:quos neq; omnes tenere ꝑſidiis:niſi uellet ī multas par/uas partes carpere exercitū:qđ minime tum expediebat:poterat:nec deductis ꝑſidiis ſpei liberā:uel ob/noxiā timoris ſocioꝝ relīquere fidē.Præceps ī auariciam & crudelitatē animus ad ſpolianda:quæ tueri nequibat:ut uaſta hoſti relīquerentur:īclinauit.Id fœdum cōſiliū tū incœpto:tū etiam exitu fuit. Neq; enim īdigna patientiū modo abalienabant aī: ſed cæteroꝝ ēt. Quippe ad plures exēplū quā calamitas pertinebat.Nec cōſul romanus tēptandis urbibus:ſicūde īpes aliqua ſe oſtēdiſſet:deerat.Salapiæ princi pes erant Daſius & Blactius:Daſius: Annibali amicus Blactius:quātū ex tuto poterat:ré romanā foue/bat:& ꝑ occultos nūcios ſpem ꝑditionis fecerat Marcello:ſed ſine adiutore Daſio res tranſigi nō pote/rat.Multū ac diu cunctatus:& tū quoq; inopia magis cōſilii potioris:quā ſpe effectus Daſiū appellabat. At ille cum ab re auerſus:tū æmulo potentatus inimicus ré Annibali aperit.Accerſito utroq;. Annibal cum pro tribunali quædā ageret:mox de Blactio cogniturus:ſtarentq; ſummoto populo accuſator & reus:Blactius de proditione Daſium appellabat:eniuero ille uelut ī manifeſta re exclamabat ſub oculis Annibalis ſecū de ꝑditiōe agi.Annibali atq; eis:q aderāt:quo audacior res erat:mīus ſimilis ueri uiſa ē. Aemulationé ꝑfecto:atq; odiū eē:& id crimé afferri:qđ qa teſté habere nō poſſet:liberius fingētes. Ita inde dimiſſi ſunt.Nec Blactius ante abſtitit tā audaci īcœpto:quā idē obtūdēdo docēdoq;:quam ea res ipſis:patriæq; ſalutaris eēt:puicit:ut ꝑſidiū punicū:hi autē numidæ erant.Salapiaq; traderēt Marcello: nec ſine cæde multa tradi potuit.Lōge fortiſſimi eqtū toto punico exercitu erāt:itaq; q̄q̄ improuiſa res fuit:nec uſus equoꝝ ī urbe erat:tamē armis iter tumultū captis:& eruptioné tēptauerūt:& cū euadere neqrēt:pugnātes ad ultimū ꝑcubuere:nec plus qnq̄gita ex his ī ptāté hoſtiū uiui uenerunt.Plus aliq̄to dāni hæc ala eqtū Annibali amiſſā:quā Salapia fuit:nec deīde unq̄ pœnus:quo lōge plurimū ualuerat: equitatu ſupior fuit.Per idē tps cū ī arce tarētina uix īopia tolerabilis eēt:ſpem oē ꝑſidiū:qđ ibi erat ro manū:ꝑfectuſq; ꝑſidii:atq; arcis.M.Liuius in cōmeatibus a Sicilia miſſis habebant:qui ut tuto ꝑterue herētur oram Italiæ:claſſis uigīti ferme nauium Regii ſtabat.Præerat claſſi: cōmeatibuſq;.D.Quīitius obſcuro genere ortus:cæteꝝ multis fortibus factis:gloria militari illuſtris:prīo naues quaꝝ maximæ duæ triremes a Marcello eī traditæ erāt:habuit:poſtea rē impigre ſæpe gerenti tres additæ qnq̄remes:

Act.ſtu diū ſena toꝝ ī iu uanda rep.

Fortūæ uariatō in ro. & penis

Salapia. Ro.reci pitur

D.Quī tius

postremo ipse a sociis reginisq; & a Vellia & a Pesio debitas ex fœdere exigẽdo classem .xxx. nauiũ: sicut ante dictũ ẽ: effecit. Huic ab Regio ꝓfectæ classi Democrates cũ pari classe nauiũ tarẽtinarꝝ numero qn decimillia ferme ab urbe ad sacriportũ obuius fuit. Velis tamẽ iprouidus futuri certaminis Romanus ueniebat: sed circa Crotonẽ Sibarimq; suppleuerat remigio nauis: instructamq; & armatam egregie ꝓ multitudine nauiũ classem habebat: & tũ forte sub idẽ fere tẽpus & uentus ois cecidit: & hostes i cõspectu fuere: ut ad cõponenda armamẽta: expediẽdumq; remigem ac militẽ ad iminens certamẽ satis tẽporis eẽt. Raro alias tantis ais iustæ cõcurrerunt classes: qppe cũ i maioris discrimine rei: quã ipsæ erãt: pugnarent. Tarẽtini ut recupata urbe ab romanis post cẽtesimũ prope annũ arcẽ etiã liberarẽt spem cõmeatus quoq; hostibus: si nauali prælio possessionem maris ademissent: itercluſuri. Romani ut retẽta possessione arcis ostẽderent nõ ui aut uirtute: sed ꝓditione ac furto Tarentũ amissum: itaq; ex utraque parte: signo dato: cũ rostris cõcurrissent: neq; retro nauẽ inhiberent: nec dirimi a se hostẽ paterent: quã quis adeptus nauẽ erat ferrea iniecta manu: ita cõserebant ex propinquo pugnã: ut non missilibus tantum: sed gladiis etiã & prope collato pede q̃rerent: proræ inter se iunctæ hærebãt: puppes alieno remigio circũagebantur: ita in arto stipatæ erãt naues: ut uix ullum tælũ i mari uanũ intercideret: frontibus uelut pedestris acies urgebant: peruiæq; naues pugnãtibus erãt. Insignis tamẽ inter cæteras pugna fuit duarꝝ: quæ primæ agminis cõcurrerant iter se: in romana naue ipse. Quintius erat. In tarẽtina Nico: cui Perconi fuit cognomẽ: nõ publico modo sed priuato etiã odio inuisus atq; infestus romanis: qđ eius fa-

Ro. classis ad scriportũ uicit

ctionis erat: quæ Tarentũ Annibali ꝓdiderat. Hic Quintiũ simul pugnantẽ: hortãtemq; suos incautũ hasta tráffixit. Ille atq; ꝓceps cum armis procidit ante prorã: uictor tarentinus i turbatã duce amisso nauem impigre trãsgressus cũ summouisset hostes: & prora iam tarẽtinorꝝ eẽt: puppim male conglobati tuerẽtur romani: repente & alia a puppi triremis hostiũ apparauit: ita i medio circũuẽta romana nauis capitur: hinc cæteris terror iniectus: ut prætoriã nauẽ captã uidere: fugientesq; passim: aliæ alto mersæ: aliæ in terra remis abreptæ mox ꝑdæ fuerunt turinis metapõtinisq;. Ex onerariis: quæ cum cõmeatu sequebãtur: ppaucæ in potestatẽ hostiũ uenere: aliæ ad icertos uentos hinc atq; illinc obliqua transferẽtes uela in altũ euectæ sunt. Nequaquã pari fortuna ꝑ eos dies Taręti res gesta. Nã ad q̃ttuormillia hominum frumentatũ egressi: cũ i agris passim uagarẽtur. Liuius q arci ꝑsidioq; Romano ꝑerat: itẽtus in omnes occasiones gerẽdæ rei. C. Persium impigrũ uirũ cũ duobusmillibus armatorꝝ ex arce emisit: q uage effusos ꝑ agros palatosq; adortus cũ diu passim cecidisset: paucos ex multis trepida fuga incedentes: semiapertis portarꝝ foribus i urbẽ cõpulit: ne urbs eodẽ ipetu caperetur. Ita æquatæ res ad Tarentũ romanis uictoribus terra fruməti spes: quæ i oculis fuerat: utrosq; frustrata pariter. Per idẽ tempus Leuinus cõsul iam magna parte anni circũacta in Siciliã ueteribus nouisq; sociis expectatus cum uenisset: primũ ac potissimũ ratus oium syracusanis noua pace incõditas cõponere res. Agrigentũ inde: qđ belli reliquũ erat: tenebaturq; a Carthaginẽsium ualido ꝑsidio: duxit legiões: & affuit fortuna icœpto. Hanno erat iperator carthaginẽsiũ: sed oẽm in Mutinæ numidisq; spem repositam habebat: per totã Siciliã uagus prædas agebat ex sociis Romanorꝝ: neq; itercludi ab Agrigẽto ui: aut arte ulla: nec qn erũperet: ubi uellet prohiberi poterat. Hæc eius gloria qa iam iperatoris quoq; famæ officiebat: postremo in inuidiam uertit: ut ne bene gestæ quidẽ res iam Hannoni ꝓ auctorẽ satis letæ eẽnt: ꝓpter quæ postremo præfecturã eius filio suo dedit ratus cũ imperio auctoritatẽ quoque & inter numidas erupturum. Quod lõge aliter euenit: nam ueterẽ fauorẽ eius sua insuper inuidia auxit. Neq; ille indignitatem iniuriæ tulit: confestimq; ad Leuinũ occultos nuncios misit: de tradendo Agrigento: ꝑ quos ut est facta fides: cõpositusq; rei gerendæ modus: portã ad mare ferentẽ numidæ cũ occupassent: pulsis inde custodibus aut cæsis: romanos ad idipsum missos i urbem acceperunt. Et cũ agmine iam in mediam urbem: ac forum magno tumultu iretur: ratus Hãno nõ aliud quam tumultũ ac secessionẽ: id quod & ante acciderat: numidarꝝ esse ad cõprimendam seditionẽ processit: atq; ille cum ei multitudo maior: quam numidarũ procul uisa: & clamor romanus haud quaquã ignotus ad aures accidisset priusquã ad ictũ tæli ueniret: capessit fugã ꝑ auersam portã emissus: assumpto comite. M. Epicide cum paucis ad mare puenit: nactiq; opportune paruum nauigiũ: relicta hostibus Sicilia de qua ꝑ tot annos certatũ erat: in Africam traiecerũt. Alia multitudo pœnorꝝ siculorũq;: ne tẽptato qdẽ certamine: cũ cæci in fugã ruerẽt: clausiq; exitus eẽnt: circa portas cæsa. Oppido recepto Leuinus: q capita rerũ Agrigẽti erãt: uirgis cæsos: securi ꝓcussit: cæteros prædãq; uendidit: oẽm pecuniã Romã misit. Fama agrigẽtinorꝝ cladis cũ Siciliam peruasisset: oia repente ad romãos iclinauere. Prodita breui sunt .xx. oppida. Sex ui capta. Voluntaria deditione in fidẽ uenerũt ad quadragita. Quarꝝ ciuitatũ principibus: cũ ꝓ cuiusq; merito cõsul ꝑmia pœnasq; exoluisset: coegissetq; siculos: positis tãdem armis ad agrũ colendũ animos cõuertere: ut eẽt nõ incolarꝝ modo alimẽtis frugifera ĩsula: sed urbis Romæ atq; Italiæ: id qđ multis sæpe tẽpestatibus fecerat: annonã leuaret. Ab Agatirna icõditã multitudinẽ secũ i Italiã trãsuexit. Quattuormillia hominum erãt mixti ex omni colluuiõe exules obærati: capitalia ausi plæriq;: & cũ i ciuitatibus suis ac sub legibus uixerãt: & posteaq̃ eos ex uariis causis fortũa similis cõglobauerat. Agatirnæ ꝑ latrocinia ac rapinã tolerantes uitã. Hos neq; reliquere Leuinus i ĩsula tũ primũ noua pace coalescẽte uelut materiã nouãdis rebus satis tutũ ratus ẽ: & reginis usui futuri erãt ad populãdũ Brutiũ agrũ: assuetã latrociniis q̃rentibus manũ. Et qđ ad Siciliã attinet: eo anno dilatũ bellũ est. In Hispania principio ueris. P. Scipio nauibus dedeductis: euocatisq; edicto Tarraconẽ sociorꝝ auxiliis classem onerariasq; ostiũ inde Iberi fluminis petere iubet. Eodẽ legiões ex hybernis cõuenire cũ iussisset: ipse cũ qnquemillibus sociorꝝ a Tarracõe profe

Mœsto potiusq̃ Marco Epicidenã pœnorum nulli Marco ꝓnomẽ fuit pacat Sicilia a Leuio pœnis electis Scipiõis uerba aducte milites

ctus ad exercitum est:quo cũ ueniſſet:alloquendos maxime ueteres milites : qui tantis ſuperfuerãt cladibus:ratus:concione aduocata:ita:diſſeruit.Nemo ante me nouus iperator militibus ſuis:priuſquam eorum opera uſus eſſet:gratias agere iure ac merito potuit:me uobis:priuſquam prouiciam aut caſtra uiderem:obligauit fortuna primum:quod & pietate erga patrem patruumq; meum:uiuos:mortuoſq; fuiſtis:deinde:quod amiſſam tanta clade ꝓuinciæ poſſeſſionem integram & populo romano & ſucceſſiori mihi uirtute ueſtra obtinuiſtis:ſed cum iam benignitate deum id paremus atq; agamus:nõ ut ipſi maneamus in Hiſpania ſed ne pœni maneant:nec ut pro ripa Iberi ſtantes:arceamus tranſitum hoſtis:ſed ut ultro trãſeamus:tranſferamuſq; bellũ:uereor:necui ueſtrum maius id audaciuſq; conſilium quam aut pro memoria cladium acceptarũ nuper:aut pro ætate mea uideatur.Auerſæ pugnæ ĩ Hiſpania nullius in animo quam meo minus obliterari poſſunt:quippe cui pater & patruus intra.xxx.dierũ ſpatiũ:ut aliud ſuper aliud cumularet familiæ noſtræ funus interfecti ſunt: ſed ut familiaris pœne orbitas:ac ſolitudo frangit animum ita publica:tum fortuna:tum uirtus deſperare de ſumma rerum ꝓhibet eo facto:quo donata nobis ſors eſt ut magnis omnibus bellis uicti uicerimus:uetera omitto.Porſenam:gallos:ſamnites.A punicis bellis incipiam:quot claſſes?quot duces?quot exercitus priore bello amiſſi ſunt?iã qđ hoc bello memorem?oĩbus aut ipſe affui cladibus: aut quibus abfui maxime unus omniũ eas ſenſi Trebia. Thraſimenus.Cannæq; quid aliud ſunt quam monumenta occiſorum exercituum cõſulumq; romanorum?adde defectionem Italiæ Siciliæ:maioris partis Sardiniæ:adde ultimũ terrorem ac pauorem:caſtra punica inter Anienem & mœnia romana poſita:& uiſum prope in portis uictorem Annibalem:in hac ruina rerum ſtetit una atq; integra & immobilis uirtus populi romani: hæc omnia ſtrata humi erexit:ac ſuſtulit.Vos omnium primi milites:poſt cannenſem cladem uadẽti Aſdrubali ad alpis Italiãq;: qui ſi ſe cũ fratre coniunxiſſet : nullũ iam nomen eſſet populi romani:ductu auſpicioq; patris mei obſtitiſtis: & hæ ſecundæ res illas aduerſas ſuſtinuerut.Nũc begninitate deũ omnia ſecunda:proſpera:in dies lætiora:ac meliora in Italia Siciliaq; gerũtur.In Sicilia Syracuſæ.Agrigentum captum pulſi tota inſula hoſtes:receptaq; prouincia ĩ dicione populi romani eſt.In Italia Arpi recepti. Capua capta: iter omne ab urbe Roma trepida fuga emenſus Annibal in extremũ angulum agri Brutii compulſus:nihil:aim maius precatur deos:quam ut in columi cedere atq; abire ex hoſtiũ terra liceat:quid igitur minus conueniat milites:quẽ cum aliæ ſuper alias clades cumularentur : ac dii prope ipſi cum Annibale ſtarent:uos hic cum parentibus meis.Aequentur enim ipſi etiam honore nominis ſuſtinuiſſe labentem fortunam populi romani : nunc eoſdem quia illic omina ſecunda lætaque ſunt animis deficere?nuper quoq;:quæ acciderunt:utinam tam ſine meo luctu quã ueſtro tranſiſſent.

Terrores&clades ſecũdi belli punici

Nunc dii ĩmortales ĩperii Roma.præſides centuriis omnibus ut mihi ĩperium iuberent dari fuere auctores:iiſdẽ auguriis:auſpiciis & per nocturnos etiam uiſus oĩa læta ac proſpera portẽdunt.Animus quoq; meus maximus mihi ad hoc tempus uates ꝑſagit ueſtram Hiſpaniam eſſe breui tempore: hinc omne punicum nomen maria:terraſq; fœda fuga impleturum.Quod mens ſua ſponte diuinat:idem ſubiicit ratio haud fallax.Vexati ab his ſocii noſtram fidem per legato implorant:Tres duces diſcrepãtes prope ut defecerint alii ab aliis trifariam exercitus in diuerſiſſimas regiones diſtraxere.Eadem in uiros ingruit fortuna:quæ nup nos afflixit. Nam & deſeruntur ab ſociis:ut prius ab Celtiberis nos. Deduxerunt exercitus:quæ patri patruoq; meo cauſa exitii fuit:nec diſcordia inteſtina coire eos in unum ſinet:neq; ſinguli nobis reſiſtere poterunt.Vos modo milites fauete nomini Scipionum:ſoboli imperatorum ueſtrorum uelut acciſis recreſcenti ſtirpibus.Agite ueteres milites nouum exercitum:nouũque ducem traducite Iberum:traducite ĩ terras cum multis fortibus factis ſæpe a uobis peragratas:bene faciam ut quemadmodum nunc noſcitatis in me patris patruiq; ſimilitudinem oris uultuſq; & liniamẽta corporis:ita ĩgenii fidei uirtutiſq; exemplum ac effigiem uobis reddam:ut reuixiſſe:aut renatum ſibi quiſq; Scipionem imperatorem dicat.Hac oratione accenſis militum animis relicto ad præſidium regionis eius.M.Sillano cum tribus millibus peditum &.ccc.equitibus:cæteras omnes copias erant ad.xxv.millia peditum:duo millia & quingenti equites Iberum traiecit.Ibi quibuſdam ſudentibus ut quoniam in tris tam diuerſas regiones diſceſſient punici exercitus:ꝓximum aggrederetur: periculum eſſe ratus ne eo facto in unum omnes contraheret:nec par eſſet unus tot exercitibus: Carthaginem nouam interim oppugnare ſtatuit:urbem tum ipſam opulentam ſuis opibus: tum hoſtium omni bellico apparatu plenam.Ibi arma:ibi pecuniæ:ibi totius hiſpaniæ obſides erant:ſitam præterea tum opportune ad traiciendum in Africam:tum ſuperportum ſatis amplum quantæuis claſſi & neſcio an num Hiſpaniæ oram:quæ noſtro adiacet mari.Nemo omnium quo iretur ſciebat præter.C. Lelium.Is claſſe circũmiſſus ita moderari curſus nauium iuſſus erat:ut eodem tẽpore exercitus oſtenderet:& claſſis portum intraret.Septimo die ab Hiero Carthaginem uentum eſt:ſimul terra marique caſtra ab regione urbis:qua in ſeptentrionem uerſa eſt:poſita:his ab tergo:nam frons natura tuta erat nullum uallum obiectum.Cæterum ſita Carthago ſic eſt.Sinus eſt maris media fere hiſpaniæ ora maxime africo uento oppoſitus:quingentos paſſus introrſus retractus paulo plus paſſuum in latitudiné patenes: huius in hoſtio ſinus parua inſula obiecta ab alto portum ab omnibus uentis præterquã africo tutum facit:ab intimo ſinu pene inſula excurrit:tumulus is ipſe:in quo condita urbs eſt ab ortu ſolis & a meridie cincta mari ab occaſu ſtagnum claudit patulum & ad ſeptentrionem fuſum ĩcertæ altitudinis utcũq; exeſtuat mare continenti urbem iugum.cc.fere:&.l.paſſus patens coniungit:unde cũ tam parui operis munitio eſſet nõ obiecit uallum iperator romanus:ſeu fidutiam hoſti ſuperbe oſten

tans:ſiue ut ſubeundi ſæpe ad mœnia urbis recurſus pateret:cætera quæ munienda erãt cum perfeciſſet naues etiam in portu uelut maritimam quoq; oſtentans obſidionem ĩſtruxit:circunuectuſq; claſſe cum monuiſſet præfectos nauium ut uigilias nocturnas iterim ſeruarent: omnia ubiq; primo obſeſſum hoſtem conari:regreſſus in caſtra ut conſilii ſui rationem quod ad urbem potiſſimum oppugnãdam bello orſus eſſet militibus oſtenderet:& ſpem potiundæ hortando faceret:concione aduocata ita diſſeruit. Ad urbem unam oppugnandam ſiquis uos adductos credit:is magis operis ueſtri: q̃ emolumenti rationem milites habet:oppugnabitis enim uere mœnia unius urbis:ſed ĩ una urbe uniuerſam ceperitis hiſpaniam:hic ſunt obſides omnium nobilium regum populorumq;:qui ſimul in poteſtate ueſtra erunt:extemplo omnia:quæ nũc ſub Carthaginẽſibus ſunt:in dicionem noſtram tradẽt: hic pecunia omnis hoſtium:ſine qua neq; illi gerere bellum poſſunt:qppe qui mercennarios exercitus alant & quæ uobis maximo uſui ad conciliãdos aĩos barbarorum erit:hic tormenta:arma oĩs apparatus belli eſt:qui ſimul uos ĩſtruet:& hoſtes nudabit:potiemur p̃terea tum pulcherrima oppulentiſſimaq; urbe:tum opportuniſſima:portu egregio:unde terra mariq; quæ belli uſus poſcunt ſuppeditentur: quæ cũ magna ipſi habebimus: tum dempſerimus hoſtibus multo maiora:hæc illis arx:hoc horreũ:ærarium:armamentarium:hoc omnium rerum receptaculum eſt:hĩc rectus ex Africa curſus eſt:hæc una inter Pyrenæum & Gades ſtatio:hinc omnis hiſpaniæ imminet Africa. Sed quoniam uos iſtructos & ordinatos cognoſco:ad Carthaginem nouam oppugnandam totis uiribus & bono animo tranſeamus. Cumq; oẽs una uoce hoc faciendum ſucclamarent.eos Carthaginem duxit:tum terra mariq; eã oppugnari iubet:Cõtra Mago pœnorum dux:cum terra mariq; iſtrui oppugnationem uideret: & ipe copias ita diſponit. Oppidanoq; duomillia ab ea parte:qua caſtra romana erant: opponit. Quingentis militibus arcem iſedit. Quingentos tumulo urbis ĩ orientem uerſo imponit. Multitudinem aliã quo clamor:quoq; uis auocaſſet:reſiſtentem ad oĩa occurrere iubet. Patefactã deinde porta:eos:quos in uia ferente ad caſtra hoſtium inſtruxerat:mittit. Romani duce ipſo p̃cipiente parumper ceſſere: ut ꝓpiores ſubſidiis in certamine ipſo ſummitendis eſſent. Et primo haud impari ſtetere acie. Subſidia deinde identidem ſummiſſa caſtris non auerterunt ſolum in fugam hoſtes:ſed adeo effuſis inſtiterunt:ut niſi receptui cecinĩſſet:permixti fugientibus irrupturi fuiſſe in urbem uiderentur. Trepidatio uero non prælio maior:quam tota urbe fuit. Multæ ſtationes pauore:atque loca deſerta ſunt: relictique muri: cum qua cuique erat proximum:diſſiluiſſet. Quod ubi Scipio in tumulum obuerſus:quem Mercurium Teutatem appellant:aduertit:multis partibus nudata defenſoribus mœnia eſſe:omnes e caſtris excitos ire ad oppugnandam urbem:& ferre ſcalas iubet:ipſe præ ſe trium iuuenum ualidorum ſcutis oppoſitis:ingens enim iam uis omnis generis tælorũm e muris uolabat ad urbem ſuccedit: hortatur:imperat:quæ in rem ſunt. Quodque plurimũ ad accendendos animos militũ intererat: teſtis ſpectatorq; uirtutis atq; ignauiæ cuiuſq; adeſt. Itaq; in uulnera:ac tæla ruũt:neq; illos muri: neq; ſuperſtãtes armati arcere queunt:quin certatim aſcendãt. Et a nauibus eodem tempore ea:quæ mari abluitur: pars urbs oppugnari cœpta eſt:cæterũ tumultus inde maior:quam uis uideri poterat:dum applicant: dum partim exponunt ſcalas:militeſq;:dum qua cuiq; proximum eſt in terram euadere properãt:ipſa feſtinatione & certamine alii alios impediũt. Inter hæc repleuerat iã pœnus armatis muros:& uis magna:& ingens copia congeſta tælorum ſuppeditabat. Sed neq; uiri nec tæla nec quicquã aliud æque :q̃ mœnia ipſa ſeſe defendebant. Raræ enim ſcalæ altitudini æquari poterant:& quo quæq; : altiores eo infirmiores erant:itaq; cum ſummus quiſq; euadere non poſſet:ſubirent tamen:aliæ oneræ ipſo frangebantur. Quidam ſtantibus ſcalis:cum altitudo caliginem oculis effudiſſet:ad terrã delati ſunt. Et cum paſſim homines ſcalæq; ruerent:& ipſo ſucceſſu audacia:atq; alacritas hoſtium creſceret: ſignum receptui datũ eſt:quod ſpem non præſentis modo a tanto certamine ac labore quietis obſeſſis : ſed etiam ĩ poſterum dedit:ſcalis & corona capi urbem non poſſe. Opera & difficilia eſſe:& tempus daturum ad ferendam opem imperatoribus ſuis. Vix prior tumultus conticuerat cum Scipio a defeſſis iam uulneratiſq; recentes integroſq; alios accipere ſcalas iubet:& ui maiore aggredi urbem . Ipſe:ut ei nunciatum é æſtũ decedere:quod per piſcatores tarraconenſes nunc leuibus cymbis:nunc ubi eæ ſederẽt: uadis peruagatos per ſtagnum compertum habebat:facilem pedibus ad murum tranſitum dari eo armatos duxit. Medium ferme diei erat:& ad id:quod ſua ſponte cedente in mare æſtu trahebatur aq̃a : acer etiã ſeptentrio ortus inclinatum ſtagnum eodem:quo æſtus ferebat:& adeo nudauerat uada:ut alibi umbilico tenus aqua eſſet alibi uix genua ſuperaret:hoc cura:ac ratione compertum:in prodigium ac deos uertens Scipio qui ad tranſitum romanis mare uerterent:& ſtagna auferrẽt:uiaſq; ante nunquã initas humano ueſtigio aperirent. Neptũnum iubebat ducẽ itineris ſequi: ac medio ſtagno euadare ad mœnia. A terra ingens labor ſuccedentibus erat nec altitudine tantum mœnium impediebantur:ſed quod euntes ad ancipites utrinque ictus:ſubiectos habebant romanos:ut latera infeſtiora ſubeuntibus : quã aduerſa corpora eſſent. At parte in alia quietus:& per ſtagnũ facilis tranſitus:& in murum aſcenſus ide fuit. Nam neq; opere emunitus erat:ut ubi ipſius loci ac ſtagni præſidio ſatis cerditum foret:nec ulla armatorum ſtatio:aut cuſtodia oppoſita:intentis omnibus ad opem ferendam unde periculum oſtendebatur. Vbi urbẽ ſine certamine intrauere:pergunt inde:quãto maxĩo curſu poterant:ad eã portã circa q̃ oẽ contractũ certamen erat:in quod adeo intenti oĩum non ſolũ animi fuere : ſed etiã oculi aureſq; pugnantiũ:ſpectantiũq;: adortãtiũ pugnantes:ut nemo a tergo ſentiret ante captã urbẽ quã tæla in auerſos inciderunt:utrinq; ancipitẽ hoſtẽ habebãt. Tũ turbatis defenſoribus metu & mœnia capta:& porta

Cartha go noua a Scipiõe oppugnat

Att. Scipiõis ardorẽ & cõſtãtiã

Capit noua Cartha go

intus foriſq; pariter refringi cœpta: & mox cedendo confectis ac diſtractis : ne iter ipediretur foribus armati ipetum fecerũt.Magna multitudo & muros trãſcendebat:ſed ipſi paſſim ad cædem oppidanorum uerſi:illa quæ portam igreſſa erat:iuſta acies cum ducibus:cum ordinibus media urbe in forum proceſſit.Inde cum duobus itineribus fugientes uiderent hoſtes:alios ad tumulum in orienté uerſum qui tenebatur quingentoꝝ militũ præſidio:alios in arcem:in quã & ipſe Mago cum oĩbus fere armatis:qui muris pulſi fuerant:refugerat:parté copiaꝝ ad tumulũ expugnandum mittit: parté ipſe ad arcem ducit:& tumulus primo impetu eſt captus:& Mago arcem conatus defendere:cum oĩa hoſtium plena uideret:neq; ſpem ullam eſſe:ſe arcemq; & præſidium dedidit:Quoad dedita arx eſt:cædes tota urbe paſſim factæ.nec ulli puberum:qui obuius fuit:parcebatur:tum ſigno dato:cædibus finis factus. Arx cũ Magõe deditur Ro.

Ad prædam uictores uerſi:quæ ĩgens omnis generis fuit.Liberorum capitum uirilis ſexus ad decẽ millia capta.Inde:qui ciues nouæ Carthaginis erant:dimiſit.Vrbemque & ſua omnia:quæ reliqua eis bellum fecerat:reſtituit.Opifices ad duo millia hominum erant:eos publicos fore Popu.Roma.edixit cum ſpe propinqua libertatis:ſi ad miniſteria belli operam enixe nauaſſent. Cæteram multiudinem incolarum iuuenum ac ualidorum ſuorum in claſſem ad ſupplementum remigum dedit.Et auxerat nauibus octo captiuis claſſem.Extra hanc multitudinem hiſpanorum obſides erant.Quorum perĩde: ac ſi ſociorum liberi eſſent:cura habita.Captus & apparatus ingens belli.Catapultæ maxiæ ferme centum uiginti:minores.cclxxxi.baliſtæ maiores.xxiii. minores.lii. ſcorpiorum minorumq; armorum tælorumq; ingens numerus:Signa militaria.lxxiiii.Et auri argentique relata ad imperatorem magna uis.Pateræ aureæ fuerunt.cclxxvi.libræ ferme omnes pondo.Argenti facti ſignatiq; decem & octomillia:&.ccc.pondo.Vaſorum argenteorum magnus numerus.Hæc omnia.C.Flaminio quæſtori appenſa adnumerataq; ſunt.Tritici.xl.millia modiorum.Hordei.cclxx.At naues onerariæ.lxiii.in portu expugnatæ captæque quædam cum ſuis oneribus:frumento:armis:ære præterea: ferro: & linteis: & ſparto:& nauali alia materia ad claſſem ædificandam:ut minimum omnium ĩter tantas opes bellicas Carthago ipſa fuerit.Eo die Scipio.C.Lælio cum ſociis naualibus urbem cuſtodire iuſſo:ipẽ ĩ caſtra legiones reduxit feſſoſq; milites:omnibus uno die belli operibus:quippe & qui acie:dimicaſſent: & in capienda urbe tantum laboris periculiq; adiſſent:& capta cum iis:qui in arcem confugerant: iniquo etiã loco pugnaſſent:curare corpora iuſſit.Poſtero die militibus naualibuſq; ſociis conuocatis: primũ diis immortalibus laudes:gratiaſq; egit:qui ſe non urbis ſolum oppulẽtiſſimæ oĩum in Hiſpania uno die compoté feciſſent:ſed ante eo congeſſiſſent oĩs pœne Africæ:atq; Hiſpaniæ opes:ut neq; hoſtibus qcq̃ relinqueretur:& ſibi ac ſuis oĩa ſupereſſent.Militũ deĩde uirtutẽ collaudauit:quod eos nõ eruptio hoſtium:non altitudo mœnium:non inexplorata ſtagni uada:non caſtellum in alto tumulo ſitum:non munitiſſima arx deterruiſſet:quo minus tranſcẽderẽt omnia:perrumperentq;.Itaq;: quanquam omnibus omnia deberet: precium tamen muralis coronæ decus eius eſſe qui primus murum aſcendiſſet:profiteretur:qui ſe dignum eo duceret dono.Duo profeſſi ſunt. Qu.Tyberilius centurio legionis quartæ:&.Sex.Digitius ſocius naualis.Nec ipſi tam acriter inter ſe contendebant: quam ſtudia excitauerãt:uterq; ſui corporis homnium.Sociis.C.Lælius claſſis.Legionariis.M.Sempronius Turditanus aderat.Ea contentio cum prope ſeditionem ueniret.Scipio tres recuperatores cum ſe daturum pronũciaſſet:qui cognita cauſa:teſtibuſq; auditis:iudicarent : uter prior in oppidum tranſcendiſſet.C. Lælio &.M.Sempronio aduocatis partis utriuſq;.Cornelium Claudiũ de medio adiecit:eoſq; tres recuperatores conſidere:& cauſam cognoſcere:iuſſit.Dum res eo maiore ageretur certamine : quod amoti tantæ indignitatis non tam aduocati:quam moderatores ſtudiorum fuerant.C.Lælius relicto conſilio ad tribunal ad Scipionem accedit:eumq; docet rem ſine modo:ſine modeſtia agi ac prope eſſe : ut manus etiam inter ſe conſerant.Cæterum:ſi uis abſit : nihilominus deteſtabili extemplo rem agi.Quippe ubi fraude ac periurio decus petatur uirtutis.State hinc legionarios milites:hinc claſſicos : per omnes deos apparatos iurare magis quæ uelĩt:quã quæ ſciant uera eſſe:& obſtringere periurio non ſe ſolum:ſuũq; caput:ſed ſigna militaria:& aquilas:ſacrementiq;religionem.Hæc ſed ad eum de ſententia.P.Cornelii &.Martii.Sempronii deferre.Scipio:collaudato Lælio:ad concionem aduocauit : pronũciauitq; ſe ſatis compertum habere.Qu.Tyberilium:& Sex.Digitium pariter in murum aſcendiſſe:ſeque eos ambos uirtutis cauſa coronis muralibus donare.Tum reliquos:pro ut cuiuſq; meritũ uirtutiſq; erat:donauit Ante omnes.C.Lælium præfectũ claſſis: & omni genere laudis ſibimetipſis æquauit:& corona aurea ac.xxx.bobus donauit.Tum obſides ciuitatum Hiſpaniæ uocari iuſſit.Quorum quãtus numerus fuerit:piger ſcribere:quippe ubi alibi.ccc.ferme:alibi.ccc.uigintiq; fuiſſe inueniam.Aeq; & alia inter auctores auctores diſcrepant.Præſidiũ punicum alius.x.alius.vii.alius non plus:quam duummillium fuiſſe ſcribit.Capta alibi decemmillia capitum:alibi ſupra.v.&.xx.inuenio. Scorpiones maiores minoreſue ad.lx.captos ſcripſerim:ſi auctorem græcũ ſequar:Silenum.Si Valerium Antiatem:maiorum ſcorpionum ſexmillia:minorum.xiii.aedo nullus mentiẽdi modus eſt.Nec de ducibus quidem conuenit plæriq; Lælium præfuiſſe claſſi:ſunt qui.M.Iunium Syllanum dicant.Armem præfuiſſe punico præſidio deditumq; romanis Antias Valerius.Magonem alii ſcriptores tradunt.Non de numero captarum nauium:non de pondere auri atque argenti:& redactæ pecuniæ conuenit.Si aliquis aſſentire neceſſe eſt: media ſimillima ueris ſunt. Cæterum Scipio: uocatis obſidibus : primum uniuerſos bonũ animum habere iuſſit:ueniſſe eos in populi romani poteſtatem : qui beneficio quam metu obligare homines

Recuperatores

Scriptorũ uariatio

malit:exteraſq; gentes fide:ac ſocietate iunctas habere: quam triſti ſubiectas ſeruitio. Deinde acceptis nominibus ciuitatum:recenſuit captiuos:qui cuiuſq; populi eſſent:& nuncios domum miſit: ut ad ſuos quiſq; tecipiendos ueniret.Si quarum forte ciuitatum legati aderant:eis præſentibus ſuos reſtituit. Cæterum curam benigne tuendorum.C.Flaminio quæſtori attribuit.Inter haec e media turba obſidum mulier magno natu Mandonii uxor:qui frater Ilergetum Reguli erat:flens ad pedes imperatoris procedit:obteſtariq; cœpit:ut curam cultumq; fœminarum impenſius cuſtodibus commendaret: cum Scipio nihil profecto defuturum diceret:tum rurſus mulier. Haud magni iſta facimus inquit: quid enim huic fortunæ non ſatis eſt?alia mihi cura ætatum harum intuenti.Nam ipſa extra periculum iniuriæ muliebris ſuum animum ſtimulabant ætate & forma florentes circa eam Indibilis filiæ eæq; nobilitate pari:quæ eam omnes pro parente colebant. Tum Scipio:Meæ Popu.q;. Roma.diſciplinæ cauſa facerem inquit:nequid:quod ſanctum uſquam eſſet apud nos uiolaretur.Nunc ut id curem impenſius:ueſtra quoq; uirtus dignitaſque facit:quæ nec in malis quidem oblitæ decoris matronalis eſtis.Spectatæ deinde integritatis uiro tradidit eas:tuerique haud ſecus uerecundæ atque modeſte:quam ciuium coniuges:ac matres iuſſit. Captiua deinde a militibus adducitur adulta uirgo adeo eximiæ formæ:ut quacunq; ſe uerteret:omnium conuerteret oculos.Scipio percunctatus patriam: parenteſque inter cætera accepit deſponſatam eam principi celtiberorum adoleſcenti:cui Luceio nomen erat.Extemplo igitur parentibus ſponſoq; a domo accitis:cum interim audiret deperire eum ſponſæ amore:ubi primum uenit:accuratiore eum ſermone:quam parentes alloquitur. Iuuenis:inquit: iuuenem appello minor ſit inter nos huius ſermonis uerecundia. Ego cum ſponſa tua uocata a militibus noſtris ad me deducta eſſet: audiremque eam tibi cordi eſſe:& forma faceret fidem: quia ipſe: ſi frui liceret:ludo ætatis præſertim illecto:& læto legitimoque amore & non reſpu.animum noſtrum occupaſſet:ueniam mihi dari ſponſam impenſius amanti uellem: tuo cuius ſponſa eſt: amori faueo:

Scipionis cõtinẽtia

fuit ſponſa tua apud me:eadem:qua apud ſoceros tuos:parenteſque ſuos uerecundia ſeruata eſt tibi:ut inuiolatum: & dignum me teque dari tibi donum poſſet: hanc mercedem unam pro eo munere paciſcor:amicus Popu.Roma.ſis:& ſi me uirum bonum credis eſſe qualem patrem patruumq; meũ iam ante hæ gentes norant:ſcias multos noſtri ſimiles in ciuitate romana eſſe:nec ullum in terris populum hodie dici poſſe:quẽ minus tibi hoſtẽ:tuiſq; eẽ uelis:aut amicũ malis.Adoleſcẽs ſimul pudore gaudioq; perculſus dextrã Scipionis tenens deos omnis inuocare ad gratiã illi pro ſe referendam.Quoniam ſibi nequaquam ſatis facultatis pro ſuo animo:atq; illius erga ſe eſſet.Parentes inde cognatiq; uirginis appellati: q quoniã gratis ſibi redderetur uirgo:ad quam redimẽdam ſatis magnum attuliſſent auri pondus:orare Scipionem:ut id ab ſe donum acciperet:cœperunt : haud minorem eius rei apud ſe gratiam fore affirmantes:quam redditæ inuiolatæ foret uirginis.Scipio quando tantopere peterent:accepturum ſe pollicitus poni áte pedes iuſſit:uocatoq; ad ſe Luceio:ſuper dotem:quã:inquit:accepturus a ſocero es:hæc tibi a me dotalia dona accedent:aurumq; tollere ac ſibi habere iuſſit . His lætus donis: honoribuſq; dimiſſus domũ impleuit populares laudibus & meritis Scipiõis. Veniſſe diis ſimilimum iuuenem uincentem omnia tum armis : tum benignitate ac beneficiis.Itaq; delectu clientium habito: cum mille &.cccc.equitibus ítra paucos dies ad Scipionem rediit Scipio retento ſecum Lælio: dum captiuos obſideſq; & prædam ex conſilio eius diſponeret ſatis omnibus compoſitis : data quinquereme captiuis Magone:& qndecim fere ſenatoribus:qui ſimul cum eo capti erant:in naue impoſitis:nunciũ uictoriæ Romam mittit.Ipſe paucos dies:quibus morari Carhtagine ſtatuerat:exercendis naualibus

Atq; Militarem meditationem

pedeſtribuſque copiis abſumpſit. Primo die legiones in armis quattuormillium ſpatio decurrerunt. Secudo die arma curare:& tergere ante tentoria iuſſit. Tertio die ſubdibus inter ſe in modum iuſtæ pugnæ concurrerunt:præpilatiſque miſſilibus iaculati ſunt. Quarto die quies data. Quinto iterum in armis decurſum eſt.Hunc ordinem laborisquietiſque:quoad Carthagine morati:ſunt:ſeruauerũt. Remigio claſſis ciues:militeſque tranquillo in altum euecti agilitatem nauium ſimulacris naualis pugnæ experiebantut. Hæc extra urbem terra mariq; corpora ſimul:animoſque ad bellum acuebant. Reſpubli.ipſa ſtrepebat apparatu belli:fabris omnium generum in publica officina incluſis:data cuncta pari cura ſubibat.Nunc operibus aſpiciendis tempus dabat:quæq; in officinis:quæq; in armamentario: quæ ab naualibus ſociorum fabrorum multitudo plurima in ſingulos dies certamine ingenti feacibat His ita inchoatis refectiſque quos quaſſauerant muris:diſpoſitiſque præſidiis: accurato iam urbis.Tarraconem eſt profectus:A multis legationibus protinus in uia aditur : quas partim dato reſponſo:ex itinere dimiſit:partim diſtulit Tarraconẽ:quo omnibus nouis ueteribuſque ſociis edixerat conuentum.Et cuncti fere : qui cis Iberum colunt:populi multiq; etiam ulterioris Hiſpaniæ conuenerunt:Carthaginenſium duces primo ex induſtria famam captæ Carthaginis cõpreſſerant. Deinde:ut clarior res erat:quam ut tegi : ac diſſimulari poſſet: eleuabant uerbis. Nec oppinato aduentu: ac prope furto unius diei urbem unam Hiſpaniæ interceptam: cuius rei tam paruæ & præmio elatum inſolentem iuuenem immodico gaudio ſpem magnæuictoriæ impoſuiſſe at ubi appropinquare tres duces:tres uictores hoſtium exercitus audiſſet:occurſuram ei extemplo domeſticorum funerum memoriam.Hæc in uulgus iactabant : haudquaquam ipſi ignari:quantum ſibi ad omnia iurium Carthagine amiſſa deceſſiſſet.

TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNI. LIBER SEPTIMVS.

HIC STATVS Rerum Hiſpaniæ erat. In Italia autem conſul Marcellus Salapia per ꝓditionem recepta: Maroneam & Meles de Samnitibus ui cœpit. Ad tria millia militum ibi Annibalis: quæ ꝑſidii cauſa relicta erãt oppreſſa. Prædæ aliquantũ eius militi fuit cõceſſum. Tritici quoq; .ccxl. millia modium: &. cx. millia hordei inuenta. Cæteꝝ nequaquã inde tantum gaudii fuit: quãta clades intra paucos dies accepta eſt: haud ꝓcul ab urbe Herdonea. Caſtra ibi. Gn. Fuluius proconſul habebat ſpe recipiendæ Herdoneæ: quæ poſt cannenſem cladẽ a romanis defecerat: nec loco ſatis tuto poſita nec ꝑſidio firmata. Negligentiam inſitam ingenio ducis augebat ſpes ea: quod labare iis aduerſus pœnum fidem ſenſerat: poſteaquã Salapia amiſſa exceſſiſſe his locis Annibalem in Brutios auditũ eſt. Ab Herdonea ea omnia per occultos nuncios delata Annibali ſimul curam ſociæ retinendæ urbis: & ſpem fecere ĩcautũ hoſtẽ aggrediẽdi. Exercitu expedito: ita ut famã ꝓpe ꝑueniret: magnis itineribus ad Herdoneã contẽdit: & quo plus terroris hoſti obiiceret: acie ĩſtructa acceſſit. Pari audacia romanus: cõſilio & uiribus impar: copiis raptim eductis cõflixit. Quinta legio & ſiniſtra ala acriter pugnam inierũt. Cæteꝝ Annibal: ſigno equitibus dato: ut cũ pedeſtres equeſq; occupaſſent: ꝑſenti certamie oculos: aĩoſq; circũuecti: pars caſtra hoſtiũ: pars tergo oppugnãtium iuaderent. Ipſe in. Gn. Fuluii ſimilſtudiné nominis: quod. Gn. Fuluium ꝓtorem biẽnio ante in his deuicerat locis ĩcrepans: ſimilem euentũ pugnæ fore affirmabat. Neq; ea ſpes uana fuit. Nã cũ cõmunis acie & peditũ certamine multi cecidiſſent romanoꝝ: ſtarent tamẽ ordines ſignaq;: æqueſtres a tergo tumultus ſimul a caſtris clamor hoſtilis auditus: ſextã legionẽ ante quã in ſecũda acie poſita prior a numidis turbata eſt. Quintã deĩde: atq; eos q ad prima ſigna erãt: auertit. Pars in fugã effuſa pars in medio cæſa: ubi & ipſe. Gn. Fuluius cũ duodecĩ tribunis militũ cecidit. Romanoꝝ ſociorumq; quot cæſa ĩ eo ꝑlio millia ſint: qs ꝓ certo affirmet: cũ tredecĩ millia alibi: alibi haud plus quã ſeptẽ inueniã? Caſtris ꝑdaq; uictor potit. Herdoneã qa & defecturã fuiſſe ad romãos cõperit: nec mãſurã ĩ fide: ſi inde abſeſſiſſet: multitudĩe oĩ Metapõtũ ac turios traducta ĩcendit. Occiditq; principes: q cũ Fuluio colloqa occulta habuiſſe comperti ſunt. Romani q ex tãta clade euaſerãt: diuerſis itineribus ſemiermes ad Marcellum conſulẽ in Samniũ cõfugerunt. Marcellus nihil admodum tãta clade territus litteras Romam ad ſenatũ de duce: & exercitu ad Herdoneã amiſſo ſcribit. Cæteꝝ eundẽ ſe qui poſt cãnẽſem pugnam ferocẽ uictoria Annibalem cõtuderit ire aduerſus eum breuemq; illi lætitiam: qua exulta: facturum. Et Romæ quidẽ luctus tum ingens ex ꝓterito: tum timore ĩ futuꝝ erat. Conſul ex Sãnio in Lucanos tranſgreſſus ad Muniſtronẽ in conſpectu Annibalis loco plano: cũ pœnus collem teneret: poſuit caſtra: addidit & aliam fidentis ſpeciẽ: quod prior ĩ aciem eduxit. Nec detrectauit Annibal: ut ſigna portis efferri uidit. Ita tamẽ aciẽ inſtruxerunt: ut pœnus dextrũ cornu ĩ collem erigeret: romani ſiniſtrum ad oppidum applicarent. Ab hora tertia cũ ad noctem pugnam extendiſſent: feſſæq; pugnãdo primæ acies eſſent: a romanis prima legio: & dextra ala ab Annibale hiſpani milites & funditores baleares: elephanti quoq;: cõmiſſo iam certamine: in præliũ acti. Diu pugna neutro inclinata ſtetit. Primæ legioni tertia: dexteræ alæ ſiniſtra ſubiit. Et apud hoſtes integri a feſſis puguam accepere. Nouum atq; atrox præliũ ex tam ſegni repente exarſit: recentibus animis: corporibuſq;. Sed nox incerta uictoria diremit pugnantes. Poſtero die romani a ſole orto in multũ diei ſtetere in acie: ubi nemo hoſtium aduerſus ꝓdiit: ſpolia per otium legere: & cõgeſtos in unum locum cremauere ſuos. Nocte inſequenti Annibal ſilentio mouit caſtra: & ĩ Appuliam abiit. Marcellus ubi lux fugam hoſtium aperuit: ſauciis cum ꝑſidio modico Numiſtrõe relictis: præpoſitoque his. L. Furio Purpurione tribuno militum: ueſtigiis inſtitit ſequi. Ad Venuſiam eũ adeptus eſt. Ibi per dies aliquot cum a ſtatiõibus procurſaret: mixta equitum: peditumq; tumultuoſa magis prælia quam magna: & ferme oĩa romanis ſecũda fuerunt. Inde per Appuliã ducti exercitus ſine ullo memorato certamine cum Annibal nocte ſigna moueret locũ indiſiis q̃rens. Marcellus niſi certa luce: & explorato ante non ſequeret. Capuæ interim Flaccus dum bonis principum uendendis agro: qui publicatus fuerat: locando: locauit aũt omne frumentũ: tps terit: ne deeſſet materia in cãpanos ſcæuiendi: nouũ in occulto gliſcens per indiciũ protractũ eſt facinus: milites ædificiis emotos: ſimul ut cũ agro tecta urbis fruenda locarent: ſimul metuẽs: ne ſuũ quoq; exercitum ſicut Annibalis nimia urbis amœnitas emolliret in portis muriſq; ſimetipos tecta militariter coegerat ædificare. Erant autem plæraq; ex cratibus aut tabulis facta: alia arundine texta: ſtramento intecta: omne uelut de induſtria alimentis ignis. Hæc noctis una hora ut omnia incenderent. clxx. cãpani principibus fratribus Bloſiis coniurauerant. Indicio eius rei ex familia Bloſiorum facto portis: repente iuſſu proconſulis clauſis: cum ad arma ſigno dato milites concurriſſent: compræhenſi: omnes qui innoxia erãt & quæſtione acriter habita: damnati: necatiq;. Indicibus libertas: & eris denamillia data. Nucerinos: & acerranos querentes ubi habitarent non eſſe: Acerris ex parte incenſis. Nuceria deleta. Romam Fuluius ad ſenatum miſſit. Acerranis permiſſum: ut ædificarent: quæ incenſa erant Nucerini Atellam: quia id maluerant. Attellanis Galatiam migrare iuſſis: traducti. Inter multas magnaſq; res quæ nunc ſecundæ: nunc aduerſæ occupabãt cogitatiões hoĩum: ne tarentinæ quidem arcis excidit memoria. M. Ogu

Ceades romãorum ad Herdoneam

Pro. numiſtrũ uocat & Plynius Numiſtranos noĩat uterq; ĩ brutiis

Numiſtrone potius

Noua cãpanorũ cõiuratio

linus:&.P.Aquilius in Ethruriam legati ad frumentum coemendum:quod Tarentum portaretur,p/fecti:& mille milites de exercitu urbano:par numerus romanorum sociorumq; eodem in præsidium cum frumento missi sunt.Iam æstas in exitu erat:comitiorumq; consularium instabat tempus.Sed litteræ Marcelli negantis e republi.esse uestigium abscedi ab Annibale:cui cedenti certamenq; abnuenti grauius ipse instaret:curam iniecerant:ne aut consulem Marcellum tum maxime res agentem a bello auocarent:aut in annum consules deessent.Optimum uisum est:quáquā extra Italiam esset potius Valerium cōsulem ex Sicilia reuocare.Ad eum litteræ iussu senatus a.L.Manlio prætore urbis missæ cum litteris cōsulis.M.Marcelli ut ex iis nosceret:quæ causa patribus eum potius:quam collegā reuocandi ex prouincia esset.Eo forte tempore Romam legati a rege Syphace uenerunt:quæ iis prælia,pspera cum Carthaginensibus fecisset memorantes. Regé nec inimiciorem ulli populo quam Carthaginensi: nec amiciorem: quam romano affirmabant esse misisse eum antea legatos in Hispaniam ad Gn.&.P.Cornelios imperatores romanos:nunc ab ipso uelut fonte petere romanam amicitiam uoluisse.Senatus nō legatis modo benigne resgondit:sed ipse legatos cum donis ad regem misit.L.Geminum Petellium.P.Pompilium.Dona tulere togam:& tunicam purpuream: sellam eburneam: paterā ex quinq; pondo auri factam.Protinus & alios Africæ Regulos iussit adire:iis quoq;:quæ darent portatæ togæ prætextæ:& ternæ pondo pateræ aureæ.Et alexandriam ad Ptolemæum & Cleopatram reges.M.Attilius:&.M.Acilius legati ad commemorandam reuocandamq; amicitiā missi dona tulere. Regi togam:tunicam purpuream cum sella eburnea.Reginæ pallam pictam cum amiculo purpureo.

Legati Syphacis romā missi

Ptolomæum Cleopatra

Multa ea æstate:qua hæc facta sunt ex propinquis urbibus:agriscq; nunciata sunt prodigia. Tusculi agnum cum ubere lactanti natum.Iouis ædis culmen fulmine ictum:ac prope omni tecto nudatum. Isdem ferme diebus Anagniæ terram ante portam ictam diem ac noctem sine ullo ignis alimento arsisse.Et aues ad compitum anagninum in loco Dianæ nidos in arboribus reliquisse.Tarracinæ in mare haud procul portu angues magnitudinis miræ lasciuientium piscium more exultasse. Tarquiniis porcum cum ore humano genitū:& in agro capenate ad lucum Feroniæ.iiii.signa sanguine multo diē ac noctē sudasse.Hæc,pdigia hostiis maioribus ,pcurata decreto pontificū:& supplicatio diē unū Romæ ad oīa puluinaria.Alterū & in capenate agro ad Feroniæ lucū īdicta.M.Valerius Consul litteris excitus ,puincia exercituq; mādato Cincio ptori.M.Valerio Messālæ pfecto classis cū parte nauiū in africā pdatum simul speculatumq;:quæ populus carthaginēsis pararet ageretq;:misso:ipse.x.nauibus Romā ,pfectus:cū prospere peruenisset:senatum habuit.Vbi de suis rebus gestis cōmemorauit:cum ānos prope.lx.in Siciliam terra mariq; magnis Sæpe cladibus bellatum esset:se eam prouinciā confecisse:neminem carthaginensem in Sicilia esse:neminem siculum : qui metu inde fugati abfuerint : esse omnes in urbes:agrosq; suos reductos arare serere:desertam coliq; terram tandem frugiferam : ipsis cultoribus: populoq; romano pace ac bello fidissimū atq; annonæ subsidiū.Exinde Mutinæ:& si quos alios merita erga populum romanum erant in senatum introductis honores omnibus ad exoluendam fidem a consule habiti.Mutines etiam ciuis romanus factus:rogatione a tribuno ple. ex auctoritate patrum ad plebem lata.Dum hæc Romæ geruntur.M.Valerius Messalla quinquaginta nauibus cum ante lucem ad Africam accessisset: īprouisam in agro uticensi excursionem fecit. Eumque depopulatus late: multis mortalibus cum alia omnis generis præda captis:ad naues rediit : & ad Siciliam transmisit tertiodecimo die quam profectus erat:inde Lliybeum reuectus. Ex captiuis:quæstione habita:hæc comperta:consuliq; Leuino omnia ordine perscripta:ut sciret quo ordie : uel quo in statu Africæ res essent. Quinquemillia numidarum cum masinissā Galæ filio acerrimo iuuene carthagine esse:& alios per totam Africam milites:mercede conduci:qui in Hispaniam ad Asdrubalem traiicerentur:ut iis quā maximo exercitu primo quoq; tempore in Italiam transgressus iungeret se Annibali in eo positam uictoriam credere carthaginenses. Classem præterea ingentem apparari ad Siciliam repetendam: eamq; se credere breui traiecturam.Hæc recitata a consule ita mouere senatum:ut non expectanda comitia consuli censerent:sed dictatore comitiorum habendorum causa dicto:extēplo in prouinciam redeūdum. Illa disceptatio tenebat:quod consul in Sicilia se.M.Valerium messāllam:qui tum classi præesset:dictatorem dicturum esse iacebat.Patres extra romanum agrum (eum autem Italia terminari) negabant dictatorē dici posse.M.Lucretius tribunus ple.cum de ea re cōsuleret:ita decreuit senatus:ut consul prius quam ab urbe discederet:populum rogaret:quem dictatorem dici placeret:eumq;:quem populus iussisset:diceret:dictatorem:si consul noluisset:prætor urbanus populum rogaret. Si ne is quidem uellet: tum tribuni ad plebem ferrent.Cum consul se populum rogaturum negasset:quod suæ potestatis eēt prætoremq; uetuisset rogare:tribuni plebis rogarunt:plebesq; sciuit ut Fuluius:qui tum ad capuā erat: dictator diceretur.Sed quo die id plebis consilium futurum erat consul clam nocte in Siciliam abiit:destitutiq; patres litteras ad.M.Claudium mittendas censuerunt:ut desertæ reip.a collega subueniret:diceretq;:quem populus iussisset dictatorem.Ita a Marcello cōsule Fuluius dictator dictus.Et ex eodem plebiscito a Fuluio dictatore.P.Licinius Crassus pontifex maximus magister equitum dictus Dictator posteaq; Romā uenit.Gn.Sempronium Blesum legatum:quem ad Capuam habuarat:in Ethruriam prouinciam ad exercitum misit in locum Calphurnii prætoris : quē ut capuæ exetcituiq; suo præesset litteris exciuit.Ipse comitia:in quem diem primum potuit:edixit:quæ certamine inter tribunos dictatoremque iniecto:perfici:non potuerāt.Galeria iuniorum:quæ forte prærogatiua erat.Quintum Fuluium:& Quintum Fabiū consules dixerat:eodēq; iure uocatæ reliquæ inclinassent:ni tribu.ple.C.&.

Mutines ciuis ro. Factus

L.Ariani interpoſuiſſent:qui neq; magiſtratum continuari ſatis ciuile eſſe aiebant: & multo fœdioris exempli eum ipſum creari:qui comitia haberet.Itaq; ſi ſuum nomen dictator acciperet: ſe comitiis intercessuros ſi alioqui præterq; ipſius ratio haberetur:comitiis ſe moram nō facere.Dictator cām comitiorum auctoritate ſenatus:plebiſcito: exemploq; tutabatur.Náq;.Gn.Seruilio conſule:cū Flaminius alter conſul ad Thraſymenum cecidiſſet:ex auctoritate patrum ad plebē latum:plebēq; ſciuiſſe: ut quoad bellum in Italia eſſet:ex iis qui conſules fuiſſent: quos:& quotiens uellet: reficiendi conſules populo ius eſſet:exemplumque ea in re uetus ſe habere.L.Poſthumii Metelli:qui interrex iis comitiis: quæ ipſe habuiſſet:cōſul cum.Gn.Iunio Bibulo creatus eſſet:recenſq;.Qu.Fabii:qui ſibi continuari conſulatum:niſi id bono publico fieret:profecto nunq; ſciuiſſet.His orationibus cum diu certatū eſſet:poſtremo ita inter dictatorē & tribunos conuenit:ut eo quod cenſuiſſet ſenatus:ſtaretur.Patribus id tempus reip.uiſum eſt:ut per ueteres:& expertos belliq; peritos imperatores reſp.gereretur.Itaq; moram fieri comitiis non placere. Concedentibus tribunis comitia habita.Declarati conſules. Qu. Fabius Maximus quintum.Qu.Flaccus.Fuluius.iii.Prætores creati.L.Veturius Philo.&.T. Quintius Criſpinus. C.Hoſtilius Tubulus.C.Aurunculeius. Magiſtratibus in annum creatis.Qu. Fuluius dictatura ſe abdicauit. Extremo ætatis eius claſſis punica nauium.xxx. cum præfecto Amilcare in Sardiniam traiecta:olbienſem primo:deinde poſteaq; ibi.P.Manlius Volſo prætor cum exercitu apparuit:circūacta inde ad alteram inſulæ latus calaritanum agrū uaſtauit:& cum præda oīs generis in Africam rediit.Sacerdotes romani eo anno mortui aliquot:ſuffectiq;.C.Seruilius pontifex factus in locū.T.Octacilii Craſſi.Decemuiri item ſacris faciundis in locum.T.Sempronii.T.F.longi.T.Sempronius.C.F.longus ſuffectus.M.Martius rex ſacrorum mortuus eſt:&.M.Aemylius Pappus Maximus Curio: neq; in eorū locum ſacerdotes eo anno ſuffecti.Et cenſores hic annus habuit.L.Vulturnum Philoné: &.P.Licinium Craſſum pontificem maximum.Craſſus.Licinius:nec conſul:nec prætor ante fuerat:quam cenſor eſt effectus.Ex ædilitate gradum ad cenſuram fecit.Hi cenſores neq; ſenatum legerūt:nec quicquam reipu.egerunt.Mors diremit.L.Veturium.Inde & Licinius cenſura ſe abdicauit. Aediles curules Veturius:&.P.Licinius Varus ludos romanos diem unum inſtaurarunt.Aediles plebis.Qu.Cautius:&.L. portius Licinius ex mulctatitio argento ſigna ænea ad cereris dedere: & ludos pro temporis huius copia magnifici apparatus fecere.Exitu anni huius die.iiii.&.xxx.qua a Sarracone profectus erat. Lælius Romam uenit legatus Scipionis:is cum agmine captiuorum ingreſſus urbem magnum concurſum hominum fecit.Poſtero die in ſenatum introductus captam Carthaginē caput Hiſpanniæ uno die receptaſq; aliquot urbes:quæ defeciſſent:nouaſque in ſocieratem aſcitas expoſuit.Ex captiuis comperta his fere congruentia:quæ in litteris fuerāt.M.Valerii Meſſallæ:maxime mouit patres Aſdrubalis trāſitus in Italiam uix Annibali atq; eius armis ſubſiſtentem.Productus in concionem Lællius eadē diſſeruit.Senatus ob res fœliciter a Scipione geſtas ſupplicationes in unum diem decreuit.C. Lællium primo quoq; tempore:cum quibus uenerat nauibus:redire in Hiſpaniam iuſſit.Carthaginis expugnationem in hunc annum contuli multis auctoribus:haud neſcius quoſdam eſſe:qui anno inſequēti captā tradiderint:quod mihi minus ſimile ueri uiſum eſt annum integrum Scipionem nihil gerēdo in Hiſpania conſumpſiſſe.Qu.Fabio Maximo quintum.Qu.Fuluio Flacco tertio.Conſulibus idibus martiis:quo die magiſtratum inierunt.Italia ambobus prouincia decreta.Regionibus tamen partitū imperium.Fabius ad Tarentum:Fuluius in lucanis ac brutiis rem gereret.M.Cludio prorogatum in annum imperium.Prætores ſortiti prouincias.C.Hoſtilius Tribulus urbaná.L.Veturius Philo peregrinam cum Gallia.T.Quintius Criſpinus capuam.C. Aurūculeius Sardiniam.Exercitus ita per prouincias diuiſi Fuluio duæ legiones: quas in Sicilia Valerius Leuinus haberet.Qu.Fabio:quibus in Ethruria.C.Calphurnius præeſſet.Exercitus urbanus ut in Ethruriam ſuccederet.C.Calphurnius eidem pōeſſet prouinciæ exercituiq;:quem.Qu.Fuluius habuiſſet.Capuam exercitūq; Quintius obtineret.C. Hoſtilius ab.Gn.Lectorio proconſule prouinciam exercitumq;:qui tum iam Arimini erat:acciperet. M.Marcello:qui conſul bene rem geſſerat:legiones decretæ.M. Valerio cum.L. Cincio: his quoq; eſt prorogatum in Sicilia imperium:Cannenſis exercitus datus:eumq; ſupplere ex militibus:qui ex legionibus.Gn.Fuluii ſupereſſent:iuſſi.Cōquiſitos eos conſ. in Siciliam miſerunt:additaq; eadem militiæ ignominia:ſub qua cannenſes militabant:quiq; ex pōtoris.C.Fuluii exercitu ob ſimilis iram fugæ miſſi eo ab ſenatu fuerant.C.Aurūculeio eædem in Sardiniam legiones:quibus.P.Manlius Volſo: qui eam prouiciam obtinuerat:decretæ.P.Sulpicio eadem legione:eademq; claſſe Macedoniam obtinere iuſſo prorogatum in annum imperium.xxx.quinqueremes ex Sicilia Tarentum ad Fabium conſulem miti iuſſæ:cætera claſſe placere prædatum in Africam: & ipſum.M.Valerium Leuinum traiicere: ſeu.L. Cincium:ſeu.M.Valerium Meſſalam uellet.Nec de Hiſpania quicquam mutatum:niſi quod non in annum Scipioni Syllanoq; ſed donec reuocati a ſenatu forent:prorogatum imperium eſt: ita prouinciæ exercituſque in eum locum partita imperia.Inter maiorum rerum curas comitia Maximi Curionis:cum in locum.M.Aemylii ſacerdos crearetur:uetus excitauerunt certamen.Patriciis negantibus. C.Manlii Attelii qui unus fuit ex plebe potens:rationem eſſe habendam:quia nemo ante eum: niſi ex patribus id ſacerdotium habuiſſet.Tribuni appellati:ad ſenatum reiecerunt.Senatus populo poteſtatem fecit.Ita primus ex plebe creatus Maximus Curio.C.Manlius Attelius.Et flaminem dialem inuitum augurari coegit.P.Licinius pontifex Maximus.C.Valerium Flaccum decemuirum ſacris faciundis Creatus in locum Mutii ſcæuolæ demortui.C. Lectorius. Cauſam inaugurare coacti Flaminis hi-

Fabius Maxi. Q.Fuluius flaccus cōſ.

Prouinciæ conſulibus & pōtoribus decretæ

bens reticuiſſem:ni ex mala fama in bonam uertiſſet.Ob adoleſcẽtiam negligentem:luxurioſamq;.C. Flaccus flamen captus a.P.Licinio põtifice maximo.L.Flacco fratri germano:cognatiſq; aliis ob eadem uitia inuiſus.Is ut animum eius cura ſacrorum & cærimoniarum cepit:ita repente exuit antiquos mo/ res:ut nemo tota iuuentute haberetur prior:nec probatior prioribus patrum ſuis pariter alieniſq; eẽt. Huius famæ conſenſu elatus ad iuſtam fiduciam ſui rem intermiſſam per multos annos ob indignita tem flaminum prioꝝ repetiuit:ut in ſenatum introiret.Ingreſſum eum curiam cum . L.Licinius præ/ tor inde eduxiſſet tribu.ple.appellauit flamen.Vetuſtum ius ſacerdotii repetebat:datum id cum toga prætexta & ſella curuli:& Flaminio eſſe:prætor nõ exoletis uetuſtate annalium exemplis ſtare ius : ſed recentiſſime cuiuſq; conſuetudinis uſu uolebat:nec patrum : nec auoꝝ memoria dialem quenq; id ius uſurpaſſe tribuni rem inertia flaminum oblitteratam ipſis non ſacerdotio damno fuiſſe:cum equum cenſuiſſent:ne ipſo quidem contra tendente prætore:& magno aſſenſu patrum plebiſue flaminem in ſenatum introduxerunt:Omnibus ita exiſtimantibus magis ſanctitate uitæ:quam ſacerdotii iure rem eam flaminem obtinuiſſe . Conſules priuſquam in prouincias irent : duas urbanas legiones in ſupple/ mentum quantum opus erat:cæteris exercitibus:militum ſcripſerunt . Vrbanum ueterem exercitum Fuluius cõſul.Gn.Fuluio Flacco legato:frater hic conſulis erat:in Ethruriam dedit ducendum.Et legi ones quæ in Ethruria erãt.Romam deducendas.Et Fabius conſul reliquias exercitus Fuluiani conqui ſitas(fuerunt autem ad triamillia.ccc.xxxvi.).Qu.Maximum filium ducere in Siciliam ad.M.Valeriũ proconſulem iuſſit:atq; ab eo duas legiones:& triginta quinqueremes accipere.Nihil hæ eductæ ex i/ ſula legiones minuerunt nec uiribus : nec ſpe eius prouinciæ præſidium . Nam cum præter egregiæ ſuppletas duas ueteres lagiones tranſfugarum etiam nũmidarum equitum: peditumq; magnam uim heberet:ſiculos quoque:qui in exercitu Epicidis aut pœnorum fuerant:belli peritos uiros milites ſcri/ pſit.Ea externa auxilia cum ſingulis romanis legionibus adiunxiſſet:duorum ſpeciem exercituum ſer uauit.Altero.L.Cincium partem inſulæ:qua regnum Hieronis fuerat:tueri iuſſit.Altero ipſe cæteram inſulam tuebatur:diuiſam quondam romani imperii:punicisq; finibus Claſſis quoq; nauium ſeptua/ ginta parata ut omni ambitu littorum præſidio oræ maritimæ eſſent:ipſe cum Mutinis equitatu pro uinciam peragrabat:ut uiſeret agros:cultaque ab incultis notaret & perinde dominos laudaret : caſti/ garetq;.Ita tantum ea cura frumenti prouenit:ut & Romam mitteret : & Catinam conueheret : unde exercitui:qui ad Tarentum æſtiua acturus eſſet poſſit præberi.Cæterum tranſportati milites in Siciliã & erat maior pars latini nominis:ſociorumq; prope magni motus cauſa fuere:adeo ex paruis ſæpe ma gnarum:momenta rerum pendent.Fremitus enim inter latinos:ſocioſq; in conſiliis ortus: decimum annum delectibus & ſtipendiis exhauſtos eſſe . Quotannis ferme clade magna pugnare : alios in acie occidi:alios morbo abſumi:magis perire ſibi ciuem:qui a romano miles lectus ſit: quam qui a pœno captus.Quippe ab hoſte gratis remitti in patriam a romanis extra Italiam in exilium uerius: quam in militiam allegare.Octauum iam ſibi annum ſeneſcere cannenſem militem moriturum: antequã Ita/ lia hoſtis abſcedat.Quippe nunc cum maxime florens uiribus excedat: ſi ueteres milites non redeant in patriam noui legantur:breui neminem ſuperfuturum.Itaq; quod propediem res ipſa negatura ſit priũs quam ad ultimam ſolitudinem atq; egeſtatem perueniant:negandum.Popu.Ro.eſſe:ſi conſen/ tientes in hoc ſocios uideant romani:profecto de pace cũ carthaginenſibus iungenda cogitaturos. Ali/ ter nunquam uiuo Annibale ſine bello Italiam fore.Hæc acta in conſiliis.xxx.tum coloniæ.Popu.Ro. erant:ex iis.xii.cum omnium legationes eſſent Romæ:negauerunt conſulibus eſſe:unde milites pecu niãq; darent.Eæ fuere Ardea:Nepetes. Sutrium:Minturnæ:Iuturna:Alta: Carſeoli:Sueſſa: Cære:La/ cates:Narnia:Interamna:Noua re conſules icti cum abſterrere eos a tam deteſtabili conſilio uellent:& caſtigando increpandoque:pluſquam leniter agendo:profecturos rati:eos auſos eſſe:conſulibus dicere aiebãt: quod conſules in ſenatu:ut pronunciarent:in animum inducere non poſſent.Non enim detre/ ctationem eam munerum militiæ:ſed apertam defectionem a Po.Ro.eſſe. Redirent itaq; propere in colonias:& tanquam integra re locuti magis quam auſi:tantum nefas cum ſuis conſulerent.Admone rent non campanos neq; tarentinos eos eſſe:ſed romanos:inde oriundos:inde in colonias:atq; in agrũ bello captum ſtirpis augendæ cauſa miſſos.Quæ liberi parentibus deberent:ea illos romanis debere: ſi ulla pietas:ſi memoria antiquæ patriæ eſſet.Conſulerent igitur deintegro:nam tum quidem: quæ temere agitaſſent:ea prodendi imperii Romani tradendi Annibali uictori eſſe.Cum alternis hæc con ſules diu iactaſſent: nihil moti legati:neq; ſe quod domũ renũciarẽt:habere:dixerũt:neq; ſenatũ ſuum quid noui conſuleret:ubi nec miles:qui legeretur:nec pecunia:quæ daretur:in ſtipendium eſſet. Cum obſtinatos eos uiderent conſules rem ad ſenatum detulerunt.Vbi tantus pauor hominum animis eſt iniectus:ut magna pars actum de imperio diceret.Idem alias colonias facturas. Idem ſocios conſenſiſ/ ſe omnes ad prodendam Annibali urbem Romam.Conſules hortari & conſolari ſenatum: & dicere alias colonias i fide atq; officio priſtino fore.Eas quoq; ipſas:quæ officio deceſſiſſent:ſi legati circa eas colonias mittantur:qui caſtigent:non qui precentur:uerecundiam imperii habituras eſſe:Permiſſum a ſenatu iis cum eſſet:agerent:facerent:ut e repub.ducerent:temptatis prius aliarum coloniarum ani/ mis:citauerunt legatos::quæſiueruntq; ab iis:ecquid milites ex formula paratos haberent.Pro duode uiginti coloniis.M. Sextilius Fregellanus reſpondit:& milites paratos ex formula eſſe: & ſi pluribus opus eſſet: pluris daturos:& quicquid aliud imperaret:uelletq; Populus Romanus enixe facturos: ad id ſibi neque opes deeſſe : animum etiam ſupereſſe. Conſules ſibi parum uideri præfati pro meri/

Atť.di/ ſcepta/ tionẽ de iure fla minũ

Colõia/ rũ & ur biũ lati/ ni nois cogita/ ta defe/ ctio

to eorum ſua uoce collaudari eos:niſi uniuerſi patres in curia gratias egiſſent:ſequi in ſenatum eos iuſ/
ſerunt.Senatus quam poterat honoratiſſimo decreto: allocutus eos: mandat conſulibus:ut ad popu/
lum quoque eos producerent:& inter multa alia præclara:quæ ipſis maioribuſq; ſuis præſtitiſſent:re/
cens etiam meritum eorum in rempu. commemorarent. Ne nunc quidem poſt tot ſæcula ſileantur
fraudenturue laude ſua:Signini fuere:& nolani:& norbani:ſatriculaniq;:& brunduſini:& fregellani:&
nuncerini:& adriani:& firmani:& ariminenſes.Et altero mari pontiani:& peſtani:& conſani.Et medi
terranei beneuentani:& ſernini:& ſpoletani:& placẽtini:& cremonenſes.Harum coloniarum ſubſidio:
tum imperium Popu.Ro.ſtetit:iiſq; gratiæ & in ſenatu:& ad populum actæ:duodecim aliaꝝ colonia/
rum:quæ detrectauerunt iperium:mẽtiones patres fieri uetuerũt.Neq; illos dimitti:neq; retineri:neq;
appellari a cõſulibus.Et tacita caſtigatio maxie ex dignitate populi romani uiſa ẽ.Cætera expediẽtibus: Aug⁹ in
quæ ad bellum opus erant conſulibus aurum uiceſimarium:quod in ſanctiore ærario ad ultimos ca/ cẽſima/
ſus ſeruabatur:promi placuit:prompta ad quattuormillia pondo auri.Inde quinquaginta pondo data riũ qn/
conſulibus:&.M.Marcello:&.P.Sulpicio proconſ.&.L.Veturio prætori:qui Galliam prouinciam ſor/ gẽta põ
titus erat.Additumq; Fabio conſ.c.pondo auri præcipuum: quod in arcem Tarentinam portaretur. do nam
Cætero auro uſi ſunt ad ueſtimenta pecunia præſenti locanda exercitui: qui in Hiſpani bellum ſua ſe/ quĩqua
cunda fama ducíſq; gerebat. Prodigia quoq; prius quã conſules proficiſcerentur: procurari placuit.In gĩta da/
Albano monte tacta de cælo erant:ſignum Iouis:arborq; templo propinqua:& oſtiæ lacus: & Capuæ ta ſtul/
murus:Fortunæq; ædes:& Sinueſſæ murus portaq; hæc de cælo tacta.Cruentam etiã aquam fluxiſſe tũ ẽ cre/
albanam quidam auctores erant.Et Romæ intra cellã ædis Fortunæ Fortis de capite ſignum:quod in dere ꝓ/
corona erat:in manu ſponte ſua prolapſum:& Priuerni ſatis conſtabat bouem eſſe locutum:uulturẽq; digia
frequenti foro in tabernam deuolaſſe.Et Sinueſſæ natum ambiguo inter marem & fœminam ſexu i/
fantem:quos androgynos uulgus:ut plæraq; faciliore ad duplicãda uerba græco ſermone appellat. Et
lactæ pluuiſſe.Et cum elephanti capite puerum natum. Ea prodigia hoſtiis maioribus procurata. Et
ſupplicatio circa omnia puluinaria.Obſecratio in unum diem indicta.Et decretum ut.Gn.Hoſtilius p̃
tor ludos Apollinis:ſicut his annis uoti factiq; erant:uoueret:faceretq;.Per eos dies & cenſoribus crean
dis.Q.Fuluius cõſul comitia habuit.Creati cenſores ambo:qui nondum cõſules fuerãt.M.Cornelius Andro/
Cethegus.P.Sẽpronius Tuditanus.Cenſores ut agrum campanum fruendum locarent ex auctoritate gynus
patrum latũ in plebem eſt:plebeſq; ſciuit.Senatus lectionẽ contentio inter cenſores de principe legẽdo qd ſit
tenuit.Sempronii lectio erat.Cæteꝝ Cornelius morẽ traditũ a patribus ſequendũ aiebat: ut q primus
cenſor ex iis qui uiuerent:fuiſſet:eũ principẽ legerẽt.Is.L.Manlius Torq̃tus erat.Sẽpronius:cui dii ſor/
tem legendi dediſſent:& ius liberũ eoſdẽ dediſſe deos:ſe id ſuo arbitrio facturũ lecturumq;.Q.Fabium
Maximum:quẽ tũ principẽ romanæ ciuitatis eſſe:uel Annibale iudice:dicturus eſſet:Cum diu certatũ
eſſet uerbis:concedente collega:lectus a Sẽpronio princeps in ſenatũ.Q.Fabius Maximus conſul. Inde
alius lectus ſenatus:octo præteritis: inter quos.M.Cecilius Metellus infamis auctor deferendæ Italiæ
poſt cannenſem cladem.In equeſtribus quoq; notis eadem ſeruata cauſa:ſed erant perpauci:quos ea in/
famia attingeret:Illis omnibus & multi erant adempti equi:qui cannenſium legionũ equites in Sicilia
erant.Addiderunt acerbitati etiam tempus:ne præterita ſtipendia procederẽt:iis qui equo publico me
ruerant:ſed dena ſtipendia equis priuatis facerent.Magnũ præterea numerum eorum conquiſierunt:
qui equo mereri deberẽt:atq; ex iis:q principio eius belli ſedecim annos nati fuerant:neq; militauerant
omnes ærarios fecerunt.Locauerunt inde reficienda:quæ circa forum incendio conſumpta erant.vii.
tabernas:macellum:atrium:regiam.Tranſactis omnibus:quæ agenda erant:conſules ad bellum profe
cti.Prior Fuluius prægreſſus Capuam.Poſt paucos dies conſecutus Fabius:qui at col legam coram ob/
teſtatus:& Marcellum per litteras quam acerrimo bello detineret Annibalem:dum ipſe Tarentum op
pugnaret.Ea urbe adempta hoſti undiq; pulſo:nec ubi conſiſteret:nec quid fidum reſpiceret:habẽti ne
remorandi quidem cauſam in Italia fore.Regium etiam nuncium mittit ad præfectum præſidii: qđ
a Leuino conſ.aduerſus brutios ibi locatum erat.Viii.millia hominum:pars maxima ab Agatirna: ſi/
cut antea dictum eſt:ex Sicilia traducta:rapto itinere hominum aſſuetorum.Additi erant brutiorum
in diem perfugæ:& audaciæ & audiendi omnia neceſſitatibus pares.Hãc manum ad brutium agrum
primum depopulandum duci iuſſit:inde ad Cauloniam urbem oppugnandam.Imperata nõ impigre Caulo/
ſolum:ſed etiam auide executi:direptis fugatiſq; cultoribus agri:ſumma ui urbem oppugnabant.Mar nia
cellus & conſulis litteris excitus:& quia in animum induxerat:neminem ducem Romanum tam parẽ
Annibali:quã ſe eſſe.ut primũ in agris pabuli copia fuit:ex hybernis profectus ad Cãnuſium Annibali
occurrit.Sollicitabat ad defectionẽ cannuſinos pœnus.Cæterum: ut appropinquare Marcellum audi
uit caſtra inde mouit.Aperta erat regio ſine ullis ad inſidias latebris.Itaq; ĩ loca ſaltuoſa cedere ĩde cœ/
pit.Marcellus ueſtigiis inſtabat:caſtraq; caſtris conferebat:& opere perfecto extemplo in aciẽ legiones
educebat.Annibal turmatim per equites:peditumq; iaculatores leuia certamina ſerens caſum uniuer/
ſæ pugnæ nõ neceſſarium ducebat. Tractus eſt tamen ad id:quod uitabat certamẽ.Nocte prægreſſum
eum aſſequitur locis planis ac patentibus Marcellus:caſtra inde ponentẽ pugnando undiq; immunitores
operibus prohibet:ita ſigna collata pugnatumq; totis copiis:& iam cum nox inſtaret:marte æquo di/
ſceſſum ẽ.Caſtra exiguo diſtãtia ſpacio raptim ante noctem ꝑmunita.Poſtero die luce prĩa Marcellus
in aciem copias eduxit.Nec Annibal detrectauit certamen:multis uerbis adhortatus milites:ut memo
res Thraſymeni:Cãnarumq;:cõtunderẽt ferociã hoſtis:urgere atq; iſtare eũ:nõ caſtra ponere pati:non

Pugna Anniba li & pe/ nis ſcđa

reſpirare:aut circunſpicere quottidie ſimul orientem ſolem:& romanā aciem in campis uidēdam eſſe; ſi uno prælio haud incruentus habeat:quietius deinde eum tranquilliuſq; bellaturum.His irritati ad/ hortationibus:ſimulq; tædio ferociæ hoſtiū quottidie inſtantiū:laceſſentiumq; acriter prælium ineūt pugnatū amplius duabus horis eſt.Cedere inde a romanis dextera ala:& extraordinarii cœpere.Quod ubi Marcellus uidit:duodeuigeſimā legionē in primam aciē inducit.Dum alii trepidi cedunt:alii ſegni ter ſubeunt:turbata tota acies eſt:deinde prorſus fuſa:& uincente pudorē metu terga dabāt.Cecidereq; in pugna duomillia & ſeptingenti ciuiū ſociorūq;:in his quattuor romani centuriones fuere:duo tribu ni militum.M.Licinius:&.M.Eluius.Signa militaria quattuor de ala prīa:quæ fugit : duo de legione: quæ cedentibus ſociis ſucceſſerat:amiſſa.Marcellus:poſteaquā in caſtra reditū eſt : concionē adeo ſæuā atq; acerbam apud milites habuit:ut prælio per diem totum infeliciter tolerato:triſtior rati ducis ora/ tio eſſet.Diis īmortalibus ut in tali re grates laudeſq;:inquit:ago:quod uictor hoſtis cum tanto pauore incidentibus uobis in uallum portaſq; nō ipſa caſtrā eſt aggreſſus:deſeruiſſetis profecto eodem terrore caſtra:quo dimiſiſtis pugnam:qui pauor hic? qui terror? quæ repente:qui & cum quibus pugnaretis: obliuio animos inuaſit? Nempe iidem ſunt ii hoſtes:quos uincendo:& uictos ſequendo priore æſtate abſumpſiſtis:qbus dies nocteſq; fugientibus per hos dies inſtitiſtis:quos leuibus prælijs fugaſtis: quos heſterno die nec iter facere:nec caſtra ponere paſſi eſtis.Dimitto ea:qbus gloriari poteſtis:cuius & īpius pudere:ac pœnitere uos oportet:referam:Nempe æquis manibus heſterna die diremiſtis pugnam:qd hæc nox? quid hæc dies abſtulit? ueſtræ his copiæ īmunitæ ſunt:an illorum auctæ? Non equidem mi hi cum exercitu meo loqui uideor:nec cum Romanis militibus corpora tātum:atq; arma eadem ſunt: an ſi eoſdem animos habuiſſetis:terga ueſtra uidiſſet hoſtis? ſigna alicui manipulo:aut cohorti abſtu/ liſſet? non adhuc cæſis Romanis legionibus gloriabatur:uos illi hodierno die primum fugati exerci/ tus dediſtis decus. Clamor inde ortus:ueniam eius diei daret:ubi uellet:deīde experiret militum ſuo/ rum animos.Ego uero experiar inquit:milites:& uos craſtina die in aciem educam ut uictores potius

Atť.mi litares aīaduer ſiones

quam uicti ueniam impetretis:quam petitis.Cohortibus quæ ſigna amiſerant : hordeum dare iuſſit. Centurioneſq; manipulorum:quorum ſigna amiſſa fuerant:diſtrictiſq; gladiis deſtinctos deſtituit:& ut poſtero die oēs pedites equiteſq; armati adeſſent:edixit.Ita concio dimiſſa:fatendo iure ac merito ſe/ ſe increpitos:neq; illo die uirum quemquam in acie Romana fuiſſe:præter unum ducē:cui aut morte ſatiſfaciendum:aut egregia uictoria eſſet.Poſtero die ordinati armatiq; ad edictum aderant.Imperator eos collaudat:pronunciatq; a quibus orta pridie fuga eſſet:cohortes quæ ſigna amiſiſſent : ſe ī primam aciem educturum:edicere iam ſeſe omnibus pugnandum:ac uincendum eſſe:& adnitendum ſingulis uniuerſiſq; ne prius heſternæ fugæ:quam hodiernæ uictoriæ fama Romam perueniat.Inde cybo cor pora firmare iuſſi:ut ſi longior eſſet pugna : uiribus quoq; ſufficerent.Vbi omnia dicta factaq; ſunt:q/ bus excitarentur animi militum:in aciem procedunt.Quod ubi Annibali nūciarum eſt:cum eo nimi rum:inquit:hoſte res eſt:qui nec bonam:nec malam ferre fortunam poteſt:ſeu uicit:ferociter inſtat ui ctis:ſeu uictus eſt:inſtaurat cum uictoribus certamen.Signa īde canere iuſſit:copias educit:pugnatum utrinq; aliquanto:quam pridie acrius eſt.Pœnis ad obtinendum heſternum decus adnitentibus. Ro/ manis ad demendam ignominiam.Siniſtra ala ab romanis : & cohortes quæ amiſerant ſigna : in prīa acie pugnabant:& legio uiceſima a dextero cornu inſtructa.L.Cornelius Lentulus:&.C.Claudius Ne/

Verba Anni/ balis de Marcel lo

ro legati cornibus præerant.Marcellus mediam aciem hortator:teſtiſq; præſens firmabat.Ab Anniba le hiſpani primam obtinebant frontem:& id roboris in omni exercitu erat.Cum anceps pugna diu eſ/ ſet.Annibal elephantoſq; in primam aciem induci iuſſit:ſiquem iniicere tumultum ea res ac pauorem poſſet.Et primo turbarunt ſigna:ordineſq; & partim conculcatis : partim diſſipatis terrore : qui circa erant:nudauerant una parte aciem:latiuſq; fuga manaſſet:ni.C.Decimus Flauius tribunus militum:ſi gno arrepto : primi haſtati manipulum eius ſigni ſe ſequi iuſſiſſet:duxit:ubi maxime tumultum con/

Scđa ro māoꝝ pugna

globatæ belluæ faciebant:pilaque in eas coniici iuſſit.Hæſere omnia tæla haud difficile ex propinquo in tanta corpora ictu:& tam confecta turba:ſed ut non omnes uulnerati ſunt:ita in quorum tergis pila fixa ſtetere:ut genus eſt anceps:ī fugam uerſi:& integros auertere:cum iam nō unus manipulus:ſed ꝑ ſe qſq; miles:qui modo aſſequi agmen fugiētium elephātorum poterat:pila cōiicere:eo magis ruere in ſuos belluæ:tātoq; maiorē ſtragē ædidere:quā iter hoſtes ædiderāt:q̄to acrius pauor cōſternatas agit:q̄ inſidētis magiſtri īperio regūtur.In ꝑturbatam trāſcurſu bælluaꝝ aciem ſigna īferūt romāi pedites: & haud magno certamīe diſſipatos trepidāteſq; auertūt.Tū ī fugiētes equitatū īmittit Marcellus:nec āte finis ſequēdi ē factus:quā ī caſtra pauētes cōpulſi ſunt:Nā ſuꝑ alia:quæ terrorē trepidationēq; fecerant: elephāti forte duo ī ipſa porta corruerāt:coactiq; erāt milites ꝑ foſſam uallūq; ruere in caſtra:ibi maxia hoſtiū cædes facta.Cæſa ad octomillia hominū:qnq; elephāti.Nec romanis īcruēta uictoria fuit : mille ferme & ſeptīgēti de duabus legiōibus:& ſocioꝝ ſupra.M.&.ccc.occiſi.Vulnerati ꝑ multi ciuiū ſocio/

Hirpini a pœnis ad lucāi &roma nos ſed āt uol/ ſtentes

rumq;.Annibal nocte ꝓxima caſtra mouit.Cupiēte īſequi Marcellū ꝓhibuit multitudo ſaucioꝝ. Spe culatores:qui ꝓſeq̄rētur:agmē miſſi:poſtero die rettulerūt brutios Annibalē petere.Iiſdē ferme diebus & ad.Q.Fuluiū cōſulē hirpini:& lucani:& uolſcētes:traditis præſidiis Annibalis:quæ in urbibus habe bant:dedidere ſeſe:clæmēterq; a conſule cum uerborum tantū caſtigatione ab errore præterito recepti ſunt.Et brutiis ſimilis ſpes ueniæ facta eſt:cum ab iis Vrbius:& Pactius fratres longe nobiliſſimi gen/ tis eius eādemq;:quæ data lucanis erat:cōdicionē deditiōis petentes ueniſſent.Q.Fabius cōſul oppidū in ſalentinis Manduriam ui cepit. Ibi ad quattuormillia hominum capta : & cæteræ prædæ aliquan/

tum.Inde Tarentum profectus in ipſis faucibus portus poſuit caſtra.Naues:quas Liuius tutādis com/meatibus habuerat:partī machinatiōibus onerat:apparatuq; mœniū oppugnandoꝝ partim tormētis & ſaxis:omniq; miſſiliū tælorūq; genere inſtruit:onerarias quoq; nō eas ſolū:quæ remis agerentur: ut alii machinas:ſcalaſq; ad muros ferrēt:alii procul a nauibus uulnerarēt mœniū propugnatores:eæ na/ues ab aperto mari:ut urbē aggrederentur:iſtructæ paratæq; erant.Et erat liberꝝ mare claſſe punica:cū Philippus oppugnare ætholos pararet Corcyram trāſmiſſa.In brutiis interī Cauloneæ oppugnatores ſub aduētu Annibalis ne opprimerētur:in tumulū a præſenti īpetu tutū ſe recepere.Fabiū tarentū obſi dentē leue dictu momētū ad rē ingentē potiundā adiuuit.Præſidiū brutiorꝝ datū ab Annibale tarētini habebāt:eius præſidii præfectus deperibat amore mulierculæ:cuius frater ī exercitu Fabii cōſulis erat. Is certior litteris ſororis factus de noua cōſuetudine aduenæ locupletis.atq; iter populares tā honorati: ſpem nactus per ſororē quolibet īpelli poſſe amantē quid ſperaret:ad cōſulē detulit.Quæ cū haud ua/na cogitatio uiſa eſſet:pro trāſfuga iuſſus Tarentū trāſire:ac per ſororē præfecto conciliatus:primo oc/ Tarētū
culte aīum eius tēptando:deīde ſatis explorata leuitate:blādiciis muliebrius ppulit eū ad proditionē cu a Fabio
ſtodiæ loci:cui præpoſitus erat:& ubi ratio agendæ rei & tēpus conuenit:miles nocte per interualla ſta recipit
tionū clam ex urbe miſſus:ea quæ acta erant:quæq; ut agerentur:cōuenerāt:ad cōſulē refert.Fabius ui gilia prima:dato ſigno iis:q in arce erāt:quiq; cuſtodiā portus habebant:ipſe circuito portu a regiōe ur bis orientē uerſa occultus ſedebat.Canere inde tubæ ab arce ſimul:& a portu:& a nauibus:quæ aperto mari appulſæ erant:clamor undiq; cū īgenti tumultu.unde minimū periculū erat:de induſtria ortus. Conſul iteꝝ ſilentio continebat ſuos.Igitur Democrates:qui p̄fectus claſſis fuerat:forte illi loco p̄poſi/tus:poſteaquā quieta oīa circa ſe uidit:alias partes eo tumultu perſonare:ut captæ urbis interdum exci taretur clamor:ueritus ne inter cunctationē ſuā cōſul aliquā uī faceret:ſignaq; inferret:p̄ſidiū ad arcem unde maxīe terribilis accedebat ſonus:traducit.Fabius cū & ex temporis ſpatio & ex ſilētio ipſo : quod ubi paulo ante ſtrepebant:excitātes uocāteſq; ad arma:inde nulla accedebat uox:deductas cuſtodias ſen ſiſſet:ferri ſcalas ad eā partē muri:qua brutiorꝝ p̄ſidiū eſſe agitatæ proditionis cōciliator nūciauerat:iu/bet.Ea primū captus ē murus:adiuuātibus:recipientibuſq; brutiis & tranſceſſum in urbē eſt:inde & p̄xima referta porta:ut ſequenti agmine ſigna inferrentur.Tū clamore ſublato:ſub ortū ferme lucis nul lo obuio armato in foꝝ perueniunt:oēſq; undiq;:qui ad arcē portūq; pugnabant:in ſe cōuerterūt. Præ liū in aditu fori maiore īpetu:quā perſeuerātia cōmiſſum eſt:non aīo non armis:nō arte belli:non uigo re:aut uiribus corporis:par romano tarentinus erat.Igitur pilis tantū coniectis prius pœne:quā conſe/rerent manus:terga dederunt:dilapſiq; per nota urbis itinera ī ſuas amicorūq; domos.Duo ex ducibuſ Nico & Democrates fortiter pugnātes cecidere.Philomenes:qui p̄ditionis ad Annibalē auctor fuerat: cum citato equo ex prælio actus eſſet:uacuus paulo poſt equus uagans erranſq; per urbē corpus nuſq; inuentū eſt:creditū uulgo ē ī puteū apertū ex equo p̄cipitatū eſſe.Carthalonē autē p̄fectū punici præſi/dii cū cōmemoratione paterni hoſpitii:poſitis armis:uenientē ad conſulē miles obuius obtruncat.Alii alios paſſim ſine diſcrimine armatos inermeſq; cædūt carthaginenſes tarētinoſq; pariter.Brutii quoq; multi interfecti ſeu per errorē:ſeu uetere in eos inſito odio:ſeu ad proditionis famā:ut ui potius atq; ar mis captū Tarentū uideretur extinguendā:tū a cæde ad diripiendā urbē diſcurſum.xxx.millia ſeruiliū Præda
capitū dicuntur capta: Argenti uis ingens facti:ſignatiq;.Auri.lxxxiii.millia pondo.Signa tabulæq; pro Tarétía
pe ut Syracuſaꝝ ornamenta æquarent:Sed & maiore animo generis eius præda abſtinuit Fabius:quā Marcellus:qui interroganti ſcribæ quid uellet fieri de ſignis:ingentis magnitudinis dii ſunt:ſuo quiſq; habitu in modum pugnantium formati:deos iratos Tarentinis reliqui iuſſit.Murus inde : qui urbem ab arce dirimebat:dirutus eſt & diſiectus.Dum hæc Tarenti aguntur:Annibal iis:qui Cauloniam obſi debant:in deditionem acceptis: audita oppugnatione Tarenti:dies nocteſq; curſim agmine facto: cum feſtinans ad opem ferendam captam urbem audiſſet.Et romani:inquit:ſuum Annibalem habent:ea/dem qua ceperamus arte Tarentū aimſimus.Ne tamen fugientis modo uertiſſe agmen uideretur:quo conſtiterat loco:quinque millia ferme ab urbe poſuit caſtra.Ibi paucos moratus dies.Metapontum ſe/ſe recepit.Inde duos Metapontinos cum litteris principum eius ciuitatis ad Fabium Tarentum mittit fidem a conſule accepturos : impunita iis priora fore : ſi Metapontum ei cum præſidio punico prodi/diſſent.Fabius uera:quæ afferrent:eſſe ratus:diem qua acceſſurus eſſet Metapontum : conſtituit : litte/ras ad principes miſit : quæ ad Annibalem delatæ ſunt .Enimuero lætus ſucceſſu fraudis : ſine Fabius quidem dolo inuictus fuiſſet : haud procul Metaponto inſidias ponit . Fabio auſpicanti : priuſquam egrederetur a Tarento : aues ſemel atque iterum non addixere . Hoſtia quoque cæſa : conſulenti deos auruſpex cauendum a fraude hoſtili : & ab inſidiis prædixit . Metapontini : poſteaquam ad conſtitu/tam non uenerat diem:remiſſi ut cunctantem hortarentur:repente comprehēſi metu grauioris quæ ſtionis detegunt inſidias.Aeſtatis eius principio:qua hæc agebantur.P.Scipio in Hiſpaniam cum hye/mem totam reconciliandis barbarorum animis partim donis:partim remiſſione obſidū captiuorūq; abſumpſiſſet.Edeſco ad eum clarus inter duces hiſpanos uenit.Erant coniunx liberiq; eius apud roma nos:ſed præter eam cauſam etiam uelut fortuita inclinatio animorum:quæ Hiſpaniam omnē auerte/rat ad romanum a punico imperio:traxit eū.Eadē cauſa Indibili Mandonioq; fuit:haud dubie omnis Edeſco
Hiſpaniæ principibus:cū oī populorū manu:relicto Aſdrubale ſecedenti in īminētes caſtris eius tumu Indibi/
los:unde per cōtinētia iuga tutus receptus ad romanos eſſet.Aſdrubal:cū hoſtiū res augeſcere tantis in lis Man
cremētis cerneret:ſuas īminui:ac fore ut niſi audēdo aliqd moueret:qua cœpiſſent:ruerēt dimicare q̄ donius

primum ſtatuit.Scipio auidus etiam certaminis erat tum ea ſpe quã ſucceſſus rerum augebat:tum qd
prius:quã iungerẽtur hoſtium exercitus:cum uno dimicare duce exercituq; quam ſimul cum uniuer
ſis malebat.Cæterum etiã ſi cũ pluribus pariter dimicandũ foret:arte quadã copias auxerat. Nam cum
uideret nullũ eſſe nauium uſum:quia uacua oĩs Hiſpaniæ ora claſſibus punicis erat:ſubductis nauibus
Tarraconẽ nauales ſocios terreſtribus copiis addidit.Et armoꝝ affatim erat captoꝝ Carthagie:& quæ
poſt captam eam fecerat:táto opificũ numero ĩcluſo.Cum iis copiis Scipio ueris principio a Tarracone
egreſſus:lã enim & Lællius redierat ab Roma:ſine quo nihil maioris rei motũ uolebat ducere ad hoſtẽ
pergit.Per oĩa pacata eunti:ut cuiuſq; populi fines tranſiret:ꝓſequentibus excipientibuſq; ſociis.Indibi
lis & Mandonius cũ ſuis copiis occurrerunt.Indibilis pro utroq; locutus:haud quaquã ut barbarus ſto
lide incauteq;:ſed potius cum uerecunda grauitate propiorq; excuſanti tranſitionem ut neceſſariã:quã
glorianti eam uelut primã occaſionẽ raptam.Scire enim ſe tranſſugæ nomen execrabile ueteribus ſo
ciis:nouis ſuſpectum eſſe.Neq; enim ſe repræhendere nomen hominũ:ſi tam anceps odiũ cauſa nõ no
Atť.In dibilis accura tã ora tionem
men faciat.Merita inde ſua in duces carthaginẽſes cõmemorauit.Auariciam contra eorum:ſuperbiãq;
& omnis generis iniurias in ſe:atq; populares:itaq; corpus dũtaxat ſuũ ad id tempus apud eos fuiſſe:ani
mum iampridem ibi eſſe:ubi ius ac fas crederent coli:ad eos quoq; confugere ſupplices : qui nequeant
hominũ uim atq; iniurias pati:ſe id Scipionẽ orare:ut tranſitio ſibi nec fraudi apud eum:nec honori ſit
quales ex hac die experiundo cognouerit:perinde operæ eorum pretium faciat.Prorſus ita reſpõdet fa
cturum romanus: nec pro tranſfugis habiturum: qui non duxerint ſocietatem ratam : ubi nec diuini
quicquam:nec humani ſanctum eſſet.Productæ deinde in conſpectũ iis coniuges:liberiq; lachrymáti
bus præ gaudio reddunt.Atq; eo die in hoſpitiũ adducti.Poſtero die fœdere accepta fides: dimiſſiq; ad
copias adducendas.Iiſdẽ deinde in caſtris tendebant:donec ducibus iis ad hoſtem peruentum eſt. Pro
ximus carthaginẽſium exercitus Aſdrubalis prope urbem Betulam erat.Prn caſtris equitum ſtatiões
habebat.In eas uelites anteſignaniq;:& qui primi agminis erant:aduenientes ex itinere:prius quam ca
ſtris locum caperent:adeo contemptim impetum fecerunt:ut facile appareret : quid utrique parti ani
morum eſſet.In caſtra trepida fuga compulſi equites ſunt.Signaque romana portis prope illata.Atque
illo quidem die irritatis tantum ad certamen animis caſtra Romana poſuerunt.Nocte Aſdrubal in tu
mulum copias recepit plano campo in ſummo patentem:& fluuius ab tergo ante circaque uelut ripa p
ceps oram eius omnem cingebat . Suberat & altera inferior ſummiſſa faſtigio planicies . Eam quoque
alteram crepido haud facilior in aſcenſum ambibat . In hunc inferiorem campum Aſdrubal poſtero
die : poſteaquam ſtantem pro caſtris hoſtium aciem uidit:equites numidas:leuiorumque armorum
baleares : & afros dimiſit . Scipio circunuectus ordines ſignaque oſtendebat hoſtem prædamnata ſpe
dimicandi æquo campo captantem tumulos:loci fiducia : non uirtutis armorumque ſtare in conſpe
ctu:ſed altiora mœnia habuiſſe Carthaginem quæ tranſcendiſſet miles romanus:nec tumulos : nec ar
em nec mare quidem armis obſtitiſſe ſuis : ad id fore altitudines : quas cepiſſent hoſtes : ut per præci
pitia : & prærupta ſalientes fugerent:eam quoque ſe illis fugam clauſurum: cohorteſq; duas alterã te
nere fauces uallis:per quam deferretur amnis:iubet:alteram uiam inſidere:quæ ab urbe per tumuli ob
liqua in agros ferret.Ipſe expeditos:qui pridie ſtationes hoſtium pepulerant ad leuem armaturã in ſũ
mo ſtantem ſupercilio ducit.Per aſpera primum nihil aliud:quam uia impediti iere.Deinde ut ſub ia
ctum uenerunt tælorum:prĩo omnis generis uis ingens effuſa eſt in eos ipſi contra ſaxa:quæ locus ſtra
ta paſſim omnia ferme miſſilia præbet:ingerere.Non milites ſolum:ſed etiam turba calonum ĩmixta
armatis.Cæterum quãquam aſcenſus difficilis erat:& prope obruebantur tælis ſaxiſq;:aſſuetudine ta
men ſuccedendi muros:& pertinacia animi ſubierunt primi.Qui ſemel cœpere aliquid æqui loci : ubi
firmo conſiſterent gradu:leuẽ & concurſatorẽ hoſtẽ atque interuallo tutũ cũ procul miſſilibus pugna
eluditur:inſtabilẽ eundẽ ad cõminus conſerendas manus expulerunt loco:& eũ cæde magna in aciem
Scipiõis ſtrata gema
altiore ſuperſtantẽ tumulo impegere.Inde Scipio:iuſſis aduerſus mediã euadere etiam uictoribus:cæ
teras copias cum Lællio diuidit:atque eum parte dextera tumuli circũire:donec mollioris aſcenſus uiã
inueniret:iubet.Ipſe a leua circuitu haud magno in tranſuerſos hoſtes incurrit.Inde prĩo turbata acies
eſt:dum ad circũſonantem undiq; clamorem flectere cornua:& obuertere ordines uolũt. Hoc tumul
tu & Lællius ſubiit:& dum pedẽ referunt:ne ab tergo uulnerarentur:laxata prima acies:locuſq; ad eua
dendum mediis datus eſt:qui per tã iniquũ locũ ſtantibus integris ordinibus:elephãtiſq; ante ſigna lo
catis:nũquam euaſiſſent.Cum ab omni parte cædes fieret:Scipio:qui leuo cornu in dexterũ incurreret
maxime in nuda hoſtiũ latera pugnabat.Iam ne fugæ quidem patebat locus:nã & ſtationes utriq; Ro
manæ dextera leuaq; inſederant uias:& portã ducis caſtroꝝ pricipũq; fuga clauſerat:addita trepidatio
ne elephãtoꝝ:quos territos æque:atq; hoſtes timebãt.Cæſa ergo ad octomillia hoĩum.Aſdrubal iam
antequã dimicaret pecunia rapta:elephantoſq; præmiſſos quãplurimos poterat de fuga excipiens præ
ter.Tagum flumẽ ad Pyreneũ tendit.Scipio caſtris hoſtiũ potitus:cum ꝑter libera capita omnem ꝑdã
Atť.ho ſtium ſtragẽ
militibus conceſſiſſet:in recenſendis captiuis decẽmillia peditum:duomillia eqtum iuenit.Ex iis hiſpa
nos ſine pretio oẽs domũ miſit.Afros uendere quæſtorẽ iuſſit.Circunfuſa indẽ oĩs multitudo hiſpano
rum:& ante deditoꝝ:& pridie captoꝝ regem eum ingenti conſenſu appellauit.Tum Scipio:ſilentio ꝑ
præconem facto:ſibi maximum nomen imperatoris eſſe dixit:quo ſe milites ſui appellaſſent.Regium
nomen alibi magnũ.Romæ intolerabile eſſe.Regalem animum in ſe eſſe:ſi id in hoĩs ingenio amplif
ſimũ ducerent:tacite iudicarent:uocis uſurpatione abſtinerẽt.Sẽſere etiã barbari magnitudinẽ animi

cuius miraculo nominis alii mortales ſtupent id ex tam alto faſtigio aſpernantis. Dona inde regulis: principibuſq; hiſpanorum diuiſa: & ex magna copia captoꝝ equoꝝ. ccc. quos uellet: eligere Indibilē iuſſit.

Cum afros uænderet iuſſu imperatoris quæſtor: puerū adultū inter eos forma inſigni: cū audiſſet regii generis eſſe: ad Scipionē miſit. Quē cum pcunctaretur Scipio quis: & cuias: & cur id ætatis in caſtris Scipiōiſ
fuiſſet: numidam ſe eſſe ait Maſſium populares uocare: orbū a patre relictum: apud maternū auū Gal- mūificē
lam regem numidaꝝ educatū: cum auunculo Maſiniſſa: qui nuper cū equitatu ſubſidio Carthaginen- tia ī ho-
ſibus ueniſſet: in Hiſpaniā traieciſſe: prohibitū pp ætatem a Maſiniſſa nunquā ante præliū iniſſe: eo die ſtem
ſe: quo pugnatū cum romanis eſſet: inſcio auūculo: clam armis: equoq; ſumpto: in aciem exiſſe: ibi prolapſo equo effuſum in præceps a romanis captū eſſe. Scipio: cum obſeruari numidam iuſſiſſet: quæ pro tribunali agenda erant: peragit. Inde: cū ſe in prætorium recepiſſet: uocatum eum īterogat: uellet ne ad Maſiniſſam reuerti: Cum effuſis lachrymis gaudio: cupere uero diceret. Tū puero annulū aureū: tunicā lato clauo cum hiſpano cingulo: & aurea fibula equumq; ornatū donat. Iuſſiſq; proſequi: quoad uellet equitibus: dimiſit. De bello īde conſiliū habitum: & auctoribus quibuſdā: ut cōfeſtim Aſdrubalem cōſequeretur: anceps id ratus: ne Mago: atq; Aſdrubal cū eo iungerent copias: præſidio tantū ad inſidendum Pyrenæum miſſo: ipſe reliquum æſtatis recipiendis ī fidem Hiſpaniæ populis abſumpſit. Paucis poſt prælium factum ad Betulā diebus: cū Scipio rediens iam Tarraconē ſaltu caſtulonenſi exceſſiſſet: Aſdrubal Giſgonis filius: & Mago īperatores ex ulteriori Hiſpania ad Aſdrubalem uenere: ſerum poſt male geſtā rē auxiliū. Conſilio ī cætera exequēda belli haud paꝝ opportuni ibi cōferentibus quid in cuiuſq; puiciæ regiōe animoꝝ hiſpanis eēt unus Aſdrubal Giſgonis ultimā Hiſpaniæ orā: quæ ad Oceanum & Gades uergit: ignaram adhuc romanoꝝ eſſe: eoq; carthaginēſibus ſatis fidā cenſebat. Inter Aſdrubalem alterum & Magonem conſtabat: beneficiis Scipionis occupatos oīum animos publice: priuatimq; eſſe: nec tranſitionibus fore ante finem: quam omnes hiſpani milites aut in ultima Hiſpaniæ amoti: aut traducti in Galliam forēt: itaq; etiam: ſi ſenatus carthaginenſiū non cenſuiſſet eundum tamē Aſdrubali fuiſſe in Italiam: ubi belli caput: & rerum ſumma eſſet: ſimul & hiſpanos omnes pcul ob nomine Scipionis ex Hiſpania abduceret: exercitū eius tū tranſitionibus: tum aduerſo prælio īminutum hiſpanis repleri militibus. Et magonē Aſdrubali Giſgonis filio: tradito exercitu: ipſum cum grādi pecunia ad cōducēda mercæde auxilia ī baleares traiicere. Aſdrubalem Giſgonis cum exercitu penitus ī Luſitaniam abire: nec cum romanis manus cōſerere. Maſiniſſæ ī omni equitatu: quod roboris eſſet: triamillia equitū expleri eumq; uagum p citerioré hiſpāiam ſociis opem ferre: hoſtium oppida atq; agros populari. His decretis ad exequēda: quæ ſtatuerūt: duces digreſſi. Hæc eo anno ī Hiſpania acta: Romæ fama Scipionis ī dies creſcere. Fabio Tarétum captum īgenio magis: quam uirtutæ gloriæ tamen eſſe. Fuluii ſeneſcere fama. Marcellus etiam aduerſo rumore eſſe: ſuper quā quod primo male pugnauerat: quia uagāte per Italiam Annibale: media æſtate Venuſiam ī tecta milites abduxiſſet. Inimicus erat ei. C. Publicius Bibulus tribu. ple. Is iam a prima pugna: quæ aduerſa fuerat: aſſiduis cōcionibus īfamem: iuiſumq; plebi Claudiū fecerat: etiam de imperio abrogādo eius agebat: cum tamē neceſſarii Claudii obtinuerunt: ut relicto Venuſiæ legato: Marcellus Romā rediret ad purganda ea quæ inimici obiicerent: Nec de imperio eius abrogando: abſente ipſo: agerent Forte ſub idem tempus & Marcellus ad deprecādam ignominiam: & Fuluius cōſul comitiorum cauſa Romam uenit. Actum de imperio Marcelli in circo Flaminio eſt īgēti cōcurſu plebiſq;: & omnium ordinum. Accuſauitq; tribu. ple. nō Marcellū modo: ſed omnem nobilitatem: fraude eorum & cūctatiōe fieri ut Annibal decimum iam annum Italiam prouīciam habeat: diutius ibi quam Carthagīe uixerit. Habere fructum imperii progati Marcello populum romanum: bis caeſum exercitum eius aeſtiua Venuſiae ſub tectis agere. Hāc tribuni orationem ita obruit Marcellus cōmemoratione rerum ſuarum: ut nō rogatio ſolum de imperio eius abrogādo antiquaretur: ſed poſtero die cōſulem eum īgenti cōſenſu cēturiae omnes crearent. Additur collega. T. Quintius Criſpinus: qui tum praetor erat. Poſtero die praetores creati. P. Licinius Craſſus diues Pontifex maximus. P. Licinius Varus. Sex. Iulius Caeſar. Qu. Claudius comitiorum ipſorū diebus ſollicita ciuitas de Ethruriae defectione fuit: prīcipium eius rei ab aretinis fieri. C. Calphurnius ſcripſerat: qui eā prouinciam propraetor obtinebat: itaq; cōfeſtim eo miſſus Marcellus conſul deſignatus qui rem inſpiceret: ac ſi digna uideretur: exercitu accito bellum eo ex Appulia in Ethruriam tranſferret. Eo metu cōpreſſi Ethruſci quieuerunt. Tarentinorum legatis pacem petētibus cum libertate ac legibus ſuis reſpōſum a ſenatu eſt: ut redirēt: cū Fabius cōſul Romā ueniſſet. Ludi & romani: & plebeii eo anno in ſingulos dies inſtaurati. Aediles curules fuere. L. Cornelius Claudius & Ser. Sulpicius Galba. Plebei. C. Seruilius: &. Q. Cecilius Metellus. Seruiliū negabant iure aut tri. ple. fuiſſe: aut Aedilem eſſe: quod patrē eius quem triūuirum agrarium occiſum a Boiis circa Mutinam eſſe: opinio per decem annos fuerat: uiuere: atq; in hoſtium poteſtate eſſe ſatis conſtabat. Vndecimo anno punici belli conſulatum inierunt. M. Marcellus Quintum: ut numeraretur conſulatus: quem uicio creatus non geſſit: & Quintus Criſpinus utriq; conſulum Italia decreta eſt prouincia: & duo conſulares prioris anni exercitus. Tertius tum erat Venuſiæ: cui. M. Marcellus præfuerat: ita ut ex tribus eligerent duos: quos uellent. Tertius ei traderetur: cui Tarétum & ſalentini prouīcia euenīſſet: Cæteræ prouinciæ ita diuiſæ prætoribus. P. Licinio Varo urbana. P. Licinio Craſſo pōtifici maximo peregrina: & quæ ſenatus cēſuiſſet. Sex. Iulio Cæſari Sicilia. Q. Claudio Flaminio Tarentum prorogatū imperium in annum ē. Q. Fuluio Flacco: ut puinciā Capuam in qua &. T. Quintius prætor fuerat: cū una legione obtineret. Prorogatū &. C. Hoſtilio Tu- M. Marcellus. T. Quīntius Criſpius cōſ.

Quae quibus mūera decreta

bulo eſt:ut ꝓprætor in Ethruriā ad duas legiones ſuccederet.C.Calphurnio. Prorogatū &.L.Veturio Philoni eſt:ut ꝓprætore Galliā eandē prouinciā cum iiſdē duabus legiōibus obtineret: quibus prætor obtinuiſſet.Quod in.L.Veturio:idem in.C.Aurūculeio decretū ab ſenatu.Latumq; de ꝓrogando imperio ad populum ē.Qui prætor Sardiniā prouinciā cum duabus legionibus obtinuerat: additæ ei ad præſidiū prouinciæ qnquaginta lōgæ naues:quas,P.Scipio ex Hiſpania miſiſſet.Et.P.Scipioni:&.M. Syllano ſuæ Hiſpaniæ:ſuiq; exercitus ī annum decreti.Scipio ex octoginta nauibus:quas aut ſecum ex Italia adductas aut captas Carthagine habebat:qnquagīta ī Sardiniā trāſmittere iuſſus:quia Fama erat: magnū naualē apparatū eo anno Carthagine eſſe.cc.nauibus omnē orā Italiæ:Siciliæ: Sardiniæq; īpleturos.Et in Sicilia ita diuiſa res eſt:Sex.Cæſari exercitus cānenſis ē datus.M.Valerius Leuinus:ei quoq; enim in annū prorogatū imperiū ē:claſſem:quæ ad Siciliā erat nauiū.lxx.obtineret.Adderet eo.xxx.naues:quæ ad Tarētum priore anno fuerāt.Cum ea centū nauiū claſſe:ſi uidereť ei:p̄datū in Africā traiicere.Et.P.Sulpicio:ut eadem claſſe Macedoniā Græciamq; prouīciā haberet:prorogatū in annū imperium ē.De duabus:quæ ad urbem Romā fuerāt legionibus:nihil mutatū·Supplementū:quo opus eſſet:ut ſcriberent:conſulibus ꝓmiſſum.Vna & uigīti legionibus eo anno defenſum imperiū romanū ē. Et.P.Licinio Varro p̄tori urbis negotiū datū:ut naues lōgas.xxx.ueteres reficeret:quæ Oſtiæ erāt & uiginti nouas naues ſociis naualibus imperet:ut qnquaginta nauiū claſſe orā maris uicinam urbi Romæ tueri poſſet.C.Calphurnius uetitus ab Arretio mouere exercitū:niſi cū ſucceſſor ueniſſet.Idē & Tubulo imperatū:ut inde p̄cipue caueret:nequa noua cōſilia orirenť:prætores ī prouincias profecti. Cōſules

ꝓdigia

religio tenebat:quod prodigiis aliquot nūciatis:nō facile litabant:ex Campania nunciata erant Capuæ duas ædes Fortunæ:& Martis:& ſepulchra aliquot de cælo tacta:Cum iis:adeo minimis etiam rebus parua religio inſerit deos:mures in æde Iouis aurꝫ roſiſſe.Caſſini examen apum ingens in foro conſediſſe.Et Oſtiæ murum:portamq; de cælo tactam.Cære uulturem uolaſſe ī ædem Iouis.Vulſiniis ſanguine lacum manaſſe.Horꝫ prodigiorum cauſa diem unum ſupplicatio fuit:ꝑ dies aliquot hoſtiæ maiores ſine litatione cæſæ:diuq; nō impetrata pax deum in capita conſulum repu.incolumi exitiabilis ꝓdigiorꝫ euēt̄us uertit.Ludi Appollinares.Q.Fuluio.Ap.Claudio conſ.a.P.Cornelio Sylla p̄tore urbis primū facti erant.Inde omnes deīceps prætores urbani fecerāt:ſed in unū annum uouebāt: dieq; īcerto faciebāt.Eo anno peſtilētia grauis īcidit in urbem agroſq;:quæ tamē magis ī morbos lōgos: quam in perniciales euaſit.Eius peſtilētiæ cauſa & ſupplicatum per compita tota urbe eſt.Et.P.Licinius Varus prætor urbis legem ferre ad populū iuſſus:ut hi ludi ī ꝑpetuum ī ſtatutum diem uouerētur.Itaq; ipſe primus ita uouit:fecitq; ante diem.iii.nonas quītiles.Is dies deīde ſolemnis ſeruatus.De aretinis & fama ī dies grauior:& cura creſcere patribus:itaq;.C.Hoſtilio ſcriptum ē:ne differret obſides ab aretinis accipere:cum traderēt Romam abducēdos.C.Terētinus Varro cū imperio miſſus:qui ut aduenit:exēplo Hoſtilius legionem unam:quæ ante urbem caſtra habebat:ſigna in urbem ferre iuſſit: præſidiaq; locis idoneis diſpoſuit.Tum ī foro:citatis ſenatoribus obſides imperauit.Cum ſenatus biduum ad cōſyderādum tēpus peteret:aut ipſos extēplo dare:aut ſe poſtero die ſenatorum omnis liberōs ſumpturū edixit:Inde portas cuſtodire iuſſit tribunus militū:præfectiſq; ſocium & centurionibus:ne quis nocte urbe exiret.Id ſegnius negligentiuſq; factū.Septē prīcipes ſenatus:priuſq; cuſtodiæ ī portis locarētur:ante noctē cū liberis euaſerūt.Poſtero die luce prima cū ſenatus ī forꝫ citari cœptus eēt:deſyderati:bonaq; eorꝫ uenierūt.A cæteris ſenatoribus.cxx.obſides liberi ipſorꝫ accepti:traditiq;.C.Terētio Romā deducendi.Is oīa ſuſpectiora:quā ante fuerāt:in ſenatū fecit:itaq; īminente Ethruſco tumultu legionē alterā ex urbanis Arretium ducere iuſſus ipſe.C.Terētius:eaq; haberet ī præſidio urbis.C.Hoſtiliū cum cætero exercitu placuit totā prouinciā peragrare:& cauere:nequa occaſio nouare cupientibus res daretur.

Arretiō ū obſides

C.Terentius:ut Arretiū cū legione uenit:claues portarꝫ cum magiſtratus popoſciſſet:negātibus iis:cōparere:fraude amotas magis ratus:quam negligentia ītercidiſſe:ipſe alias claues omnibus portis impoſuit:cauitq; eum cura:ut oīa in poteſtate ſua eſſent.Hoſtiliū intēſius monuit:ut in eo ſpē non moturos quicquā Ethruſcos ponerer:ſi nequid mouere poſſent:p̄cauiſſet.De tarentinis īde magna contentione in ſenatu actū corā Fabio defendente ipſo:quos ceperat armis aliis infenſis:& plæriſq; æquantibus:eos campanorꝫ noxæ pœnæq;.S.C.in ſententiā.M.Acilii factum eſt:ut oppidum p̄ſidio cuſtodiretur:tarētiniq; omnes intra mœnia continerentur.Res integra poſtea referretur:cū trāquillior ſtatus Italiæ eēt. Et de.M.Liuio p̄fecto arcis tarentinæ haud minore certamine actū eſt.Aliis ſententiis notantibus præfectum:quod eius ſecordia Tarentū proditū hoſti eſſet.Aliis p̄mia decernentibus:quod per quinquennium arcem tutatus eſſet.Maximeq; unius eius opera receptum Tarentinum foret.Mediis ad cēſores: non ad ſenatū notionē de eo pertinere dicentibus.Cuius ſententiae & Fabius fuit.Adiecit tamen fateri

Reqre reſpōſū fabii in Liuiū ꝺ Taréto recepto

ſe opera Liuii Tarētum receptum:quod amici eius uulgo in ſenatu iactaſſent:neq; enim recipiendum fuiſſe:niſi amiſſum foret.Conſulum alter Quīitius Criſpinus ad exercitum:quē.Q.FuluiusFlaccus habuerat:cū ſupplemento ī lucanos eſt profectus.Marcellum aliæ atq; aliæ obiectæ animo religiōes tenebant:in quibus:qꝺ cū bello gallico ad Claſtidiū ædem Honori:& Virtuti uouiſſet:dedicatio eius a pōtificibus impediebať:quod negabant unam cellam duobus rectæ dedicari:quia ſi de cælo tacta:aut ꝓdigii aliquid in ea factum eſſet:difficilis procuratio foret:quod utri deo diuina res fieret:ſciri nō poſſet. Neq; enim duobus:niſi certis deis rite una hoſtia fieri.Ita addita Virtutis ædes approperato opere:neq; tamē ab ipſo ædes eæ dedicatæ ſunt.Tū demū ad exercitū:quē priore anno Venuſiæ reliq̄rat:cū ſupplemento ꝓficiſciť.Locros ī brutiis Criſpinus oppugnare conatus:quia magnā famā attuliſſe Fabio Tarē-

tum ferebatur:omne genus tormẽtoꝝ machinaꝝ:quæ ex Sicilia accẽrſierat:& nàues ibidẽ accitæ erãt: quæ uergentem ad mare partẽ urbis oppugnarent. Ea omiſſa oppugnatio eſt:quia Lacinium Annibal admouerat copias:& collegam eduxiſſe iam a Venuſia exercitum fama erat:cui coniungi uolebat. Itaqꝫ in Appuliam ex brutiis reditum eſt:& inter Venuſiam Bautiamqꝫ minus triummillium paſſuum interuallo conſules binis caſtris conſcenderant. In eandem regionem & Annibal rediit: auerſo ab Locris bello. Ibi ambo conſules ingenio feroces prope quottidie milites ĩ aciem excire:haud dubiæ ſpei:ſi duobus exercitibus conſularibus iunctis commiſiſſent ſeſe hoſtes:debellari poſſe. Annibal quia cum Marcello bis priore anno congreſſus uicerat:uictuſqꝫ erat:ut cum eodem:ſi dimicandum foret:nec ſpẽ: nec metum ex uano haberet. Ita duobus conſulibus haud quaquam ſeſe parem futurum credebat. Itaqꝫ totus in ſuas artes uerſus inſidiis locum quærebat:leuia tamen prælia inter bina caſtra uario euentu fiebant. Quibus cũ extrahi æſtatem poſſe conſules crederent:nihilominus oppugnari Locros poſſe rati. L. Cincio:ut ex Sicilia Locros cum claſſe traiicere:ſcribunt: Et ut a terra mœnia quoqꝫ oppugnari poſſent a Tarento partem exercitus:quæ in præſidio erat:duci eo iuſſerunt. Et ita futura per quoſdam thurinos comperta Annibali cum eſſent:mittit ad inſidendam ab Taréto uia. Ibi ſub tumulo Petelliæ equitum duo:peditum triamillia in occulto locata:in quæ inexplorato euntes Romani cum incidiſſent:ad duomillia armatorum cæſa:& mille &.cc. ferme uiui capti. Alii diſſipati fuga per agros ſaltuſqꝫ Tarentum rediere. Tumulus erat ſilueſtris inter punica & Romana caſtra a neutris primo occupatus:qa Romani qualis pars eius quæ uergeret ad hoſtium caſtra:eſſet:ignorabant. Annibal inſidiis: quam caſtris aptiorem eum crediderat. Itaqꝫ nocte ad id miſſas aliquot numidarum turmas medio in ſaltu condiderat:quorũ interdiu nemo ab ſtatione mouebatur:ne aut arma:aut ipſi procul conſpicerentur. Fremebant uulgo in caſtris Romanis occupandum eum locum eſſe:& caſtello firmãdum:ne ſi occupatus ab Annibale foret:uelut in ceruicibus haberent hoſtem. Mouet ea res Marcellum:& collegæ:Quinimus: inquit:ipſi cum equitibus paucis exploratũ? ſubiecta res oculis noſtris certius dabit conſiliũ Conſentiẽte Criſpino:cũ equitibus du centi & uiginti:ex quibus.xl. fregellani:cæteri Ethruſci erant: proficiſcuntur. Secuti. M. Marcellum tri. mil. conſulis filius:&. A. Manlius ſimul & duo præfecti ſocium. L. Arennius &. M. Aulius. Immolaſſe eo die quidã prodidere memoriæ conſ. Marcellum:& prima hoſtia cæſa iecur ſine capite inuentum in ſecunda omnia comparuiſſe:quæ aſſolent. Auctum etiam uiſum in capite:nec id ſane aruſpici placuiſſe:quod ſecundum trunca & turbia exta nimis læta apparuiſſent. Cæterum conſulẽ Marcellũ tanta cupiditas tenebat dimicandi cum Annibale:ut nũquam ſatis caſtra caſtris collata crederet. Tum quoqꝫ uallo egrediens ſignum dedit:ut ad locum miles eſſet paratus:ut ſi collis: in quem ſpeculatum irent:placuiſſet:uaſa colligerent:ac ſequerent. Exiguum campi ante ea caſtra erat inde in collis aperta undiqꝫ & conſpecta ferebat uia. Numidis ſpeculator nequaquam ſpem rantæ rei poſitus:ſed ſiquos uagos pabuli:aut lignorum cauſa longius a caſtris progreſſos poſſet excipere: ſignũ dat:ut pariter ab ſuis quiſqꝫ latebris exorirentur:non ante apparuere:quibus obuiis ab iugo ipſo cõſurgendum erat:quam circũire:qui ab tergo includerent uiã tũ undiqꝫ omnes exorti:& clamore ſublato: impetũ fecerunt. Cũ in ea ualle conſules eſſent:ut neqꝫ euadere poſſent in iugũ occupatũ ab hoſte:nec receptũ a tergo circunuenti haberent:extrahi tamen diutius certamen potu iſſe:ni cœpta ab Ethruſcis fuga pauoré cæteris iniecíſſet. Non tamen omiſere pugnã:deſerti ab Ethruſcis fregellani:donec itegri cõſules hortando:ipſiqꝫ ex parte pugnando rẽ ſuſtinebant. Sed poſteaquã uulneratos ambos cõſules. Marcellũ etiã tranſfixũ lancea prolabentẽ ex equo moribundũ uidere:tũ & ipſi perpauci autẽ ſupererant: cũ Criſpino conſule duobus iaculis icto:& Marcello adoleſcente ſaucio & ipſo:effugerunt:ĩterfecti. A. Mãlius tribunus militũ:& ex duobus præfectis ſociũ. M. Aulius occiſus: Arrenius captus. Et lictores conſulũ quinqꝫ uiui in hoſtiũ poteſtatẽ uenerunt. Cæteri autẽ interfecti ceciderunt. Duodeuiginti capti uiui. Et tumultuatũ in caſtris fuerat:ut conſulibus irent ſubſidio cũ conſulẽ:& filiũ alterius conſulis ſaucios:exiguaſqꝫ infelicis expeditionis reliquias ad caſtra uenientes cernunt. Mors Marcelli cũ alioqn miſerabilis fuit:tũ quod nec pro ætate:maior iã enĩ. lx. annis erat:neqꝫ pro ueteris prudentia ducis tã ĩprouide iſſet:collegãqꝫ &:prope totã répu. in præceps dederat. Multos circa unã ré ambitus fecerĩ:ſiquæ de Marcelli morte uariant auctores:oĩa exequi uelĩ. Vt omittã alios. C. Lællius triplicẽ rei geſtæ ordinem ædit. Vnã traditã fama:alterã ſcriptã laudatione filii:qui rei geſtæ interfuit:tertiã quã ipſe pro inquiſita ac ſibi cõperta affert. Cæteꝫ ita fama uariat:ut tamen plæriqꝫ loci ſpeculandi cauſa caſtris egreſſum omnes inſidiis circunuentũ tradant. Annibal magnũ terroré hoſtibus morte conſulis unius:uulnere alterius iniectũ eſſe ratus: necui deeſſet occaſioni:caſtra in tumulũ: in quo pugnatũ erat:extẽplo tranſfert. Ibi inuentum Marcelli corpus ſepelit. Criſpinus & morte collegæ:& ſuo uulnere territus ſilentio inſequentis noctis ,pfectus:quos proximos nactus eſt montes:in iis loco alto & tuto undiqꝫ caſtra poſuit.

Prodigioſa exta Marcello ſacrificati

Occidit Marcellus cõſ.

Ibi duo duces ſagaciter moti ſunt alter ad inferendã:alter ad cauendam fraudẽ. Annulo Marcelli ſimul cum corpore Annibal potitus erat. Eius ſigni errore:necui dolus necteretur a pœno metuens Criſpinus circa ciuitates proximas miſerat nuncios occiſum collegã eſſe:annuloqꝫ eius hoſtẽ potitũ:ne quibus litteris crederent nomine Marcelli cõpoſitis. Pauloante hic nuncius conſulis Salapiã uenerat: cum litteræ ab Annibale allatæ ſunt Marcelli nomine cõpoſitæ:ſe nocte:quæ diem illum ſecutura eſſet. Salapiã uenturum:parati milites eſſent:qui in praeſidio erant:ſiqua opera eorum opus eſſet. Senſere Salapiani fraudem: & ab ira non defectionis modo:ſed etiam equitum interfectorum rati occaſionem ſupplicii patere: miſſo retro nuncio: perfuga autem romanus erat: ut ſine arbitro milites: quæ uellent:

agerent. Oppidanos ꝑ muros: urbisq; opportuna loca in stationibus disponunt: custodias: uigiliasq;: in eam nectem intentius instruunt: circa portam: qua uenturū hostē rebantur: qđ roboris ī præsidio erat opponunt. Annibal quarta uigilia ferme ad urbē accessit. Primi agminis erant perfugæ romanorꝫ:: & arma romana habebant. Ii: ut ad portam est uentū: latine cēs loquentes excitant uigiles: apeririq; portam iubent: consulem adesse. Vigiles uelut ad uocem eorꝫ excitati: tumultuari: trepidare: moliri portā: cataracta clausa erat. Eam partim uectibus leuant: partim funibus subducunt in tantū altitudinis: ut subire recti possēt. Vixdum satis patebat iter: cum perfugæ certatim ruunt per portā: & cū sexcenti ferme intrassent: remisso fune: quo suspēsa erat cataracta: magno sonitu cecidit. Salapiani alii ꝑfugas negligenter ex itinere suspensa humeris: ut inter pacatos gerentes arma: inuadunt. Alii e turri eius portæ: murisque saxis: sudibus: pilis absterrēt hostē. Ita inde Annibal sua & ipse fraude captus abiit profectusq; ad Locrorum soluēdam obsidionē: quā Cincius summa ui operibus: tormentorūq; omni genere ex Sicilia aducto: oppugnabat. Magoni iam haud ferme fidenti retenturꝫ: defensurumq; se urbem: prima spes morte nunciata Marcelli affulsit. Secutus inde nuncius Annibalē numidarꝫ equitatu præmisso: ipsum quātum accelerare posset: cum peditū agmine sequi. Itaq;: ubi primū numidas ædito e speculis signo: aduēare sensit & ipse patefacta repente porta: ferox in hostes erūpit. Et primo magis: qa improuiso id fecerat: quā qđ par uiribus esset: anceps certamen erat. Deinde ut superuenere numidæ: tantus pauor Romanis est iniectus: ut passim ad mare ac naues fugerent: relictis operibus machinisq;: qbus muros quatiebant. Ita aduentu Annibalis soluta Locrorꝫ obsidio est. Crispinus posteaquā in brutios profectū Annibalem sensit: exercitum cui collega præfuerat. M. Marcellū tribunum militū Venusiā adducere iussit. Ipse cū legionibus suis Capuam profectus: uix lecti exagitationē præ grauitate uulnerū patiens Romā litteras de morte collegæ scripsit: quantoq; ipse in discrimine esset. Se comitiorū causa nō posse Romā uenire: quia nec uiæ laborem passurus uideretur. Et de Tarento sollicitus esset: ne ex brutiis Annibal eo conuerteret agmen. Legatos opus esse ad se mitti uiros prudentes: cū quibus: quæ uellet: de repu. loqueretur. Hæ litteræ recitatæ: & magnū luctum morte alterius consulis: & metum de altero fecerunt. Itaq; Qu. Fabium filiū ad exercitū Venusiā miserūt. Et ad consulē tres legati missi Sex. Iunius Cæsar. L. Licinius Pollio. L. Cincius Halimetus: cū paucis ante diebus ex Sicilia redissēt: Hi nunciare cōsuli iussi: ut si ad comitia ipse Romā uenire nō posset: dictatorē in agro romano diceret comitiorꝫ causa: si consul Tarentū profectus esset. Q. Claudiū prætorē placere ī eā regionē inde adducere legiones: in qua plurimas sociorū urbes tueri posset. Eadem æstate Valerius cū classe centum nauiū ex Sicilia ī Afriram trāsmisit: & ad Clupeā urbem excursione facta: agrū late: nullo ferme obuio: uastauit. Inde ad naues raptim prædatores recepti: qa repente fama accidit classem punicā aduentare. lxxx. erant & tres naues. Cū iis haud procul Clupea prospere pugnat romanus. Decē & octo nauibus captis fugatis aliis cum magna nauali: terrestriq; ꝑda Lylibæum redit. Eadem æstate & Philippus implorātibus achæis auxiliū tulit: quos & Machanidas tyrānus lacedæmoniorum finitimo bello urebat. Et ætoli nauibus per fretū: quod Naupactum & Patras īterfluit: Rhoin incolæ uocāt: exercitu traiecto: depopulati erāt. Attalum quoq; regē Asiæ: quia ætoli summū gentis suæ magistratum ad eū ꝓximo cōsilio detulerat: fama erat ī Europam traiecturum. Ob hoc Philippo ī Græciam descēdēti ad Lamiam urbem ætoli duce Physia: qui prætor in eum annum cū absente Attalo creatus erat: occurrerūt. Habebant & ab Attalo auxilia secū: & ferme mille ex romana classe a præfecto Sulpicio missos. Aduersus hunc ducē: atque has copias Philippus bis prospero euentu pugnauit: multos admodū hostium utraq; pugna occidit. Inde cum ætoli metu compulsi Lamiæ urbis mœnibus tenerent sese. Philippus ad Phalerā exercitum reduxit: in maliaco sinu: is locus est quondam frequenter habitatus propter egregiū portum: tutasq;: circa stationes: & aliam opportunitatem maritimā: terrestremq;. Eo legati a rege Aegypti Ptolemæo: rhodiisq; & atheniensibus & Chiis uenerūt ad dirimēdū iter Philippū: atq; ætolos bellū. Adhibitus ab ætolis ex finitimis pacificator Amynāder rex Athamanū. Omniū aūt nō tanta pro ætolis cura erat ferocioris: quiā ꝑ ingeniis græcorꝫ gentis: quā ne Philippus: regnūq; eius graue libertati futurum rebus græciæ īmiscēretur. De pace dilata cōsultatio est in cōciliū achæorꝫ. Cōcilioq; ei & locus: & dies certa īdicta. Interim trigīta dierꝫ īduciæ īpetratæ. Profectus inde rex per Thessāliā: Boetiamq; Chalcidem Euboeæ uenit ut Attalum: quē classe petiturꝫ Euboeam audierat: portubus & littorꝫ appulsu arceret. Inde ꝑsidio relicto aduersus Attalū: si forte interim traiecisset: profectus ipse cū paucis equitum leuis armaturæ Argos uenit. Ibi curatione Hereorum: Nemeorumq; suffragiis populi ad eū delata: quia se macedonum reges ex ea ciuitate oriundos referunt: hereis peractis: ab ipso ludicro extemplo Rhium profectus ē ad indictum multo ante sociorꝫ concilium. Ibi de ætolico finiendo bello actum est: ne causa aut romanis: aut Attalo intrandi Græciam esset. Sed ea omnia uixdum induciarū tempore circūacto: ætoli turbauere. Posteaq̄ & Attalum Aeginam uenisset: & romanā classem stare ad Naupactum audiuere. Vocati enim ī cōciliū Achæorum: ī quo eædē legationes erant: quæ ad Phaleram egerant de pace: primi questi sunt: quædā contra fidem conuentionis tempore induciarum facta: postremo negarunt dirimi bellum posse: nisi Messeniis achæi Pylum redderent: Romanis restitueretur Athamanis Cordileo: & Pleurato: Archide. Eniuero indignū ratus Philippus uictos uictori sibi ultro condiciōes ferre: ne antea quidem se aut de pace audisse: aut inducias pepigisse dixit: spē nullā habētē quieturos ætolos: sed ut omnes socios testes haberet se pacis: illos belli causam quæsisse. Ita infecta pace cōcilium dimisit: quattuormillibus armatorū relictis ad præsidiū achæorum: & quinq; longis nauibus acceptis: quas si adiecissēt missæ nuper ad se classi cartha

Annibal a Salapiā reiectus ē cū cæde

Nerei & Nemei ludi

ginenſium & ex Bythinia ab rege Pruſia uenientibus nauibus:ſtatuerat nauali p̃lio laceſſere romanos iádiu in ea regione potentes maris. Ipſe ab eo concilio Argos regreſſus:iam.n.nemeoꝝ appetebat tp̃s quæ celebrari uolebat p̃ſentia ſua. Occupato rege apparatu ludoꝝ & per dies feſtos licẽtius: q̃ ítra bel/li tpa remittente aíum. Sulpicius ab Naupacto profectus claſſem appulit inter Sicyonem & Corinthũ: agrumq; nobiliſſimæ fertilitatis effuſe uaſtauit. Fama eius rei Philippus a ludis exciuit: raptimq; cum equitatu profectus:iuſſis ſe ſubſequi peditibus:palatos paſſim per agros graueſq; p̃da: ut qui nihil ta/le metuerant adortus romanos compulit in naues. Claſſis romana haudquaquá læta p̃da Naupactum redit. Philippo quoq; ludorum qui reliqui erát:celebritate quantæcũq; de romanis tum uictoriæ par/tæ famam auxerat:læticiaq; ingenti celebrati feſti dies:eo magis ẽt: quod populariter dempto capitis inſigni purpuraq;:atq; alio regio habitu æquauerat cæteris ſe in ſpẽm:qua nihil gratius eſt ciuitatibus liberis:p̃buiſſetq; haud dubiá eo facto ſpem libertatis: niſi oía intoleranda libidine fœda: ac deformai effeciſſet. Vagabatur.n.cũ uno: aut altero comite p̃ maritas domos dies noctesq; & ſubmittendo ſe in priuatũ faſtigium quo minus cõſpectus:eo ſolutior erat & libertatẽ cum aliis uanã oſtendiſſet: totá in ſuá licentiam uerterat. Neq;.n.oía emebat:aut ebládiebatur:ſed uim flagitiis adhiebat:piculoſumq; & uiris & parentibus erat:moram incõmoda ſeueritate libidini regiæ feciſſe. Vni ẽt principi achæorum Arato adépta uxor noíe Polycratia:ac ſpe regiaꝝ nuptiarum in Macedoniá apportata fuerat. Poſt hæc flagitia:ſoléni nemeoꝝ ludo peracto:pauciſq; additis diebus Dymas eſt profectus ad p̃ſidium ætolorũ quod ab eleis accitũ acceptumq; in urbẽ erat:eiiciẽdum. Cycleadas penes eũ ſumma íperii erat:achæiq; ad Dymas regi occurere:& eleoꝝ accenſi odio:qđ a cæteris achæis diſſentirent: & infenſi ætolis: quos romanum quoq;:aduerſus ſe mouiſſe bellũ credebant:profecti a Dymis:coniuncto exercitu:tranſeunt Lariſſum amnẽ qui eleum agꝝ a dymeo dirimit. Primũ diem:quo fines hoſtiũ ingreſſi ſunt populádo abſumpſerunt. Poſtero die acie inſtructa ad urbẽ acceſſerunt p̃miſſis equitibus: q obequitando portis promptũ ad excurſiones genus laceſſerent ætoloꝝ. Ignorabant Sulpiciũ cum qndecim nauibus a Nau pacto Cyllenem traieciſſe:& expoſitis in terrã quattuor millibus armatoꝝ: ſilentio noctis: ne conſpici agmen poſſet:ítraſſe Elim. Itaq; íprouiſa res ingẽtem iniecit terroré:poſteaq̃ romana ſinga: atq; arma inter ætolos eleoſq; cognouere. Et primo recipere ſuos uoluerat rex deinde contracto iam íter ætolos & Thrallis (illyricoꝝ id eſt genus) certamine cũ urgeri uideret ſuos:& ipſe rex cum equitatu in cohor/tem romaná ícurrit. Ibi equus pilo traiectus cũ prolapſum in caput regẽ effudiſſet atrox pugna utríq; accenſa eſt:& a romanis ípetu in regem facto:& ꝓtegentibus regiis. Inſignis & ipſius pugna fuit: cum pedes inter equites coactus eſſet p̃lium inire. Deinde cũ iam impar certamé eſſet: caderentq; prope eũ multi:& uulnerarent:raptus a ſuis:atq; alteri equo iniectus fugit. Eo die caſtra quíquemillia paſſuum ab urbe eleoꝝ poſuit. Poſtero die oís copias ad propinquũ eleorum caſtellũ quod Phyrgũ uocant:du/xit:quo agreſtiũ multitudinem cũ pecoribus metu populationũ cõpulſam audierat: eá inconditá iner méq; multitudinem primo ſtatí terrore adueniens:cœpit compenſaueratq; ea p̃da: quod ignominiæ ad Elim acceptũ fuerat. Diuidenti p̃dam captiuoſq; (fuerant aũt quatuormillia hoíum:pecorumq; oís generis ad milliauigíti) nuntius ex Macedonia uenit Eropum quẽdam: corrupto arcis p̃ſidiiq; p̃fecto Lichídum cepiſſe: tenere & daſſeretiorum quoſdam uicos:& dardanos ét cõcire. Omiſſo igit achaico atq; ætolico bello:relictis tamé duobuſmillibus & quigétis oís generis armatorũ: cũ Menippo & po/lyppõta ducibus ad p̃ſidium ſociorũ profectus ab Dymis:per Achaiã. Boetiamq;:& Euboeá decimis caſtris Demetriadẽ i Theſſaliam peruenit. Ibi alii maioré afferétes tumultũ nuncii occurrũt: dardanos in Macedoniam effuſos Oreſtidem iam tenere:ac deſcẽdiſſe í argeſteum campum. Famãq; íter barba ros celebrem eſſe. Philippum occiſum. Expeditione ea qua cum populatoribus agri ad Sicyonem pu/gnauit:in arborem illatus ípetu equi ad eminẽtem ramũ cornu alteꝝ galeæ per fregit. Id inuẽtum ab ætolo quodam:perlatumq; in Aetoliam ad Scerdileum:cui notum erat ſigne galeæ:famã íterfecti re/gis uulgauit. Poſt ꝓfectionem ex Achaia regis. Sulpicius Aeginam claſſe ꝓfectus cum attalo ſeſe cõiũ/xit. Achæi cum ætolis: Eleiſq; haud procul Meſſene proſperam pugnam fecerũt. Attalus rex:&. P. Sul/picius Aeginæ hybernarũt. Exitu huius áni. T. Quítius cõſul:dictatore comitioꝝ ludorumq; facien/dorum cauſa dicto. L. Manlio Torquato:ex uulnere moritur. Alii Taréti:alii in Campania mortuum tradũt. Id quod nullo ante bello acciderat:duo cõſules ſine memorando prælio íterfecti uelut orbam rempu. reliquerát. Dictator Manlius magiſtrum equitum. C. Seruilium quítum: ædilis curulis erat: dixit. Senatum:quo die primũ eſt habitus:ludos magnos dictatorem facere iuſſit:quos. M. Aemylius prætor urbis. C. Flaminio. Gn. Seruilio cõſulibus fecerat:& in quíquénium uouerat. Tum dictator & ludos fecit:& inſequés luſtrum uouit. Cæterum cum duo cõſulares exercitus tam prope hoſtem ſine ducibus eſſent:oíbus aliis omiſſis una præcipua cura patres populumq; íceſſit:cõſules primo quoque tempore creãdi. ut eos potiſſimum crearent:quorum uirtus ſatis tuta a fraude punica eſſet:cum toto eo bello damnoſa præpropera ac feruida ingenia imperatorum fuiſſent:tum eo ipſo anno cõſules ni/mia cupiditate cõſerédi cum hoſte manum in nec opinatam fraudem lapſos eſſe. Cæterum deos im/mortales miſertos nominis romani peperciſſe í noxiis exercitibus:temeritaté ipſoꝝ conſulum capiti/bus damnaſſe. Cum circũſpicerét patres quoſnam cõſules facerét:lõge áte alios eminebat. C. Claudius Nero:ei collega quærebatur. Et uirum quidem egregium ducebát:ſed promptioré acrioréq;: quam tempora belli poſtularét:aut hoſtis Annibal temperádum acre ígenium eius moderato & prudẽti ui/ro adiũcto collega cẽſebát. M. Liuius erat homo multis ánis áte ex cõſulatu populi iudicio damnatus:

Philippi regis libido

Aratus Polycratia

Lichinidũ Ptolemæus uocat nõ bachídũ

Videne tribalos ꝓ trallis ſit legédum

C. Claudius Nero. M. Liuius conſ.

quam ignominiam adeo ægre tulerat: ut & rus migraret & per multos annos & urbe: & omni cœtu careret hominum. Octauo ferme post damnationem anno. M. Claudius Marcellus: &. M. Valerius Leuinus consules reduxetunt eum in urbem: sed erat uestę obsoleta: capilloq; & barba prolyxa: præ se referens ī uultu: habituq; insignem memoriam ignominiæ acceptæ. L. Veturius: &. P. Licinius censores eum tondere: & squallorem deponere: & in senatum uenire: fungiq; aliis publicis muneribus coegerūt Sed tum quoq; aut uerbo assentiebat: aut pedibus in sententiam ibat: donec cognati hominis eum cā. M. Liuii Macati: cum de fama eius ageretur: stantem coegit in senatu sentētiā dicere. Tum ex tāto interuallo auditus conuertit ora hoīum in se: cāmq; sermonibus p̄buit: indigno iniuriā a populo factā: magnoq; id damno fuisse: qđ tam graui bello nec opera: nec cōsilio talis uiri usa ¡resp. esset. C. Neroni: neq; Qu. Fabiū: neq;. M. Valerium Leuinū dari collegas posse: quia duos patritios creari non liceret. Eandē cām in. T. Manlio esse: p̄terq̄ quod recusassēt delatū consulatū: recusaturusq; esset: egregiū par consulū fore si. M. Liuium. C. Claudio collegā adiunxissent. Nec populus mentionem eius rei ortam a patribus est aspnatus. Vnus eam rē in ciuitate is: cui deferebat honos: abnuebat: leuitatem ciuitatis accusans: fordidati rei non misertos: candidā togam inuito offerri: eodē honores pœnasq; congeri: si bonū uiꝝ ducerēt: qd ita pro malo ac noxio dānassent? quid ita male credito p̄riore cōsulatu alterum crederēt? Hæc taliaq; arguētē: & querētē castigabāt patres. Et. M. Furiū memorātes reuocatū de exilio patria pulsū sede sua restituisse: ut parētum scæuitiam: sic patriæ patiēdo ac ferēdo leniēdam esse. Adnixi oēs cum. C. Claudio cōsulem. M. Liuium fecerūt. Post diē tertiū eius diei p̄toꝝ comitia habita. Prætores creati. L. Portius Licinius. C. Mālius: &. C. Hostilius Catones. Comitiis p̄fectis: ludisq; factis: dictator & magister eqtum magistratu abierūt. C. Terētius Varro ī Ethruriā ¡ppretore missus: ut ex ea ¡puincia. C. Hosti. Tarentū ad eum exercitū iret quē. T. Quintius consul habuerat: &. L. Man. trans mare lagatus iret: uiseretq;: q̄ ibi gererent. Simul qđ Olympiæ ludicrū ea æstate futuꝝ erat: qđ maximo cœtu Grætiæ celebraret: ut si tuto hostē posset adire id consilium: ut q siculi bello ibi ¡pfugi: aut tarētini ciues relegati ab Annibale essent: domos redirēt: scirentq; oīa sua iis: q̄ ante bellū habuissent: reddere populū ro. Quia piculosissimus annus iminere uidebat: neq; consules in rep. erant: in cōsules designatos oēs uersi q̄primum eos sortiri ¡puincias: & p̄sciscere quā quis eoꝝ prouinciā: quem hostē haberet: uolebant. De reconciliatione & iā gratiæ eoꝝ in senatu actū est: principio facta a. Qu. Fabio Maxio. Inimicitiæ āt nobiles inter eos erant: & acerbiores eas indignioresq; Liuio sua calamitas fecerat: qđ spretū se in ea fortuna credebat. Itaq; is magis implacabilis erat: & nihil opus esse recōciliatione aiebat: acrius & intentius oīa gesturos: timētes ne crescēdi ex se inimico collegæ ptās fieret. Vicit tamē auctoritas senatus: ut positis simultatibus: cōi aio consilioq; administrarent rēp. Prouinciæ iis non p̄mixtæ regionibus sicut superioribus annis: sed diuersæ extremis Italiæ finibus: alteri aduersus Annibalē Brutii. Lucāi. Alteri Gallia aduersus Asdrubalē: quem alpibus appropiquare fama erat: decreta. Exercitū ex duobus q ī Gallia: quiq; in Ethruria essent: addito urbano: eligeret: quē mallet: qui Galliā esset sortitus. Cui Brutii ¡puincia euenisset: nouis legionibus urbanis scriptis: utrius mallet consulū prioris anni exercitū sumeret. Relictum āt a consule exercitū. Qu. Ful. proconsul accipet: eiq; ī annū imperiū esset: &. C. Hostilio: cui pro Ethruria Tarentū mutauerant prouinciā: pro Tarento Capuā: legio una data est: cui Fuluius ¡pximo anno p̄fuerat. De Asdrubalis aduentu in Italiā cura in dies crescebat. Massilienſiū primum legati nunciauerāt eū in Galliam transgressum: erectosq; aduentu eius: quia magnū pōdus auri attulisse diceret: ad mercedem auxilia cōducēda gallorum aios. Missi deide cum iis legati ab Roma Sex. Antistius: &. M. Retius ad rem ispiciendam: qui retulerūt misisse cum Massiliēsium ducibus: q per hospites eoꝝ p̄cipes gallorum oīa explorata referrent. Pro comperto habere Asdrubalem īgēti iam coacto exercitu proximo uere alpes traiecturum: nec tum eum quicquam aliud morari: ni quod clausæ hyeme alpes essent: in locum. M. Marcelli. L. Aquilius Petus augur creatus: inauguratusq;. Et. Gn. Cornelius Dollobella rex sacrorum inauguratus est: in locum. M. Martii qui biēnio ante mortuus erat. Hoc eodem āno & lustrū cōditum est a cēsoribus. P. Sēpronio Tuditano: &. M. Cornelio Cethego: censa ciuium capita. c. xxxvii. millia. c. &. viii. minor aliquāto numerus: quam qui ante bellum fuerat: eo anno primū ex quo Annibal in Italiam uenisset: comitium tectum esse memoriæ proditū est: & ludos romāos semel īstauratos ab ædilibus curulibus. Q. Metello: &. C. Seruilio: & plebeis ludis biduum īstauratum est ab. Q. Manlio: &. M. Cecilio Metello ædilibus plebis: & tria signa ad Cereris ædem dederūt. Et Iouis epulum fuit ludorum causa. Consulatum inde ineunt. C. Claudius Nero: &. M. Liuius iterum. Qui: quia iam designati prouincias sortiti erāt: prætores sortiri iussērunt. C. Hostilio urbana iurisdictio euenit: addita peregrina: ut tres in prouincias exire possent. Licinio Sardinia. C. Manlio Sicilia. L. Portio Gallia obuenit Summa legionum trium &. xx. Ita per prouīcias diuisa: ut binæ cōsulū essent. Quattuor Hispania haberet: Tres p̄tores: binas in Sicilia: in Sardinia: & Gallia. Duas. C. Terētius ī Ethruria. Duas. Q. Fuluius in brutiis. Duas. Q. Claudius circa Tarētum & salētinos. Vnā. C. Hostilius Tubulus Capuæ. Duæ urbanæ ut scriberētur. Primis quattuor legionibus populus tribunos creauit. In cæteras cōsules miserūt

Prius quam consules proficescerentur: nouendiale sacrum fuit: quia ueiis de cælo lapidauerat. Sub unius prodigii: ut fit: mentionem alia quoq; nunciata. Minturnis ædem Iouis & lucum Maricæ: item Attellæ murum: & portam de cælo tactam: Minturnenses terribilius: quod esset: adiiciebant. Sanguinis riuum in porta fluxisse. Et Capuæ lupus nocte portam ingressus uigilem laniauerat. Hæc procurata hostiis maioribus prodigia & supplicatio idem unum fuit. Et ex decreto pontificum iterum nouen

Quia nondū catōes erāt uide ne cē tones sit legēdum

Cēsus

Sedē libētius q̄ fidē legerim

Copiæ ro.

Prodigia

diale inſtauratum: quod in armiluſtro ladipibus uiſum pluere:liberas religione mentes turbauit rurſus: nunciatum Fruſinone iſantem natum eſſe quadrimo parem. Nec magnitudine tam mirandum: quam quod is quoq; ut Sinueſſæ biénio ante incertus an mas an fœmina eſſet:natus erat.Id uero aruſpices ex Ethruria acciti fœdum ac turpe prodigium dicere extorrẽ agro romano procul terræ cõtactu alto imergendum uiuum in arcam condidere:prouectumq; in mare proiecerunt.Decreuere item pontifices ut uirgines nouennæ per urbem euntes carmen canerent. Id cũ in louis Statoris æde diſcerent conditum ab Liuio poeta carmen: tacta de cælo ædes in Auentino Iunonis reginæ:prodigiumq; id ad matronas pertinere aruſpices cum reſpondiſſent: donoq; diuam placandam eſſe: ædilium curulium edicto:in Capitolium conuocatæ:quibus in urbe Roma:intraq; decimum lapidem ab urbe domicilia eſſent ipſæ inter ſe quinq; & uiginti delegerunt:ad quas ex dotibus ſtipem conferrent.Inde donum pe luis aurea facta:lataq; in Auentinum:pureq; & caſte a matronis ſacrificatum:confeſtim ad aliud ſacrificium eidẽ diuæ ab decẽuiris edicta dies:cuius ordo talis fuit. Ab æde Apollinis boues fœminæ duæ albæ porta Carmẽtali in urbem ductæ.Poſt eas duo ſigna cupreſſea Iononis reginæ portabãtur. Tum ſeptem & uigiti uirgines lõgam indutæ ueſtẽ carmẽ i Iunonem reginam canẽtes ibãt:illa tempeſtate forſitan laudabile rudibus ingeniis:nunc abhorrens & inconditum:ſi referatur.Virginum ordinem ſequebantur decemuiri coronati laurea:prætextatiq; a porta lugario uico in foꝝ uenere.In foro pompa conſtitit.Per manus reſte data:uirgines ſonum uocis pulſu pedum modulantes inceſſerunt. Inde uico Tuſco Velabroq; per Boarium forum in cliuum publicum:atq; ædem Iunonis reginæ perrectum.Ibi duæ hoſtiæ a decem uiris immolatæ:& ſimulacra cupreſſea in ædem illata.Diis rite placatis delectũ cõſules habebant:acrius intentiuſq;:q̃ prioribus annis quiſq; meminerat habitum:nam & belli terror duplicatus noui hoſtis in Italiam aduentu:& minus iuuentutis erat:unde ſcriberent mĩlites:itaq; colonos etiam maritimos:qui ſacroſanctam uacationem dicebantur habere: dare milites cogebant. Quibus recuſantibus:edixere i diem certam:ut quo quiſq; iure uacationem haberet ad ſenatum referret.Ea die hi populi ad ſenatum uenerunt oſtienſis:alſienſis:antias:anxuras:minturnenſis:ſinueſſãnus:& a ſupo mari ſenenſis.Cum uacationes ſuas quiſq; populus recitaret nullius: cum in Italia hoſtis: eſſet præter antiatem:oſtienſemq; uacatio obſeruata eſt.Earumq; coloniaꝝ iuniores iureiurãdo adacti: ſuper dies triginta non pernoctaturnos ſe extra mœnia coloniæ ſuæ donec hoſtis in Italia eſſet.Cum omnes cenſerent primo quoq; tẽpore cõſulibus eundũ ad pellum (nã & Aſdrubali occurendũ eſſe deſcendenti ab alpibus:ne gallos ciſalpinos:neue Ethruriã erectam in ſpem reꝝ nouaꝝ ſollicitaret:& Annibalem ſuo proprio occupãdũ bello:ne emergeret ex brutiis:atq; obuiam fratri ire poſſet)Liuius cũctabatur:paꝝ fidẽs ſuaꝝ prouinciaꝝ exercitibus.Collegam ex duobus conſularibus egregiis exercitibus:& tertio cui Qu.Claudius Tarenti bræeſſet:electionem habere:intuleratque mentionem deuolonibus reuocandis ad ſigna:ſenatus liberã ptãtem cõſulibus fecit: & ſupplendi unde uellẽt:& eligẽdi de oĩbus exercitibus quos uellent:permutãdiq; ex prouinciis quos e repu.cenſerẽt eſſe:traducẽdi.Ea omnia cũ ſumma concordia conſulum acta.Volones in undeuiceſimã & uiceſimam legiones ſcripti magni roboris auxilia. Ex Hiſpania quoq; a.P.Scipiõe Liuio miſſa:quidam ad id bellum auctores ſunt:octo millia hiſpanorum gallorumque:& duo millia de legionibus militum:equitumq; mille octingentos mixtos numidas hiſpanoſq;.M.Lucretium has copias nauibus abduxiſſe.Et ſagittariorum funditorumq; ad quattuormilia ex Sicilia.C. Manlium miſiſſe. Auxerunt Romæ tumultum litteræ ex Gallia miſſæ ab.L. Portio prætore Aſdrubalem mouiſſe ex hybernis:& iam alpes tranſire.Octomillia ligurum conſcripta:armataq; coniuncturaq; ſe tranſgreſſo in Italiam eſſe:niſi mitteretur in ligures:qui eos bello occuparet:ſe cum inualido exercitu:quoad tutum putaret:progreſſurum.Hæ litteræ conſules raptim confecto delectu maturius: quam conſtituerant:exire in prouincias coegerunt:ea mente ut uterque conſulum hoſtem in ſuam prouinciam continerent:ut neq; coniungi:neq; conferre i unum uires paterentur.Plurimum in eam rem adiuuit opinio Annibalis:quod & ſi ea æſtate tranſitũrum in Italiam fratrem crediderat:racordando quæ ipſe in tranſitu nunc Rhodani:nũc alpium cum hominibus: locisq; pugnando per quinq; menſes exhauſiſſet:haudquaquam tam facilem:maturumq; trãſitum expectabat.Ea tardius mouendi ex hybernis cauſa fuit.Cæterum Aſdrubali & ſua:& aliorum ſpe omnia celeriora & expeditiora fuere.Nõ enim receperũt modo aruerni eum: deincepſq; aliæ gallicæ atq; alpinæ gentes:ſed etiam ſecutæ ſunt ad bellum:& cum per munita plæraq; trãſitu fratris:quæ antea inuia fuerant:ducebat:tum etiam duodecim annorum conſuetudine:peruiis alpibus factis:inter mitiora iã hominum tranſibant ingenia.Inuſitati nãq; antea alienigenis:nec uidere ipſi aduenam in ſua terra aſſueti omni generi humano inſociales erant:& primo ignari:quo penus pergeret:ſuas rupes:ſuaq; caſtella:& pecorum hominumq; prædam peti crediderant.Fama deíde punici belli: quo duodecimum annum Italia urebatur:ſatis edocuerat uiam tantum Alpis eſſe.Duas præualidas urbes magno inter ſe maris: terrarumq; ſpatio diſcretas:de imperio & opibus certare.Hæ cauſæ aperuerãt alpes Aſdrubali. Cæterum quod celeritate itineris profectum erat:id mora ad Placẽtiam:dum fruſtra obſidet magis: quam oppugnat:corrupit.Crediderat campeſtris oppidi facilem expugnationẽ eſſe:& nobilitas coloniæ iduxerat eum magnum ſe excidio eius urbis terrorem cæteris ratum iiecturum.Nõ ipſum ſolum ea oppugnatio impediit: ſed Annibalem poſt famam trãſitus eius tãto ſpe ſua celeriorem iam mouentem ex hybernis continuerat.Quippe reputãtem nõ ſolum:quam lenta urbium oppugnatio eſſet: ſed etiã quã ipſe fruſtra eãdem illam coloniam ab Trebia uictor regreſſus temptaſſet.Cõſules diuerſis itineri-

Lugarius uicus

De ſenagallica itelligaſ oportet

Aſdrubal alpes celerius Annibale ſupat

Metus ciuitatiſ

bus profecti ab urbe uelut in duo pariter bella diſtenderãt curas hoſtium ſimul recordãtium:quas pri-
mus aduẽtus Annibalis ituliſſet Italiæ clades:ſimul cum illa angeret cura quos tam propitios urbi at-
que imperio fore deos:ut eodem tempore utrobiq; reſpu.proſpere gereretur:aduerſa ſecũdis pẽſando
rem ad id tempus extractam eſſe.Cum in Italia ad Thraſymenum & Cannas p̃cipitaſſet romana reſp.
Proſpera bella in Hiſpania prolapſam eã erexiſſe.Poſtea cũ in Hiſpania alia ſuper aliam clades duobus
egregiis ducibus amiſſis:duos exercitus ex parte deleſſet:multa ſecunda in Italia:Siciliaq; geſta:quaſſa-
tam rempu.excepiſſe.Et ipſum iteruallum loci:quod in ultimis terrarum oris alterum gereretur bel-
lum:ſpatium dediſſe ad reſpirandum.Nunc duo bella in Italia:accepta:duos celeberrimi nominis du-
ces circunſtare urbem Romam:& unum in locum totam periculi molem omne onus incubuiſſe:qui
eorum prior uiciſſet:intra paucos dies caſtra cum altero iuncturum.Terrebat & proximus ánus lugu-
bris duorum conſulum funeribus.His anxii curis homines digredientes in prouincias conſules proſe
cuti ſunt.Memoriæ proditum eſt: plenum adhuc ira in ciues.M.Liuium ab bellũ proficiſcẽtem:mo-
nenti.Qu.Fabio ne prius:quam genus hoſtium noſſet:temere manum conſereret:reſpõdiſſe:ubi pri-
Hoſtiũ mum hoſtium agmen conſpexiſſet pugnaturum.Cum quæreretur quæ cauſa eſſet feſtinandi:Aut ex
cædes hoſte egregiam gloriam inquit:aut ex ciuibus uictis gaudium meritum certe & ſi non honeſtum: ca-
piam.Priuſquam Claudius cõſul in prouinciam perueniret:per extremum finem agri larinatis ducen
tem in ſalentinos exercitum Annibalem cum expeditis cohortibus adortus.C. Hoſtilius Tubulus in
compoſito agmine terribilem tumultum intulit.Ad quattuormilia hominum occidit.Nouem ſigna
militaria cepit.Mouerat ex hybernis ad famam hoſtis.Qu.Fabius: qui per urbes agri ſalentini caſtra
diſpoſita habebat.Itaq; ne cum duobus exercitibus ſimul confligeret Annibal:nocte caſtra ex agro ta-
rentino mouit.atq; in brutios conceſſit.Claudius in ſalentinos agmen cõuertit.Hoſtilius Capuam pe-
tens:obuius ad Venuſiam fit conſuli Claudio.Ibi ex utroq; exercitu electa peditum quadragita millia:
duo millia & quingẽti equites:quibus cõſul aduerſus Annibalem rem gereret:reliquas copias Hoſti-
lius Capuam ducere iuſſus:ut.Qu.Fuluio procõſuli traderet:Annibal undiq; cõtracto exercitu quem
in hybernis aut ĩ præſidiis agri brutii habuerat:in lucanos ad Grumẽtum uenit ſpe recipiẽdi oppida:
quæ p metũ ad romanos defeciſſent:eodem a Venuſia cõſul romãus: exploratis itineribus: cõtẽdit:&
mille fere & quĩgẽtos paſſus caſtra ab hoſte locat.Grumẽti mœnibus ꝓpe iũctũ uidebat pœnoꝝ uallũ
quĩgẽti paſſus ĩtererãt caſtra punica ac romana.Interiacebat campus:colles ĩminebãt nudi ſiniſtro late
ri Carthaginẽſium:dextero romanoꝝ neutri ſuſpecti:quod nihil ſiluæ.neq; ad iſidias latebraꝝ habe-
bãt.In medio cãpo ab ſtatiõibus ꝓcurſantes:certamia haud ſatis digna dictu ſerebãt. Id modo roma-
num quærere apparebat:ne abire hoſtẽ patereẽ.Annibal ĩde euadere cupiẽs:totis uiribus ĩ aciem deſcẽ
debat.Tum cõſul ĩgenio hoſtis uſus:quo mĩus ĩ tam aptis collibus timeri iſidiæ poterãt:quĩq; cohor-
tibus additis quĩq; mãipulis:nocte iugum ſuperare:& ĩ aduerſi uallibus cõſidere iubet: exurgẽdi tem-
Ro. cõ- pus ex inſidiis:& aggredi hoſtem.T.Claudium Aſellum tribunum militum: &.P. Claudium præfe-
ſulis ctum ſocium edocet:quos cum iis mittebat.Ipſe luce prima copias omnes peditum equitumq; ĩ aciẽ
ſtrata- eduxit.Paulopoſt & ab Annibale ſignum pugnæ ꝓpoſitum ẽ:clamorq;:ĩ caſtris ad arma diſcurrrẽtiũ
gema eſt ſublatus:inde eques pedeſq; certatim portis ruere:ac palati per campum properare ad hoſtes.Quos
ubi effuſos conſul uidet:tribuno militum tertiæ legionis.C.Arunculeio imperat: ut equites legionis:
quanto maximo impetu poſſet:in hoſtem emittat.Ita pecorum modo incõpoſitos toto paſſim ſe cãpo
fudiſſe:ut ſterni obteriq;:priuſquam inſtruantur:poſſint.Nondum Annibal e caſtris exierat:cum pu-
gnantium clamorem audiuit.Itaq; excitus tumultu raptim ad hoſtem copias agit. Iam primos occu-
pauerat equites terror:peditum etiam prima legio:& dextera ala prælium inibant.Incompoſiti hoſtes
ut quenq; aut pediti: aut equiti caſus obtulit:ita cõſcerunt manus.Creſcit pugna ſubſidiis : & procur-
rentium ad certamen numero augetur:pugnanteſq;:quod niſi in uetere exercitu : & duci ueteri haud
facile eſt:inter tumultum ac terrorem inſtruxiſſet Annibal:ni cohortium:ac manipulorum decurren
tium per colles clamor ab tergo auditus:metum:ne includerentur a caſtris:iniecisſet. Inde pauor incuſ
ſus:& fuga paſſim fieri cœpta eſt:minoraq; cædes fuit : quia propinquitas caſtrorum breuiorem fugam
perculſis fecit:equites enim in tergo inhærabant.In tranſuerſa latera inuaſerant cohortes ſecundis col-
libus uia nuda:ac facilis decurrẽtes:tamen ſupra octomillia hominum occiſa:ſupra ſeptingentos capti:
Cades ſigna militaria nouem adempta. Elephanti etiam : quorum nullus uſus in repentina ac tumultuaria
pœ. pugna fuit quattor occiſi:duo capti:& circa romanorũ ſociorumq; ductores ceciderũt.Poſtero die pœ
nus quieuit.Romanus in aciem copiis ductis poſteaquam neminem ſigna contra efferre uidit : ſpolia
legi cæſorum hoſtium:& ſuorum corpora collata in unum ſepeliri iuſſit inde inſequentibus continuis
diebus aliquot ita inſtitit portis ut prope inferre ſigna uideretur donec Annibal tertia uigilia crebris
ignibus tabernaculiſq;:quæ pars caſtrorum ad hoſtes uergebat:& numidis paucis:qui ĩ uallo portiſq;
ſe oſtenderent :relictis:profectus Appuliã petere ĩtendit. Vbi illuxit ſucceſſit uallo romana acies:& nu-
midæ excõpoſito pauliſper ſe in portis atq; uallo oſtentauere:fruſtratiq; aliquãdiu hoſtes citatis equis
agmen ſuorum aſſequũtur.Conſul ubi ſilentium in caſtris:& ne paucos quidem : qui prima luce ob-
ambulauerant:parte ulla cernebat:duobus equitibus ſpeculatum in caſtra præmiſſis:poſteaquam tuta
Atť.pœ omnia ſatis eſſe exploratum eſt:ĩferri ſigna iuſſit.Tãtumq; ibi moratus:dum millites ad predã diſcur-
noꝝ cæ rerent receptui deinde cecinit:multoq; ante noctem copias reduxit. Poſtero die prima luce profectus
dem magnis itineribus famam:& ueſtigia agminis ſequẽs haud procul Venuſia hoſtem aſſequtur.Ibi quoq;

tumultuaria pugna fuit:supra uiginti millia pœnorum cæsa.Inde nocturnis montanisq; itineribus pœ
nus:ne locum pugnandi daret.Metapontum petiit.Hanno inde(is enim præsidio eius loci præfuerat)
in brutios cum paucis ad exercitum nouum comparandum missus Annibal copiis eius ad suas additis
Venusiam retro:quibus uenerat itineribus:petit:atq; inde Cánusium procedit.Nunquam Nero uesti
giis hostis abstiterat:&.Qu.Fuluium:cum Metapontū ipse proficiscereturin lucanos ne regio ea sine
præsidio esset:accersierat.Inde hæc ab Asdrubale:posteaquam a Placétiæ obsidione abscessit: quattuor
galli equites : duo numidæ cum litteris ad Annibalem missi cum per medium hostem totam ferme
longitudinem Italiæ emensi essent:dum Metapontum cedentem Annibalem sequuntur:incertis itine
ribus Tarentum delati a uagis per agros populatoribus romanis ad.Qu.Claudium proprætorē de/
ducuntur.Eum primo incertis implicantes responsis:ut metus tormẽtorum admotus fateri uera coe/
git:edocuerunt litteras se ab Asdrubale ad Annibalem ferre.Cum iis litteris:sicut erant:signatis.L.Vir/
ginio tribuno militum ducendi ad Claudium consulem traduntur. Duæ simul turmæ samnitum p/ Claudii
sidii causa missæ.Qui ubi ad consulem peruenerunt:litteræq; lectæ per interpretem sunt:&ex captiuis cõsulis
percũctatio facta. Tum Claudius non id tempus esse reip.ratus:quo consiliis ordinariis prouinciæ suæ cõsiliũ
quisq; finibus p exercitus suos cum hoste destinato a senatu bellum gereret audẽdum ad nouandum
aliquid improuisum inopinatumq;:quod cœptum non minorem apud ciues:quam hostes terrorem
faceret:perpetratũ in magnam læticiam ex magno metu uerteret litteris Asdrubalis Romam ad sena/
tum missis:simul:& ipsos patresconscriptos quid pararet:edocet:ut cum in Vmbria occursurum se As
drubal fratri scribat:legionem a Capua Romam accersant:delectum Romæ habeant exercitum urba
num ac Narniam hosti opponant.Hæc senatui scripta præmissi inde per agrum larinaté marrucinum
ferentinum : præpucianum:qua ducturus exercitũ erat:ut omnes ex agris urbibusq; cõmeatus patos
militi ad uescẽdũ in uiam deferrẽt: equos iumentaq; alia producerent ut uehiculorũ fessis copia esset
ipse de toto exercitu ciuium sociorũq;:quod roboris erat:delegit sex millia peditum : & mille equites.
Pronunciat occupare se in lucanis ꝓximã urbẽ:punicũq; i ea præsidium uelle: ut ad iter parati oẽs eẽnt
Profectus nocte flexit i Picenum:& consul quidẽ : quãtis maximis itineribus poterat:ad collegã duce/
bat:relicto.Q.Tatio legato:qui castris præesset Romæ nõ minus terroris ac tumultus erat:quã fuerat
biennio ante cũ castra punica obiecta romanis mœnibus:portisq; fuerant:neq; satis constabat ais:tã au
dax iter consulis laudarent:uituperarent ne:apparebat : quo nihil iniquius est : ex euentu famã habitu
rum.Castra prope Annibalem hostem relicta : sine duce cũ exercitu:cui detractũ foret:oẽ : qd' roboris
qd' floris fuerat:& cõsulem i lucanos ostẽdisse iter:cum Picenũ & Galliam peteret castra relinquẽtem
nulla alia re tutiora:q; errore hostis qui ducem ide:atq; exercitus parté abesset ignoraret.Quid futurũ:
si id palã fiat:& aut isequi Neronem cum sexmillibus armatorꝫ profectũ Annibal toto exercitu uelit: Ancipi/
aut castra iuadere prædæ relicta sine uiribus:sine imperio:sine auspicio . Veteres eius belli clades : duo tes me/
consules proximo anno interfecti terrebãt:& ea omnia accidisse:cum unus imperator unus exercitus trui lo/
hostium in Italia esset.Nunc duo punica bella facta duos ingentes exercitus: duos prope Annibales in sæ ciuiũ
Italia esse.Quippe & Asdrubalem patre eodem Amilcare genitum:æque impigrum ducem per tot in curæ
Hispania annos romano exercitatum bello:gemina uictoria insignem duobus ducibus cum clarissi/
mis exercitibus deletis.Nam itineris quidem celeritate ex Hispania concitatis ad arma gallicis genti/
bus:multo magis quam Annibalem ipsum gloriari posse.Quippe in iis locis hũc coegisse exercitum:
quibus ille maiorem partem militum fame ac frigore:quæ miserrima mortis genera sunt amisisset.
Adiiciebant etiam periti rerum Hispaniæ:haud cum ignoto eo duce.C.Neronem congressurum: sed
quem in saltu impedito deprehẽsus foret:haud secus:quam puerum conscribendis fallacibus cõditio/
nibus pacis frustratus elusisset.Omnia maiora etiam uero præsidia hostium minora sua metu inter/
prete:semper in deteriora inclinato ducebant.Nero posteaquam iam tantum interualli ab hoste fece/
rat:ut detegi consilium satis tutum esset:paucis milites alloquitur.Negat ullius cõsilium imperatoris
in speciem audacius:re ipsa tutius fuisse:quã suum:ad certam eos se uictoriã ducere. Quippe ad quod
bellum collega:nõ antequã ad facietatem ipsius peditum atq; equitum datæ ab senatu copiæ fuissent:
maiores instructioresq;:quã si aduersus ipsum Annibalem iret:ꝓfectus sit:eos ipsos:quantũcunq; uir
tus momentum addiderit:rem omnem inclinaturos:auditum modo in acie. Nam ne ante audiretur
daturum operam alterum consulem:& alterum exercitum adueniss:haud dubiam uictoriam factu/
rum:famã belli conficere:& parua momẽta in spem metũq; impellere animos. Gloriæ quidem ex re
benegesta partem:fructum prope omnẽ ipsos laturos.Semper quod postremũ adiectũ sit:id rẽ totam
uideri traxisse.Cernere ipsos quo concursu:qua admiratione:quo fauore hominũ iter suum celebre/
tur.Et Hercule per instructa oia ordinibus uirorum:mulierũq; undiq; ex agris effusorꝫ inter uota:&
preces:& laudes ibant.Illos præsidia reipu.uindices urbis Romæ imperiiq; appellabant:in illorum ar
mis:dextrisq; suam:& liberorum suorꝫ salutem ac libertaté repositã esse: deos deasq; præcabantur:ut
illis faustũ iter:felixq; pugna:matura ex hostibus uictoria esset:& dãnarentur ipsi uotorꝫ: quæ pro iis
suscepissent::ut quẽadmodũ ipsi nũc solliciti prosequerentur eos:ita paucos post dies læti ouantibus
uictoria obuiã irent.Inuitare inde pro se quisq; & offerre:& fatigare precibus:ut quæ ipsis: iumentisq;
usui essent:ab se potissimũ sumerent:benigne oia cumulata dare.Modestia certare milites:nequid ul/
tra usum necessarium sumerẽt.Nihil morari: nec ab signis subsistere:cybũ capiẽtes: diẽ ac noctem ire:
uix quod satis ad naturale desyderium corporum esset:quieti dare.Et ad collegam promissi erant:qui

nunciarent aduentum:percunctarenturq; clam an palam interdiu an noctu uenire ſeſe uellet:iiſdem an aliis conſidere caſtris.Nocte clam ingredi melius uiſum eſt. Teſſara per caſtra a Liuio conſule data erat:ut tribunus tribunum centurio centurionem:eques equitem:pedes peditem acciperet.Neq; enim dilatari caſtra opus eſſe:ne hoſtis aduentum alterius conſulis ſentiret & coartatio plurium in anguſto tendentium facilis futura erat:quod claudianus exercitus nihil fere præter arma ſecum in expeditioné tulerat. Cæterum in ipſo itinere auctum uoluntariis agmen erat offerentibus ſeſe ultro: & ueteribus militibus perfunctis iam militia:& iuuenibus:quos certatim nomina dantes:ſi quorũ corporis ſpecies roburq; uirium aptum militiæ uidebatur:conſcripſerat.Ad Senam caſtra alterius cõſulis erant. Quingentos inde ferme paſſus Aſdrubal aberat. Itaq; cum iam appropinquaret tectus montibus ſubſtitit Nero:ne ante noctem caſtra ingrederetur.Silentio ingreſſi:a ſis uquiſq; ordinis hominibus in tentoria adducti:cum ſumma omnium lætitia hoſpitaliter excipiuntur.Poſtero die concilium habitum:cui & L. Portius Licinius prætor affuit. Caſtra iuncta conſulum caſtris habebat: & ante aduentum eorum per loca alta ducendo exercitum:cum modo inſideret anguſtos ſaltus: ut trãſitum clauderet modo ab latere aut tergo carperet agmen ludificatus hoſtem omnibus artibus belli fuerat.Is tum in concilio aderat.Multorum eo inclinabant ſententiæ:ut dum feſſum uia ac uigiliis reficerent militem. Nero ſimul & ad noſcendum hoctem paucos ſibi ſumeret dies:tempus pugnæ differretur Nero nõ ſuadere modo ſed ſumma ope orare inſtitit:ne conſilium ſuum: quod tutum celeritas feciſſet temerarium morando facerẽt errore:qui nõ diutũrnus futurus eẽt:uelut torpẽtẽ Annibalem: nec caſtra ſua ſine duce relicta aggredi:nec ad ſequendum iter intendiſſe:antequam ſe mouerat:deleri exercitum Aſdrubalis poſſe:redireq; ĩ Apuliam:qui prolatãdo hoſti ſpatium det:eum & illa caſtra ꝓdere Annibali:& a perire ĩ Galliã iter:ut per otium:ubi uelit. Aſdrubali coniungatur. Extemplo ſignum dãdum:& exeundum in aciem abutendumque errore hoſtium abſentium præſentiumque: dum neque illi ſciant cum paucioribus: nec hi cum pluribus & ualidioribus rem eſſe.Conſilio dimiſſo:ſignum pugnæ proponitur cõfeſtimq; in aciem procedunt. Iam hoſtes ante caſtra inſtructi ſtabant. Moram pugnæ attulit: quod Aſdrubal prouectus ante ſigna cum paucis equitibus ſcuta uetera hoſtium notauit:quæ ante non uiderat & ſtrigoſiores equos:multitudo quoq; maior ſolita uiſa eſt. Suſpicatus id:quod erat: receptui propere cecinit:ac miſit ad flumen:unde aquabantur:ubi & excipi aliqui poſſent: & notari oculis: ſiqui forte aduſtioris coloris:ut ex recenti uia eſſent:ſimul circunuehi caſtra:iubet:ſpecularique: num auctum aliqua parte ſit uallum. Et ut attendant: ſemel bis ne ſignum canant in caſtris. Ea cum ordine omnia relata eſſent:caſtra nihil aucta:errorem faciebant:bina erant:ſicut ante aduentum conſulis alterius fuerant:

Tacitus Nerõis acceſſus ĩ caſtra

Anceps Aſdrubalis cura

una Liuii:altera.L.Portii:neutris quicquam:quo latius tenderetur ad muniméta adiectum. Illud ueterem ducem:aſſuetumque romano hoſti mouit:quod ſemel in prætoriis caſtris ſignum: bis in conſularibus referebant ceciniſſẽ:duos profecto conſules eſſe:& quonammodo alter ab Annibalẽ abſceſſiſſet cura angebat:minime:id quod erat ſuſpirari poterat:tantæ rei fruſtatione Annibalem eluſum: & ubi dux:ubi exercitus eſſet:cum quo caſtra collata haberet:ignorare:profecto haud mediocri clade abſterritum:inſequi nõ auſum:magnopere uereri:ne perditis rebus ſerum ipſe auxilium ueniſſet: romaniſq; eadẽ iam fortuna in Italia:quæ in Hiſpania eẽt. Interdum litteras ſuas ad eum nõ perueniſſe:credere:interceptiſq; iis conſulem ad ſeſe opprimendum acceleraſſe. His anxius curis:extictis ignibus:uigilia prima dato ſigno:ut taciti uaſa colligerent:ſigna efferri iuſſit. In trepidatione:& nocturno tumultu duces parum intenti iter aſſeruare:alter indeſtinatis iam inde ante animo latebris ſubſedit: alter per uada nota Metauꝝ flumen tranauit.Ita deſertum a ducibus agmẽ primo per agros palatur: feſſiq; aliquot ſomno:ac uigiliis ſternũt corpora paſſim:atq; in frequẽtia relinquũt ſigna Aſdrubal dum lux uiã iam oſtenderet:ripa fluminis ſigna ferri iubet:& ꝑ tortuoſi annis ſinus:flexuſq; cũ errore uoluẽs haud multũ proceſſiſſet:ubi prima lux tranſitum opportunum oſtendiſſet: trãſiturus erat:ſed cũ quantũ a mari abſcedebat:tanto altioribus coercentibus amnem ripis non inueniret uada:diem terendo ſpatiũ dedit ad inſequẽdum ſeſe hoſti.Nero primũ cũ omni equitatu aduenit.L.Portius deinde aſſecutus cũ leui armatura.Qui cum feſſum agmen carparent ab omni parte:incurſarentq;:& iam omiſſo itinere:quod fugæ ſimile erat:caſtramœtari pœnus in tumulo ſuper fluminis ripã uellet: aduenit Liuius peditum oĩbus copiis nõ itineri modo:ſed ad conſerendũ extẽplo prælium inſtructis armatiſq;. Sed ubi oẽs copias coniunxerũt:directaq; acies eſt.Claudius dextero in cornu.Liuius ab ſiniſtro pugnã iſtruit: media acies prætori tuẽda datur. Aſdrubal omiſſa munitiõe caſtroꝝ:poſteaquã pugnandum uidit:in prĩa acie ante ſigna elephantos collocat:circa eos leuo in cornu aduerſus Claudiũ gallos opponit: haud tantũ eis fidẽs:quãtũ ab hoſte timeri eos credebat.Ipſe dextrũ cornu aduerſus.M.Liuiũ ſibi atq; Hiſpanis:& ubi maxĩe in uetere milite ſpem habebat:ſumpſit.Ligures in medio poſt elephãtos poſiti:ſed lõgior quã latior acies erat.Gallos ꝑminẽs collis tegebat.Ea frons:quã hiſpãi tenebãt:cũ ſiniſtro romãorum cornu cõcurrit:dextra oĩs acies extra prælĩũ eminẽs ceſſabat:collis oppoſitus arcebat:ne aut a frõte:aut a latere aggrederẽtur.Inter Liuiũ Aſdrubalẽq; ĩgens contractũ certamẽ erat:atrox cædes utriq; ædebat:ibi duces ambo:ibi pars maior peditũ equitũq; romanoꝝ ibi hiſpani uetus miles perituſq; romanæ pugnæ & ligures duꝝ in armis genus eodem uerſi elephanti:qui primo ĩpetu turbauerãt ante ſignanos:& ſigna mouerãt loco.Deinde creſcẽte certamĩe & clamore ĩpotẽtes iam regi ĩter duas acies uerſari:uelut incerti quoꝝ eſſent:haud diſſimiliter nauĩbus ſine gubernaculo uagis.Claudius quid ergo præcipiti curſu tam longũ iter emenſi ſumus:clamitãs militibus:cum in aduerſum collã fruſtra ſi-

Cõſiliũ Aſdrubalis in ĩſtruenda acie

Claudii cõſiliũ ĩ ſubmouenda hoſtiũ acie

gna erigere conatus esset: posteaquã ea regione penetrari ad hostẽ non uidebat posse:cohortes aliquot subductas e dextero cornu:ubi stationẽ magis segnem:quam pugnã futuram cernebat: post aciẽ circũducit:& non hostibus mõ: sed etiã suis inopinantibus: in sinistrum hostium latus incurrit:tãtaque celeritas fuit:ut cum ostendissent se a latere:mox in terga iã pugnarent. Ita ex omnibus partibus ab fronte ab latere:ab tergo trucidãtur hispani ligures:& ad gallos iam cædes peruenerat. Ibi minimũ certaminis fuit:nã & pars magna ab signis aberãt:nocte lapsi stratiq; somno passim p agros:& qui aderãt itinere ac uigiliis fessi: intolerantissima laboris corpora uix arma humeris gestabant. Et iam diei medium erat:sitisq; & calor hiantes cædendos capiendosq; affatim præbebãt. Elephãti plures ab ipsis rectoribus:q; ab hoste interfecti:fabrile scalprum cum malleo habebant. Id ubi scæuire bælluæ ac ruere ĩ suos cœperant:magister inter aures positum ipsa in compage: qua iungitur capiti ceruix: quanto maximo poterat ictu:adigebat: ea celerrima uia mortis in tantæ molis bællua inuenta erat: ubi regendi spẽ ui uicisset: primusq; id Asdrubal instituerat. Dux cum sæpe alias memorabilis tum illa præcipuæ pugna. Ille pugnantes hortando pariterq; abeundo pericula sustinuit. Ille fessos abnuentisq; tædio: & labore nunc præcando:nunc castigando accendit. Ille fugientes reuocauit: omissamq; pugnam aliquot in locis restituit. Postremo cum haud dubia fortuna hostiũ esset:ne superesset tãto exercitui suũ nomẽ secuto:cõcitato equo se ĩ cohortẽ romanam ĩmisit. Ibi:ut patre Amilcare:& Annibalis fratre dignũ erat pugnãs cecidit. Nunq̃:eo bello una acie tãtum hostiũ interfectũ est. Redditaq; æqua cãnensi clades uel ducis:uel exertitu interitus uidebatur. Quinq̃gita sexmillia hostiũ cæsa. Capta. y. millia & quadrigẽti. Præda magna alia tũ ois generis:tum auri argẽtiq;. Ciuiũ etiã romanorũ:qui capti aqud hostes erãt:supra quattuormillia capitũ recepta. Id solatii fuit pro amissis eo prælio militibus. Nã haud quaquã icruenta uictoria fuit octo ferme millia romanorũ:sociorũq; occisa. Adeoq; etiã uictores sanguinis:cædisq; cœperat satietas:ut postero die cum esset nũciatum Liuio cõsuli gallos cisalpinos ligures q; qui aut prælio nõ affuissent:aut iter cædẽ effugissent:uno agmine abire sine certo duce:sine signis:sine ordine ullo: aut ĩperio:posse:si una equitũ ala mittatur:oẽs deleri. Superfint:ĩquit:aliqui:nũcii & hostium cladis:& nostræ uirtutis. Nero ea nocte quæ secuta est:pugnã citatiore:q̃ ide uenerat:agmine die sexto ad statiua sua:atq; ad hostẽ peruenit. Iter eius frequẽtia minore:quia nemo præcesserat nũcius: lætitia uero tãta uix:ut cõpotes mẽtium præ gaudio essent celebratũ est. Nã Romæ neuter animi habitus satis dici enarariq; potest:nec quo ĩcerta expectatione euẽtus ciuitas fuerat:nec quo uictoriæ fama acceperit Nunquã per omnes dies ex quo Claudium cõsulem profectum fama attulit:ab orto sole ad occidẽtem aut senator quisquam a curia:atq; ab magistratibus abscessit:aut populus e foro. Matrõæ:quia nihil ĩ ipsis opis erat:ĩ preces obtestationesq; uerse per omnia delubra uagæ suppliciis:uotisq; fatigare deos. Tam sollicitæ ac suspensæ ciuitati fama incerta primo accidit. Duos narnienses equites in castra: quæ in faucibus Vmbriæ opposita erãt:uenisse ex prælio nũciãtes cæsos hostes. Et primo magis auribus: quã ais id acceptum erat:ut maius letiusq; quã quod mente capere:aut satis credere possent:& ipsa celeritas fidem ĩpediebat:quod biduo ante pugnatũ dicebat. Litteræ deinde ab. L. Manlio Acidino missæ ex castris afferũtur de narniẽsium equitũ aduẽtu. Eæ litteræ per foꝝ ad tribunal. pr. latæ senatũ in curiã exciuerãt:tãtoq; certamie ac tumultu populi ad fores curiæ cõcursum ẽ:ut adire nũcius nõ posset:trahereturq; a percũctãtibus:uociferãtibusq; ut in rostris. priusquã in senatu litteræ recitarent. Tandẽ summoti & coerciti a magistratibus:dispẽsariq; lætitia ĩter ĩpotentes eius aios potuit. In senatu primũ deinde in cõcione litteræ recitatæ sunt:& pro cuiusq; ingenio aliis iam certum gaudiũ:aliis nulla ante futura fides erat:quã legatos cõsulũ uel litteras audissent. Ipsos deinde appropinquare legatos allatũ est. Tũc enimuero ois ætas currere obuii:primus quisq; oculis auribusq; haurire tãtũ gaudiũ cupiẽtes. Ad Miluium usq; pontẽ continẽs agmẽ peruenit. Legati erãt. L. Veturius Phlio. P. Vicinius Varus. Q. Cecilius Metellus:circũfusi ois generis frequẽtia in forum puenerũt. Cum alii ipsos:alii comites eoꝝ:quæ acta essent:percũctarent:& ut quisq; audierat:exercitũ hostium:ĩperatorẽq; occisum. Legiões romanas incolumes:saluos cõsules esse:extẽplo aliis porro impertiebãt gaudiũ suũ:cũ ægre in curia peruẽtum eẽt multo ægrius summota turba:ne patribus miscereturLitteræ in senatu recitatæ sunt. Inde in concionem introducti legati. L. Veturius litteris recitatis:ipse planius oĩa:quæ acta erant exposuit cum ingẽti assensu:postremo etiam clamore uniuersæ concionis:cum uix gaudium animis caperẽt: discursum inde ab aliis circa templa deum:ut grates agerẽt:ab aliis domos:ut cõiugibus liberisq; tam lætum nũcium impertirent. Senatus quod. M. Liuius:&. C. Claudius cõsules ĩcolumi exercitu ducem hostium: legionesq; occidissent:supplicationem in triduum decreuit. Eam supplicationem. A. Hostilius prætor pro concione edixit:celebrata a uiris:fœminisq; est. Omnia templa per totum triduum æqualem turbam habuere:cũ matronæ amplissima uestẽ:cum liberis peride ac si debellatum foret:oĩ solutæ metu deis ĩmortalibus grates agerẽt. Statũ quoq; ciuitatis ea uictoria mouit:ut iã ide haud secus:quã ĩ pace res iter se contrahere uændendo emendo:mutuum dando:argentum creditum soluendo:auderent.

C. Claudius consul cum in castra rediisset:caput Asdrubalis:quod seruatũ cum cura attulerat:piici ante hostium statiões:captiuosq; afros uictos ut erãt:ostẽdi:duos ẽt ex iis solutos ire ad Annibalem & expromere quæ acta essent:iussit Annibal tãto simul publico familiariq; ictus luctu agnoscere se fortunam Carthaginis ferẽt dixisse. Castris ide motis:oĩa auxilia quæ diffusa latius tueri non poterat: ĩ extremum Italiæ angulum brutios contraxit:& metapontinos ciuitatem uniuersam exicos sedibus suis & Lucanos qui suæ ditionis erant in Brutium traduxit.

Expedita elephãtis cõficiẽdi ratio

Ingens hostiũ cædes Asdrubal dimicans occidit

Atẽ. trepidatione cẽ ciuitatis in summa lætitia

Annibal suorũ cladẽ in brutios abiit

TERTIAE DECADIS
TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNI LIBER OCTAVVS.

CVM TRANSITV Asdrubalis quantum in Italia declinauerat belli: tantum leuatæ Hispaniæ uiderentur: renatum ibi subito par priori bellum est. Et Hispanias ea tempestate sic habebant romani pœniq; Asdrubal Gisgonis filius ad Oceanum penitus: Gadesq; concesserat. Nostri maris ora omnisq; ferme Hispania qua in orientem uergit. Scipionis ac romanæ ditionis erat: nouus imperator Hanno in locum Barchini Asdrubalis cum nouo exercitu ex Africa transgressus: Magoniq; iunctus: cum in Celtiberia: quæ media inter duo maria est: breui magnum hominũ numerum armasset. Scipio aduersus eum. M. Syllanum cum decẽ millibus peditum: equitibus quingẽtis misit. Syllanus quãtis maximis potuit itineribus: impediebant aũt & asperitates uiarum: & angustiæ saltibus crebris: ut plæraq; Hispaniæ sunt: inclusæ: tamẽ non solum nuncios sed ẽt famã aduẽtus sui p̃gressus ducibus ĩdidẽ ex Celtiberia trãsfugis ad hostẽ puenit. Eisdẽ auctoribus cõpertum est: qđ decem circiter millia ab hoste abessent. Bina castra circa uiã qua irent: esse: leua celtiberos: nouum exercitũ supra nouẽmillia hoĩum: dextera punica tenere castra. Ea stationibus uigiliis omni iusta militari custodia tuta & firma eẽ. Illa altera soluta neglectaq; ut barbarorum & tyronum & minus timentium: quod in sua terra eẽnt. Ea prius aggrediẽda eẽ ratus Syllanus signa quãmaxĩe ad leuã iubebat ferri: necunde ab stationibus punicis cõspiceret. Ipse: p̃missis speculatoribus: citato agmĩe ad hostẽ p̃git. Tria millia ferme aberat: cũ haud dum quisquã hostiũ senserat cõfragosa loca & obsita uirgultis tenebãt colles: ibi ĩ caua ualle atq; ob id occulta cõsidere militẽ: & cibum capere iubet. Interim speculatores trãsfugaq; dicta affirmãtes uenerũt. Tunc Sarcinis in mediũ cõiectis arma romani capiũt acieq; iusta in pugnã uadũt. Mille passuũ aberãt: cum ab hoste cõspecti sunt: repẽteq; trepidari cœptũ. Mago ax castris citato equo ad primũ clamorẽ: & tumultũ aduehit. Erãt aũt in celtibero exercitu. iiii. millia Scuta: &. cc. equites Hanc iustã legionẽ: & id ferme: quod roboris erat: in prima acie locat: leuẽ armaturã ĩ subsidiis posuit: cũ ita ĩstructos educeret e castris: uixdum egressos uallo in eos romani pila cõiecerũt. Subsidũt hispani aduersus emissa tela ab hoste. Inde ad emittẽda ipi consurgũt. Quæ cũ cõfertim romani ut solẽt: dẽsatis excepissent scutis: tũ pes cũ pede collatus: & gladiis res gerit cœpta est. Cæteq; asperitas locoq; celtiberis: qbus in p̃lio cõcursare mos est: uelocitatẽ inutilẽ faciebat & haud iniqua eadẽ erat romanis stabili pugnæ assuetis: nisi qđ angustiæ & internata uirgulta ordines dirimebãt. Et singuli binique uelut cũ paribus cõserere pugnã cogebant: qđ ad fugã impedimẽto hostibus erat: id ad cædẽ eos: uelut uinctos p̃bebat. Et iã ferme oĩbus scutatis celtiberoq; interfectis leuis: armatura: & carthaginẽses: qui ex alteris castris subsidio uenerãt p̃culsi cædebant. Duo haud amplius millia peditũ: eq̃tatus oĩs uix inito p̃lio cũ Megone effugerũt. Hãno alter ĩpator cũ eis: qui postremi iam p̃fligato prælio aduenerãt: uiuus capit. Magonẽq; fugientẽ eq̃tatus ferme oĩs: & qđ uetereq; peditum erat: secuti: decimo die in Gaditanã prouinciã ad Asdrubalẽ peruenerũt. Celtiberi nouus miles in p̃ximas dilapsi siluas inde domos diffugerũt. Per opportuna uictoria: nequaquã tantũ iam cõflatum bellũ: quãta futuri materia belli: si licuisset: iis celtiberoq; gẽte excita: & alios ad arma solicitare populos opporessum erat. Itaq; collaudato benigne Syllano. Scipio spẽ debellãdi: si nihil ẽt ipse cunctãdo moratus eẽt: nactus ad id qđ reliquũ belli erat: in ultimã Hispaniã aduersus Asdrubalẽ pergit. Pœnus cũ castra sua forte ad socioq; aĩos in Betica cõtinendos in fide haberet: signis repẽte sublatis fugæ magis: q̃ itineris mõ: pœnitus ad Oceanũ & Gades ducit. Cæteq; quoad cõtinuisset exercitũ: p̃positũ bello se fore ratus anteq̃ freto Gades traiiceret: exercitũ oẽm passim in ciuitates diuisit: ut & muris seipsi: & armis muros tutarent. Scipio ubi aĩaduertit dissipatũ bellũ & circũferre ad singulas urbes arma diutini magis: q̃ magni essẽ opis retro uertit iter ne hostibus tamẽ eã relĩqueret regionẽ. L. Scipionẽ fratrẽ cum decẽmillibus peditum: & mille equitum ad oppugnãdum opulẽtissimã in iis locis urbẽ: q̃ Orongin barbari appellabant: mittit: in mesessum finibus ẽ sita: hispaniæ gẽtis ager frugifer: argentũ ẽt incolæ fodiũt. Ea arx fuerat Asdrubali ad excursiones circa mediterraneos populos faciẽdas. Scipio: castris p̃pe urbẽ positis: priusq̃ uallaret urbẽ: misit ad portas q ex p̃pinquo colloqo aĩos tentarẽt: suaderentq; ut amicitiam potius: q̃ uim experirẽt romanoq;: ubi nihil pacati respondebat: fossã duplicique uallo circundata urbe: in tris partes exercitum diuisit: ut una semper pars: quietis ĩterim duabus oppugnaret prima pars cum adorta oppugnari est: atrox sane: & anceps prælium fuit: non subire: non scalas ferre ad muros præ incidẽtibus tælis facile erat: & iam dui erexerãt ad muq; scalas: alii: furcis ad ipsum fastigium hastis: detrudebãtur: in alios lupi superne ferrei iniecti: ut in periculo essent: ne suspensi in muq; extraherẽtur. Quod ubi aĩaduertit Scipio: nimia paucitate suoq; exæquatũ certamen essẽ: & iã eo superare hostem: qđ ex muro pugnaret: duabus simul partibus: prima recepta urbẽ est aggressus: quæ res tãtum pauorem iniecit fessis: iam cum primis pugnãdo: ut & oppidani mœnia repẽtina fuga desererẽt: & punicum præsidiũ metu ne prodita urbs esset: relictis stationibus in unũ se colligere. Timor inde oppidanos incessit: ne si urbẽ hostis intrasset: sine discrimine: pœnus an hispanus esset: obuii passim cæderẽtur. Itaq; patefacta repente porta frequentes ex oppido sese eiecerũt: scuta præ se tenentes: ne tæla p̃culcoiiecerẽtur: dextras nudas ostendẽtes: ut gladios abiecisse appareret. Id utrum paq; ex interuallo

Duo hostiũ exercitus p̃fligãt a syllão

Hãno capit

Asdrubal Scipiõi metu gadis tradita

Lupi ferrei

ſit conſpectum:an dolus aliquis ſuſpectus fuerit: incompertum eſt:impetus hoſtilis in tranſfugas fa-
ctus:nec ſecus quam aduerſa acies cæſa:eademque porta ſigna infeſta urbi illata:& aliis partibus ſecuri
bus dolabriſque cædebantur:& refringebantur portæ:& ut quiſque intrauerat eques:ad forum occu-
pandum:ita enim præceptum erat:citato equo pgebat additum erat & triariorum equiti præſidium:
Legionarii cæteras partes peruadunt:direptione & cæde obuiorum:niſi qui armis ſe tuebantur: abſti-
nuerunt.Carthaginenſes omnes in cuſtodia dati ſunt:oppidanorum quoque.ccc.ferme qui clauſerāt
portas:cæteris traditum oppidum:ſuæ redditæ res.Cecidere in urbis eius oppugnatione hoſtiū duo-
miliia ferme.Romanorum haud amplius.lxxx.Læta & ipſis qui rē geſſere:urbis eius oppugnatio fuit Cædes
& imperatori cæteroque exercitui ſpecioſum aduentum ſuum ingentem turbam captiuorum præ ſe hoſtiū
agentes fecerunt.Scipio collaudato fratre:cum quanto poterat uerborum honore.Carthagini a ſe ca- ad orō-
ptæ:captam ab eo Origin æquaſſet:quia & hyems inſtabat:ut nec temptare Gades nec diſiectum paſ- gim
ſim per prouinciam exercitum Aſdrubalis conſectari poſſet:in citeriorem Hiſpaniam omnes ſuas co-
pias reduxit:dimiſſis in hyberna legionibus.L.Scipione fratre Romam miſſo & Hānone hoſtium im
peratore:cæteriſque nobilibus captiuis ipſe Tarraconem conceſſit.Eodem anno claſſis romana cum.
M.Valerio Leuino proconſule ex Sicilia in Africam tranſmiſſa in uticenſi Carthaginenſique agro late
populatione fecit extremis finibus Carthaginenſium:circa ipſa mœnia Vticæ prædæ actæ ſunt.Repe-
tentibus Siciliam:claſſis punica.lxx.erant longæ naues occurrit:decemq; & ſeptem naues ex iis captæ
ſunt:quattuor in alto merſæ:cætera fuſa ac fugata claſſis.Terra marique uictor romanus cum magna
omnis generis præda Lilybæum repetit.Toto inde mari pulſis hoſtium nauibus magni commeatus
frumenti Romam ſubuecti.Principio æſtatis eius qua hæc ſunt geſta.P.Sulpicius proconſul:& Atta-
lus rex cum Aeginæ ſicut ante dictum eſt:hybernaſſent.Lemnum inde claſſe iūcta:Romanæ:v.&.xx.
quinqueremes Regiæ.v.&.xxx.tranſmiſerunt.Et Philippus ut ſeu terra:ſeu mari obuiam eundū ho-
ſti foret:paratus ad oēs conatus eſſet:ipſe Demetriadem ad mare deſcendit.Lariſſam dic̄ ad conuenie-
dum exercitui edixit.Vndique ab ſociis legationes Demetriadem ad famā regis conuenerunt. Suſtule
rant enim aīos ætoli cū ob romanā ſocietatē tū poſt Attali aduentū finitimoſq; populabātur.Nec acar
nanes ſolū boetiiq;:& qui Euboeā incolunt:ī magno metu erant:ſed achæi:quoq;:quos ſuper ætolicū
bellū Machanidas etiā Lacedæmonius tyrannus haud procul argiuoꝝ fine poſitis caſtris terrebat. Hi
omnes ſuis quiſq; urbibus:quæ picula terra mariq; portendebātur:memorantes:auxilia regē orabant
ne ex regno qdē ipſius traquillæ nūciabantur res:Scerdiledum Pleuratūq; motos eē.& Thracū: maxīe
medos:ſi qđ longinquū bellū regē occupaſſet ꝓxima Macedoniæ incurſuros.Boetii qdē & interiores Attur.
Græciæ populi Thermopylaꝝ ſaltū:ubi anguſtæ fauces coartant iter:foſſa uallo q; itercludi ab ætolis Quot
nunciabant:ne tranſitum ad urbes tuendas Philippo darent.Vel ſegnē ducē tot excitare tumultus cir- bellorꝝ
cunfuſi poterant:legationes dimittit:pollicitus ꝓut tēpus:aut res ſe daret:oībus laturum ſe auxilium: motus
in p̄ſentia q̄ maxime urgebant res:pararent.Tū p̄ſidium urbi mittit:unde allatū erat.Attalum a Lem- ſollicitū
no claſſe tranſmiſſa oēm circa urbē agrū depopulatum.Polyphantem cum modica manu in Boetiam haberēt
in Enippum item quendam ex regiis ducibus cum mille peltatis:pelta cetræ haud diſſimilis eſt.Chal- Philip-
cidem mittit:additi quīgenti anianum:ut omnes inſulæ partes tueri poſſent:ipſe Scotuſam eſt profe- pum
ctus.Eodemq; ab Lariſſa macedonū copias traduci iuſſit.Eo nunciatū eſt conciliū ætolis Heracleā in- Pelta
dictum:regēq; Attalū ad conſultandū de ſumma belli uentuꝝ.Hunc conuētum ut turbaret ſubito ad Cetra
uentu:magnis itineribus Heracleā duxit:& concilio quidem dimiſſo iā uenit:ſegetibus tamen: quæ iā
prope maturitatē erāt:maxīe ī ſinu æniano euaſtatis:ī Scotuſam copias reduxit.Ibi exercitu oī relicto:
cum cohorte regia Demetriadē ſeſe recepit.Inde ut ad oēs hoſtiū motus poſſet occurrere:ēt ī Phocidē:
atq; Euboeā:& Peparetū mittit:q loca alta:eligerēt:unde æditi ignes apparerēt Ipſe ī Ciſſeo:mons ē:in
altitudinē igētē cacuminis æditi ſpeculā poſuit:ut ignibus ꝓcul ſublatis ſignū:ubi qđ molirent hoſtes:
momēto tpis accipet.Romanus iperator & Attalus rex a Pepareto Niceā traiiecerūt.Inde claſſem ī Eu
boeā ad urbē Oreū trāſmittūt:q̄ ab demetriaco ſinu Chalcidē & Euripū petēti:ad leuā pria urbiū Eu- Oreum
boeæ poſita ē.Ita iter Attalū & Sulpiciū cōuenit:ut romāi a mari:regii a terra oppugnarēt. Quatriduo Ro:p-
poſteaq̄ appulſa claſſis ē:urbē aggreſſi ſunt.Id tp̄s occultis cum Platore:q a Philippo p̄poſitus urbi erat: ditur
colloqis abſumptū ē.Duas arces urbs habet:unā iminētē mari:altara urbis medio ē:cuniculo inde uia
ad mare ducit:quā a mari turris qnq; tabulatoꝝ egregiū ꝓpugnaculū claudebat.Ibi prīo atrociſſimū
cōtractū ē certamē:& turre iſtructa oī genere taeloꝝ:& tormētis machiniſq; ad oppugnādā eā ex naui
bus expoſitis.Cū oīum aīos oculoſq; id certamē auertiſſet:porta maritimae arcis Plator romāos acce-
pit:momētoq; arx occupata ē.Oppidani pulſi ide ī mediā urbē ad alterā tēdere arcē.Et ibi poſiti erāt:q
fores portæ obiicerēt.Ita excluſi ī medio cædunt capiūturq;.Macedonū p̄ſidiū cōglobatū ſub arcis mu
ro ſtetit:nec fuga effuſe petita:nec ptinaciter p̄lio iterato.Eos Plator uenia a Sulpicio īpetrata ī naues ī- Vide ne
poſitos ad demetriacū Theotidis expoſuit:ipſe ad Attalū ſeſe recepit.Sulpicius tā facili ad Oreum ſuc- pheioti
ceſſu elatus Chalcidē inde ꝓtinus uictrici claſſe petit.Vbī haud quaq̄ ad ſpem euentus reſpōdit.Ex pa- dis ſit le
tenti utrinq; coactū ī anguſtias mare:ſpeciē intuenti primo gemini portus in ora duo uerſi p̄buere:ſed gendū
haud facile alia infeſtior ſtatio claſſi eſt.Nā & uenti ab utriuſq; terræ prælatis montibus ſubiti ac ꝓcel- Euri-
loſi deiiciunt:& fretū ipſum Euripi nō ſepties die:ſicut fama fert tēporibus ſtatutis reciprocat:ſed teme pus cal-
re in modū uenti nūc huc:nūc illuc uerſo mari uelut mōte præcipiti deuolutus torrens rapitur:Ita nec cidicus
nocte:nec die quies nauibus datur:cum claſſem tam infeſta ſtatio accepit:tum & oppidum alia parte:

clauſum mari:alia a terra egregie munitum:præſidioque ualido firmatum:& præcipue fide præfectorum principumque:quæ fluxa & uana apud Oreum fuerant:ſtabile atque inexpugnabile fuit. Id prudenter ut temere ſuſcepta re romanus fecit:quod circūſpectis difficultatibus:ne fruſtra tempus tereret: celeriter abſtitit incœpto claſſemq; inde ad Cynum Locridis emporium:inde urbis opontiorum mille paſſuum a mari ſitæ traiecit.Philippum & ignes ab Oreo æditi monuerāt:ſed ſerius Platoris fraude e ſpecula elati & impari tum maritimis uiribus:haud facilis erat in inſulam claſſi acceſſus.Ita res per cūctationem omiſſa ad Chalcidis auxilium ubi ſignum accepit:impigre eſt motus : nam & ipſa Chalcis quāquam eiuſdem inſulæ urbs eſt:tamen adeo arcto interſcinditur freto:ut ponte continenti iungat: terraq; aditum faciliorem:quam mari habeat.Igitur Philippus deiecto præſidio:fuſiſq; ætolis:qui ſaltum Thermophylaȝ inſidebant:cum ab Demetriade Scotuſam:inde tertia uigilia profectus trepidos hoſtes Heracleam compuliſſet:ipſe uno die Phocidis Elatiam millia amplius.lx.contendit.Eodem ferme die ab Attalo rege opontiorum urbs capta diripiebatur.Conceſſerat eam prædam regi Sulpicius: quia Oreum paucos ante dies ab Romāo milite expertibus regiis direptū fuerat.Romana claſſis Oreū ſeſe receperat:& Attalus ignarus aduentus Philippi pecuniis a principibus exigendis terebat tempus. Adeoq; improuiſa res fuit:ut niſi cretenſium forte quidā pabulatum ab urbe longius progreſſi agmen hoſtium procul conſpexiſſent:opprimi potuerit Attalus.Inermis autem:atq; compoſitus curſū effuſus mare ac naues petit:& molientibus ab terra naues Philippus ſuperuenit tumultumq; etiam ex terra nauticis præbuit.Inde Opontem rediit deos hominesq; accuſans:quod tantæ rei fortunam ex oculis prope raptam amiſiſſet.Opontii quoq; ab eadem ira increpiti:quod cum trahere obſidionem in aduentum ſuum potuiſſent:uiſo ſtatim hoſte:prope in uoluntariā deditionē conceſſiſſent. Compoſitus circa Opontē rebus.Toronem eſt profectus.Et Attalus primo Oreum ſe recepit. Inde cum fama acciſſet Pruſiam Bithyniæ regem in fines regni ſui tranſgreſſum:omiſſis romanis:atq; ætolico bello: in Aſiā traiecit.Et Sulpicius Aeginā claſſem recepit:unde initio ueris profectus erat.Haud maiore certamine :quam Opontē Attalus ceperat:Philippus Toronem cepit.Incolebant eam urbē profugi ab Thebis phthiotici urbe ſua capta Philippo cū in fidē ætolorȝ perfugiſſent:ſedem eis ætoli eā dederant urbis uaſtatæ ac deſertæ priore eiuſdē Philippi bello.Tum ab Torone:ſicut pauloante dictū eſt:recepta:profectus Tritonō:& Dirimias Doridis parua atq; ignobilia oppida cepit.Inde Elatiā iuſſis ibi ſe oppiri Ptolemæi rhodiorumq; legatis uenit:ubi cū de finiēdo ætolico bello ageretur:affuerant enim legati nuper Heracleæ concilio:romanorȝ ætolorūq; nunciis affertur Machanidā olympiorȝ ſolemne ludicrū parāres Eleos aggredi ſtatuiſſe.Præuertendū id ratus legatis cū benigno reſponſo dimiſſis : ſe neq; cauſam huius fuiſſe:nec morā:ſi modo æqua & honeſta conditione liceat:pacē factuȝ:cū expedito agmine profectus per Boetiā Megarā:atq; inde Corinthum deſcendit. Vnde cōmeatibus ſumptis Pyleum:Tapheneūq; petit:& iam cū Oreū ueniſſet:audit Machanidā fama aduentus ſui territū refugiſſe Lacedæmonem Aegiūq;:ſe ad conciliū ætolorȝ recepit:ſimul claſſem punicā ut mari quoq; aliquid poſſet:accitam ibi ratus ſe inuenturū.Paucis ante diebus inde Phoceas traiecerant pœni.Inde portus açarnanū petierāt cum ab Oreo profectū Attalū Romanoſq; audiſſet:ueriti ne in ſe iretur & intra Rhiū:fauces eæ ſunt corinthi ſinus opprimerentur.Philippus quidē mœrebat & angebatur:cū ad omnia ipſe raptim iſſet: nulli tamen ſe rei in tēpore occurriſſe:& rapientem omnia ex oculis eluſiſſe celeritatē ſuam fortunam. In concilio autem diſſimulans ægritudinem elato animo diſſeruit:teſtatus deos hominesque nulli loco:nec tempori deffuiſſē:quin ubi hoſtium arma concrepuiſſent:eo quanta maxima poſſet celeritate: tenderet:ſed uix rationem inire poſſe: utrum a ſe audacius:an fugacius ab hoſtibus geratur bellum.Sic ab Oponte Attalum:ſic Sulpicium a Chalcide : ſic his ipſis diebus Machanidā e manibus ſuis elapſum. Sed non ſemper felicem eſſe fugam:nec pro difficili id bellum habendum:in quo:ſi modo congreſſus cum hoſtibus ſis:uiceris:quod primum eſſet : confeſſionem ſe hoſtium habere : nequaquam pars eſſe eos ſibi breui & uictoriam haud dubiam habiturum:nec meliore euentu eos ſecum:quam ſpe pugnaturos.Læti regem ſocii audierunt Reddit inde achæis Oreum:& Triphyllam:quod Alipheram autem megalopolitis:quod ſuorum fuiſſe finium ſatis probabant:reſtituit. Inde nauibus acceptis ab achæis: erant autem tres quadriremes : & biremes totidemque Anticyram traiecit. Inde quinqueremibus ſeptem:& lembis uiginti amplius quos:ut adiungeret Carthaginenſium claſſi:miſerat in corinthium ſinum:profectus ad Erytrhas ætolorum:quæ prope Euphalium ſunt:deſcenſionem fecit.Haud fefellit ætolos:nam hominum:quod aut in agris:aut in propinquis caſtellis Potidaniæ atque Apolloniæ fuit: in ſiluas monteſque refugit.Pecora : quæ inter feſtinationem abigi nequiuerant:ſunt direpta:& in naues compulſa.Cum his:cæteraq; præda Nicia prætore achæorum Egium miſſo:cum Corinthum petiſſet:pedeſtres inde copias per Boetiam terra duci iuſſit.Ipſe a Boenotris:præter terram Atticam ſuper ſinum nauigans inter medias prope hoſtium claſſes Chalcidem puenit.Inde collaudata fide:ac uirtute:quod neque timor:neque ſpes flexiſſet eorum animos:hortatuſq; in poſterum:ut eadem conſtantia permanerent in ſocietate:ſi ſuam quam oreanorum atque opontiorum fortunam mallent:a Chalcide Oreum nauigat . Principumque iis:quis fugere capta urbe quā ſe romanis tradere maluerant:ſummā rerum & cuſtodia urbis permiſſa ipſe Demetriadem ab Euboea unde primum ad opem ferēdam ſociis profectus erat:traiecit.Caſſandreæ deinde centum nauiū longarū carinis poſitis:contractaque ad effectum eius operis multitudine fabrorum naualim:quia res i Græcia tranquillas:& profectio Attali fecerat:& in tempore laborātibus ſociis latū a ſe auxiliū:retro i regnū cōceſſit:ut dardanis bellū iferret:

Quid Rhiū ſit

Extremo æstatis eius:qua in Græcia hæc gesta sunt:cum.Qu.Fabius Maximus prætor legatus ab M.Liuio consule Romam ad senatum missus nunciasset consulem satis præsidii Galliæ prouinciæ credere.L.Portium cum suis legionibus esse: discedere se inde:ac deduci exercitum consularem posse:patres non.M.Liuium tantum redire ad urbem:sed collegam quoque eius.C.Claudiũ iusserunt.Id modo in decreto interfuit:quod.M.Liuii exercitum reduci. Neronis legiones Annibali oppositas manere in prouincia iusserunt. Inter consules ita per litteras conuenit:ut quemadmodum uno animo rempublicam gessissent:ita quãquam ex.diuersis regionibus conuenirent:uno quoq; tempore ad urbẽ accederent.Prænestę qui prior uenisset:collegam ibi opperiri iussus.Forte ita euenit:ut eodem die ambo Prænestę uenirent.Inde præmisso edicto: ut triduo post frequens senatus ad ædem Bellonæ adesset: omni multitudine obuiam effusa ad urbem accessere.Non salutabant modo uniuersi circunfusi:sed cõtingere pro se quisq; uictrices dextras consulum cupientes:alii gratulabantur:alii gratias agebãt: quod eorum opera incolumis respubli.esset:in senatu cum more omnium imperatorum expositis rebus ab se gestis:postulassent ut pro repub.fortiter fœliciterque administrata:& diis immortalibus haberetur honos:& ipsis triumphantibus urbem inire liceret:se uero ea quæ postularẽt: decernere patres merito deorum primum:deinde secundum deos consulum responderunt:& supplicatione amborum nomine:& triumpho utriq; decreto.Inter ipsos ne cum bellum cõmuni animo gessissent:triumphum separarent:ita conuenit:ut quoniam & in prouincia.M.Liuii res gesta esset:& eo die quo pugnatum foret: eius forte auspicium fuisset:& exetcitus Liuianus traductus Romam uenisset.Neronis deduci non potuisset de prouincia:ut.M.Liuium quadrigis urbem ineuntem milites sequerentur. Consul Claudius equo sine militibus inueheretur. Ita consociatus triumphus cum utriq;:tum magis ei qui quantũ merito ante ibat:tantum honore collegæ cesserat:gloriam auxit.Illum equitem aiebant sex dierum spatio transcurrisse longitudinem Italiæ & eo die cum Asdrubalem in Gallia signis collatis pugnasse:quo eũ castra aduersus sese in Appulia posita habere. Annibal credidisset. Ita unum consulem pro utraq; parte Italiæ aduersus duos duces:duos imperatores:hinc consilium suum:hinc corpus oppositisse:nomen Neronis satis fuisse ad continendum castris Annibalem:Asdrubalem uero qua alia re: quam aduentu eis obrutũ:atque extinctũ esse.Itaque iret alter consul sublimis curru multi iugis si uellet equis: unius equo per urbem uerum triumphum uehi.Neronique etiã si pedes incedat:uel parto eo bello:uel spreto triumpho:gloriam memorabilem fore.Hi sermones spectantium Neronem usque in capitoliũ prosecuti sunt.Pecuniam in ærarium tulerunt sestertium tricies octogintamillia æris:militibus.M.Liuius quinquagenos senos asses diuisit.Tantũdem.C.Claudius militibus absentibus suis est pollicitus: cum ad exercitum redisset.Notatum est ea die plura carmina militaribus iocis in consulem Claudium:quã in consulem suum iactata. Equites.L.Veturium:&.Qu.Ceciliũ legatos magnis tulisse laudibus: hortatosq; esse plebem:ut eos consules in proximum annum crearent. Adiecisse equitum prærogatiuæ auctoritatem consules:postero die in concione:quam forti fidelique duorum præcipue legatorum opera usi essent:commemorantes. Cum comitiorum tempus appeteret: & per dictatorem comitia haberi placuisset.C.Claudius cõsul.M.Liuium collegam dictatorem dixit.Liuius.Qu.Cecilium Magistrum equitum.A.M.Liuio Dictatore creati Consules.L.Veturius.Q.Cecilius:is ipse qui tum erat Magister equitum.Inde prætorem comitia habita. Creati.C.Seruilius.M.Cecilius Metellus.T.Claudius Asellus.Qu.Manlius Turinus: qui tum ædilis plebis erat. Comitii perfectis: dictator magistratu abdicato:dimissoque exercitu in Ethruriam prouinciam ex.S.C.est profectus ad quæstiones habendas: qui Ethruscorũ:umbrorũue populi defectionis ab romanis ad Asdrubalem sub aduentu eius concilia agitassent:quicq; eũ auxiliis:aut cõmeatu:aut ope aliqua iuuissent:Hæc eo anno domi militiæque gesta.Et ludi Romani ter toti instaurati ab ædilibus curulibus.Gn.Seruilio Cepione.Ser.Cornelio Lentulo.Itẽ ludi plebeii semel toti instaurati ab ædilibus plebis.M.Põponio Mathone:&.Q.Manlio Turino. Tertiodecimo anno punici belli.L.Veturio Philone:&.Qu.Cecilio Metello consulibus:ambobus ut cum Annibale bellum gererent prouincia decreta.Præturas exinde sortiti sunt.M.Cecilius Metellus urbanam.Qu.Manlius peregrinam.C.Seruilius Siciliam.T.Claudius Sardiniam. Exercitus ita diuisi:consulum alteri: quem.C.Claudius prioris anni consul:alteri:quem.Qu.Claudius proprætor:eæ binæ legiones erant:habuisset exercitum. In Ethruria duas uolonum legiones a.C.Terentio proconsule Liuius proconsul:cui prorogatum in annum imperium fuit:acciperet:Et.Qu.Manlio ut collegæ iurisdictione tradita:eum exercitum: cui.L.Portius proprætor præfuerat:obtineret:decretum est.Iussusq; populari agros gallorum:qui ad pœnos sub aduentu Asdrubalis defecissent.C.Seruilius cum catinensibus duabus legionibus:sicut.P.Manlius tenuerat.Sicilia tuenda data.Ex Sardinia uetus exercitus cui. A.Hostilius præfuerat:deportatus.Nouam legionẽ quam.C.Claudius traiiceret:secum consules conscripserunt.Qu.Claudio ut Tarẽtum.C.Hostilio Tubulo uti capuam prouinciam haberet:prorogatũ in annum est imperium.M:Valerius proconsul qui tuendæ circa Siciliam maritimæ oræ præfuerat. xxx.nauibus.C.Seruilio traditis:cum cætera omni classe redire ad urbẽ iussus.In ciuitate tanto discrimine belli sollicita cũ omniũ secundorũq; aduersorũq; causas ĩ deos uerterẽt:multa ꝓdigia nũciabantur: Terracinæ Iouis ædẽ:Satrici Matris Matuthæ de cælo tactam:fatricanos haud minus terrebant ĩ ædẽ Iouis foribus ipsis duo prælapsi angues.Ab Antio nunciatũ ẽ cruentas spicas metentibus uisas eẽ.Cære porcus biceps:&agnus masculus:idẽq; fœmĩa natus erat.Albæ duos soles uisos ferebãt.Et nocte fregelis Jucẽ obortã.Et bos ĩ agro romão locutus.Et ara Neptũni multo manasse sudor ĩ circo flaminio di-

Accesſus cõſulum ad urbem

Liuio Triumphus claudio ouatio decreta

L.Veturiuſ.Q. Cecilio conſ.

Prodi/gia

cebatur:Et ædes Cereris Salutis Quirini de cælo tactæ.Prodigia cõsules hostiis maioribus procurare iussi:& supplicationẽ unã diem habere.Ea ex senatusconsulto facta:plus omnibus aut nũciatis pegre aut uisis domi ꝑdigiis:terruit animos hominũ:ignis in æde Vestæ extinctus.Ob quã causam cæsa flagro ẽ uestalis uirgo:cuius custodia eius noctis fuerat iussu põtificis.P.Licinii.Id quanquam nihil portendẽti/bus deis:cæterum negligentia humana acciderat:tamẽ & hostiis maioribus ꝑcurari: & supplicationẽ haberi ad Vestæ aram placuit.Priusquã proficiscerẽtur consules ad bellum:moniti ab senatu sunt:ut ĩ agros reducendæ plebis curam haberẽt deum benignitate submotũ bellum ab urbe Roma:& Latio eẽ posse sine metu ĩ agris habitari.Minime cõuenire Siciliæ:quã Italiæ colendæ:maiorem curam esse:sed res haud quaquã erat populo facilis:& liberis cultoribus bello absumptis:& inopia seruitioꝝ:& pecore direpto:uillisq; dirutis aut incensis.Magna tamẽ pars auctoritate consulum compulsa ĩ agros remigra uit.Mouerant autem huiusce rei mẽtionẽ placẽtinoꝝ: & cremonẽsium legati querẽtes agrum suum ab accolis gallis incursari ac uastari:magnamq; partem colonoꝝ suorum dilapsam esse:& frequẽtes se urbes:agrũ uastatum ac desertũ habere.Manlio prætori mandatũ:ut colonias ab hoste tueretur: consu les ex.S.C.edixerunt:ut qui ciues Cremonẽses aut placẽtini eẽnt:ante certum diem in colonias reuerte rentur:principio deinde ueris:& ipsi ad bellum profecti sunt.Q.Cecilius consul exercitũ ab.C.Nerone L.Veturius ab.Q.Claudio ꝑprætore accepit:nouisq; militibus:quos ipse cõscripserat suppleuit. Et in consentinũ agrum cõsules exercitũ duxerunt:passimq; depopulati:cũ agmẽ iam graue præda eẽt:ĩ sal/tu angusto a brutiis iaculatoribusq; numidis turbati sunt:ita ut non præda tantũ:sed armati: quoq; in periculo fuerint:maior tamẽ tumultus:quam pugna fuit.Et præmissa præda incolumes legiones ĩ lo/ca occulta euasere.Inde ĩ lucanos profecti.Ea sine certamine tota gens in dicionẽ Popu.Ro.rediit.Cum Annibale nihil eo anno rei gestũ est.Nam neq; ipse se obtulit in tam recenti uulnere publico priuatoq;: nec lacessierunt quietũ romani:tantã inesse uim:& si oĩa alia circa eũ ruerent:in uno illo duce censebãt. Ac nescio an mirabilior in aduersis:quã secũdis rebus fuerit.Quippe cũ & in hostiũ terra per annos tre decim iam procul ab domo:uaria fortuna bellum gereret:exercitũ nõ suo ciuili:sed mixto ex colluuiõe omnium gẽtium:quibus nõ lex:nõ mos:nõ lingua cõmunis:alius habitus:alia uestris:alia arma:alii ri/tus:alia sacra:alii prope dii eẽnt:ita quodã uno uiculo coppulauerit eos:ut nulla nec ĩter ipsos:nec aduer sus ducem seditio extiterit:cũ & pecunia sæpe ĩ stipendiũ:& cõmeatus ĩ agro deesset:quoꝝ inopia prio re punico bello multa infanda ĩter duces:militesq; cõmissa fuerãt.Post Asdrubalis uero exercitũ cũ du/ce:ĩ qbus spes oĩs uictoriæ reposita fuerat:deletum:cedẽdoq; ĩ angulum brutiũ:cætera Italia cõcessum cui nõ uideatur mirabile:nullum motũ ĩ castris factum? Nã ad cætera id quoq; accesserat:ne alẽdi qui dem exercitus:nisi ex brutio agro spes eẽt:qui ut omnis coleretur:exiguus tamen tãto alendo exercitui erat:cum magnã partẽ iuuentutis abstractam a cultu agroꝝ bellum occupauerat:& mos uicio etiã insi tus genti per latrocinia miliciam exercẽdi:nec ab domo quicquã mittebatur:de Hispania retinẽda solli citis tãquã oĩa prospera in Italia eẽnt.In Hispania res quadã ex parte eandẽ fortunã:quadã longe dispa/rem habebãt.Eandẽ qđ prælio uicti carthaginẽses duce amisso in ultimã Hispaniæ oram usq; ad Ocea num cõpulsi erant.Disparẽ autẽ quod Hispania non quã Italia modo sed quã ulla pars terrarũ bello re/parando aptior erat locoꝝ hominumq; ĩgeniis.Itaq; ergo romanis prima inita prouinciaꝝ:quæ quidẽ continentis sint:postremo oĩum nostra demũ ætate ductu auspicioq; Augusti Cæsaris perdomita est. Ibi tum Asdrubal Gisgonis filius maximus:clarissimusq; eo bello secundũ Barchinos dux regressus a Gadibus:rebellandi spem adiuuante.Magone Amilcaris filio delectibus per ulteriorẽ Hispaniam habi tis:ad quinquaginta millia peditũ:quattuormillia & qngentos equites armauit.De equestribus copiis ferme ĩter auctores cõuenit:peditũ.lxx.millia quidã adducta ad Silpiã urbẽ scribũt.Ibi super cãpos pa/tentes duo duces pœni ea mẽte:ne detrectarent certamen cõsederunt.Scipio cũ ad eũ fama tãti cõpara/ti exercitus perlata eẽt:neq; Romanis legionibus tantæ se fore parem multitudini ratus:ut in speciem saltem opponerentur barbaroꝝ auxilia:neq; in iis tamen tantum uirium ponendum:ut mutando fi/dem:quæ cladis causa fuisset patri patruoq;:magnũ momentũ facerent:præmisso Syllano ad Colcam duo de.xxx.oppidis regnantẽ:ut equites peditesq; ab eo quos se per hyemem conscripturum pollicitus erat:acciperet:ipse a Tarracone profectus:protinus a sociis qui accolunt uiam:modica contrahendo au xilia Castulonem peruenit.Eo adducta a Syllano auxilia:triamillia peditũ:& equites quĩgenti.Inde ad Betulam urbem progressus cũ omni exercitu ciuiũ:sociorumq; peditũ equitũq;.v.&.xl.millibus. Ca/stra ponentes eos Mago:& Masinissã cũ omni equitatu aggressi sunt:turbassentq; munientes:ni abditi post tumulũ opportune ad id positi a Scipione equites improuiso in effusos incurrissent:& promptis/simum quenq;:& proxime uallum:atq; in ipsos munitores primum inuectũ:uixdũ prælio inito:fude/runt:cũ cæteris:qui sub signis:atq; ordine agminis incesserant:longior & diu ambigua pugna fuit.Sed cum ab stationibus primũ expeditæ cohortes:deinde ex opere deducti milites:atque arma capere iussi plures & integri fessis subirent:magnumq; iam agmẽ armatoꝝ a castris ĩ prælium rueret: terga haud dubie uertũt pœni.Numidæq; primo turmatim abibant:nihil propter pauorẽ festinationẽue confusis ordinibus:deide posteaquã acrius ultimis ĩcidebat romanus:neq; sustineri impetus poterat:nihil iam ordinũ memores:passim qua cuiq; proximũ fuit:ĩ fugã effundũtur.Et quãquã eo prælio aliquantũ & romanis aucti:& diminuti hostibus animi erãt:tamẽ nũquã aliquot ĩsequẽtes dies ab excursiõibus eq/tũ:leuisq; armaturæ cessãtũ est.Vbi satis tẽptatæ per hæc leuia certamina uires sunt:prior Asdrubal in aciẽ copias eduxit:deide & romani ꝑcessere:sed utraq; acies ꝑ uallo stetit ĩstructa.Et cum a neutris pu/

Lucãi ĩ fidẽ po. roma. redeũt

Hispãorum ĩgenia

Hostiũ fuga

gna cœpta esset:iam die ad occasum inclinante a pœno prius deinde a romano ī castra copiæ reductæ. Hoc idem per dies aliquot factum. Prior semper pœnus copias castris educebat:prior fessis stādo signū receptui dabat. A neutra parte ꝑcursum tælūue missum:aut uox ulla orta. Mediam aciē hinc romani: illinc carthaginenses mixti afris:cornua socii tenebant. Erant autē utrinq; hispani pro cornibus. Ante punicam aciem elephanti castellosq; procul speciē uisu præbebant. Iam hoc in utrisque castris sermonis erat:ita ut instructi stetissent:pugnaturos:medias acies Romanū pœnumq;:quos iter belli cā esset:pari robore animosq; armorūq; cōcursuras. Scipio:ubi hoc obstinate credi animaduertit:omnia de idustria in eum diem:quo pugnaturus erat:mutauit:tesserā uesperi ꝑ castra dedit:ut ante lucē uiri eqq; cū prāsi essent:armatus eques frænatos stratosq; teneret equos. Vixdū satis certa luce eqtatum omnem cū leui armatura in stationes punicas īmisit:ipse confestim cum graui agmine legionū ꝓcedit:præter opinionem destinatā suorum:hostiumq; Romano milite cornibus fimatis sociis in mediam aciem acceptis. Sed Asdrubal clamore equitū excitatus:ut ex tabernaculo ꝓsiluit:tumultumq; ante uallum:& trepidationē suorum:& procul signa legionum fulgentia plenosq; hostium campos uidit:equitatū omnē extēplo in equites emisit. Ipse cum peditum agmine castris egreditur:nec ex ordine solito quicquā acie instruenda mutat:Equitum iādiu anceps pugna erat:nec ipsa ꝑ se decerni poterat:quia pulsis: quod prope inuicē fiebat:in aciem peditū tutus receptus erat. Sed ubi iam haud plus quingentos passus acies iter sese diuisæ aderant:signo receptui dato Scipio patefactisq; ordinibus equitatum omnem:leuēq; armaturam in medium acceptam:diuisamq; ī partes duas in subsidiis post cornua locat. Inde ubi icipiendæ iam pugnæ tempus erat:hispanos ea media acies fuit:presso gradu incedere iubet:ipse e dextero cornu ibi nāq; præerat:nunciū ad Syllanū & Martium mittit:ut cornu extenderent ī sinistra parte:quēadmodum se tendentē ad dexterā uidissent:& cum expeditis peditū equitumq; prius pugnā consererēt cum hoste:quā coire inter se mediæ acies possent. Ita deductis cornibus cum ternis peditum cohortibus:ternisq; equitum turmis:ad hoc uelitibus citato gradu in hostem ducebant sequētibus aliis ī obliquum. Sinus ī medio erat:quia segnius hispanorum signa incedebāt:& iam conflixerāt cornua:cum quod roboris in acie hostiū erat:pœni ueterani africq;:nondum ad tæli coniectū uenissent:neq; ī cornua:ut adiuuarent pugnantes:discurrere auderent:ne aperirent mediā aciem uenienti ex aduerso hosti. Cornua ancipiti prælio urgebātur:eques leuisq; armatura & uelites:circunductis alis in latera incurrebāt. Cohortes a fronte urgebant:ut abrumperent cornua a cætera acie:& tum ab omni parte:haud quaquam par pugna erat:tum quod turba balearium:tyronūq; hispanosq; Romāo latinoq; militi obiecta erat: procedente iam die uires etiā deficere Asdrubalis exercitum cœperant:oppressos matutino tumultu coactosq; priusquam cybo corpora firmarent:raptim ī aciem exire. Ad id sedulo dieni extraxerat Scipio: ut sera pugna esset:Nam a septima demū hora peditum signa cornibus īcurrerunt:Ad medias acies aliq̄to serius peruenit pugna:ut prius æstus a meridiano sole:laborq; stādi sub armis:& simul fames:sitisq; corpora afficerent:quam manus cum hoste cōsererent. Itaq; steterunt scutis innixi:Nam super cætera elephanti etiam tumultuoso genere pugnæ equitū uelitumq;:& leuis armaturæ consternati e cornibus ī mediam aciem sese itulerant. Fessi igit corporibus animisq; rettulere pedem:ordines tamen seruantes haud secus:quam si īperio ducis cederet integra acies. Sed cū eo ipso acrius:ubi inclinatā sensere: uictores se undiq; inueherent:nec facile īpetus sustineri posset:q̄q̄ retinebat obsistebatq; cedētibus Asdrubal ab tergo esse colles:tutūq; receptum:si modice se reciperent:clamitans:tamē uicente uerecundiam metu cum ꝓximus quisq; hostem cæderet:terga extemplo data:atq; ī fugam sese omnes effuderunt. Ac primo cōsistere signa in radicibus collium:ac reuocare in ordines militē cœperant:cunctantibus in aduersum collem erigere aciem romanis. Inde ut inferri īpigre signa uiderunt:integrata fuga ī castra pauidi:īpelluntur nec procul uallo romanus aberat. Cepissetq; tanto īpetu castra:nisi ex uæhemēti sole qualis iter graues imbre nubes effulget:tanta uis aquæ deiecta eēt:ut uix in castra sua receperint se uictores quosdam etiam religio ceperit:ulterius eo die quicquā conandi:Carthaginenses quāquam fessos labore:ac uulneribus nox imbersq; ad necessariā quietem uocabat:tamen quia metus & periculum cessandi non dabat tempus prima luce oppugnaturis hostibus castra:saxis undiq; circa ex propinquis uallibus congestis:augent uallum:munimēto sese:quando in armis parum præsidii foret:defensuri. Sed transitio sociorum fuga:ut tutior mora uideretur:fecit:principium defectionis ab Attane regulo turdetanorum factum est. Is cū magna populariū manu transfugit. Inde duo munita oppida cū præsidiis tradita a præfectis romano. Et ne latius inclinatis semel ad defectionem animis serperet res:silentio proximæ noctis Asdrubal castra mouet. Scipio ut prima luce qui in stationibus erant:rettulerunt profectos hostes:præmisso equitatu signa ferri iubet. Adeoq; citato agmine educti sunt:ut si uia recta uestigia sequētes issent:haud dubie assecuturi fuerint:sed ducibus est creditū:breuius aliud esse: iter ad Betim fluuiū ut transeuntes aggrederentur. Asdrubal clauso transitu fluminis ad Oceanū flectit:& iam inde fugientium modo effusi abibant. Idq; ab legionibus romanis aliquantū interualli fecit:eques:leuisq; armatura nunc a tergo:nunc a lateribus occurrendo fatigabat morabaturq;. Sed cum ad crebros tumultus signa consisterent:& nunc equestria:nunc cum uelitibus:auxiliisq; peditū prælia consererēt:superuenerunt legiones inde iam nō pugna:sed trucidatio uelut pecoꝝ fieri:donec ipse dux fugæ auctor in proximos colles cū septēmillibus ferme semiermium euasit:cæteri cæsi captique:castra tumultuaria raptim tumulo æditissimo cōmunierūt:atq; ide cū hostis neqcq̄ subire iniquo ascensu conatus eēt: haud difficulter sese tutati sunt:sed obsidio ī loco nudo:atq; inopi uix ī paucos dies tolerabilis erat:itaq; trāsitiōes

Scipiōis stratagema

Redigūtur trepide ī castra pœni

Asdrubalis fuga

Attrr hostiū cædē

ad hoſtes fiebant. Poſtremo dux ipſe: nauibus acceptis: nec procul inde aberat mare: nocte: relicto exer/
citu. Gades ꝑfugit. Scipio: fuga ducis hoſtiū audita: decémillia peditum: mille equites reliqt Syllano ad
caſtroꝝ obſidioné. Ipſe cū cæteris copiis: ſeptuageſimis caſtris: protinus cauſis regulorꝝ ciuitatiumq; co
gnoſcendis: ut præmia ad uerā meritoꝝ æſtimationé tribui poſſent. Tarraconé rediit. Poſt ꝑfectionē
eius Maſiniſſā cū Syllano clā cōgreſſus: ut ad noua cōſilia genté quoq; ſuā obedienté haberet: cū paucis
popularibus in Africā traiecit. Nō tam euidéti eo tépore ſubitæ mutationis cā: quā documento poſt id
tempus cōſtantiſſimæ ad ultimā ſenectā fidei: ne tum quidé eū ſine probabili cauſa feciſſe. Mago inde:
remiſſis ab Aſdrubale nauibus: Gades petit. Cæteri deſerti ab ducibus pars tranſitione: pars fuga diſſi/
Pellūt hiſpáia pœni xiiii. anno ſcdi belli punici
pati per proximas ciuitates ſunt: nulla manus numero aut uiribus īſignis: hoc maxīe modo: ductu atq;
auſpicio procōſulis Scipionis pulſi Hiſpania carthaginēſes ſunt quartodecimo anno poſt bellū initum
quinto poſteaq; proconſul Scipio ꝓuincia & exercitū accepit. Haud multo poſt Syllanus debellatū refe
rens. Tarraconé ad Scipioné rediit. L. Scipio cū multis nobilibus captiuis: nūcius receptæ Hiſpaniæ Ro
mam eſt miſſus. Et cū cæteri lætitia gloriaq; ingenti eam ré uulgo ferrent: unus qui geſſerat: inexplebi
lis uirtutis: ueræq; laudis parū īſtar eoꝝ: quæ ſpe ac magnitudine animi cōcepiſſet: receptas Hiſpanias
ducebat. Iā Africam: magnamq; Carthaginé & ī ſuū decus nomenq; uelut conſumatā eius belli gloriā
ſpectabat. Itaq; ꝓmoliendas ſibi ratus iam res: reconciliandoſq; regum: gētium q; animos. Syphacé pri/
mum regem ſtatuit téptare. Maſſeſſulorum is rex erat. Maſſeſſuli gens affinis mauris regioné Hiſpa/
niæ maxime qua ſita noua Carthago é: ſpectant. Fœdus ea tépeſtate regi cum Carthaginenſibus erat:
quod haud grauius ei ſanctiuſque quā uulgo barbaris: q̄bus ex fortuna pendet fides: ratus fore: oratorē
ad eū. C. Lælliū cum donis mittit. Quibus barbarus lætus: & quia res tum ꝑſperæ ubiq; romanis: pœ
nis autē in Italia aduerſæ ī Hiſpania nullæ iā erant: amicicią ſe romanoꝝ accipere annuit: firmādæ eius
fidem nec dare: nec accipere niſi cum ipſo corā duce romano. Ita Lælius in id modo fide a rege accepta:
tutum aduentum fore ad Scipioné redit. Magnū ī oīa momentū Syphax affectāti res erat Africæ: opu
lentiſſimus eius terræ: bello iam expertus ipſos carthaginēſes: finibus etiam regni apte ad Hiſpaniam:
Aſdru/
bal &
Scipio
eodē té
pore ad
ſyphacē
ueniūt
qua freto exiguo dirimūtur: poſitis. Dignā itaq; rem Scipio ratus: quæ quoniam non aliter poſſet: ma/
gno periculo peteretur. L. Martio Tarracone: Syllano Carthagine noua: quo pedibus a Tarracone itine
ribus magnis ierat: ad præſidiū Hiſpaniæ relictis: ipſe cum. C. Lælio duabus quīqueremibus ab Car/
thagine profectus tranquillo mari plurimū remis īterdum & leui adiuuante uento in Africā traiecit.
Forte ita incidit: ut eo ipſo tempore Aſdrubal pulſus Hiſpania ſeptem triremibus portū inuectus: an/
choris poſitis: terræ applicaret naues. Cum cōſpectæ duæ qnqueremes haud cuiq; dubio quin hoſtium
eſſent: opprimiq; a pluribus: priuſquā portū intrarent: poſſent: nihil aliud quā tumultū: ac trepidatio/
nem ſimul militum: ac nautarum: nequicquam armaq; & naues expedientiū fecerūt: percuſſā enim ex
alto uela acriori uento: prius in portum intulerunt: quinqueremes: quā pœni anchoras molirētur: nec
ultra tumultū ædere quiſquam ī regio portu audebat. Itaq; prior ī terrā Aſdrubal: mox Scipio: & Lælli
us egreſſi ad regem pergunt. Magnificūq; id Syphaci nec erat alias uiſum: duoꝝ opulentiſſimoꝝ ea té/
peſtate duces populorum uno die ſuam pacem amicitiamq; petentes ueniſſe: utrunq; in hoſpitium in/
uitat. Et quoniam ſors eos ſub uno tecto eé: atq; ad eoſdē penates uoluiſſet: cōtrahere ad colloquiū diri
mendaꝝ ſimultatū cauſa é conatus. Scipione abnuente haud priuatū ſibi ullū cū pœno odiū eé: qđ col/
loquēdo finiret: aut de repu. ſe cum hoſte agere quicquā iniuſſu ſenatus poſſe. Illud magnopere tendē/
te rege: ne alter hoſpitiū excluſus menſa uideretur: ut in animū īduceret: ad eaſdem uenire epulas haud
abnuit. Cænatumq; ſimul apud regē é. Et eodē ēt lecto Scipio atq; Aſdrubal: quia ita cordi erat regi: ac
Atť. Aſ
druba/
liſ de ſci
piōe iu/
dicium
cubuerunt. Tāta autem inerat comitas Scipioni: atq; ad omnia naturalis īgenii dexteritas: ut non Sy/
phacé modo barbaroꝝ: inſuetumq; omnibus moribus romanis: ſed hoſtem etiam infeſtiſſimum facun
de alloquendo ſibi cōciliaret: mirabiliorēq; ſibi eū uiꝝ cōgreſſio corā uiſum præ: ſe ferebat: quā bello re
bus geſtis: nec dubitate: quin Syphax: regnumq; eius iam in romanoꝝ eſſet: poteſtate: eam arté illi ui/
ro ad conciliandos animos eſſe. Itaq; non quomodo Hiſpaniæ amiſſæ ſint quærendū magis carthagi/
nenſibus eſſe: quam quomodo Africā retineant cogitandum: nō peregrinabūdum: neq; circa amœnas
oras uagantem tantum ducé Romanū: relicta prouīcia nouæ dicionis: relictis exercitibus: duabus na/
uibus in Africā traieciſſe: & cōmiſiſſe ſeſe ī hoſtilem terram ī poteſtatem regiam: ī fidem inexpertam:
ſed potiundæ Africæ ſpem affectanté: hoc eū iampridem uolutare ī aīo: hæc palam fremere: quod non
quēd modum Anni bal in Italia: ſic Scipio ī Africa bellum gereret. Scipio fœdere icto cum Syphace: ꝑ
fectaus ex Africa dubiiſq; & plæriſq; ſæuis ī alto iactatus uētis die quarto nouæ Carthaginis portum te
nuit. Hiſpaniae: ſicut a bello punico quietae erāt. Ita quaſdam ciuitates ꝓp conſcientiā culpæ metu ma/
gis quā fide quietas eſſe apparebat: quaꝝ maxime inſignes & magnitudine: & noxa Illiturgia & Caſtu/
lo erant. Caſtulo cū proſperis rebus ſocii fuiſſent: poſt cæſos cū exercitibus Scipiōes defecerat ad pœnos
Illiturgitani prodendis: qui ex illa clade ad eos ꝑfugerunt: interficiēdiſq; ſcelus etiam defectioni addide
runt. In eos populos primo aduentu: cū dubiæ Hiſpaniæ eſſent: merito magis quam utiliter ſæuitum
eſſet: tunc iam tranquillis rebus: qa tempus expetendæ pœnæ uidebatur: ueniſſe: accitū ab Tarracōe. L.
Martiū cū tertia parte copiarum ad Caſtulonē oppugnandā mittit. Ipſe cū cætero exercitu qntis ferme
ad Illiturgiā caſtris ꝑuenit. Clauſæ erāt portæ: omniaq; īſtructa & parata ad oppugnationē arcēdā: adeo
conſcientia: qd ſe meritos ſcirent: pro indicto eis bello fuerat. Hinc & hortari milites Scipio orſus é: ipos
claudēdis portis indicaſſe hiſpanos: quid ut timerent: meriti eſſent. Itaq; multo infeſtioribus animis cū

eis:quam cũ Carthaginẽſibus bellũ gerẽdum eſſe:quippe cũ illis ſine ita prope de imperió & gloria certari:ab iis perfidiæ & crudelitatis:& ſceleris pœnas expetendas eſſe:eueniſſe tempus: quo & nefandam commilitonum necem & in ſemetipſos:ſi eodem fuga delati forent:inſtructam fraudem ulciſcerẽtur: & in omne tempus graui documento ſancirent:nequis unquam Romanum ciuem militemq; in ulla fortuna opportunum iniuriæ duceret. Ab hac exhortatione ducis incitati ſcalas electis per manipulos uiris diuidunt:partito exercitu:ita ut parti alteri Lælius p̃eſſet legatus duobus ſimul locis ancipiti terrore urbem aggrediuntur. Non dux unus aut plures principes oppidanos:ſed ſua ipſorum conſcientia culpæ metus ad defendendam impigre urbem hortatur:& meminerant & monebant alios ſuppliciũ ex ſe non uictoriam peti:ubi quiſq; mortẽ oppeteret:id referre:utrum in pugna & in acie:ubi mars cõmunis:& uictum ſæpe erigeret:& affligeret victorẽ:an poſt modũ cremata & diruta urbe ante ora captarũ coniugũ:liberorũq; inter uerbera:& uincula oĩa fœda:atq; indigna paſſi expirarent. Igitur nõ militaris modo ætas aut uiri tantum:ſed fœminæ quoq; pueriq; ſupra animi:corporiſq; uires adſunt: ꝓpugnantibus tæla miniſtrant:ſaxa in muros munientibus gerunt:non libertas ſola agebatur: quæ uirorum fortiũ tantũ pectora acuit:ſed ultima oĩbus ſupplicia:& fœda mors ob oculos erat. Accendebantur animi:& certamine laboris ac periculi:atq; ipſo inter ſe cõſpectu. Itaq; tanto ardore certamen initũ eſt:ut domitor ille totius Hiſpaniæ exercitus ab unius oppidi iuuentute ſæpe repulſus a muris haud ſatis decoro prælio trepidaret. Id ubi uidit Scipio ueritus ne uanis conatibus tot ſuorum hoſtium creſceret animus:& ſegnior miles fieret:ſibimet conandum ad hanc partem periculi capeſſendam eſſe ratus: increpita ignauia militum ferri ſcalas iubet:& ſeipſum ſi cæteri cunctentur:aſcenſurum minatur. Iam ſubierat haud mediocri periculo mœnia:cum clamor undiq; ab ſollicitis uicem imperatoris militibus ſublatus ſcalæq; multis partibus ſimul erigi cœptæ. Et ex altera parte Lælius inſtitit. Tum uicta oppidanorum uis:deiectiſq; propugnatoribus occupantur muri: Arx etiam ab ea parte:qua inexpugnabilis uidebatur:inter tumultum capta eſt. Tranſfugæ afri:qui tum inter auxilia romana erant:& oppidanis in ea tuenda:unde periculum uidebatur:uerſis:& romanis ſubeuntibus ſcalis mœnia: qua adire poterant:conſpexerunt æditiſſimam urbis partem:quæ rupe alta tegebatur:neq; opere ullo munitam:& a defenſoribus uacuam:leuium corporum homines & multa exercitatione pernicium:clauos ſecum ferreos portantes:qua per inæquabiliter eminentia rupis poterant:ſcandunt:ſic ubi nimis arduum: & leue ſaxum occurrebat:clauos per modica interualla figentes:cum uelut gradus feciſſent primi ſequentes extrahentes manu:poſtremi ſubleuantes eos:qui præirent:in ſummum euadunt: inde decurrunt cum clamore in urbem iam captam ab romanis. Tum uero apparuit ab ira:& odio urbem oppugnatam eſſe:nemo capiendi uiuos:nemo patentibus ad direptiõem omnibus prædæ memor eſt: trucidãt inermes iuxta atq; armatos:fœminas pariter ac uiros. Vſq; ad infantium cædem ira crudelis peruenit. Ignem deinde tectis iniiciunt:ac diruunt:quæ incendio abſumi nequeunt. Adeo ueſtigia quoq; urbis extinguere:ac delere memoriam hoſtium ſedis cordi eſt. Caſtulonem inde Scipio exercitũ ducit:quam urbẽ nõ Hiſpani modo cõuenæ:ſed punici etiã exercitus ex diſſipata paſſim fuga reliquiæ tutabantur: ſed aduentũ Scipionis p̃uenerat fama cladis illiturgitanorũ:terrorq; deinde:ac deſperatio inuaſerat:& ĩ diuerſis cauſis: cum ſibi quiſque conſultum ſine alterius reſpectu uellet:primo tacita: ſuſpicio: deinde aperta diſcordia ſeceſſionem inter Carthaginenſes:atq; hiſpanos fecit. His Cerdubellus propalã deditionis auctor. Himilco punicis auxiliaribus præerat:quos urbẽq; fide clam accepta. Cerdubellus Romano prodit. Mitior ea uictoria fuit:nec tantũdẽ noxæ admiſſum erat:& aliquantũ iræ lenierat uoluntaria ꝺditio. Martius ĩde ĩ barbaros:ſiq nõdũ ꝑdomiti erãt:ſub ius deditionẽq; redigẽdo miſſus. Scipio Carthaginẽ ad uota ſoluẽda diis munuſq; gladiatorũ:qꝺ mortis cã pr̃is:patruiq; ꝑauerat ædẽdũ rediit.

Capiť Illiturgi

Illiturgitanorũ cædes

Caſtulo

Gladiatorium ſpectaculum fuit non ex eo genere hominum:ex quo laniſtis cõparare mos eſt:ſeruorum delectu ac libertorũ:qui uænalẽ ſanguinẽ habent. Voluntaria omnis:& ingratuita opera pugnantium fuit. Nam alii miſſi ab regulis ſunt ad ſpecimẽ inſitæ genti uirtutis oſtendendũ. Alii ipſi profeſſi ſe pugnaturos ingratiam ducis. Alios æmulatio & certamẽ ut prouocarẽt:prouocatiue haud abnuerẽt traxit. Quidam:quas diſceptando cõtrouerſias finire nequiuerant aut noluerant:pacti inter ſe:ut uictorem res:ſequereť:ferro decreuerũt. Neq; obſcuri generis homines:ſed clari illuſtreſq; Corbis & Orſua patrueles fratres de prĩcipatu ciuitatis:quã Ibem uocabant ambigentes ferro ſe certaturos ꝓfeſſi ſunt. Corbis maior erat ætate:Orſuæ pater princeps ꝓxime fuerat a fratre maiore poſt mortem eius principatu accepto. Cũ uerbis diſceptare Scipio uellet:ac ſedare iras:negatũ id:ambo dicere: commnibus cognatis:nec aliũ deorum hominũue:quam martem ſe iudicem habituros eſſe. Robore maior: minor flore ætatis ferox:mortẽ ĩ certamine:quã ut alter alterius ĩperio ſubigereť:præoptãtes:cũ ab tãta rabie dirimi nequirent:ĩſignæ ſpectaculum exercitui præbuere:documẽtũq; quãtum cupiditas imperii malum ĩter mortales eſſe. Maior uſu armorũ & aſtu facile ſtolidas uires minoris ſupauit. Huic gladiatorũ ſpectaculo ludi funebres additi pro copia & prouinciali:& caſtrẽſi apparatu. Res ĩterim nihilominus a Legatis gerebãtur. Martius ſuperato Bete amni quem incolæ appellant Cirtim:duas opulentiſſimas ciuitates ſine certamine in deditionem accepit. Aſtapa urbs erat carthaginenſium ſemper partis: neq; id tam dignum ira erat:quã quod extra neceſſitates belli præcipuum in romanos gerebãt odiũ:nec urbẽ ſitu:aut munimento tutã habebant:quæ ferociores iis aĩos faceret:ſed ingenia incolarũ latrocinio læta ut excurſiões in finitimũ agrum ſociorũ Populi Ro. facerẽt:ĩpulerãt:& uagos milites romanos lixaſq; & mercatores exciperent:Magnum etiam comitatũ:quia paucis parum tutum fuerat tranſgredientem

Munus gladiatoriũ ex quo genere hominũ editum

fines positis insidiis circunuentū iniquo loco interfecerūt. Ad hanc urbē oppugnandam cum admotus exercitus esset: oppidani cōscientia scelerum: quia nec deditio tuta ad tā ifestos hostes uidebat: nec spes mœnibus aut armis tuēdæ salutis erat: facinus ī se: ac suos fœdū: ac ferum conscisc̄unt: locū ī forum destinant: quo prætiosissima rerum suarꝫ cōgererent super eū tumulum cōiuges: ac liberos considere cū iussissent: ligna circa extruunt: fasceſq; uirgultorꝫ coniiciunt: qnquagīta deinde iuuenibus armatis præcipiunt: ut donec incertus euentus pugnæ esset: præsidium eo loco fortunarꝫ suarum: corporꝫ quæ cariora fortunis eēnt: seruarent. Si rē inclinatā uiderent: atq; ī eo esse iā ut urbs caperetur. scirēt oēs: quos euntes in prælīū cernerēt: mortē in ipsa pugna obituros: illos se p deos superos: inferosq; orare: ut memores libertatis quæ illo die: aut morte honesta: aut seruitute infami finiēda esset: nihil relīquerēt: ī qđ sæuire iratus hostis posset: ferrū ignēq; in manibus esse: amicæ ac fideles potius ea: quæ peritura forēt: absumerent manus: quā insultarent superbo ludibrio hostes. His adhortationibus execratio dira adiecta: siquē a proposito spes: molliciaue animi flexisset: inde concitato agmine: patentibus portis: ingenti cum tumultu erūpunt: Neq; erat ulla satis firma statio opposita: quia nihil minus: quā ut egredi mœnibus auderēt: timeri poterat. Perpaucæ equitū turmæ: leuisq; armatura repēte e castris ad ipsum emissa occurrit: acrior impetu atque animis: quā compositior ullo ordine pugna fuit. Itaq; pulsus eques: qui primus hosti se obtulerat: terroré intulit leui armaturæ: pugnatūq; sub ipso uallo foret: ni robur legionum perexiguo ad instruendum dato tempore aciem derexisset. Ibi quoque trepidatū parumper circa signa est: cum cæci furore in uulnera ac ferrū uecordi audacia ruerent. Deinde uetus miles aduersus temerarios īpetus pertinaci cæde primorꝫ: insequentes suppressit conatus: paulopost ultro inferens pedem ut neminem cædere: atque obstinatos mori in uestigio quēque suo uidit: patefacta acie: quod ut facere posset: multitudo armatorum facile suppeditabat: cornua hostium amplexus in orbem pugnantes ad unū omnes occidit. Atque hæc tamen hostium iratorum ac tamen maxime dimicantium iure belli in armatos repugnantesque ædebantur. Fœdior alia in urbe trucidatio erat: cum turbā fœminarꝫ puerorūq; imbellem inermemque ciues sui cæderent: & in succensum rogū semianima plærāq; iniicerent corpora: riuique sanguinis flamam orientem restinguerent. Postremo ipsi cæde miseranda suorū fatigati: cū armis medio incendio se iniecerunt. Iam cædi perpetratæ uictores romani superuenere. Ac primo conspectu tā fœdæ rei mirabundi parumper obstupuerunt. Deinde cum aurꝫ argentumque cumulo rerꝫ aliarꝫ interfulgens auiditate īgenii humani rapere ex igne uellēt: correpti alii flama sunt: alii ambusti afflatu uaporis: cū receptus primis urgēte ingenti turba nō esset. Ita Astapa sine p̄da militū ferro ignisq; absumpta est. Martius cæteris regiōis eius metu ī deditionē acceptis: uictorē exercitū Carthaginē ad Scipionē reduxit. Per eos ipsos dies pfugæ a Gadibus uenerūt pollicētes urbē punicūq; p̄sidiū: quod ī ea urbe eēt: & īperatorē p̄sidii cum classe ꝑdituros eē. Mago ibi ex fuga substiterat: nauibusq; in oceano collectis: aliquantū auxiliorꝫ & trans fretum ex Africa ora: & ex proximis Hispaniæ locis p Hānonem p̄fectum coegerat. Fide accepta: dataque perfugis: & Martius eo cum expeditis cohortibus: & Lællius cum septem triremibus: quīqueremi una est missus ut terra mariq; cōmuni cōsilio rē gereret.

Attur. astapanorꝫ facinus

Astapāi ad unū cædūt

Scipio ipse graui morbo īplicitus: grauiore tamē fama: cū ad id quod quisq; audierat īsita hoībus libidine alendi de īdustria rumores adiiceret aliquid: prouīciā oēm: ac maxīe lōginqua eius turbauit: apparuitq; quātā excitatura molē uera fuisset clades: cū uanus rumor tātas procellas exciuisset: nō socii in fide: nō exercitus ī officio māsit. Mādonius: & Indibilis: quibus quia regnū sibi Hispaniæ expulsis inde Carthaginēsibus destinarāt aīs: nihil prospere cōtīgebat: cōcitatis popularibus: lacetani autē erāt: & iuuentute celtiberorꝫ excita: agrū suesitanū: sedetanūq; sociorū Popu. Roma. hostiliter depopulati sunt. Ciuilis alius furor ī castris ad Sucronē ortus. Octo ibi millia militū erāt: p̄sidiū gētibus: quæ cis Iberꝫ īcolūt: īpositū. Motæ eorꝫ autem mentes sunt: nō tum cum primū de uita īperatoris dubii rumores allati sunt: sed iā ante licētia ex diutino: ut fit: ocio collectæ: & nō nihil: quod ī hostico laxius rapto suetis uiuere: artiores in pace res erant. Ac primo sermones tantū occulti serebantur: si bellum in prouīcia esset: quid sese inter pacatos facere? Si debellatū iam: & confecta prouīcia esset: cur in Italiā nō reuehi? Flagitatum quoq; stipēdiū procacius: quā ex more: & modestia militari erat: & a custodibus probra ī circumeuntes uigilias tribunos iacta. Et noctu quidam p̄datum in agrum circa pacatum ierāt. Postremo interdiu: ac propalam sine commeatu ab signis abibant. Oīa libidine ac licentia militū: nihil īstituto: aut disciplina militiæ: aut imperio eorꝫ: qui p̄erant: gerebantur. Forma tamen romanorum castrorꝫ cōstabat: una ea spe: quod tribunos ex contagione furoris haud expertes seditionis defectionisq; rati forēt & iura reddere in principiis sinebant: & signum ab eis petebant: & in stationes ac uigilias ordine ibant. Et ut uim imperii abstulerant: ita speciem dicto parentium ultro ipsi imperantes seruabant. Erupit deinde seditio: posteaquam repræhēdere atq; improbare tribunos ea: quæ fierēt: & conari obuiam ire: & propalam abnuere furoris eorum se futuros socios senserunt. Fugatis itaq; ex principiis: ac paulopost e castris tribunis ad principes seditionis gregarios milites. C. Albium Calenum. C. Atrium Vmbriū delatum omniū consensu imperium: qui nequaquam tribuniciis contenti ornamentis: insignia etiā summi imperii fasces securesq; attrectare ausi: neq; iis uenit in mentem suis tergis: suisq; ceruicibus uirgas illas securesq; imminere: quas ad metum aliorum præferrent. Mors Scipiōis falso credita occæcabat animos: sub cuius uulgatam iam famam nō dubitabant totam Hispaniam arsurā bello. In eo tumultu & sociis pecunias imperari & diripi propīquas urbes posse: & turbatis rebus cum omnia omnes auderēt: minus insignia fore: quæ ipsi fecissent. Cum alios subinde recentes nuncios non mortis modo: sed ēt

Noui Hispāorū motus & seditio Militaris

funeris expectarent:neq; superueniret quisq̃:euanesceretq; temere ortus rumor:tum primi auctores re
quiri cœpti.Et subtrahentes se quoq;:ut credidisse potius temere:q̃ finxisse rem talem uideri possent:
destituti duces iã sua ipsi insignia:& pro uana imagine iperii qđ gererent:uerã iustamq; mox in se uer/
suram potestatẽ hæc horrebant.Stupenti ita seditioni cũ uiuere primo:mox ẽt ualare Scipionẽ certi au
ctores afferrent:tribuni militũ septem:q ab ipso Scipione sunt missi:supuenerunt.Ad quor̃ primũ ad
uentũ exasperati aio mox ipsis placido sermone pmulcentibus notos:cũ quibus congressi erant:leniti
sunt:circũeuntes.n.tentoria primo:deinde ĩ principiis p̃torioq;:ubi sermones inter se serentiũ circulos
uidissent:alloq̃bantur:pcunctantes magis:quæ cã træ consternationisq; subite foret:q̃ factũ accusantes.
Vulgo stipendiũ non datũ ad diem iactabat.Et cum eodẽ tpe:quo scelus illiturgitanor̃ extitisset:post
duor̃ imperatorum:duorũq; exercituum stragẽ sua uirtute defensum nomen romanũ:ac retenta pro Tribu/
uincia esset:illiturgitanos pœnã noxæ meritã habere: suis recte factis gratiã:qui exoluat:non esse.Talia noꝝ ac
querentes æqua orare:seq; ea relaturos ad imperatorem respondebant.Lætari quod nihil tristius:nec cessus ĩ
insanabilius esset.Et.P.Scipionẽ proconsulem deũ benignitate:& rem p.esse gratiæ referendæ.Scipio/ castra
nem bellis assuetũ:ad seditionum procellas rudẽ:sollicitum habebat:res ne aut exercitus peccando:aut
ipse puniendo modũ excederet.In p̃sentia:ut cœpisset:leniter agi placuit.Et missis circa stipẽdiarias ci/
uitates exactoribus: stipendii spẽ propinquã facere.Edictum subinde,positũ: ut ad stipendium peten/
dũ conuenirent Carthahinẽ:seu carptim partes:seu uniuersi mallent.Tranquillã seditionem iam p se
languescentẽ repentina quies rebellantiũ hispanorum fecit redierant.n.in fines omisso incœpto Man/
donius:& Indibilis:posteaq̃ uinere Sipionem allatum est:nec iam erat aut ciuis:aut externus:cum quo
furorem suũ consociarent:oĩa circunspectantes consilia nihil reliqui habebãt p̃ter unum tutissimum a
malis consiliis receptum:ut imperatoris uel iustæ iræ:uel non desperandæ clæmentiæ sese comitterẽt.
ẽt hostibus eum ingnouisse:cum quibus ferro dimicasset:suã seditionẽ sine uulnere:sine sanguine:nec
ipsam atrocẽ:nec atroci pœna dignã:ut ingenia humana sunt ad suam cuiq; leuandã culpã nimio plus
facunda.Illa dubitatio erat:singulæ ne cohortes:an uniuersi ad stipẽdium petendũ irent.Inclinauit eo
sĩa:quod tutius censebant:uniuersos ire.Per eosdem dies:q̃bus hæc illi consultabant:consilium de iis
Carthagine erat: certabaturq; sententiis utrũ in auctores tãtũ seditiõis (erãt aũt ii numero haud plusq̃
.v.&.xxx.)aĩaduerteretur:an plurium supplicio uincenda tam fœdi exempli defectio magis:q̃ seditio
esset.Vicit sĩa lenior: ut unde culpa esset:orta ibi pœna consisteret.Ad multitudinem satis esse castiga
tionem.Concilio dimisso:ut id actũ uideretur:expeditio aduersus Mandonium Indibilẽq; edicit exer
citui:qui Carthagine erat:& cibaria dierum aliquot parare iubentur.Tribunis septẽ:qui antea Sucro/
nem ad leniendam seditionem eirant:obuiam exercitui missis:quina noĩa principum seditionis edita
sunt:ut eos p idoneos hoĩes benigno uultu ac sermone in hospitium ĩuitatos:sopitosq; uino uincerent
haud procul iam Carthagine aberãt:cum ex obuiis auditum postero die oẽm exercitum cum Sylláno
in lacetanos proficisci:non metu modo omni:qui tacitus insidebat aĩs: liberauit eos: sed leticiã ingen/
tem fecit:quod magis habituri solũ imperatorem:q̃ ipsi futuri in ptãte eius essent.Sub occasu solis ur/
bem ĩgressi sunt:exercitũq; alter̃ parantem oĩa ad iter uiderunt.Excepti sermonibus de ĩdustria com
positis:lætum opportunũq; aduentum eor̃ imperatori esse:qđ sub ipsa profectione alterius exercitus
uenissent:corpora curent.Ã.Tribunis sine ullo tumultu auctores seditionis p idoneos hoĩes inducti ĩ
hospicia:comp̃hensi ac uicti sunt.Vigilia quarta impedimenta exercitus;cuius simulabat iter:profisci/
sci cœpere:sub lucem signa mota:& ad portam retentũ agmẽ:custodesq; circa oẽs portas missi:nequis
egrederet.Vocati deide ad concionem:qui pridie uenerãt:ferociter in forum ad tribunal imperatoris:
ut ultro territuri succlamatiõibus cõcurrunt.Simul & iperator ascẽdit:& reducti armati a portis iner/
mi se cõcioni ab tergo circũfuderunt.Tum ois ferocia cõsedit:& ut postea fatebant:nihil æque eos ter
ruit:quã p̃ter spem robur & color iperatoris:quæ affectum uisuros crediderant:uultusq; qualẽ ne acie
quidem aiebant meminisse.Sedit tacitus paulisper:donec nũciatum est:deductos in for̃ auctores sedi
tionis:parata iam oĩa eẽ.Tum silẽtio per p̃conem facto ita cœpit.Nũquã mihi de futurã orationẽ: qua
exercitum meum alloquerer:credidi:nõ quo uerba unquã potius quã res exercuerim: sed quia prope
a pueritia in castris habitus assueueram militaribus ĩgeniis:apud uos quẽadmodum loquar: nec cõsi/
lium:nec oratio suppeditat:quos ne quo noĩe qdẽ appellare debeam:scio:ciues?q a pria uestra desciui/
stis:an milites?q ĩperium auspiciũq; abnuistis:sacramẽti religionẽ rupistis hostes?corpora:ora:uestitũ Vehe/
habitum ciuium cognosco:facta:dicta:cõsilia:animos hostium uideo.Quid enim uos:nisi quod iller/ mẽs Sci
gites:& lacetani aut optastis aliud?aut sperastis?& illi tamẽ Mandonium atq; Indibilem regiæ nobili/ pionis
tatis uiros duces furoris secuti sunt:uos auspicium & ĩperium ad Vmbrium Actium & Calenum Al/ oratio
bium detulistis.Negate uos oẽs id feciss̃e:aut factum uoluisse milites:paucor̃ eum furorẽ:atq; amẽtiã
esse:lĩbenter credam negantibus:nec enim ea sunt commissa:quæ uulgata in omnem exercitum sine
piaculis ĩgentibus expiari possint.Inuitus ea tanquã uulnera attingo:sed nisi tacta tractataq; sanari nõ
possunt.Equidem pulsis Hispania carthaginensibus:nullum locum tota prouĩcia:nullos hoĩes crede/
bam esse:ubi uita inuisa esset mea:sic me non solum aduersus socios gesseram: sed ẽt aduersus hostes.
In castris meis:heu quãtum me opinio fefellit:fama mortis meæ non accepta solum:se etiam expecta/
ta est:non quod ego uulgari facinus per oẽs uelim;Equidem si totum exercitum meum mortẽ mihi
optasse crederem:hic statim ante oculos uestros morerer:nec me uita iuuaret inuisa ciuibus: & militi/
bus meis:sed multitudo oĩs:sicut natura maris per se ĩmobilis est:ut uenti & auræ cient: ita aut tran/

quillum:aut procellæ in uobis sunt:& cā atq; origo omnis furoris penes auctores est uos contagione insanistis. Quin mihi ne hodie quidem scire uidemini:quo amentiæ progressi sitis:quid facinoris in me:quid in patriam:parentesq;:ac liberos uestros:quid in deos sacramenti testes:quid aduersus auspicia:sub quibus militatis:quid aduersus morē militiæ:disciplinamq; maiorꝝ:quid aduersus summi imperii maiestatem ausi sitis? de meipso taceo:temere:potius:q̄ auide credideritis. Is deniq; ego sim cuius imperii tædere exercitum minime mirandū sit:patria quid de uobis meruerat:q̄ cum Mandonio & Indibili consociando consilia prodebatis. Quid populus romanus:cuius īperium ablatū a tribunis suffragio populi creatis:ad hoīes priuatos detulistis? cum eo ipso non contenti:si pro tribunis eos haberetis fasces īperatoris uestri ad eos quibus seruus: cui imperarent:nūq̄ fuerat romanus exercitus detulistis. In p̄torio tetenderunt Albius & Actius:classicum apud eos cecinit:signum ab iis petitum est. Sederunt in tribunali proconsulis. P. Scipionis lictor apparuit:summoto eo in cesserunt:fasces cū securibus prælati sunt Lapides pluere:& fulmina iaci de cælo:& insuetos fœtus aialia edere:uos portenta eē putatis. Hoc est portentū:quod nullis hostiis:nullis supplicationibus sine sanguine eorū:qui tantū facinus ausi sunt:expiari possit. Atq; ego:quāq̄ nullum scelus rationem habet:tamē ut ī re nefaria q̄ mēs quod consilium uestrum fuerit:scire uelim. Regium quondam in p̄sidium missa legio:interfectis p̄ scelus principibus ciuitatis:urbem oppulētam per decem annos tenuit:pp quod facinus:tota legio millia hoīum quattuor in foro romano securi percussi sunt. Sed illi primū nō Actiū umbrū semilixā nominis ēt abominādi ducem: sed. D. Iubelliū tri. militum secuti sunt:nec cum Pyrrho:nec cum samnitibus:nec cum Lucanis hostibus populi romani se coniunxerant. Vos cum Mandonio & Indibili cōsilia communicastis: & arma cōsociaturi fuistis. Illi sicut campāi Capuā tuscis ueteribus cultoribus ademptā mamertini in Sicilia Messānā eam:sic tum Regiū habituri p̄petuam sedem erāt:nec populum romanū:nec socios populi romani ultro lacessituri bello. Sucronē ne uos domiciliū habituri eratis ubi si uos discedēs confecta prouincia imperator relinqueré:deum hoīumq; fidem implorare debebatis:quod nō redire/tis ad cōiuges:liberosq; uestros:sed horꝝ quoq; memoriam:sicut patriæ meiq; eieceratis ex aīs uestris. Viam consilii scelerati sed non ad ultimum dementis exequi uolo:me ne uiuo:& cætero īcolumi exercitu cū quo ego uno die carthaginē:cœpi:cū quo quattuor īperatores q̄ttuor exercitus carthaginensiū fudi fugaui. Hispania expuli: uos octomillia hoīum maioris certe oēs p̄tii:q̄ Albius & Vmbrius sunt quibus uos subiecistis Hispaniam prouinciam:populo ro. erepturi eratis? amolior & amoueo nomen meum:nihil ultra facile creditam mortē meam a uobis uiolatus sim. Quid si ego morerer:mecum ex piratura respublica:mecū casurū imperiū erat ne Istud Iuppiter Optimus Maximus sinat. Vrbē auspicato diis auctoribus in æternū conditam huic fragili & mortali corpori æqualem esse. Flaminio Paulo Aemilio. Gracco. Posthumio Albino. M. Marcello. T. Q. Crispino. C. Fuluio Scipionibus meis:tot tā p̄claris imperatoribus uno bello absumptis:supstes est eritq; respublica mille aliis nunc ferro:nūc morbo morientibus:meo unius funere elata populi ro. respu. esset? uosipsi hic in Hispania patre:& patruo meo:duobus īperatoribus interfectis. Septimum Martium ducem uobis aduersus exultantes recenti uictoria pœnos delegistis:& sic loquor:tanq̄ sine duce Hispaniæ futuræ fuerint. M. Syllanus eodem iure eodem īperio mecum ī prouintiam missus. L. Scipio frater meus:&. C. Lælius legati uindices maiestatis īperii deessent? utrum exercitus exercitui:an duces ducibus:an dignitas:an causa comparari poterat? quibus si oībus superiores essetis:arma contra patriam:contra ciues uestros ferretis? Africam Italiæ Carthaginem urbi Romæ imperare uelletis? quā obnoxam patriæ? Coriolanum quōdam dānatio iniusta:miserꝝ & īdignum exilium:ut iret ad oppugnādam patriam:īpulit:reuocauit tamē a publico parricidio priuata pietas:uos: q̄ dolor:quæ ira īcitauit? stipēdium ne diebus paucis īperatore ægro serius numeratum satis digna causa fuit:cur patriæ īdiceretis bellū? cur ad illergetes desciscerētis a Po. Ro.? Cur nihil diuinaꝝ humanarūue rerꝝ īuiolatum uobis esset? Insanistis p̄fecto milites:nec maior in corpus meum uis morbi:quā ī uestras mētes īuasit. Horret aīus referre:q̄d crediderit hoīes:q̄d speraverint:q̄d optauerint:auferat oīa irrita obliuio:si p̄t:si nō:utcūq; silētium tegat. Non negauerim tristem:atrocemq; uobis uisam orationem meam. Quāto creditis facta uestra atrociora esse:quam dicta mea? & me quod feciſtis:pati equum cēsetis uos ne dici q̄dem oīa æquo aīo feretis? sed ne ea q̄dē ipsa ultra exprobrabunt. Vtinam tam facile uos obliuiscamini eorꝝ:quā ego obliuiscar. Itaq; quod ad uos uniuersos attinet:si erroris pœnitet:satis superq; pœnarꝝ habeo. Albius Calenus:& Actius Vmbrius:& cæteri nefariæ seditionis auctores sanguine luent:quod admiserūt:uobis supplicii eorꝝ spectaculū:non modo nō acerbum:sed lætum ēt si sana mens rediit:debet esse. De nullis. n. quā de uobis infestius aut inimicius cōsuluerūt. Vix finem dicēdi fecerat:cum ex p̄parato simul oīum terror oculis auribusq; est effusus. Exercitus q̄ corona concionem circūdederat:gladiis ad scuta cōcrepuit. Præconis audita uox citantis noīa damnatorꝝ in concilio. Nudi in medium p̄trahebāt:& simul oīs apparatus supplicii expromebat. Deligati ad palum:uirgisq;:cæsi:& securi p̄cussi:adeo torpētibus metu:qui aderāt:ut nō modo ferocior uox aduersus atrocitatem pœnæ:sed ne gemitus q̄dē exaudiret. Tracti īde de medio oēs: purgatoq; loco citati milites nominatim apud tribunos militū ī uerba. P. Scipiōis iurauerūt: stipēdiumq; ad nomē singulis p̄solutū ē. Hunc finē exitūq; seditio militū cœpta apud sucronē habuit. Per idē tēpus ad Betim fluuium Hanno p̄fectus a Magone missus a Gadibus cū parua manu afrorꝝ mercede hispanos sollicitādo ad q̄ttuor millia iuuenū armauit. Castris deīde exutus ab. L. Martio maxīa pte militū īter tumultū captorꝝ castrorꝝ:q̄busdā & ī fuga amissīs:palatos p̄sequēte eq̄te:cū paucis ipse effugit. Dū

Multitudinis natura

Imperatores q̄ secundo bello punico p̄erunt

De seditiōis auctoribꝫ sumit supplicium

hæc ad Betim fluuium gerunt. Lællius iterim freto i Oceanū euectus ad Carteiā classe accessit. Vrbs ea in ora Oceani sita est: ubi primū e faucibus angustis pandit mare Gadis sine certamine p deditioné recipiendi ultro: q eam ré pollicerent: in castra romana uenientibus spes sicut ante dictū est: fuerat Sed patefacta imatura proditio est. Comphensosq; oés Mago Adherbali ptori Carthaginé deuehédos tradit Adherbal coniuratis in qnqueremé impositis: pmissaq; ea: qa tardior quá triremis erat: ipse cū octo triremibus modico iteruallo seqtur: iam fretū itrabat qnqueremis: cū Lællius & i ipse qnqueremi ex portu Carteiæ seqntibus septē triremibus euectus in Adherbalé: ac triremes inuehitur: quinqueremé satis credens dephensam rapido in freto in aduersum æstū reciprocari nō posse. Pœnus i re subita parump incertus trepidauit: utrū quinqueremé sequeret: an in hostis rostra cōuerteret: ipsa cōctatio facultatem detrectandæ pugnæ ademit. Iam. n. sub icto tæli erant: & undiq; istabant hostes. Aestus quoq; arbitriū moderandi naues ademerat: neq; erat nauali pugnæ similis: quippe ubi nihil uoluntarium: nihil artis: aut consilii esset: una natura freti æstusq; totius certaminis potens suis alienisq; nauibus: nequicq remigio in contrariū tendentes inuehebat: ut fugienté nauem uideres retro uertice intortá uictricibus illatam: & sequēté si in contrarium tractum icidisset maris fugientis mō sese auertétem. Iam i ipsa pugna nec cum ifesto rostro peteret hostiū naué: obliqua ipsam ictū alterius rostri accipiebat. Illa cū trāsuersa obiceret hosti: repente itorta i pram circunagebatur. Cum iter triremes fortuna regéte anceps plium miscerent qnqueremis romana seu pondere tenatior: seu pluribus remoq; ordinibus scindentibus uertices: cū facilius regeretur: duas triremes suppressit: unius plata impetu lateris alterius remos detersit: cæteraq;: quas adepta esset: mulctasset: ni cum reliquis quinq; nauibus Adherbal uelis i Africā trāsmisisset. Lællius uictor Carteiá reuectus auditis: quæ acta Gadibus erát: patefactá proditionē coniuratosq; missos Carthaginem: spē ad irritum redactā: qua uenissent: nunciis ad. L. Martiū missis: nisi terere frustra tps sedendo ad Gades uellent: redeundū ad iperatorem esse: assentiente Martio: paucos post dies ambo Carthaginem rediere. Ad quorum discessum nō respirauit mō: mago: cum terra mariq; ancipiti metu urgeret: sed ét audita rebellione illergetum: spé recuperandæ Hispaniæ nactus nūcios Carthaginem ad senatū mittit: q simul seditionē ciuilem in castris romanis: simul defectionē socioq; in maius uerbis extollentes hortarent: ut auxilia mitterent: qbus traditū a patribus iperium repeti posset. Mandonius & Indibilis in fines regressi paulisp dum quidnā de seditione statueret: scirent: suspensi quieuerunt: si ciuiū errori ignoscerent: non diffidentes sibi quoq; ignosci posse. Posteaq; uulgata é atrocitas supplicii: suā quoq; noxam pœna pari æstimatam rati: uocatis rursus ad arma populatibus: cōtractisq; etiā quæ ante habuerát: auxiliis: in sedetanū agrum: ubi principio defectionis statiua habuerant: cum .xxv. millibus peditū: duobus millibus eqtum & qngētis transcenderunt. Scipio cum fide soluēdi pariter oibus noxiis innoxiisq; stipēdii: uultu ac sermone in oibus placato: facile: reconciliatis militum animis priusquā castra a Carhagine moueret: concione aduocata: multis uerbis i perfidiā rebellantiū regulos uectus: nequaq; eodē aio se ire professus est ad uidicandum id scelus: quo ciuilem errorem nuper sanauerit. Tum se haud secus: q; uiscera secátem sua: cum gemitu: & lachrymis trigita hominum capitibus expiasse octo millium seu iprudētiam: seu noxam: nūc læto: & erecto aio ad cædé Illergetū ire. Non. n. eos neq; natos i eadé terra: nec ulla secum societate iunctos eē eam: quæ sola fuerat fidem atq; amicitiā ipsos p scelus rupisse: i exercitu suo se prætereq; quod oés: ciues: seu socios. Latiniq; nois uideat: ét eo moueri: quod nemo fere sit miles: q non ex Italia: aut a patruo suo. Gn. Scipione: q primus romani nois in eam prouiciā uenerit: aut a patre cōsule: aut a seipso sit ex Italia aduectus. Scipionū nomini auspiciisq; ois affuetos: quos secum in patriā ad meritū triumphum deducere uelit: quos consulatū petēti uelut si oium cōmunis agat honos: affuturos speret. Quod ad expeditionem attineat: quæ instet imemorem esse rerum suaq;: gestaq; q bellum id ducat. Magonis hercule sibi q extra orbé terrarum i circunfusam Oceano ísulam cum paucis pfugerit nauibus: maiorem curam esse quam illergetum: qppe illic & ducem carthaginésem & quátumcūq; punicum pſidium esse: hic latrones latronūq; duces: quibus ut ad populandos finitimoq; agros: tectaq; urenda: & rapienda pecora aliqua uis sit: ita in acie ac signis collatis nullam esse: magis uelocitate ad fugam: quam armis frætos pugnaturos esse. Itaq; non quod ullum inde periculum aut semen maioris belli uideat: ideo sese: priusquā puincia decedat: opprimendos Illergetes duxisse: sed primum ne impunita tam scelerata defectio esset: deide nequis i prouincia simul uirtute tanta & felicitate perdomita relictus hostis dici possit: proinde deis iuuātibus sequerentur nō tam ad bellum gerendum: neq; enim cum pari hoste certamé esse: quam ad expetēdas ab hominibus scelestis pœnas. Ab hac oratiōe dimissos ad iter se comparare in diem posterum iubet: profectusq; decimis castris peruenit ad Iberum flumen. Inde superato amne die quarto in cōspectu hostium posuit castra: campus autem montibus circūsepctus erat. In eam uallem Scipio: cum pecora rapta plæraq; ex ipsorū hostium agris propelli ad irritandam ferocitatem barbarorum iussisset: uelites subsidio misit: a qbus ubi per pcursatores cōmissa pugna eét Lællium cū equitatu impetum ex occulto facere iubet: mons opportune prominens equitum isidias texit: nec ulla mora pugnæ facta est. Hispani in conspecta procul pecora: uelites in hispanos præda occupatos icurrere primo missilibus territauere: deide missis leuibus tælis: quæ irritare magis: quā decernere pugnam poterant gladios nudāt: & collato pede res cœpta geri est. Anceps pedestre certamen erat: nisi equites supuenissent: neq; ex aduerso tantum illati obuios obtriuere: sed circūuecti etiam quidam per infima cliui ab tergo se: ut plæroq; itercluderét: obiecerunt: maiorq; cædes fuit: quam quantam ædere leuia p excursiones prælia solét. Ira magis accēsa ad-

Carteia q̄ olī & tahrtes/sus

Att. Pugnā Naualem i freto gaditano

Scipiō ifl ad bellū pfecturi ad hortatio

uerſo prælio barbaris eſt:q̃ imminuti animi. Itaq; ne pulſi uiderentur:prima luce poſtero die in aciem proceſſere:non capiebat omnes copias anguſta(ſicut ante dictum eſt)uallis duæ ferme peditum partes & oĩs equitatus in aciem deſcẽdit:quod reliquũ peditum erat:obliquo conſtituerũt colle.Scipio pro ſe eſſe loci anguſtias ratus:& qđ in arcto pugna romano aptior:q̃ hiſpano militi futura uidebatur:& qđ in eũ locũ detracta hoſtium acies eſſet:qui non oẽm multitudinẽ eorꝝ caperet:nouo ẽt conſilio adiecit aĩum:equitem nec poſſe circundare cornibus in tam anguſto ſpatio:& hoſti quem cũ pedite eduxiſſet inutilẽ fore. Itaq; imperat Lællio ut per colles quãoccultiſſimo itinere circũducat eqtes ſegregetq;:quã tum poſſit:equeſtrẽ a pedeſtri pugna ipſe oĩa ſigna peditũ in hoſtes uertit:quattuor cohortes in fronte ſtatuit:quia latius pandere aciem non poterat:moram pugnandi nullã fecit:ut ipſo certamine auerteret a conſpectu tranſeũtium per colles equitũ:neq; ante circũductos ſenſere:q̃ tumultum equeſtris pugnæ a tergo accepere.Ita duo diuerſa prælia erant:duæ peditũ acies:duo equitatus per longitudinem cãpi:quia miſceri ex genere utroq; prælium anguſtiæ nõ patiebãtur:pugnabant.Hiſpanoꝝ cum neq; pedes equiti:neq; eques pediti auxilio eſſet:pedes fiducia equitis temere commiſſus campo cæderetur: eques circũuentus nec peditem a fronte(iam.n.ſtratæ pedeſtres copiæ erant) nec ab tergo equitem ſuſtineret:& ipſi:cũ diu in orbem ſeſe ſtantibus equis defendiſſent:ad unũ oẽs cæſi:ſunt:nec quiſquã peditum equitũue ſuperfuit:qui in ualle pugnauerunt:tertia pars:quæ in colle ad ſpectaculũ magis tutũ quam ad partem pugnæ capeſſẽdã ſteterat:& locum & tẽpus ad fugiẽdum habuit.Inter eos & reguli ipſi fugerunt:priuſquã tota circũueniretur acies inter tumultum elapſi.Caſtra eodẽ die hiſpanoꝝ præter cæterã prædam cũ tribus ferme millibus hoĩum capiũtur.Romani ſociiq; ad mille.cc.eo prælio ceciderũt:uulnerata amplius triamllia hoĩum:minus cruenta uictoria fuiſſet:ſi patentiore campo:& ad fugam capeſſendam facili foret pugnatum.Indibilis:abiectis belli conſiliis:nihil tutius ĩ afflictis rebus experta fide & clæmentia Scipionis ratus Mandoniũ fratrem ad eũ mittit:qui aduolutus genibus fatalem rabiem temporis eius accuſat:cum uelut cõtagione quadam peſtifera non illergetes mõ & laceta ni:ſed caſtra quoq; romana inſanierint:ſuam:quidẽ & fratres & reliquoꝝ populariũ eam conditionem eſſe:ut:aut ſi ita uideatur reddant ſpiritum proconſuli.P.Scipioni ab eodem illo acceptũ:aut ſeruati bis uni debitam uitã pro eo in perpetũ deuoueant:antea in cauſa ſua fiduciã ſibi fuiſſe nõdum experta clæmentia eius nunc contra nullã in cauſa:omnem in miſericordia uictoris ſpem poſitã habere.Mos uetuſtus erat romanis:cum quo nec fœdere nec æquis legibus iungerentur amicicia:non prius imperio in eum tanquã pacatum uti:q̃ oĩa diuina humanaq; dediſſet:& obſides accepti:arma adempta:præſidia urbibus impoſita forẽt.Scipio multis inuectus in præſentem Mandoniũ:abſentemq; Indibilẽ uerbis: illos quidẽ merito periſſe ipſoꝝ maleficio ait:uicturos ſuo atq; populi romani beneficio:cæteꝝ ſe neq; arma iis ademptuꝝ:quippe ea pignora timẽtium rebellionẽ eſſe ſe libere arma relinquere:ſolutoſque metu aĩos:neq; ſe in obſides inoxios:ſed in ipſos:ſi defecerint ſæuituꝝ nec ab ĩermi:ſad ab armato hoſte pœnas expetituꝝ:utranq; fortunam expertis permittere ſeſe:utrũ ꝓpicios.an iratos habere romanos mallent.Ita dimiſſus Mandonius:pecunia tantũmodo ĩperata:ex qua ſtipendium militi præſtari poſſet.Ipſe Martio ĩ ulteriorem Hiſpaniã præmiſſo.Syllano Tarraconẽ remiſſo:paucos moratus dies dum imperatã pecuniam illergetes pernumerarent:cũ expeditis Martiũ iã appropinquãtẽ Oceano aſſequitur.Ideo ĩchoata res ante de maſiniſſa aliis atq; aliis de cauſis dilata erat:quod numida cũ ipſo utique congredi Scipione uolebat:atq; eiuſdem dextra fidẽ ſancire:ea tum itineris tam longi ac tã deuii cã Scipioni fuit.Maſiniſſa cum Gadibus eſſet:certior aduentare eum a Martio factus:cauſando corrumpi equos in ĩſula ĩcluſos:penuriamq; oĩum rerum & facere cæteris:& ipſos ſentire:ad hæc equitem marceſcere deſidia perpulit:ut ſe traiicere in continentem ad populandos proximos Hiſpaniæ agros patere tur.Progreſſus tres principes numidarum præmittit ad tempus locumq; colloquio ſtatuẽdum: duos ꝓ obſidibus retineri a Scipiõe iubet:&remiſſo tertio:q:quo iuſſus erat:adduceret Maſiniſſam:cũ paucis ĩ colloquium uenerũt.Ceperat iam ante numidã ex fama reꝝ geſtaꝝ admiratio uiri:ſubſtitueratq; animo ſpeciem quoq; corporis amplam ac magnificam:cæteꝝ maior præſentis ueneratio cepit:& præterquam quod ſuapte natura multa maieſtas inerat:adornabat promiſſa cæſaries:habituſq; corporis non cultus mundiciis:ſed uirilis uere ac militaris:& ætas erat in medio uiriũ robore:quod plenius nitiduſque ex morbo uelut renouatus flos iuuentæ faciebat.Prope attonitus ipſo congreſſu numida gratias de fratris filio remiſſo agit:ex eo tempore affirmat eam ſe quæſiſſe occaſionẽ:q̃ tandem oblatam deum ĩmortalium beneficio non omiſerit:cupere ſe illi populoq; romano operã nauare.Ita ut nemo unus externus magis enixe adiuuerit rem romanã:id ſe etiam:ſi iampridem uellet:minus præſtare in Hiſpania aliena atq; ignota terra potuiſſe:in qua autem genitus educatuſque in ſpem paterni regni eſſet facile præſtatuꝝ:ſi quidem eundem Scipionẽ ducem in Africam mittant romani:ſatis ſperare per breuis æui Carthaginem eſſe Lætus eum Scipio uidit audiuitq;:cum caput reꝝ in omni hoſtiũ equitatu Maſiniſſam fuiſſe ſciret:& ipſe iuuenis ſpecimen animi præſeferret.Fide data acceptaq; profectus retro Tarrconem eſt.Maſſiniſſa permiſſu romanoꝝ:ne ſine cauſa traieciſſe in continẽtem uideret:populatus ꝓximos agros Gades rediit.Magoni deſperatis in Hiſpania rebus:in quaꝝ ſpẽ ſeditio primũ militaris:deinde defectio Indibilis aĩos eius ſuſtulerãt:paráti traiicere in Africã nunciatũ ac Carthagine ẽ:iubere ſenatũ ut claſſem:q̃ Gadibus haberet ĩ Italiã traiiceret: conductaq; ibi galoꝝ atq; liguꝝ:q̃ta maxima Poſſet iuuẽtute:cõiungeret ſe Annibali:neu ſeneſcere bellum maximo impetu maiore fortuna cœptũ ſineret.Ad eam rẽ & a Carthagine pecunia Magoni aduecta eſt:& ipſe:q̃tũ potuit:a gadita

Hiſpãorũ cædes

Atť.uterẽ ro. moré ĩ iungẽda amicitia

uis exegit nõ ærario mõ eorꝝ:sed ét tẽplis spoliatis:& priuatim oĩbus coactis:ausꝝ argentũq; i publicũ conferre.Cũ præterueheréť Hispaniæ orá:haud procul Carthagine noua:expositis in terrã militibus pximos depopulatus agros:ide ad urbé classem appulit:ibi cũ interdiu milites in nauibus tenuissẽt:no cte in littus expositos ad parté eam muri:qua capta Carthago a romanis fuerat:ducit nec præsidio satis ualido urbé teneri ratus:& aliquos oppidanorꝝ ad spme nouãdi res aliquid moturos.Cæterꝝ nuncii ex agris trepidi simul populationé agrestiũq; fugam:& hostiũ aduẽtũ attulerát:& uisa ĩterdiu classis erat nec sine cã erectá ante urbé statione apparebat.Itaq; istructi armatiq; ĩtra portã ad stagnũ ac mare uer/ sam continebanť:ubi effusi hostes mixta inter milites nauali turma ad muros tumultu maiore:q̃ ui su bierunt:patefacta repente:porta romani cũ clamore erũpunt:turbatosq; hostes & ad primũ incursum coniectũq; tælorꝝ auersos usq; ad littus cũ multa cæde persequũť:nec nisi naues littori appulsæ trepi/ dos accepissent:superfuissẽt fugæ ac pugnæ quisquá.In ipsis quoq; trepidatũ nauibus est:dum ne ho/ stes cũ suis simul irrumperẽt:trehũt scalas oraſq;:& anchoras:ne in moliendo mora:eẽt:præcidũt:mul tiq; adnatantes nauibus incerto præ tenebris quid aut peteret:aut uitarẽt:fœde interierũt.Postero die cũ classis inde retro ad Oceanũ unde uenerat:fugissẽt:ad octingentos hoĩes cæsi inter murꝝ littusq; ad duomillia armatorꝝ ĩuenta.Mago cũ Gades repetissẽt:excluſus inde ad Cimbim (haud procul a Gadi bus is locus abest) classẽ appulſa mittendis legatis:querẽdoq; quod portæ ſibi ſocio atq; amico clauſæ forent:purgantibus iis multitudinis concurſu facto infeste ob direpta quædá abſcõdentibus naues mi litibus ad colloquiũ Sufeces eorꝝ:q ſummus pœnis eſt magiſtratus:cũ quæſtore elicuit laceratoſq; uer beribus cruci affigi iuſſit:de nauibus ad pityuſam ĩſulam centũ millia ferme a cõtinenti (pœni tũ eam ĩcolebát) traiecit.Itaq; claſſis bona cum pace accepta eſt:nec cõmeatus mõ benigne præbiti:ſed ĩ ſupple métũ claſſis:iuuẽtus:armaq; data:quorꝝ fiducia pœnus in Baleares inſulas:quĩquaginta millia abſunt tranſmiſit.Duæ ſunt Baleares ĩſulæ:altera maior atq; opulentior armis uiriſq;:& portum habet:ubi commode hybernatorum ſe(& iam extremum autumni erat)credebat cæterum haud ſecus:quam ſi romani eam inſulam incolorent:hoſtiliter claſſi occurſum eſt.Fundis ut nunc plurimum:ita tunc ſolo eo telo utebantur:nec quiſquam alterius gentis unus tantũ ea arte:quantum ĩter omnes alios baleares excellunt:itaq; tanta uis lapidum:creberrimæ grandinis mõ in propinquanté iam claſſem terræ effuſa eſt:ut ĩtrare portũ nõ auſi auerterent ĩ altum naues.In minoré inde Baleariũ ĩſulá traiecerunt fertilem agro:uiris armis haud æque ualiduam.Itaq; egreſſi nauibus ſupra portũ loco munito caſtra locant:ac ſine certamĩne urbe agroq; potiti duobus millibus auxiliariũ inde conſcriptis miſſiſq; Carthaginẽ ad hybernandũ naues:ſubduxerunt:poſt Magonis ab Oceani ora diſceſſum gaditani romãis deduntur.

Hæc in Hiſpania.P.Scipionis ductu auſpicioq; geſta:ipſe.L.Lentulo:&.L. Manlio Accidino ꝓuicia tradita:cum decem nauibus Romã rediit:& ſenatu extra urbem dato ĩ æde Bellonæ:quas res ĩ Hiſpa nia geſſiſſet:deſſeruit:quotiés ſignis collatis dimicaſſet:quot oppida ex hoſtibus ui cepiſſet:quas gẽtes ĩditionem populi romãi redegiſſet aduerſus quattuor ſe ĩperatores:q̃ttuor uictores exercitus ĩ Hiſpa/ niam iuiſſẽ:neminem carthaginẽſem in iis terris reliquiſſe.Ob has res geſtas magis eſt tẽptata trium/ phi ſpes:quam petita ꝓtinaciter:ꝙ neminem ad eam diẽ triumphaſſe.q ſine magiſtratu res geſſiſſet: conſtabat.Senatu miſſo urbé eſt ĩgreſſus:argẽtiq; præ ſe tulit in ærarium quattordecim millia pondo ccc.xl.duo & ſignati magnum numerum.Comitia ĩde creádis cõſulibus habuit.L.Veturius Philo:cen turiæq; oẽs ĩgenti fauore.P.Scipionem conſulem dixerunt:Collega additur ei.P.Licinius Craſſus pon tifex Max.cæterum comitia maiore:quam ulla ꝓ id bellum celebrata frequẽtia ꝓditum memoriæ eſt: conuenerãt undiq; nõ ſuffragãdi modo:ſed ét ſpectandi cauſa.P.Scipionis: concurrebatq; & domum frequẽtes:& in capitolium ad ĩmolanté eum cũ cẽtum bobus uotis in Hiſpania Ioui ſacrificaret: ſpon/ debátq; aĩs:ſicut.C.Luctatius ſupius bellum finiſſet pũicũ:ita id:qđ ĩſtaret.P.Corneliũ finituꝝ:atq; ut Hiſpania omni pœnos expuliſſet.Sic Italia pulſuꝝ eẽ: Africamq; ei ꝓinde ac ſi debellatum ĩ Italia foret ꝓuinciam deſtinabant:ꝓtoria ĩde comitia habita:creati duo:qui tum ædiles plebis erãt.Sp. Lucretius: &.Gn. Octauius: & ex priuatis.Gn.Seruilius Cepio:&.L. Aemylius Pappus. Quartodecimo anno punici belli.P.Cornelius Scipio:&.P.Licinius Craſſus ut conſulatum inierunt:nominatæ conſulibus ꝓuinciæ ſunt:Sicilia Scipioni extra ſorté concedẽte collega:qa ſacrorum cura pontificé maximum in Italia retinebat:brutii Craſſo.Tum prætoriæ ꝓuinciæ in ſorté coniectæ:urbana.Gn. Seruilio obtigit: Ariminum ita Galliam appellabant.Sp.Lucretio:Sicilia.L. Aemylio.Gn.Octauio Sardinia:ſenatus in capitolio habitus.Ibi referẽte.P.Scipione ſenatuſconſultum factum eſt:ut quos ludos ĩter ſeditionem militaré ĩ Hiſpania uouiſſet:ex ea pecunia:quã ipſe in ærarium detuliſſet:faceret.Tum ſaguntinorꝝ le/ gatos in ſenatũ ĩtroduxit:ex eis maximus natu.Etſi nihil ultra malorꝝ é.P.C.quã qđ paſſi ſumus:ut ad ultimũ fidé uobis ꝓſtaremus:tamẽ ea ueſtra merita imꝑatorũq; ueſtrorꝝ erga nos fuerũt:ut nos cladiũ noſtrarꝝ nõ pœniteat:bellũ ꝓp nos ſuſcepiſtis:ſuſceptũq; quartũdecimũ annũ tam ꝓtinaciter geritis:ut ſæpe ad ultimũ diſcrimẽ & ipſi ueneritis:& populũ carthaginẽſem adduxeritis.Cũ in Italia tam atrox bellũ:& Annibalẽ hoſtẽ haberetis:conſules cũ exercitu ĩ Hiſpaniã uelut ad colligẽdas reliqas naufragii noſtri miſiſtis.P.&.Gn.Cornelii:ex quo in ꝓuinciam uenerũt:nullo tpe deſtiterunt:quæ nobis ſecun da:quæq; aduerſa hoſtibus noſtris:eẽnt:facere:iam oĩum primũ oppidum nobis reſtituerũt:per om/ nem Hiſpaniam ciues noſtros uænũdatos:dimiſſos:q cõquirerẽt:ex ſeruitute ĩ libertatem reſtituerũt cum iam prope eẽt:ut optabilẽ eam ex miſerrima fortunam haberemus.P.&.Gn.Cornelii ĩperatores ueſtri luctuoſius nobis ꝓpe:q̃ uobis perierunt:tũ uero ad hoc retracti ex diſtãtibus loĝis in ſedem anti

Hoſtiũ cædes circa cartha/ giné

Balea/ res

Gaditãi Roma/ nis de/ dũť Sci pio ro/ mã re/ greſſus

Scipio &.P.Li cinius

quã uidebamur:ut itex̃ piremus:& altex̃ excidium patriæ uideremus:nec ad pernicie̅ noſtram carthaginenſi utiq; aut duce:aut exercitu opus eſſe:ab turdetanis ueterrimis hoſtibus:qui prioris quoq; excidii cã nobis fuerant extingui poſſe:cũ ex inſperato repẽte miſiſtis nobis hunc.P.Scipione̅:quẽ fortuniſſimi oĩum ſaguntinox̃ uidemur:qa conſule̅ delcaratũ uidemus:ac uidiſſe nos:ciuibus noſtris renũciaturi ſumus ſpem: opẽ:ſalutemq; noſtrã:qui cũ plurimas hoſtiũ ueſtrox̃ cepiſſet urbes: ubiq; ex captox̃ numero exceptos ſaguntinos in patriã remiſit.Poſtermo Turdetaniã adeo infeſtã nobis ut illa gẽte incolumi ſtare Saguntum non poſſet::ita bello afflixit:ut non mõ nobis(abſit uerbo inuidia) ne poſteris quidẽ timẽda noſtris eſſet:deletã urbẽ cernimus eox̃:quox̃ in gratiã Saguntum deleuerat Annibal:uectigal ex agro eox̃ capimus:qd' nobis non fructu iucũdius eſt:q ultione ob hæc:quibus maiora nec ſpare:nec optare ab diis ĩmortalibus poteramus gĩas actum.x.legatos nos ſagũtinus ſenatus populuſq; ad uos miſit:ſimul gratulatũ qđ ita res p hos ános in Hiſpania:atq; ĩ Italia geſiſtis:ut Hiſpaniã nõ Ibero amne tenus ſed qua terrax̃ ultimas finit Oceanus domitã armis habeatis.Italiæ niſi q̃tenus uallũ caſtrox̃ cĩgit:nihil reliq̃retis pœno.Ioui Optimo Maxĩo p̃ſidi capitolinæ arcis nõ grates tãtũ ob hoc agere iuſſi ſumus:ſed donũ hoc ẽt ſi uos p̃mitteretis:coronã auream in capitoliũ uictoriæ ergo ferre id uti permittatis:quæſumus: utiq;:ſi uobis ita uideretur:quæ nobis imperatores ueſtri commoda tribuerunt:ea rata atq; perpetua auctoritate ueſtra faciatis:ſenatus legatis ſagunntinis reſpondit & diru/tum ac reſtitutũ ſaguntum fidei ſocialis utrinq; ſeruatæ documẽtum oĩbus gentibus fore ſuos imperatores recte:& ordine ex uoluntate ſenatus feciſſe quod Saguntum reſtituerint:ciueſq; ſaguntĩos ſeruitio exemerit:quæq; alia eis benigne fecerint:ea ſenatũ ita uoluiſſe fieri:domũ permittere ut in capitolio ponerent:locus inde lautiaq; legatis præberi iuſſa & muneris ergo in ſingulos dari ne minus denamillia æris.Legationes deinde cæteræ in ſenatum roma. introductæ auditæq;:& petentibus ſaguntinis:ut quatenus tuto poſſent.Italiam ſpectatũ irent:duces dati:litteræq; per oppida miſſæ ut hiſpanos comiter acciperent:tũ de rep.de exercitibus ſcribendis:de p̃uinciis relatũ:cum Africã nouam p̃uinciã extra ſortem.P.Scipioni deſtinari hoĩes fama ferrent:& ipſe nulla iam modica gloria cõtentus non ad gerẽdum mõ bellum:ſed ad finiẽdũ diceret ſe cõſulem declaratũ eſſe:neq; aliter id fieri poſſe:q̃ ſi ipſe i Africam exercitum tráſportaret:& actux̃ ſe id per populũ aperte foret: ſi ſenatus aduerſaret:idq; cõſilium haud quaquã primoribus patrũ cõſcriptorum placeret cæteriq; p metũ aut ambitioné muſſarét

Saguntinorum oro ad ſenatũ

Fabii maxi. oro

Qu.FabiusMaximus rogatus ſentẽtiam.Scio:ĩquit:multis ueſtrum uideri.P.C.rem actam hodierno die agi:& fruſtra habiturum oratiõem:qui tãq̃ de itegra re de Africa prouĩcia ſniam dixerit.Ego autẽ primum illud ignoro:quemadmodũ certa iam p̃uĩcia Africa cõſulis uiri fortis ac ſtrenui ſit:quã nec ſenatus cẽſuit ĩ hũc ãnum:prouĩciam eẽ: nec poculus iuſſit deide:ſi ẽ:cõſulem peccare arbitror:qui de re tranſacta ſimulãdo re referre ſenatũ ludibrio habet:non ſenatorẽ:qui:de quo cõſulitur ſuo:loco dicit ſentẽtiam: atq; ego certum habeo diſſentiẽti mihi ab iſta feſtinatiõe ĩ africã traiiciẽdi duarum rerum ſubeũdam opiniõem eſſe:unius iſitæ ĩgenio meo cõctatiõis:quam metum pigritiamq; hoĩes adoleſcẽtes ſane appellẽt:dum me nõ pœniteat adhuc aliorum ſpecioſiora primo aſpectu conſilia ſemper uiſa: mea uſu meliora alterius:obtrectationis atq; inuidiæ aduerſus creſcẽtem ĩ dies gloriam fortiſſimi cõſulis:a qua ſuſpicione:ſi me neq; uita acta & mores mei:neq; dictatura cum quiq; cõſulatibus:tãtumq; gloriæ belli domiq; partum uẽdicat:ut propius faſtidium eius ſim:q̃ deſiderium ætas ſaltem liberet. Quæ enim mihi æmulatio cum eo eſſe poteſt:qui ne filio quidem meo æqualis ſit? me dictatorem cũ uigerem adhuc uiribus & incurſu maximarum rerum eſſem: recuſantem nemo aut audiuit in ſenatu aut apud populum:quo minus iſectante me magiſtro equitum:quod fando nunquã ante auditum erat:ĩperium æquaretur meum:rebus quam uerbis aſſequi malui:ut q aliquorũ iudicio mihi comparatus erat:ſua mox cõfeſſione me ſibi præferret:ne dum ego pfunctus honoribus certamia mihi atq; æmulationem cum adoleſcente florentiſſimo proponam:uidelicet ut mihi iam uiuendo nõ ſolum rebus gerendis feſſo:ſi huic negata fuerit Africa prouincia decernatur:cum ea gloria:quæ parta eſt:uiuendum atq; moriendum eſt. Vincere ergo prohibui Annibalem:ut a nobis:quox̃ uigent nunc uires:etiã uinci poſſet.Illud te mihi ignoſcere.P.Corneli æquum erit:ſi cum in me ipſo nunquã pluris famã hominum: quã remp. fecerim: ne tuam qdem gloriam bono publico præponam quãquã ſi aut bellum nullum in Italia:aut is hoſtis eẽt:ex quo uicto nihil gloriæ q̃reretur:qui te in Italia retineret:& ſi id bono publico facere ſimul cum bello materiã gloriæ tuæ ire ereptum uideri poſſet. Cum uero Annibal hoſtis incolumi exercitu quartumdecimum annum Italiam obſideat: pœnitebit te.P. Corneli gloriæ tuæ:niſi hoſtẽ eũ q tot funex̃ tot cladiũ nobis cauſa fuit:tu conſul Italia expuleris:& ſicut penes.C.Luctatium prioris perpetrati belli titulus fuit:ita penes te huius fuerit:niſi aut Amilcar Annibali dux eſt præferendus:aut illud bellum huic:aut uictoria illa maior clariorq; quam hæc:modo contingat: ut te conſule uincamus:futura eſt:ab drepanis atq; Eryce detraxiſſe Amilcarẽ quam Italia expuliſſe pœnos atq; Annibalem malis:ne tu quidem & ſi magis partam:quam ſperatam gloriam amplecteris:Hiſpania potius quam italia bello liberata gloriatus fueris:nondum is eſt Annibal:quem nõ magis timuiſſe uideatur quam contempſiſſe:qui aliud bellum maluerit.Quin igitur ad hoc accingeris:nec p iſtos circuitus ut cum in Africam traieceris:ſecuturum te illuc Annibalem ſperes: potius quã recto hinc itinre Annibal eſt:eo bellum intendis egregiam iſtam palmã belli punici peracti petis? hoc & natura prius eſt:tua cum defenderis aliena ire oppugnatum:pax ante in italia quã bellum ĩ Africa ſit: & nobis prius decedat timor:quam ultro aliis inferatur:ſi utrunq; tuo ductu auſpicioq; fieri poteſt. Annibale hic ui-

Polybius Ply. & Ptole. Drepanum uocant

cto illic carthaginem expugna:si alterutra uictoria nobis consulibus relinquenda est:prior cum maior clariorq; tum causa etiam insequentis fuerit.Nam nunc quidem præterq; quod:& in Italia:& in Africa duos diuersos exercitus alere ærarium non potest præterq; quod unde classes tueamur unde commeatibus sufficiamus præbendis nihil reliqui est:quid periculi tandē:quantum adeatur:quem fallit? P.Licinius in Italia.P.Scipio bellum in Africa geret.Quid:si quod omnes dii omen auertant & dicere reformidat animus:sed quæ acciderunt:accidere possunt:& uictor Annibal ire ad urbem pergat:tum demum te consulem ex Africa:sicut.Qu.Fuluium a capua accersemus? Quid quod in Africa quoque mars cōmunis belli erit domus tibi tua pater patruusq; intra.xxx.dies cum exercitibus cæsi documēto sint:ubi per aliquot annos maximis rebus terra mariq; gerendis amplissimum nomen apud exteras gentes populo ro.uestræq; familiæ fecerant:dies me deficiet:si reges imperatoresq; temere in hostium terras transgressos cum maximis cladibus suis exercituumq; suoꝝ enumerare uelim.Atheniēsis prudentissima ciuitas:bello domi relicto auctore æque impigro atq; nobili iuuene magna classe in Siciliam transmisso:una nauali pugna florentem rempu.suam imperpetuū afflixerunt:& externa & nimis antiqua repeto.Africa eadem ista:&.M.Attilius insigne utriusq; fortunæ exemplum nobis documento sint.Næ tibi.P.Cornelii cum ex alto Africam conspexeris:ludus:& iocus fuisse Hispaniæ tuæ uidebuntur.Quid enim simile? pacato mari præter oram Italiæ Galliæq; uectus emporiis ī urbem socioꝝ classem appulisti: & expositos milites per tutissima oīa ad socios:& amicos populo ro.Tarraconem duxisti:a Tarracone deinde inter præsidia romana circa Iberꝝ exercitus patris patruiq; tui post amissos imperatores ferociores calamitate ipsa facti dux tumultuarius quidem ille.L.Martius & militari suffragio ad tempus lectus:cæteꝝ si nobilitas ac iusti honores adornarent claris imperatoribus qualibet arte belli par:oppugnata per summū otium Carthago nullo trium punicoꝝ exercituum socios defendēte:cætera neq; ea eleuo:nullo tamen modo africo bello comparanda : ubi non portus ullus classi nostræ apertus non ager pacatus:non ciuitas socia:non rex amicus:non consistendi usquam locus . non procedendi:quacūq; circūspexeris hostilia oīa atq; infesta. An Syphaci numidiq; credis? satis sit semel creditum nō semper temeritas est fœlix & fraus:fidem in paruis sibi præstruit:ut cum operæpretium sit:cum mercede magna fallat.Nō hostes patrem patruumq; tuū armis priusq; celtiberi socii fraude circūuenerunt:nec tibi ipsi a Magone:& Asdrubale hostium ducibus : quantū ab Indibili & Mandonio ī fidem acceptis periculi fuit.Numidis tu credere potes perfectionem militum tuoꝝ expertus:& Syphax & Masiniſſa:se quam carthaginenses malunt potentes in Africa essē.carthaginenses quam quem aliū: nunc illos æmulatio inter sese:& oēs causæ certaminum acuunt quod procul externus metus est:ostēde romana arma:exercitum alienigenam iam uelut ad cōe restīguendum incendium concurrent.Alter iidem illi carthaginenses Hispaniam defenderunt;aliter mœnia patriæ:templa deum aras:& focos defendent cum eūtes in prælium pauida prosequetur coniunx:& parui liberi occursabunt.Quid porro si satis cōfisi carthaginenses consensu.Africæ fide socioꝝ:regum:mœnibus suis cum tuo exercitusque tui præsidio nudatam Italiam uiderīt:ultro ipsi nouum exercitum ī Italiam aut ex africa miserīt aut Magonem:quem a Balearibus classē transmissa iam præter oram ligurum alpinorum uectari cōstat: Annibali se coniungere iusserint? Nempe in eodem terrore erimus: in quo nuper fuimus: cum Asdrubal in Italiam transcendit:quem tu qui non solum Carthaginem:sed omnem Africam exercitu tuo es clausurus:e manibus tuis in Italiam emisisti.Victum a te dices:eo quidem minus uellē:& id tua non solum reipu.causa iter datum uicto in Italiam essē.Patere nos omnia:quæ prospera tibi: & Popu. Roma.imperio euenere:tuo cōsilio assignare:aduersa casibus icertis belli & fortunæ relegare:quo melior fortiorq; es:eo magis talem præsidem sibi patria atque uniuersa Italia retinet.Non potes ne ipse quidem dissimulare ubi Annibal sit:ibi caput:atq; arcem huius belli eē. Quippe qui præ te feras eam tibi causam esse traiiciendi in Africam ut Annibalem eo trahas.Siue igitur hic:siue illic cum Annibale est tibi futura res.Vtrum ergo tandē firmior eris in Africa solus:an hic tuo:collegæq; tui exercitu coniuncto? Ne Claudius quidem:& Liuius consules tam recenti exemplo:quantum id interfit: documento sunt? Quid Annibalem:utrum tandem extremus angulus brutii agri frustra iamdiu poscētem ab domo auxilia:an propinqua Carthago:& tota socia africa potentiorē armis uirisq; faciet? Quod istud consilium est:ibi malle decernere:ubi tuæ dimidio minores copiæ sint: hostium multo maiores: quā ubi duobus exercitibus aduersus unū tot præliis & tam diuturna &graui militia fessum pugnandum sic? Quam compar consilium tuum parentis tui consilio sit:reputa.Ille consul profectus in Hispaniā: ut Annibali ab alpibus descendenti occurreret:in Italiam de prouincia rediit:tu cum Annibal in Italia sit:relinquere Italiam paras:non quia reipublicæ id utile:sed quia tibi id amplum & glorioſum cēnses esse:sicut cum prouincia & exercitu relicto sine lege:sine.S.C.Duabus nauibus Popu. Roma. īperator fortunam publicam & maiestatem imperii:quæ tum in tuo capite periclitabāt:cōmisisti.Ego.P.Cornelium.P.C.reipu.nobisq;:non sibi ipsi priuatim creatum consulem existimo. Exercitus ad custodiā custodiam urbis atq; italiæ scriptos esse:non quos regio more per superbiā consules: quo terrarū uelint:traiiciant.Cum oratione ad tēpus parata Fabius:tū auctoritate & inueterata prudentiæ fama magnam partē senatus & seniores maxime mouisset:pluresq; consilium senis: quam animū adolescentia ferocem laudarent:Scipio ita locutus fertur:& ipse.Qu.Fabius principio orationis.P.C. commemorauit in sententia sua posse obtrectationem suspectam esse:cuius ego rei non tam ipse ausim tantum uirum īsimulare:quam ea suspicio uicio orarionis an rei haud satis purgata est.Sic enim honores suos

Obliq; oīone Scipionē capit

Rixat Fabius nūc nō orat

Perorat Fabius

& fama rerum gestarum extulit uerbis ad extinguendum iuidiæ crimẽ: tanquã mihi ab infimo quoq; periculum sit: ne mecũ æmulet: & non ab eo qui qa super cæteros excellat: quo me quoq; niti nõ dissimulo: me sibi æquari nolit: sic senem se perfunctum: & me ifra ætatẽ filii sui posuit: tanquã nõ lõgius: quam quãtum uitæ humanæ spatium est: cupiditas gloriæ extendatur: maximaq; pars eius in memoriam ac posteritatem promineat. Maximo cuiq; id accidere aio certum habeo: ut se non cum præsentibus modo: sed cũ ois æui claris uiris comparet: eqdẽ haud dissimulo me tuas. Qu. Fabi laudes non assequi solum uelle: sed bona uenia tua dixerim: si possim ẽt exuperare: illud nec tibi in me: nec mihi in minoribus natu animi sit: ut nolimus quẽq; nostri similem euadere ciuem: id enim nõ eoꝝ modo: quibus iuidemus: sed reipu. & pœne ois generis humani detrimentum sit. Cõmemorauit quãtum essem periculum aditurus: si in Africam traicere uelim: ut meam quoq; nõ solũ & reipu. & exercitus uicem uideretur ualde sollicitus. Vnde hæc repẽte de me cura exorta: cum pater patruusq; meus iterfecti cum duo exercitus eoꝝ prope occidione occisi sunt: cũ amissæ Hispaniæ: cum quattuor exercitus pœnorũ: quattuorq; duces: oia metu armisq; tenerẽt: cum quæsitus ad id bellum ĩperator nemo se ostenderet præter me: nemo profiteri nomẽ ausus esset: cum mihi quattuor & uiginti annos nato detulisset imperium Po. Ro. quid ita? Tunc nemo ætatem meã: uim hostium: difficultatem belli: patris patruiq; recentẽ cladem cõmemorauit. Vtrum maior aliqua in Africa: nũc calamitas accepta est: quã tunc ĩ Hispania erat? an maiores nũc sunt exercitus in Africa & duces plures melioresq; quã tunc in Hispania fuerit? an ætas mea tunc maturior bello gerendo fuit quã nunc est? an cum Carthaginẽsi hoste in Hispania: quã ĩ Africa bellum geri aptius est. Facile est post fusos fugatosq; quattuor exercitus punicos post tot urbes ui captas: aut metu subactas in deditionẽ post per domita oia usq; ad Oceanum: tot regulos: tot sæuas gentes: post receptã totã Hispaniam: ita ut uestigiũ belli nullum reliquũ sit eleuare meas res gestas tam hercule quã si uictor ex Africa redierim ea ipsa eleuare: quæ nũc retinendi mei causa: ut terribilia eadem uideantur: uerbis extolluntur. Negat aditum esse in Africa: negat ullos patere portus. M. Attilium captum in Africa commemorat tanquam. M. Attilius primo accessu ad Africam offenderit neq; recordatur illi ipsi tam ifelici imperatori patuisse tamẽ portus Africæ: & res gestas ab eo egregias primo anno: & quantum ad carthaginenses duces attinet: inuictum ad ultimũ permansisse. Nihil igit me isto exemplo terrueris: si hoc bello non priore: si nuper & non annis ante. xl. ista clades accepta foret qui ego minus in Africã Regulo capto quã Scipionibus occisis ĩ Hispaniã traicerem? Nec felicius Xantippum lacedæmoniũ Carthagini: quã me patriæ meæ sinerem natum esse: crescereq; mihi ex eo ipo fiducia: qđ possit ĩ hominis unius uirtute tantũ momẽti cẽ. At ẽt athenienses audiendi sunt: temere in Siciliam: omisso domi bello: transgressi. Cur ergo: quoniam græcas fabulas enarrare uacat: non Agathoclem potius syracusanũ regem cũ diu Sicilia punico bello ureretur: trãsgressum in hãc cãdem Africam: auertisse eo bellũ: unde uenerat: refres? sed qd ultro metũ inferre hosti: & ab se remoto piculo alium in discrimen adducere: quale sit ueteribus externisq; exemplis admonere opus est? maius præsentiusue ullũ exemplũ esse: quã Annibal potest multũ ĩterest alienos populari fines an uri tuos excindiq; uideas plus animi est inferenti periculũ: quã propulsanti: ad hoc maior ignotaꝝ reꝝ ẽ terror bona malaq; hostium ex ꝓpinquo ingressus fines aspicias Nõ sperauerat Annibal fore: ut tot in Italia populi ad se deficerẽt: quot defecerũt post cãnẽsem cladẽ: qto minus quicq; ĩ Africa carthaginẽsibus firmũ: ac stabile ifidis sociis grauibus ac supbis dominis? Ad hæc nos etiam deserti a sociis uiribus nostris romano milite stetimus. Carthaginensi nihil ciuilis roboris est: mercede paratos milites habẽt afros: numidasq; leuissima fidei mutandæ ingenia. Hic modo nihil moræ sit: una & traicisse me audietis: & ardere bello Africã: & molientem hinc Annibalem: & obsideri Carthaginem. Lætiores & frequẽtiores ex Africa expectate nuncios: qꝫ ex Hispania accipiebatis. Has mihi spes subiicit fortuna. Populi romãi dii fœderis ab hoste uiolati testes. Syphax & Masinissa reges: quoꝝ ego fidei ita innitar: ut bene tutus a perfidia sim. Multa quæ núc ex ĩteruallo nõ apparẽt: bellũ aperiet: & id ẽ uiri & ducis nõ deesse fortunæ præbẽti se & oblata casu flectere ad cõsiliũ. Habebo. Q. Fabi paré quidẽ Annibalẽ: sed illũ potius ego trahã: quã ille me retineat. In sua terra cogã pugnare eũ: & Carthago potius præmiũ uictoriæ erit: qꝫ semiruta bruttioꝝ castella: ne qd interim: dũ traicio: dũ expono exercitũ in Africã: dum castra ad Carthaginẽ ꝓmoueo. repsi. hic detrimẽti capiat: qđ tu. Qu. Fabi: cũ uictor tota Italia uolitaret Annibal: potuisti præstare Hoc uide ne cõtumeliosum sit: cõtuso iã & pœne fracto Annibale negare cõsulẽ ꝑstare uiꝝ fortissimũ posse. P. Liciniũ qui ne a sacris absit põtifex maximus: ideo in sorte tã lõginquæ ꝓuinciæ non uenit. Si hercule nihilo maturius hoc ego cẽseo: mõ ꝑficeret bellũ: tamẽ ad dignitatẽ po. ro. famãq; apd reges gẽtesq; externas: ꝓtinebat nõ ad defendẽdã mõ Italiã: sed ad iferẽda etiã Africæ arma uideri nobis animũ esse: non hoc credi uulgariq;: quod Annibal ausus sit: neminẽ ducẽ romanoꝝ audere. Et priore punico bello tum: cũ de Sicilia certaret: totiens Africã a nr̃is exercitibus & classibus oppugnatã: nũc cũ de Italia certet. Africam pacatã esse. Requiescat aliquãdo tãdiu uexata Italia: uratur euastetur q; iuicẽ Africa. Castra rõana potius Carthaginis portis ĩmineãt: qꝫ nos iteꝝ uallũ hostiũ ex menibus nr̃is uideamus Africa sit reliqui belli sedes. Illuc terror fugaq;: populatio agroꝝ: defectio sociorꝝ: cæteræ belli clades: qꝫ in nos per. xiiii. annos ingruerunt: uertant. Quæ ad rẽpu. pertinent: & bellũ: qđ instat: & prouincias: de quibus agit: dixisse satis est. Illa longa oratio nec ad uos pertinẽs sit: si quẽ admodum. Qu. Fabius meas res gestas ĩ Hispania eleuauit: sic & ego contra gloriam eius eludere: & uerbis meã extollere uelĩ Neutrũ faciam. P. C. & si nulla alia re: modestia certe: & tẽperamento linguæ adolescens senem uicero: ita &

Scipionis oro

Atq; qꝫ oia quadrent Scipiõi

Põtifex maxi. nõ poterat ita lia abesse

uixi:& res gessi:ut tacitus ea opinione:quam uestra sponte conceptam animis haberetis:facile contētus essem.Minus æquis animis auditus est Scipio:quia uulgatum erat:Si apud senatū nō obtinuisset:ut pro uincia Africa sibi decerneretur:ad populū extemplo laturū.Itaq; Qu.Fuluius:q Consul quater & cēsor fuerat:postulauit a Cōsule:ut palā i senatu diceret.Permitteret ne patribus:ut de prouiciis decernerēt? staturusq; eo eēt:quod censuissent:an ad populum laturus? Cum Scipio respondisset:se quod e repub. esset facturum:tum Fuluius.Non ego:iquit:ignarus quid respōsurus:facturusue esses:quæsiui.Quippe cum præ te feras:temptare magis:quam consulere senatum : & ni prouiciam tibi : quam uolueris: extemplo decernamus:paratam rogationē habeas.Itaq; a uobis tribuni ple.postulo:inquit: ut sentētiā mihi uideo non dicenti:quod si in meam sententiam discedatur:non sit ratum habitu rus consul auxilio sitis.Inde altercatio orta:cum consul negaret:æquum esse Tribunos intercedere:quo mius suo q̄sq; loco senator rogatus sententiam diceret.Tribuni decreuerunt:si consul senatui de prouinciis permittit stari:eo quod senatus censuerit:placet:nec de ea re ferri ad populum patiemur.Si non permittit:qui de ea re sententiā recusabit dicere:auxilio erimus.Consul diem ad colloquendum cum collega petiit. Postero die pmissum senatui est:prouiciæ ita decretæ.Alteri cōsuli Sicilia &.xxx.rostratæ naues quas.C. Seruilius superiore anno habuisset:permissumq; ut i Africam si id e repu.esse censeret:traiiceret.Alteri brutii & bellum cum Annibale cum eo exercitu quem.L.Veturius:&.Qu.Cecilius sortirentur iter fe. Compararent ue uter in brutiis duabus legionibus quas consul reliquisset:rem gereret:Imperiumque in annum ei prorogaretur:cui ea prouincia euenisset.Et cæteris præter consules prætoresq; q exercitibus prouinciisq; præfuturi erant:prorogata imperia.Qu.Cecilio sorte euenit:ut cum consule i brutiis aduersum Annibalem bellum gereret.Ludi deinde Scipionis magna frequentia & fauore spectātium celebrati.Legati Delphos ad donum ex præda Asdrubalis portādum missi.M.Pomponius Matho:& Q.Catulus tulerunt coronam auream.cc.pondo:& simulacra spoliorum &.x.pondo argenti facti. Scipio cū ut delectum haberet:neq; impetrasset:neq; magnopere tetendisset:ut uolūtarios ducere sibi milites liceret:tenuit:& quia impēse negauerant reipu.futurā classem ut quæ a sociis darētur ad nouas fabricandas naues acciperet.Ethruriæ primum populi pro suis quisq; facultatibus consulem adiuturos polliciti.Cerites frumentum sociis naualibus:cōmeatumq; omnis generis.Populonienses ferrū.Tarquinienses lintea ad uela.Volaterani armamenta nauiū & frumentum.Arretini.xxx.millia scutorum galeas totidem pila gæsa:hastas longas millium. quiquagīta summā pari cuiusq; generis numero expleturos.Secures rutra falces:alueolos:molas quātum in.xl.longas naues opus esset. Tritici cētum &.xx. millia modiū:& in uiaticū decurionibus:remigibusq; collaturos.Perusini:clusini:rusellani abietes i fabricandas naues & frumenti magnum numerum.Abiete ex publicis siluis est usus:Vmbriæ populi & præter hos nursini:& reatini:& amiternini:sabinusq; ager omnis milites polliciti.Marsi:peligni : marrucinique multi uoluntarii nomina in classem dederunt.Camertes cum æquo fœdere cum romanis essent:cohortem armatam sexcētorum hominum miserunt.xxx.nauium carinæ.xx.quiqueremes:decem quadriremes cum essent positæ:ipse ita instituit operi:ut die quadragesimoquinto : quam ex siluis detracta materia esset:naues instructæ armatæq; in aquam deductæ sint.Profectus in Siciliam est trigīta nauibus longis:uoluntariorum septem ferme millibus in naues impositis.Et.P.Licinius in brutiis ad duos consulares uenit exercitus:ex eis eum sibi sumpsit:quem.L.Veturius consul habuerat. Metello:ut q̄bus præfuisset legionibus:iis præesset:facilius cum assuetis imperio rem gesturum ratus:permisit.Et prætores diuersi i prouincias profecti:& quia pecunia ad bellum deerat:agri campani regionem a fossa græca ad mare uersa uændere quæstores iussi.Indicioq; permissō:qui ager ciuis campani fuisset ut is publicus Populi Romani esset. Indici præmium cōstitutum:quantæ pecuniæ ager indicatus eēt: pars decima &.Gn.Seruilio prætori:urbis negotiū datum:ut campani ciues:ubicunq; ex.S.C.Liceret: ibi habitarent:animaduerteretq; in eos:qui alibi habitarent:Eadē æstate Mago Amilcaris filius ex minore Balearium insula:ubi hybernarat:iuuentute lecta in classem imposita in Italiam.xxx.rostratis nauibus:& multis onerariis duodecimillia peditum:duo ferme equitū traiecit. Genuamq; nullis præsidiis maritimam oram tutantibus repētino aduētu cepit.Inde ad oram liguꝝ alpinorūque:si quos ibi motus facere posset:classem appulit.Ingauni ligurū ea gens est:bellū ea tēpestate gerebant cū epanteriis montanis.Igitur pœnus Sauone oppido alpino præda deposita:&.x.longis nauibus i stationē ad præsidiū relictis:cæteris Carthaginē missis ad tuendā maritima orā:quia fama erat Scipionē eo traiecturū esse:ipse societate cū ingaunis:quoꝝ gratiā malebat cōposita montanos instituit oppugnare:& crescebat in dies exercitus ad famā nois eius gallis undiq; cōfluentibus.Ea litteris cognita.Sp.Lucretii ne frustra Asdrubale cū exercitu deleto biēnio ante forēt lætati:si par aliud:īde bellū duce tantū mutato oriretur:curā ingētē accēderunt patribus.Itaq; &.M.Liuiū procōsulē ex Ethruria uolonū exercitū admouere Ariminū iusserunt.Gn.Seruilio prætori negotiū datū:ut si e repu.cēseret esse:duas urbanas legiones:cui iperio uideretur dato:ex urbe duci iuberet.M.Valerius Leuinus Arretiū eas legiones duxit.Eisdem diebus naues onerariæ pœnoꝝ ad octogīta circa Sardiniā a.C.Octauio qui prouiciæ præerat captæ.Eas Cælius frumēto misso Adannibalē commeatuq; onustas.Valerius prædam Ethruscā liguꝝ rumq; & montanoꝝ captiuos Carthaginē portantes tradit.In brutiis nihil ferme eo anno memorabile gestum ē.Pestilentia intercesserat eo anno pari clade in romanos pœnosq;:nisi quod punicū exercitū supra morbū etiam fames affecit propter Iunonis Lucinæ templum æstatem Annibal egit:ibiq; aram condidit:dedicauitq; cum īgenti rerum abse gestarum titulo punicis græcisq; litteris isculpto.

Scipiōi Sicilia decernitur

Att.q̄ undiq; collata ad classem Scipiōi ornandā

Duo liguꝝ genera Ingauni & in temelii

SCIPIO Posteaquam in Siciliam uenit uoluntarios milites ordinauit centuriauit. Ex iis. ccc. iuuenes florētes ætate & uiriū robore inermes circa se habebat ignorātes quē ad usum neq; cēturiati: neq; armani seruarentur. Tum ex Siciliæ iunioꝝ numero principes genere & fortuna. ccc. eqtes: q se cum ī Africā traiicerēt: legit: dieq; iis: qua eqs armisq; instructi atq; ornati adessent: edixit. Grauis ea militia, pcul domo terra mariq; multos labores magna picula allatura uidebat: neq; ipsos modo: sed parētes cogatosq; eorum ea cura angebat. Vbi dies q̄ edicta erat: aduenit: & arma equosq; ostēderūt: tū Scipio renūciari sibi dixit quosdā eqtes siculoꝝ tanq̄ grauē & duram horrere eā militiam: Siq ita aīati eēnt: malle eos sibi tūc fateri: quam post modū q̄rentes: segnes atq; iutiles milites eē reipu. expromerēt: quid sentirēt: cū bona uenia se auditurꝝ. Vbi unus ex iis ausus ē dicere se prosus: si sibi: utrū uelit: liberꝝ eēt: nolle militare. Tū Scipio ei: quādo igit ado lescens qd sentires: non dissimulasti: uicariū tibi expediā cui tu arma: equumq; & cætera īstrumēta militiæ tradas: & tecum hīc extēplo domū ducas: exerceas: docēdum cures: equo tradito armisq;. Cui læto cōditionē accipienti unū ex. ccc. quos inermes habebat: tradit. Vbi hoc modo exauctoratū equitē cum gratia īperatoris cæteri uiderūt: se q̄sq; excusare: & uicariū accipere. Ita. ccc. siculis romani substituti equites sine publica īpensa. Docēdorū atq; exercēdoꝝ curā siculi habuerunt: qa edictū īperatoris erat: ipsum militatuꝝ: q ita non fecisset. Egregiā hanc alam eqtū euasisse ferūt: multisq; pliis rempublicā adiuuisse. Legiones ide cum inspiceret: plurimorū stipendioꝝ ex iis milites delegit: maxie qui sub duce Marcello militauerāt: quos cū optīa disciplina īstitutos credebat: tū etiam ab longa Syracusanoꝝ obsidione peritissimos eē urbium oppugnādarum: nihil enī paruum: sed Carthaginis iam excidia agitabat aio. Inde exercitū per oppida dispertit. Frumētum siculoꝝ ciuitatibus īperat. Ex Italia aducto parcit. Veteres naues reficit: & cū iis. C. Lællium p̄datum mittit. Nouas Panormi subducit: qa ex uiridi materia rapti factæ erant: ut ī sicco hybernarēt. Præparatis oibus ad bellum: Syracusas nōdum ex magnis belli motibus tranqllas uenit. Græci res a q̄busdam italici generis eadem ui qua per bellū ceperāt: retinētibus: cōcessas sibi ab senatu repetebāt. Oium primū ratus tueri publicam fidē: partim edicto: partī iudiciis etiā in pertinaces ad obtinēdam iniuriā tedditis suas res syracusanis restituit. Non ipsis tantū ea res: sed omnibus Siciliæ populis grata fuit: eoq; enixius ad bellum adiuuerūt. Eadē æstate ī Hispania coortū igens bellum: cōciente Indibili: nulla alia de causa: quā per admirationē Scipionis: cōtemptu: īperatorum aliorum orto. Eum superesse unum ducem romanis: cæteris ab Annibale īterfectis rebantur: eo nec ī Hispaniam cæsis Scipionibus aliū quem mitterent: habuisse: & posteaq̄ in Italia grauius bellū urgeret aduersus Annibalem: eum accersitum: p̄terquam quod noīa tantum ducum ī Hispania Romani habebant: exercitum quoq; īde ueterē deductum: trepida oīa & īconditam inde turbam tyronum ēē: nunq̄ talē occasionē liberādæ Hispaniæ fore: seruitū ad eam diē aut Carthaginēsibus: aut Romanis: nec inuicem his aut illis sed interdum utrisq; simul: pulsos ab Romanis Carthaginēses: ab hispanis si consentirent: pelli Romanos posse ut ab omni īperio externo soluta in perpetuum Hispania in patrios rediret mores: rituq;. Hæc taliaq; dicendo nō populares modo: sed anxetanos quoq; uicinam gentem cōcitat. Et alios finitimos sibi atq; illis populos. Itaq; intra paucos dies. xxx. millia peditum: quattuor ferme eqtum in sedetanum agrum quo edictum erat: conuenerunt. Romani quoq; imperatores, L. Lētulus: & L. Manlius Accidinus ne glisceret: primo negligendo bellum iunctis & ipsi exercitibus per agrum anxetanum hostico tanquam pacato clæmenter ductis militibus ad sedem hostium peruenere. Trium millium spatio procul a castris eorum posuerunt castra. Primo per legatos nequicquam est temptatū: ut discederetur ab armis: deinde cum in pabulatores romanos impetus repente ab equitibus hispanis factus esset: summisso ab statione romana equitatu equestre prælium fuit: haud sane memorando ī partem ullam euentu. Sole oriente postero die armati īstructiq; omnes mille ferme passus procul a castris romanis aciem ostendere. Medii anxetani erāt: cornu dexterū illergetes: leuum ignobiles tenebāt hispani populi. Inter cornua & mediam aciem inter ualla patentia satis late fecerunt: qua equitatum: ubi tempus esse: emitterēt. Et romani more suo exercitum cum īstruxissent. id modo hostiū imitati sunt: ut inter legiones & ipsi patentes equiti relinquerent uias. Cæteꝝ lentulus ei parti usum equitis fore ratus: q̄ prior ī dehiscentē interuallis hostiū aciē equites emisisset. Sex. Cornelio Tribuno militū imperat equites per patentes ī hostiū acie uias permittere equos iubeat. Ipse cœpta parū prospere pedestri pugna tantum moratus: dū cedenti duodecimæ legioni: quæ ī leuo cornu aduersus illergetes locata, pna erat: tertiamdecimā legionē ex subsidiis: ī primā aciē firmamentū ducit. Posteaquā æquata ibi pugna est: ad. L. Manliū inter prima signa hortantem: ac subsidia: quibus res postulabat locis inducentem: uenit. Indicatq; tuta ab leuo cornu esse: iā missum a se Sex. Corneliū procella equestri hostis circunfusuꝝ. Vix hæc dicta dederat: cū romani eqtes ī medios inuecti hostes simul pedestres acies turbauerunt: simul equitibus hispanoꝝ uiā imittendi equos clauserunt: Itaq; omissa pugna equestri ad pedestrē hispani descenderūt. Romāi īpatores ut turbatos hostiū ordīes: & trepidationē pauorēq; & fluctuātia uiderūt signa: hortant: orāt milites: ut pculsos iuadāt: neu restitui aciē patiant. Nō sustinuissent tā īfestū īpetū barba

Scipio
Sicilia
Scipiōi

Noui ī hispāia motus

ri:ni regulus ipſe Indibilis cũ eqtibus ad pedes digreſſis ante pria ſigna peditũ ſe obieciſſet. Ibi aliquãdiu atrox pugna ſtetit. Tandẽ poſteaquã ii q circa regẽ ſeminecem reſtantẽ: deide pilo terræ affixum pugnabant: obruti tælis occubuerunt: tum fuga paſſim cœpta: pluresq; cæſi: qa equos conſcendendi ab eqtibus ſpatiũ non fuerat: & qa pculſis acriter iſtiterunt romãi. Nec ante abſceſſum é: quam caſtris quoq; exuerunt hoſtẽ Tredecim illia hiſpanor& cæſa eo die. d. ccc. ferme capti. Romanor& ſociorũq; paulo amplius cc. maxie i leuo cornu ceciderunt. Pulſi caſtris hiſpani: aut q ex prælio effugerant: ſparſi prio per agros: deide i ſuas qſq; ciuitates redierunt: Tum a Mãdonio euocati i cõſiliũ: conqueſtiq; ibi clades ſuas icrepitis auctoribus belli legatos mittẽdos ad arma tradẽda: deditionemq; faciẽdam cẽſuerũt. Quibus culpã in auctores belli Indibilẽ cæteroſq; pricipes: quor& plæriq; i atie cecidiſſent conferẽtibus tradẽtibuſque arma & dedẽtibus ſeſe reſponſum eſt. In deditionẽ ita accipi eos: ſi Mandoniũ cæteroſq; belli cõcitatores tradidiſſent uiuos: ſi mius: exercitus ſe i agrum illergetum anxetanorũq;: & deiceps alior& populor& ducturos. Hæc dicta legatis renunciataq; i conſiliũ. Ibi Mandonius cæteriq; pricipes com præhẽſi traditi ad ſuppliciũ. Hiſpanis populis pax reddita. Stipẽdium eius anni duplex: & frumẽtum ſex mẽſium iperatum: ſagaq; & togæ exercitui: & obſides ab trigita ferme populis accepti. Ita Hiſpaniæ rebellantis tumultu haud magno motu itra paucos dies cõcito & cõpreſſo i Africam omnis terror uerſus. C. Lælius nocte ad Hipponem Rhegium cũ acceſſiſſet: luce pria ad populãdũ agrũ ſub ſignis milites ſocioſq; nauales duxit. Omnibus pacis modo icurioſe agẽtibus: magna clades illata: nũciiq; trepidi Carthaginẽ terrore ingenti cõpleuere. Claſſem romanã Scipionemq; imperatorẽ & fama iam fuerat i Siciliam trãſgreſſum adueniſſe: Nec quot naues uidiſſet: nec quãta manus agros popularetur: ſatis gnari omnia in maius metu augẽte accipiebãt. Itaq; primo terror pauorq;: deinde mœſtitia animos iceſſit: tantum fortunam mutaſſe: ut qui modo ipſi exercitũ ante mœnia romana habuiſſent uictores: totq; ſtratis hoſtiũ exercitibus oẽs Italiæ populos aut ui: aut uoluntate in deditionẽ accepiſſent: ii uerſo marte Africæ populationes & obſidionẽ Carthaginis uiſuri forent: nequaquã ad patienda ea robore ac romani fuiſſent: illis romanã plebẽ: illis Latiũ iuuentutẽ præbuiſſe: maiorẽ ſemp frequẽtiorẽq; pro tot cæſis exercitibuſ ſoboleſcẽtem cæterum ſuam plebẽ imbellem in urbe: imbellem in agris eſſe: mercede parari auxilia ex afris gẽte ad omnẽ auram ſpei mobili atq; infida. Iam regẽ Syphacem poſt colloquium cum Scipione alienatum: Nec Maſiniſſam aperta defectione infeſtiſſimum hoſtem: nihil uſquam ſpei nihil auxilii eſſe. Magonem ex Gallia mouere tumultus neqcquam: nec coniungere ſeſe Annibali: & Annibalẽ ipſum iam & fama ſeneſcere & uiribus. In hæc deflenda prolapſos ab recenti nuncio animos rurſus terror inſtans reuocauit ad conſultandum: quonam modo obuiam præſentibus periculis iretur. Delectus raptĩ in urbe agriſq; haberi placet: mittere ad conducẽda auxilia: munire urbem: frumentũ conuehere: tæla: arma parare: iſtruere naues: & mittere ad Hipponẽ aduerſus romanã claſſem: Iam hæc agentibus nuncius tandem uenit. Lælium non Scipionẽ: copiaſq; quantæ ad icurſiones agror& ſatis ſint: tranſuectas: ſummam belli molẽ adhuc i Sicilia eſſe. Ita reſpiratum: mittiq; ad Syphacẽ legatiões alioſq; regulos firmandæ ſocietatis cauſa cœptum. Ad Philippum quoq; miſſi: q ducenta argenti talenta pollicerentur: ut i Siciliam aut i Italiam traiiceret: & ad ſuos imperatores i Italiam: ut omni terrore Scipionẽ retinerent. Ad Magonẽ etiam nõ legati modo: ſed. xxv. naues longæ: ſex millia peditum: octigenti equites: & ſeptẽ elephanti adhuc magna pecunia ad cõducenda auxilia: quibus frætus propius urbem Romã exercitum admoueret: coniungeretq; ſe Annibali. Hæc Carthagie parabãt agitabantq;. Ad Lælliũ p̃das ingentes ex agro inermi ac nudo præſidiis agentem Maſiniſſa fama romanæ claſſis excitus cum eqtibus paucis uenit. Is ſegniter rem agi a Scipiõe quæſtus: quod non iam exercitum i Africam traieciſſet pculſis Carthaginẽſibus: Syphace ipedito finitimis bellis: quẽ certum haberet: ſi ſpatium ad ſua: ut uelit: cõponenda detur: nihil ſincera fide cum romanis acturum: hortaretur ac ſtimularet Scipionẽ non ceſſãr. Se quãquam regno pulſus eſſet: cum haud contemnẽdis copiis affuturum peditum eqtumq;. Nec ipſi Lælio morandum i Africa eẽ: claſſem credere profectam a Carthagie: cum qua abſente Scipione nõ ſatis tutum eẽt contrahi certamẽ. Ab hoc ſermone dimiſſo Maſiniſſã: Lælius poſtero die naues prædaonuſtas ab Hippone ſoluit: reuectuſq; i Siciliã Maſiniſſæ mandata Scipioni expoſuit. Eiſdẽ ferme diebus naues: quæ a Carthagie ad Magonẽ miſſæ erant: iter albigaunos: ligureſq; alpinos Genuam acceſſerunt. In iis locis tum forte mago tenebat claſſem: q legatorum auditis uerbis iubẽtium exercitus cõparare: quãmaximas extemplo gallorum & ligurũ: nãq; utriuſq; gẽtis igens ibi multitudo erat: cõſiliũ habuit. Et miſſum ſe ad eos uidicandos in libertatẽ ait: ut ipſi cernãt mitti ſibi ab domo p̃ſidia: ſed quãtis uiribus: quantoq; exercitu id bellũ geratur: in eor& poteſtate eſſe duos exercitus romãos unum i Gallia: alter& i Ethruria eẽ ſatis icire. Sp. Lucretiũ ſe cũ. M. Liuio iunctur&: multa millia ipſis etiã armanda eſſe: ut duobus bucibus: duobus exercitibus romãis reſiſtatur. Galli ad id ſummã ſuã uolũtatẽ eẽ diceṽ: ſed cũ una caſtra intra fines: altera i finitima terra Ethruria prope i cõſpectu habeant: ſi palã fiat auxiliis adiutũ ab ſeſe cẽ pœnũ extẽplo ifeſtos utriq; exercitus i agrũ ſuũ icurſuros: ea ab gallis deſyderaret: q̃bus occulte adiuuari poſſet: liguribus qđ p̃cul agro urbibuſq; eor& caſtra romana ſint: libera cõſilia eẽ: illos armare iuuentutẽ: & capeſſere p̃ parte bellũ æquum eſſẽ. Ligures haud abnuere tẽpus modo duorum mẽſiũ petere ad delectus habẽdos. Interim Mago milites: gallis dimiſſis clã p̃ agros eor& mercede cõducere: cõmeatus: quoq; oĩs generis occulte ad eũ a gallicis populis mittebant. M. Liuius exercitũ uolonũ Ex Ethruria i Galliã traducit: iũctuſq; lucretio ſi ſe Mago ex liguribus p̃pius urbẽ moueat: obuiã ire parat. Si pœnus ſub angulo alpiũ q̃etus ſe cõtineat: & ipſe i eadẽ regiõe circa Ariminũ Italiæ p̃

Indibilis iteritus

Hiſpãorum cædem

Cartha. metus.

Magõis ad ligures & gallos hortatio

sidio futurus:Post reditū ex Africa.C.Lælii:& Scipione stimulato Masinissæ adhortationibus:& militibus prædā ex hostiū terra cernētibus:tota classe efferri accensis ad traiiciendū:q̄primū iteruenit maiori miór cogitatio Locros urbē recipiēdi:quæ sub defectioné Italiæ desciuerat:& ipsa ad pœnos: spes autem affectandæ eius rei ex minima re affulsit:quod latrociniis magis:quā iusto bello ī brutiis gerebā tur res:prīcipio a numidis facto:& brutiis nō societate magis punica:quā suopte īgenio congruētibus ī eum morē:postremo romani quoq; milites iam contagiōe quadam rapto gaudētes:quantū p duces licebat excursiones ī hostium agros facere. Ab iis egressi qdam urbe locrēses circūuenti. Rhegium q; abstracti fuerant. In eo captiuoꝝ numero fabri qdam fuere:assueti forte apud pœnos mercede opus ī arce locroꝝ facerē. Ii cogniti a locrensiū prīcipibus:q exulabāt Rhegii:pulsi ab aduersa factione quæ Annibali Locros tradiderat. Rhegiū se contulerant. Cum cætera percūctantibus:ut mos est:q diu absunt: quæ domi agerētur:exposuissent:spem fecerūt:si redempti ac remissi forent:arcem se iis tradituros:ibi se habitare:fidemq; sibi rerum oīum īter carthaginēses esse. Itaq; ut q simul desyderio patriæ agerētur simul cupiditate inimicos ulciscēdi arderent:redēptis extemplo iis remissisq;:cum ordinē agēdæ rei cō posuissent:signa quoq;:quæ procul ædita obseruarēt:ipsi ad Scipionē Syracusas ꝓfecti:apud quē pars exulum erat:referētes sibi promissa captiuorū cum spem ab effectu haud abhorrentem cōsuli fecissent

Locri a romāis recipiūtur

tribuni militum cum iis. M. Sergius:&. P. Matienus missi:iussiq; ab Rhegio triamillia militū Locros ducere:&. Qu. Pleminio prorætori scriptum:ut rei agendæ adesset. Profecti ab Rhegio scalas ad dirēctam altitudinē arcis fabricatas portantes:media ferme nocte ex eo loco:unde cōuenerat:signū dedere proditoribus arcis:qui parati ītenti & ipsi scalas ad idipsum factas cū demisissent:pluribusq; simul locis scādentes accepissent:priusquā clamor oriretur ī uigiles pœnoꝝ:ut ī nullo metu sopitos īpetus ē factus:quoꝝ gemitus primo morientiū exauditus:deīde subita consternatio ex somno:& tumultus:cū causa ignoraret:postremo certiores aliis excitantibus alios:iam pro se quisq; ad arma uocabat: hostes ī arce esse & cædi uigiles:oppressiq; forent romani nequaquā numero partes:ni clamor ab iis: qui extra urbem erant sublatus:incertū unde accidisset:oīa uana augente Nocturno tumultu fecisset. Itaq; uelut plena iā hostiū arce territi pœni:omisso certamīe:ī alterā arcem:duæ sunt haud multū īter se distantes: confugiunt. Oppidani urbem habebant uictoribus p̄mium ī medio positam:ex arcibus duabus præliis quottidie leuibus certabatur. Q. Pleminius romano: Amilcar punico p̄sidio præerat:& accersentes ex ꝓpinquis locis subsidia copias augebāt. Ipse postremo ueniebat Annibal:nec sustinuissent romani: nisi locrēsium multitudo exacerbata supbia atq; auaricia pœnorum ad romanos īclinasset. Scipioni ut nunciatum est:ī maiore discrimine Locris rem uerti:ipsumq; Annibalem aduētare: ne præsidium ēt periclitaretur haud facile īde receptum:& ipse a Messāna. L. Scipione fratre ī præsidio ibi relicto:cū primum æstu fretum īclinatū est:naues mari secūdo misit:& Annibal a Butroto anni haud procul is ab urbe Locris abest nūcio præmisso:ut sui luce pria summa ui præliū cum romanis ac locrensibus conserrent:dum ipse auersis oībus ī eum tumultum a tergo urbē īcautā aggrederetur:ubi luce cœptam inuenit pugnam:ipse nec ī arcem se īcludere turba locum arctum īpediturus uoluit:neq; scalas q̄bus scāderet muros:attulerat:sarcinis ī aceruum coniectis cum haud procul muris ad terrorem hostiū aciem ostendisset:cum eqtibus numidis circūequitabat urbem:dum scalæ quæq; alia ad oppugnādum opus essent parātur:ad uisendum qua maxīa parte aggrederetur progressus ad murum scorpione ictus: qui proximus forte eum steterat:territus īde tam periculoso casu receptui canere cum iussisset: castra procul ab ictu tæli cōmuniit. Classis romana a Messana Locros multa die supante accessit. Expositi oés e nauibus & ante occasum solis urbē īgressi sunt:postero die cæpta ex arce a pœnis pugna:& Annibal iā scalis aliisq; oībus ad oppugnationē paratis subibat muros:cū repēte ī eum nihil minus:quam tale q̄q timentē patefacta porta erumpunt romani ad. cc. īprouidos cū iuasissent:occidūt. Cæteros Annibal ut consulem adesse sensit:ī castra recepit:nuncioq; misso ad eos:q ī arce erāt:ut sibimetipsis consulerēt:nocte motis castris abiit:& qui ī arce erant:igni iniecto tectis:quæ tenebant:ut is tumultus hostem moraretur:agmen suoꝝ fugæ simili cursu ante noctem assecuti sunt. Scipio ut & arcem relictam ab hostibus & uacua uidit castra:uocatos ad concionē locrenses grauiter ob defectionē īcusauit. De auctoribus supplicium sumpsit:bonaq; eorum prīcipibus alterius factionis ob egregiam fidem aduersus romāos concessit. Publice nec dare:nec eripere se quicquam locrensibus dixit. Romam mitterēt legatos:quam

Qu. Pleminius legatus locris relinq̄t

senatus censuisset eam fortunam habituros:illud satis scire:& si male de Popu. Roma. meriti eēnt:ī meliore statu sub iratis romanis futuros:quam sub amicis carthaginēsibus fuerunt. Ipse. Qu. Pleminio legato præsidioq;:qđ arcē ceperat:ad tuēdam urbē relicto:cū quibus uenerat copiis:Messānam traiecit.

Ita supbe & crudeliter habiti locrēses a carthaginēsibus post defectionē ab romanis fuerāt:ut modicas iniurias non æquo modo aīo pati:sed ꝓpe libēti uidere possent:uerū enīuero tātū Pleminius Amilcarē præsidii præfectū:tātū præsidiarii milites romāi pœnos scelere atq; auaricia supauerunt:ut nō armis:sed uitiis uideret certari:nihil oīum:quæ inopi iuisas opes potētioris faciunt:prætermissum i oppidanos est ab duce:aut a militibus:ī corpora ipsoꝝ ī liberos:ī coniuges īfandæ contumeliæ æditæ. Nā auaricia ne sacroꝝ qdem spoliatione abstinuit:nec alia modo templa uiolata:sed Proserpinæ etiā itacti omni ætate thesauri:p̄terquā qđ a Pyrrho:q cū magno piaculo sacrilegii sui māibus rettulit:spoliati dicebantur. Ergo sicut ante regiæ naues laceratæ naufragiis nihil in terram ītegri præter sacram pecuniā deæ:quam exportabāt:extulerāt:tum quoq; alio genere cladis eadē illa pecunia omnibus contactis ea uiolatiōe tēpli furorē iniecit:atq; īter se ducē ī ducē:militē ī militē rabie hostili uertit. Sūmæ rei Plemi-

nius præerat:militū pars sub eo:quā ipse ab Rhegio abduxerat:pars sub tribunis erat.Rapto poculo ar genteo ex oppidani domo Pleminii miles fugiens sequētibus:quoꝝ erat:obuius forte Sergio:& Metie no tribuno militū fuit:cui cū iussu tribunoꝝ ademptū eēt poculū:prīo iurgium:deīde clamor quoq; pugna postremo ora īter Pleminii milites tribunorūq;:ut suis q̄sq; opportunus aduenerat:multitudie simul ac tumultu crescente.Victi Pleminii milites cum ad Pleminiū cruorē:& uulnera ostētantes:nō si ne uociferatione atq; īdignatione cōcurrissēt:probra ī eum ipsum iactata ī iurgiis referentes:accensus ira domo sese proripuit:uocatosq; tribunos nudari ac uirgas expediri iubet.Dum spoliādis iis:repugna bant enim:militumq; īplorabant auxilium:tempus teritur:repēte frequētes milites feroces recenti ui ctoria ex omnibus locis uelut aduersus hostes:cū ad arma conclamatū eēt:concurrerunt:& cum iā uio lata uirgis corpora tribunorum uidissēt:tū uero ī multo īpotentiorem subito rabiē accensi sine respe ctu non maiestatis modo:sed īhumanitatis ī legatum īpetum lictoribus primū īdignum ī modū mul ctatis faciunt:tum ipsum ab suis īterceptum & secluſum hostiliter lacerant:& ꝓpe exanguem naso au ribusq; mutilatis relīquunt.His Messanam nunciatis.Scipio post paucos dies Locros aduectus cū cām Pleminii & tribunoꝝ audissēt.Pleminio noxa liberato:relictoq; ī eiusdem loci præsidio:tribunis sonti bus iudicatis & ī uīcula coniectis ut Romam ad senatū mitterentur:Messanā atq; Syracusas rediit.Ple minius īpotens iræ neglectam ab Scipione & nimis leuiter latā suā iniuriā ratus:nec quenquā æstimāt alium eam litem posse:nisi q atrocitatem eius patiēdo sensissēt:tribunos attrahi ad se iussit: laceratosq; omnibus:quæ pati corpus ullum potest suppliciis:īterfecit:nec satiatus uiuoꝝ pœna īsepultos proiecit: simili crudelitate & ī locrensiū prīcipes est usus:quos ad conquerēdas iniurias ad.P.Scipionē profectos audiuit:& q antea per libidinē atq; auariciā fœda exempla ī socios ædiderat:tunc ab ira multiplicia æde re:īfamiæ atq; iuidiæ nō modo sibi:sed etiam īperatori eē.Iam comitioꝝ appetebat tempus:cū a.P.Li cinio litteræ Romā allatæ sunt se exercitumq; suū graui morbo afflictari:nec sisti potuisse:nisi eadē uix mali aut grauior etiam ī hostes īgruissēt.Ita quoniā ipse uenire ad comitia non potuissēt:si ita patribus uideretur:se.Qu.Ceciliū Metellū dictatorē comitiorum causa dicturum:exercitūq;.Qu.Cecilii dimit ti e repu.eē:nam neq; usum eius ullum ī præsentia eē:cū Annibal iam in hyberna se suosq; receperit:& tanta īcesserit ī ea castra uis morbi:ut nisi mature dimittatur:nemo oīum superfuturus uideatur:ea cō sulī a patrībus facienda ut e repu.fideq; sua duceret permissā.Ciuitatē eo tempore repēs religio iuaserat inuento carmīe ī libris Sibyllinis propter crebrius eo anno de cælo lapidatū īspectis:q̄doq; hostis alieni gena terræ Italiæ bellum ītulissēt:eū pelli Italia uīciq; posse:si matris ideæ Pessimunte numē Romam aduectum foret.Id carmen a decēuiris iuentum eo magis patres mouit:quod & legati:q donum Del phos portauerant:referebant:& sacrificantibus ipsis Pythio Apollini oīa læta exta fuissē:& responsum oraculo æditum maiorē multo uictoriam:quam cuius ex spoliis dona portarēt:adesse Po.Ro.In eius dem spei summā cōferebant.P.Scipionis uelut pfagientem aīum de fine belli:q depoposcissēt prouīciā Africā.Itaq; quo maturius fatis oībus oraculisq; portēdētis sese uictoriæ cōpotes fierēt:id cogitare atq; agitare:quæ ratio trāsportandæ Romā deæ essēt:Nullas tum ī Asia ciuitates socias habebat Popu.Ro. tamen memores Aesculapiū quoq; ex Græcia quōdam haud dum ullo fœdere sociata ualitudīs popu li causa accersitum:& iā cū Attalo rege ꝑp cōmunē aduersus Philippū bellum cœptā amicitiā eē:factu rum eum quā posset Po.Ro.causa:legatos ad eū decernūt.M.Valerium Leuīum:q bis consul fuerat:ac res ī Græcia gesserat.M.Cecilium Metellū ꝓtorium:Sulpiciū Galbam Aedilitiū:duos q̄stores.C.Tre meliū Flaccū &.M.Valeriū Falconē.Hæ qnq; naues qnqueremes ut ex dignitate Popu.Roma.adirent eas terras:ad quas cōcilianda maiestas nomini romano eēt:decernūt.Legati Asiā petentes protīus Del phos cū descēdissent oraculum adierunt:cōsultantes ad quod negotiū missī domo eēnt: ꝑficiendi eius quam sibi spē Po.Ro.portēderet.Responsum eē ferūt ꝑ Attalū regē compotes eius fore:quod peterēt: cum Romā deam deuexissent:tū curarēt:ut eam:q uir optīus Romæ eēt:hospitio acciperet.Pergamū ad regē uenerunt:is legatos comiter acceptos pessimum ī Phrygiā deduxit:sacrūq; iis lapidē:quem ma trem deū īcolæ eē dicebant:tradidit:ac deportare Romā inssit.Præmissus ab legatis.M.Valerius Falco nunciauit deā apportari:q̄rendum uirū optīum ī ciuitate eē:q eā rite hospitio accipet.Qu.Cecilius Me tellus dictator a cōsule ī brutiis comitioꝝ causa dictus:exercitusq; eius dimissus:magister eqtum.L.Ve turius Philo.Comitia ꝑ dictatorē habita:cōsules facti.M.Cornelius Cethegus:Publius Sēpronius Tu ditanus absens:cū ꝓuīciā Græciā haberet.Prætores īde creati Claudius Nero.M.Martius ralla.L.Scri bonius Libo.M.Pōponius Matho Comitiis pactis:dictator sese magistratu abdicauit.Ludi romāi ter: plebeii septies īstaurati.Curules erāt Aediles.Gn.&.L.Cornelii.L.Lētulus.Hispaniā ꝓuīciā habebat:ab sens creatus absens eū honorē gessit.T.Claudius Asellius:Marcus Iunius Pœnus plebeii Aediles fuerūt Aedē uirtutis eo anno ad portā capenā Marcus Marcellus dedicauit:septīodecimo anno posteaq̄ a par te eius prīo cōsulatu uota ī Gallia ad Clastidium fuerat:& flamē martialis eo anno ē mortuus Marcus Aemylius regulus Neglectæ eo biēnio res ī Græcia erāt.Itaq; Philippus Aetolos desertos ab Romanis cui uni fidebāt auxilio:qbus uoluit cōdicionibus ad petendam & paciscendam subegit pacem:quod ni si omni ui perficere maturasset:bellantē eum cum ætholis.P.Sempronius ꝓcōsul succesor īperii mis sus Sulpicio cū decem millibus peditum:& mille eqtibus:& trigītaqnq; rostratis nauibus:haud paruū momentū ad opem ferendā sociis:oppressisset.Vixdū pace facta nūcius regi uenit. Romanos Dyrrha chiū uenisse:parthenosq; & ꝓpīquas alias gētes motas eē ad spē nouādi res.Dimallūq; oppugnare. Eo se auerterāt romani ab ætholoꝝ:quo missi erāt auxilio:irati qđ sine auctoritate sua aduersus fœdus cū

Atī.fœ dū īter ro.mili tes cer/ tamen

lictores ad erāt legato

Atī.Q. Plemi/ nii cru/ delitatē

Legati ī Asiam missī ad idæā mrem ī de Ro. depor/ tādam

M.Cor nelius Q.Sem proniuſ Tudita nus cōſ. Aedes uirtutis

rege pacem feciſſent. Ea cum audiſſet Philippus: ne qui motus maior in finitimis gentibus populiſque oriretur: magnis itineribus Apolloniā contendit: quo Sempronius ſe receperat: miſſo Vectorio legato cum parte copiarū: & .xv. nauibus ī Aetholiam ad uiſendas res pacemq; ſi poſſet: turbandam. Philippus agros Apolloniatium uaſtauit: ad urbē admotis copiis poteſtatem pugnæ romano fecit: quē poſteaquā quietum muros tātūmodo tueri uidit: nec ſatis fidens uiribus ut urbem oppugnaret: cū romanis quoque ſicut cum ætholis cupiens pacem ſi poſſet: ſi minus īducias facere: nihil ultra irritatis nouo certamine odiis ī regnum ſe recepit. Per idem tempus tædio diutini belli epirotæ: temptata prius romanorum

Pax cū Philippo

uoluntate legatos de pace communi ad Philippum miſere: ſatis confidere conuenturam eam affirmātes: ſi ad colloquium cum. P. Sempronio īperatore ueniſſet: facile īperatum: neq; enim ipſius qdem regis abhorrebat: animus: ut ī Epirum tranſiret. Penice urbs eſt Epiri: ibi prius collocutus rex cum Eropo: & Darda: & Philippo epirotarum prætoribus: poſtea cum. P. Sempronio congreditur. Affuit colloquio & Animander athamanum rex: & magiſtratus alii epirotatum & acarnanum. Primus Philippus prætor uerba fecit: & petiit ſimul ab rege & īperatore romano: ut finem belli facerent: darentq; eā epirotis ueniam. P. Sempronius condiciones pacis dixit: ut partheni: & Dimallum: & Bargulum: & Eugenium Romanorum eēnt. Atinthanias miſſus Romam legatus ad ſenatum īpetraſſe ut Macedonia cederet. In eas condiciones cum pax conueniſſet: ab rege fœderi aſcripti. Pruſia Bithyniæ: Achæi: Boetii: Theſſalia acarnanes epirotæ: ab romanis iliehſes: Attalus rex Pleuratus: Nabis lacedæmoniorum tyrannus: elei: meſſenii: atheniēnſes. Hæc conſcripta modo conſignataq; ſunt: & in duos menſes induciæ factæ: donec Romam mitterentur legati: ut populus ī has condiciones pacem iuberet: iuſſerūtq; omnes tribus: quia auerſo ī Africam bello oībus aliis ī præſentia leuari uolebant bellis. Sempronius pace facta ad conſulatum Romam deceſſit. P. Sempronio. M. Cornelio conſulibus: qntuſdecimus is annus punici belli erat: prouīciæ Cornelio Ethruria cum uetere exercitu. Sempronio Brutii ut nouas ſcriberet legiones decretæ. Prætoribus. M. Martio urbana. L. Scribonio Liboni peregrina & eidem Gallia. M. Pōponio Mathoni Sicilia. T. Claudio Neroni Sardinia euenit. P. Scipioni proconſuli cum eo exercitu cūq; ea claſſe: quam habebat: prorogatum ī annum īperium eſt: item. P. Licinio ut brutios cum duabus legionibus obtineret: quoad eum cum īperio ī prouīcia morari: conſuli e republica uiſum eſſet: &. M. Liuio: &. Sp. Lucretio cum binis legionibus: qbus aduerſus Magonem Galliæ præſidio fuiſſent: prorogatum īperium eſt: &. Gn. Octauio: ut cum Sardiniam legionemque. T. Claudio tradidiſſet: ipſe nauibus longis. xl. maritimam oram: qbus finibus ſenatus cenſuiſſet: tutaretur: M. Pomponio prætori ī Sicilia cannenſis exercitus duæ legiones decretæ ſunt. T. Quītius Tarentum. C. Hoſtilius Capuam proprætor ſicut priore anno cum uetere uterq; præſidio obtinerent. De Hiſpaniæ īperio quod ī eam prouinciam duos proconſules mitti placeret: latum ad populū eſt. Omnes tribus eoſdem. L. Cornelium Lentulum &. L. Manlium Accidinum proconſules ſicut priore anno tenuiſſent: obtinere eas prouīcias iuſſērunt. Conſules delectum habere iſtituerunt: & ad nouas ſcribendos ī brutios legiones: & īde cæterorum: ita enim iuſſi a ſenatu erant: exercituū ſupplementū: quāquā nondum aperte Africa prouīcia erat decreta: occultantibus: id credo: patribus ne præſciſcerent carthaginenſes: tamen ī eam ſpem erecta ciuitas erat: in Africa eo anno debellatū iri: finemq; bello punico adeſſe. Impleuerat ea res ſuperſtitione aīos: proniq; & ad nuncianda: & ad credēda prodigia erāt. Ea plura uulgabātur: duos ſoles uiſos: & nocte īterluxiſſe: & facem ſtellæ ſepties ab ortu ſolis ad occidētem porrigi uiſam. Tarracinæ portā: Anagninæ portā: & multis locis murū de cælo tactū. In æde Iunonis Soſpite Lanuuini cū horrēdo fragore ſtrepitū æditū: eoq; procurādoq; cā diē unū ſupplicatio fuit: & nouēdiale ſacrum: quod de cælo lapidatū eſſet: factum.

Atē. prodigia qdā ſepties legūt qđ oīo placet

Eo acceſſit conſultatio de matre Idæa accipienda: quā præterquam quod. M. Valerius unus ex legatis regreſſus actutum in Italia fore nunciauerat: recens nuncius aderat Tarracinæ iam eē. Haud paruæ rei iudicium ſenatum tenebat qui uir optimus in ciuitate eēt: ueram certe uictoriam eius rei ſibi qſque mallet: quam ulla imperia: honoreſue ſuffragio ſeu patrum: ſeu plebis delatos. Patreſconſcripti. P. Scipionem filium eius qui ī Hiſpania occiderat: adoleſcentem nondum quæſtoriū iudicauerunt ī tota ciuitate uirum optimum eſſe: Id qbus uirtutibus īducti ita iudicauerīt: ſicut traditum a proximis memoriæ temporum illorum ſcriptoribus libens poſteris tradiderim: ita eas opiniones coniectando rem uetuſtate obrutam non iterponā. P. Cornelius cum oībus matronis Oſtiam ire iuſſus obuiā deæ: iſq; eam de naue accipere: & ī terram elatam tradere referendam matronis: poſteaq; nauis ad hoſtiū amnis tyberini acceſſit: ſicut erat iuſſus: in ſalum naue euectus a ſacerdotibus eam acceſſit extulitq; ī terrā. Matronæ priores ciuitatis: īter quas unius Claudiæ Quītiæ īſigne eſt nomē: accepere: cui dubia: ut traditur antea fama clarioré ad poſteros tam religioſo miniſterio pudicitiam fecit. Et p manus ſuccedētes deīde aliæ aliis omni effuſa ciuitate obuiam: turibulis ante ianuā poſitis: qua perferebatur atq; accenſo turē: præcantibus ut uolens propiciaq; urbē Romā iniret: ī ædem uictoriæ: quæ eſt ī palatio: pertulere deam pridie idus Aprilis: iſq; dies feſtus fuit. Populus frequens dona deæ ī palatio tulit: lectiſterniumq; & ludi fuere: megalenſia appellata. Cum de ſuppleméto legionum ageretur: quæ ī prouīciis erant: tempus eſſe a quibuſdam ſenatoribus ſubiectū eſt: quæ dubiis ī rebus utcunq; tolerata eſſent: eo dempto iā tandem deū benignitate metu nō ultra pati. Erectis expectatione patribus ſubiecerunt: colonias latinas duodecim quæ. Q. Fabio: &. Q. Fuluio cōſulibus abnuiſſent: milites dare: eas annum iam ferme ſextū uacationem militiæ quaſi honoris cauſa & beneficii habere: cū interim boni obedienteſq; ſocii pro fide atq; obſequio imperii romani continuis omnium annoq; delectibus exhauſti eſſent. Sub hāc uocē no-

Pudicitia Quītia

celeriter. P. Scipionaſica Ro. oīum optius iudicatus Clau/dia

tua memoria magis patribus renouata rei prope iam oblite ratæ est quam irritata. Itaq; nihil prius referre cõsules passi decreuere: ut consules magistratus denosq; principes Nepte: Sutrio: Ardea: Calibus: Alba: Carseolis: Sora: Sinuessa: Setia: Cercæis: Narnia: Interamne: eæ nãq; coloniæ in ea cã erãt: Romã exci rent: iis imperarét: quãtũ quæq; earũ coloniarũ militum plurimũ dedisset Po. Ro. ex quo hostes i Italia essent: duplicatũ eius summæ numerum peditum daret: & eqtes cẽtenos uicenos. Siqua earũ numerũ equitum explere nõ posset: pro eqte uno tres pedites liceret dare pedites equitesq; quã locupletissimi legerentur: mitterẽturq; ubicunq; extra Italiã supplemento opus esset: siqui es iis recusarét: retineri eius coloniæ magistratus legatosq; placere neq; si postularét: senatum dari: priusquã iperata fecissent. Stipẽdium pterea iis coloniis. iii. millia æris asses singulos imperari exigiq; quotãnis: cẽsumq; in iis coloniis agi ex formula ab romanis cẽsoribus data. Dare autẽ placere eãdem: quam Po. Ro. deferriq; Romã ab iuratis censoribus coloniarum priusquã magistratu abirent. Ex hoc. S. C. accitis Romã magistratibus primoribusq; earum coloniarũ: cõsules cũ milites stipẽdiũq; impassent: alii aliis magis recusare ac reclamare. Negare tantũ militũ effici posse: uix si simplũ ex formula iperetur: enixuros orare atq; obsecrare: ut sibi senatũ adire ac deprecari liceret: nihil: se quare perire merito deberẽt: admisisse: sed si pereũdum etiã foret: neq; suũ delectũ: neq; iram Po. Ro. ut plus militũ darent: quã habẽt: posse efficere. Cõsules obstinati manere legatos Romæ iubẽt: magistratus ire domos ad delectus habẽdos: nisi summa militũ: quæ imperata eẽt: Romã adducta: neminẽ is senatũ datuũ. Ita pcisa spe senatũ adeundi deprecãdiq; delectus i iis. xii. coloniis per lõgam uacationẽ numero iunioũ aucto haud difficulter est ꝓfectus. Altera itidem res prope æque lõgo neglecta silẽtio relata a. M. Valerio Leuino ẽ: qui priuatis collatas pecunias se ac. M. Claudio cõsule reddi tandem æquum eẽ dixit: nec mirari quẽquam debere i publica obligata fide suã pcipuam curam eẽ: nam pterq; qđ aliqd ꝓprie ad cõsulem eius anni quo collatæ pecuniæ eẽnt: pertineret: etiam se auctorẽ ita cõferẽdi fuisse i iopia ærarii nec plebe ad tributũ sufficiẽte. Grata ea patribus admonitio fuit: iussisq; referre cõsulibus decreuerunt: ut tribus pẽsionibus ea pecunia solueretur primam psentem ii qui tum eẽnt: duas tertii & quiti cõsules numerarẽt. Oẽs deide alias curas una occupauit: posteaquam locrẽsium clades quæ ignotæ ad eam diẽ fuerãt: legatorum aduẽtu uulgatæ sunt: nec tam. Qu. Pleminii scelus quam Scipiõis in eo aut ambitio: aut negligentia iras hominum irritauit. Decem legati locrẽsium obsiti squallore & sordibus i comitio sedẽtibus consulibus: uelaméta supplicũ ramos oleæ: ut græcis mos est: porrigẽtes ante tribunal cũ flebili uociferatiõe humi ꝓcubuerũt. Quærentibus cõsulibus locrẽses se dixerunt eẽ passos ea a. Q. Pleminio legato romanisq; militibus: quæ pati ne carthaginẽses quidem uelit Po. Ro. rogare uti sibi patres adeũdi deplorandiq; erumnas suas potestaté facerent. Senatu dato: maxius natu ex iis Scio: iquit: quanti æstimentur nostræ apud uos querelæ P. C. plurimũ in eo momenti eẽ: si ꝓbe sciatis & qũo prodiți Locri Annibali sint: & qũo pulso Annibalis psidio restituti in dicionẽ uestrã: qppe si & culpa defectiõis procul a publico cõsilio ablit: & reditũ in uestrã dicionẽ appareat: nõ uoluntate solũ: sed etiã ope ac uirtute nostra magis indignemini bonis ac fidelibus sociis tam atroces atq; idignas iniurias ab legato nostro militibusq; fieri. Sed ego cãm utriusq; defectionis nostræ in aliud tẽpus differẽdam arbitror eẽ duaũ reũ gratia: unius ut corã. P. Scipione: q Locros recepit: quiq; oĩum nobis recte ꝓperamq; factoũ ẽ testis: agat: alterius qđ qualescunq; sumus: tamen hæc quæ passi sumus: pati nõ debuimus. Nõ possimus dissimulare. P. C. nos cũ psidiũ punicũ in arce nostra haberemus: multa fœda & indigna a præfecto psidii Amilcare: & ab numidis afrisq; passos esse: sed qd illa sunt collata cũ iis: quæ hodie patimur? Cũ bona uenia qso: audiatis. P. C. id qđ iuitus eloquar. In discrimie ẽ nunc humanũ genus: utrũ uos an carthaginenses principes orbis terraũ uideãtur: sed si ex iis quæ locrẽses: aut ab illis passi sumus: aut a uestro psidio nũc cũ maxie patimur: æstimandũ romanum ac punicum iperium sit: nemo nõ illos sibi quã uos domios poptet: & tamẽ uidete quẽadmodum locrẽses i uos aiati sint: cũ a carthaginẽsibus iniurias multo miores acciperemus: ad uestrũ iperatorẽ confugimus: cũ a uestro psidio pluſq; hostilia patiamur: nusquã alio: quã ad uos qrelas detulimus: Aut uos respicietis pditas res nras. P. C. aut ne ab diis qdem imortalibus qđ pcemur: qcq; supersit. Qu. Pleminius legatus missus ẽ cum psidio ad recipiẽdos a carthaginẽsibus Locros: & cũ eodẽ ibi relictus ẽ præsidio: i hoc legato nro: dant. n. aium ad loquendũ libere ultimæ miseriæ: nec hois qcquã est patres conscripti pter figurã & speciẽ: neq; romani ciuis pter habitum uestitũq; & sonum latiæ ligue: pestis ac bellua imanis quales fretum quõdam: quo ab Sicilia diuidimur: ad perniciem nauigãtiũ circunsedisse fabulæ ferunt: ac si scelus libidinemq; & auariciam solus ipse exercere i socios uestros satis haberet: unã profundam qdem uoraginẽ tamẽ patiẽtia nostra expleremus. Nunc oẽs cẽturiones militesque uestros adeo i promiscuo licẽtiam atq; iprobitatẽ eẽ uoluit. Pleminios fecit: oẽs rapiunt: spoliant: uerberãt: uulnerant: occidunt: cõstuprant matronas: fiunt i uirgies ingenuos raptus ex cõplexu parentũ: pueros quottidie capiũ urbs nostra: quottidie diripitur: dies noctesq; passim oĩa mulierũ puerorumq;: q rapiuntur atq; asportantur: ploratibus sonant. Miretur: q sciat quomodo aut nos ad patiendũ sufficiamus: aut illos: q faciunt nõdum tantaũ iniuriarũ facietas ceperit: neq; ego exequi possũm: nec uobis opus est audire singula: q passi sumus: cõmuniter oĩa amplectar. Nego domum ullam Locris: nego quenquam hominẽ expertẽ iniuriæ eẽ: nego ullũ genus sceleris libidinis ac auariciæ supesse: qđ in eoũ ullo: q pati potuerit: prætermissum sit: uix ratio iniri potest: uter casus ciuitatis sit detestabilior: cum hostes bello urbem cepere: an cum exitiabilis tyrannus ui atq; armis oppressit: omnia: quæ captæ urbes patiuntur: passi sumus: & cũ maxime patimur patres conscripti oĩa: quæ crudelissimi atq; iportunissimi tyrãni scele-

Nouũ i detrectantes militiã decretũ

Locrensiũ oro

Age liui oẽsq; eloqn tiæ uirs huc ꝓfer

ra in oppreſſos ciues ædũt. Pleminius ĩ nos liberoſq; noſtros cõiugeſq; ædidit. Vnum eſt: de quo nomi
natim: & nos queri religio ĩfixa animis cogat: & uos audire & exoluere rempublicã ueſtrã religione: ſi
ita uobis uidebit: uelimus. P. C. uidimus enim cũ quãta cerimonia nõ ſolũ ueſtros colatis deos: ſed etiã
externos accipiatis. Fanũ eſt apud nos Proſerpinæ: de cuius ſanctitate tẽpli credo aliquã famã ad uos p̃
ueniſſe Pyrrhi bello: q cũ ex Sicilia rediens Locros claſſe p̃ter ueheret: ĩter alia fœda: quæ propter fidem
noſtrã erga uos in ciuitatẽ noſtrã facinora ædidit: theſauros quoq; Proſerpinæ ĩactos ad eã diẽ ſpolia
uit: atq; ita pecunia ĩ naues ĩpoſita ipſe terra eſt p̃fectus: Quid ergo euenit. p. c? claſſis poſtero die fœdiſ
ſima tẽpeſtate lacerata: oẽſq; naues: quæ ſacrã pecuniã habebãt: in littora noſtra eiectæ ſunt: qua tãta cla
Proſer/ de edoctus tãdẽ deos eẽ ſupbiſſimus agnouit: rex pecuniãq; oẽm cõquiſitã in theſauros Proſerpinæ re
pinæ ferri iuſſit: nec tamẽ illi: unquã poſtea p̃ſpere quicquã euenit: pulſuſq; Italia ignobili atq; ĩhoneſta mor
theſau/ te temere nocte ingreſſus Argos occubuit. Hæc cũ audiſſet legatus noſter tribuniq; militũ & mille alia:
ri quæ nõ augẽdæ religionis cauſa ſed p̃ſentis deæ: numine ſæpe cõperta nobis maioribuſq; noſtris refe
rebamus: auſi ſunt nihilominus ſacrilegas admouere manus ĩactis illis theſauris: & nefanda ſeipſos p̃
da ac domos contaminare ſuas: & milites ueſtros: q̃bus p̃ uos fidemq; ueſtrã. p. c. priuſq; eoꝝ ſcelus ex
pietis: neq; ĩ Italia: neq; ĩ Africa quicq̃ rei geſſeritis: ne quod piaculi cõmiſerunt nõ ſolum ſuo ſanguine:
ſed etiã publica clade luant: q̃q̃ ne nunc quidẽ. P. C. aut ĩ ducibus: aut ĩ militibus ueſtris ceſſat ira deæ: iã
aliquotiens ĩter ſe ſignis collatis cõcurrerunt: dux alterius partis Pleminius: alterius duo tribuni militũ
erant: nõ acrius cum carthaginẽſibus: quã ipſi ĩter ſe ferro dimicauerũt: p̃buiſſentq; occaſionem furore
ſuo Locros recipiẽdi Annibali: ni accitus a nobis Scipio ĩterueniſſet. At Hercule milites contactos ſacri
legio furor agitat: in ducibus ipſis puniẽdis nullũ deæ numen apparuit: imo ibi præſens maxime fuit:
uirgis cæſi tribuni ab legato ſunt: legatus deide inſidiis tribunoꝝ ĩterceptus: præterq̃ qd' toto corpore
laceratus: naſo quoq; auribuſq; deciſis exanguis ẽ relictus. Recreatus deide legatus ex uulneribus tribu
nos militũ in uincula cõiectos: deide uerberibus affectos ſeruilibuſq; oĩbus ſuppliciis trucidatos cruciã
do occidit: mortuos deide prohibuit ſepeliri. Has dea pœnas a tẽpli ſui ſpoliatoribus habet: nec ante de
ſinet omnibus eos agitare furiis: quã repoſita ſacra pecunia ĩ theſauris fuerit. Maiores quõdã noſtri gra
ui crotonenſiũ bello: quia extra urbẽ templum ẽ: tranſferre ĩ urbem eam pecuniã uoluerunt: nocte au
dita ex delubro uox eſt: abſtineret manus deã ſua templa defenſuram: qa mouẽdi ide theſauros incuſſa
erat religio: muro circundare tẽplum uoluerunt: Ad aliquantum iã altitudinis excitata erãt mœnia: cũ
ſubito collapſa ruina ſunt. Sed & nunc: & tũc: & ſæpe alias dea ſuã ſedem ſuumq; templum aut tutata ẽ
aut a uiolatoribus grauia piacula exegit: noſtras iniurias nec poteſt: nec poſſit alius ulſciſci quam uos. P.
C. Ad uos ueſtramq; fidẽ ſupplices confugimus: nihil noſtra intereſt: utrũ legato ſub illo p̃ſidio Locros
eſſe ſinatis: an irato Annibali & pœnis ad ſupplicium dedatis. Nõ poſtulamus: ut extemplo nobis de ab
ſente indicta cauſa credatis: ueniat: coram ipſe audiat: ipſe diluat: ſi quicquã ſceleris: quod homo in ho
mines ædere poteſt: ĩ nos prætermiſit: nõ recuſamus: quin & nos oĩa eadem iterũ: ſi pati poſſumus: pa
tiamur: & ille omni diuino humanoq; liberetur ſcelere. Hæc cũ a legatis dicta eſſent: quæ ſiſſetq; ab iis:
Qu. Fabius: detuliſſent ne eas querelas ad. P. Scipionem: reſpõderunt miſſos legatos eſſe: ſed eum belli
apparatu occupatũ eſſe: & ĩ Africam aut iam traieciſſe: aut poſt paucos dies traiecturꝝ: & legati gratiam:
quanta eſſet apud iperatorem: expertos eſſe: cum iter eum & tribunos cognita cauſa tribunos in uicu
la coniecerit: legatũ æque ſontem aut magis etiã ĩ ea ptãte reliquerit. Iuſſis excedere extẽplo legatis non
Scipio Pleminius modo: ſed ẽt Scipio pricipũ orationibus lacerari: ante omnes. Qu. Fabius natum cũ ad cor
ab ob/ rumpendam diſciplinam militarem arguere. Sic & in Hiſpania plus prope ſeditione militum: quã bel
trectato lo amiſſum externo & regio more & indulgere licentiæ militum: & ſæuire in eos. Sententiam deinde
ribꝫ & ĩ æque trucem orationi adiecit. Pleminium legatum uinctum Romam deportari placere: & ex uinculis
p̃mis a cauſam dicere: ac ſi uera forent: quæ locrenſes quererentur: in carcere necari: bonaque eius publicari. P.
fabio la Scipionem: quod de prouincia deceſſiſſet iniuſſu ſenatus: reuocari agiq; cum tri. ple. ut de imperio eius
ceratur abrogando ferrent ad populum. Locrenſibus coram ſenatum reſpondere quas ſibi iniurias factas que
rerentur: eas neq; ſenatũ neq; Popu. Roma. uelle factas: uiros bonos ſocioſq; amicos eos appellari: libe
ros: coniuges quæq; alia erepta eſſent: reſtitui: pecuniam: quanta ex theſauris Proſerpinæ ſublata eſſet:
conquiri: duplãq; pecuniã in theſauris reponi: & ſacrum piaculare fieri: ita ut prius quam ad collegium
pontificum referretur: quod ſacri theſauri moti aperti uiolatiq; eẽnt: quæ piacula quibus diis: quibus
hoſtiis fieri placeret: milites: qui locris eſſent: omnes in Siciliam tranſportari: quattuor cohortes ſocio
rum latini nominis in præſidium Locros adduci. Prorogari eo die ſententiæ accenſis ſtudiis p̃ Scipio
Quæ ĩ ne: & aduerſus Scipionẽ non potuere propter Pleminii facinus locrenſiumq; cladem. Ipſius etiam im
Scipio/ peratoris non romanus modo: ſed ne militaris quidem cultus iactabatur: cũ pallio crepidiſq; inambu
né iacta lare in gymnaſio: libellis etiam eũ paleſtræq; operam dare: æque ſegniter molliterq; cohortẽ totã Syra
ta cuſarum amœnitate frui. Carthaginem atq; Annibalem excidiſſe de memoria: exercitum omnem li
centia corruptum: qualis Sucrone in Hiſpania fuerit: qualis nunc Locris ſociis magis quã hoſti metuẽ
dus. Hæc quãquã partim uera: partim mixta: eoq; ſimilia ueris iactabantur: uicit tamen. Q. Metelli ſen
Q. Me/ tentia: qui de cæteris maximo aſſenſu de Scipionis cauſa diſſenſit. Qui enim cõuenire: quem & modo
telli ſen ciuitas iuuenẽ admodũ unum recuperandæ Hiſpaniæ delegerit: ducẽq; recepta ab hoſtibus Hiſpania
tẽtia p ad imponendũ punico bello finem creauerit: conſulem ſpe deſtinauerit Africam ſubacturum: Anniba
Scipiõe lem ex Italia detracturum; eum repẽte tanquam. Q. Pleminium in dicta cauſa prope damnatũ ex pro

uincia reuocari? cū ea:quæ ī se nefaria facta locrēses quererēt:ne præsente quidē Scipiōe facta dicerēt: neq; aliud:quā patiētia aut pudor:quod legato pepercissēt:īsimulari posset.Sibi placere.M.Pomponiū ptorem:cui Sicilia prouīcia sorte euenissēt:triduo ꝓximo ī prouīciā ꝓficisci: cōsulis decē legatos:quos iis uidereē ex senatu legere:quos cum ptore mitterēt:& duos tri.ple.atq; ædilem: cū eo consilio cognoscere ptorem: si ea:quæ locrenses facta q̄rerentur:iussu ac uoluntate Publii Scipionis facta essent: ut eū de prouincia decedere iuberent:si Publius Scipio iam in Africam traiecissēt:tribuni plebis atque ædilis cum duobus legatis:quos maxime prætor idoneos censuissēt:in Africam proficiscerentur: tribuni: atque ædilis qui reducerent inde Scipionem: legati: qui exercitui præessent: donec nouus imperator ad eum exercitum uenissēt.Sin Marcus Pomponius & decem legati comperissent:neq; iussu:neq; uoluntate.P.Scipionis ea facta esse:ut ī exercitu Scipio maneret:bellumq;:ut proposuissēt:gereret.Hoc facto. S.C.cū tribunis plebis actum est:ut compararent inter se:aut sorte legerent:qui duo cum ptore ac legatis irent.Ad collegiū pontificum relatum de expiandis:quæ Locris ī tēplo Proserpinæ tacta uiolata elataq; inde essent:tribuni plebis cum prætore:& decē legatis ꝓfecti.M.Claudius Marcellus:&.M.Cicius Almintus ædilis plebis datus est:quē:si aut in Sicilia ptoris dicto audiens nō esset scipio:aut ī Africam traiecissēt: cōphendere tribuni iuberēt:ac iure sacrosanctæ ptātis deducerēt:prius Locros ire:quā Messanam consiliū erat.Cæterū duplex fama est:qđ ad Pleminium attinet:alii auditis:q̄ Romæ acta essent in exilium Neapolin euntē forte in.Qu.Metellū unum ex legatis incidissē:& ab eo Rhegiū ui retractū alii ab ipso scipione legatū cum.xxx.nobilissimis equitū missum:q.Qu.Pleminium in cathænas:& cū eo seditionis principes coniicerent.Ii oēs seu ante scipionis:seu tum ptoris iussu traditi in custodiā rheginis sunt: prætor legatiq; Locros profecti primā:sicuti mandatū erat:religionis curam habuere:oēm n. sacram pecuniā:quæq; apud Pleminium:quæq; apud milites erat:conquisitā cum ea:quā ipsi secum attulerant:in thesauris reposuerunt:ac piaculare sacrū fecerunt.Tunc uocatos ad concionem milites ptor signa extra urbem efferre iubet:castraq; in cāpo locat:cum graui edicto:si qs miles aut in urbe restitisset:aut secum extulisset:quod suū non esset:locrensibus se ꝓmittere: ut quod suū quisq; cognosceret phenderet:siqd non cōpareret:repeteret:ante oīa libera corpora placere sine omni mora locrēsibus restitui:non leui defunctuꝝ pœna:qui non restituissēt.Locrensiū deinde concionē habuit:atq; iis libertatem:legesq; suas populū romanum senatūq; restituere dixit.Si quis Pleminiū:aliumue accusare uelit. Rhegiū se sequereē.Si de.P.Scipione plublice queri uellent:ea:quæ Locris nefarie ī deos hoiesq; facta essent:iussu aut uoluntate.P.Scipionis facta eē:legatos mitterēt Messanam:ibi se cum cōcilio cognitu rum.Locrēses prætori legatisq; & senatui ac populo ro.gratias egere:se ad Pleminium accusandum iturosse:scipionē quāq; parum iniuriis ciuitatis suæ doluerit eum eē uirū:quē amicum sibi: quā inimicum mallent essē:pro certo se habere:neq; iussu:neq; uolūtate.P.Scipionis tot tam nefanda cōmissa:sed aut Pleminio nimiū:aut sibi parum creditū:aut natura insitū quibusdam eē:ut magis peccare nolit:quam satis animi ad uindicāda peccata hēant.Et prætori:& concilio haud mediocre onus demptum erat de Scipione cognoscēdi:Pleminiū:& alios trigīta hoies cum eo dānauerūt:atq; in cathænis Romā miserunt.Ipsi ad Scipionē ꝓfecti sunt:ut ea quoq;:q̄ uulgata sermonibus erāt de cultu ac desidia ī peratoris solutaq; militiæ disciplina cōperta oculis referrēt Romā:ueniētibus iis Syracusas Scipio res non uerba ad purgādū se ꝓparauit:exercitū oēm eo cōuenire classem expediri iussit:tāq; dimicādū eo die terra mariq; eēt cū carthaginēsibus. Quo die uenerūt hospitio comiter accepti:postero die terrestres naualesq; xercitus non īstructos mō:sed hos decurrentes classem ī portu simulacrū & ipsam ædentē naualis pugnæ ostēdit:tum circa armamētaria & horrea aliūq; belli apparatum uisendum ptor legatiq; ducti:tāq; admiratio singulaꝝ uniuersarūq; reꝝ īcussā:ut satis crederent aut illo duce:atq; exercitu uinci carthaginēsem populū:aut alio nullo posse:iuberēt:qđ dii bene uerterēt:traiicere:& spei cōceptæ quo die illum oēs cēturiæ priorem cōsulē dixissent:primo quoq; tpe compotem Po.Ro.facerent:adeoq; lætis inde animis profecti sunt:tanquā uictoriam non belli magnificum apparatum nūciaturi romā essent.

Alio loco Cinciū aliquē legere est

Pleminius quiq; in eadem causa erant:posteaq; Romā est uentum:extemplo in carcerem conditi:ac primo ꝓducti ad populum ab tribūis apud præoccupatos locrēsium clade aīos:nullum misericordiæ locum habuerunt.Postea cum sæpius producerentur:iam senescente iuidia moliebant īræ:& ipsa deformitas Pleminii memoriaq; absentis Scipionis facilius eos ad uulgum cōciliabat:mortuus est tamē prius in uinculis:quam iudicium de eo populi perficeretur.Hūc Pleminium Clodius Licinius ī libro tertio reꝝ romanaꝝ refert ludis uotiuis:quos romæ Africanus iterum consul faciebat:conatū ꝑ quosdam quos pretio corruperat:aliquot locis urbem īcendere:ut frangendi carceris fugiēdiq; haberet occasionē:patefacto dein scelere:delegatum in Tullianū ex.S.C.De Scipione nunquā nisi in senatu actū: ubi oēs legatiq; & tribuni classem eam exercitum ducēq; uerbis extollētes effecerunt: ut senatus censeret primo quoq; tēpore in africam traiiciēdum.Scipioniq; permitteretur:ut ex iis exercitibus: qui ī Sicilia essent:ipsi liceret:quos in africā secum traiiceret:quos prouinciæ relinqueret præsidio. Dum hæc apud romanos gererentur:carthaginenses quoq;:cum speculis per promontoria omnia positis:ꝓcunctantes pauentesq; ad singulos nuncios sollicitam hyemem egissent:haud paruum & ipsi tuēdæ Africæ momentū adiecerunt societatē Syphacis regis:cuius maxime fiducia traiecturum in Africā romanum crediderūt.Erat Asdrubali Gisgonis filio nō hospicium modo cum rege de quo ante dictum est cū ex Hispania forte in idē tēpus Scipio atq; Asdrubal conuenere:sed mētio quoq; īchoatæ affinitatis ut rex duceret filiā Asdrubalis.Ad eā rē cōsumandam tēpusq; nuptiis statuēdum:iam enim & nubilis

Att.Scipiōis cōsiliū ī se purgando

Syphax cū cartha.fœdus percutit

erat uirgo:profectus Asdrubal ut accẽsum cupiditate & sunt ante oẽs barbaros numidæ effusi in uene
rem:sensit:uirginẽ ab Carthagie accersit: maturtaq; nuptias:& iter aliã gratulationẽ:ut publicũ quoq;
fœdus priuato adiiceretur:societas iter populũ carthaginensem regemq; data ultro citroq; fide: eosdẽ
amicos inimicosq; habituros iureiurãdo affirmãt.Cæteꝝ Asdrubal memor & cũ Scipione initæ regiæ
societatis & quã uana & mutabilia barbaroꝝ igenia essẽt:ueritus:ne si traiiceret ĩ Africã Scipio:paruũ
uinculũ eæ nuptiæ essẽt:dũ accensum recenti amore numidã habet:ꝑpellit blãditiis quoq; puellæ ad/
hibitis:ut legatos ĩ Siciliã ad Scipionẽ mittat:ꝑ quos moneat:ne prioribus suis ꝑmissis frætus ĩ Africã
traiiciat:se & nuptiis ciuis Carthaginẽsis filiæ Asdrubalis:quem uiderit apud se ĩ hospitio:& publico ẽt
fœdere cum populo carthaginensi iunctũ:hortari primum ut procul ab Africa:sicut adhuc fecerit:bel/
lum romani cũ carthaginensibus gerant:nec sibi ĩteresse certaminibus eoꝝ:armaq; aut:hæc aut illa ab
nuentem alterã societatem seq; necesse sit:si non abstineat Africa Scipio:& Carthagini exercitũ admo/
ueat:sibi necessariũ fore & pro patria Africa:in qua & ipse sit genitus:& pro patria coniungis suæ:proq;
parente atq; penatibus dimicare.Cum ĩ his mãdatis ab rege legati ad Scipionem missi syracusis eum
conuenerunt.Scipio quãq; magno momẽto reꝝ in Africa gerendaꝝ:magnaq; spe destitutus erat:lega/
tis propere:priusq; res uulgaretur:remissis in Africã litteras dat ad regẽ:quibus etiã atq; ẽt monet eum
ne iura hospitii secum:neu cũ populo Ro.initæ societatis:neu fas:fidẽ:dextras:deos testes atq; arbitros
conuentoꝝ fallat.Cæterũ q̃do neq; celari aduentus numidaꝝ poterat:uagati.n.in urbe obuersatiq; ꝓ/
torio erant:& sileretur quid petentes uenissent:periculum erat:ne uera eo ipso:quo celarentꝰ:sua spon/
te magis emanerẽt:timorq; ĩ exercitũ icideret:ne simul cum rege & carthaginensibus foret bellandum
auertit a uero falsis elicitas ꝓoccupando mentes hoĩum:& uocatis ad concionẽ militibus:non ultra esse
cunctandum ait:ĩstare ut in Africã quãprimũ traiiciat:socios reges.Masinissam iꝑm prius ad Lælium
Arẽ.Scipiõis cõsiliũ ĩ celãda Syphacis ãfectione
ueniss̃e q̃rentẽ quod cunctãdo tꝑs tereretꝰ:nunc Syphacẽ mittere legatos iam admirantem: quæ tam
diuturnæ moræ sit cã: postulantẽq;: ut aut traiiciatꝰ tãdẽ in Africã exercitus:aut si mutata consilia sint
certior fiat:ut & ipse sibi:& regno suo posset consulere.Itaq; iã satis oĩbus istructis apparatisq;:& re iam
non ultra recipiente conctationẽ in aĩo sibi esse Lilybæũ classe traducta eodemq; oĩbus peditũ equitũq;
copiis contractis:q̃ prima dies cursum nauibus daret:deis bene iuuantibus in Africã traiicere.Litteras
ad.M.Pomponiũ mittit:ut:si ei uidereꝰ.Lilybæũ ueniret:ut cõiter consulerent:quas potissimũ legiões
& quantũ militum numeꝝ in Africã traiiceret.Item circũ orã maritimã misit:ut naues onerariæ com
prehensæ Lilybæũ oẽs contraherẽtꝰ.Quicquid militũ nauiumq; ĩ Sicilia erat:cũ Lilybæũ conueniss̃et:
& nec urbs multitudinẽ hoĩum:nec portus naues caperet:tantus oĩbus ardor erat in Africã traiiciẽdi:
ut non ad bellũ duci uiderenꝰ:sed ad certa uictoriæ præmia:ꝑcipue qui superabant ex cãnensi exercitu
milites: illo non alio duce credebant nauata reipublicæ opera finire se militiã ignominiosam posse.Et
Legiõesex sex millibꝫ peditũ & amplius
Scipio minus id genus militũ aspernabatur:ut q̃ neq; ad Cãnas ignauia eoꝝ cladẽ acceptam sciret:neq;
ullos milites æque ueteres in exercitu romano esse expertosq; non uariis præliis modo: sed ĩ urbibus
ẽt oppugnãdis.Quinta & sexta cãnenses erãt legiones:eas se traiecturum in Africam:cum dixiss̃et: sin/
gulos milites ĩspexit:relictisq;:quos nõ idoneos credebat:in locum eoꝝ subiecit:quos secũ ex Italia acci
uerat:suppleuitq; ita eas legiones:ut singula senamillia & ducenos pedites trecenos haberent eqtes: so/
cioꝝ item latini noĩs pedites eqtesq; de exercitu cãnensi legit.Quãtum militũ in Africã trãsportatũ sit.
nõ paruo numero ĩter auctores discrepat. Alibi decẽmillia peditum:duomillia & ducentos eqtes: alibi
xv.millia peditũ:mille &qngentos eqtes:alibi paꝝplus dimidio:rem auctam.y.&.xxx.millia peditum
equitũq; in naues ĩposita:q̃dam nõ adiecere numeꝝ:ĩter quos me ipse in re dubia poni malui. Cælius
ut abstinet numero:ita ad ĩmensum multitudinis speciẽ auget:uolucres ad terrã delapsas clamore mi/
litum ait:tãtamq; multitudinẽ cõscendiss̃e naues:ut nemo mortaliũ:aut in Italia: aut in Sicilia reliqui
uidereꝰ.Milites ut ĩ naues ordie ac sine tumultu cõscenderẽt:ipse eam sibi curam sumpsit:nauticos.C.
Aues ad terrã clamoꝝ delapsæ
Lælius:q classis ꝓfectus erat ĩ naues ante cõscendere coactos cõtinuit:cõmeatus ĩponẽdi.M.Põponio
ꝓtori curam dat.y.&.xl.dieꝝ cibaria: e q̃bus.xy.dieꝝ cocta ĩposita.Vt oẽs iam in nauibus erãt:scaphas
circũmisit:ut ex oĩbus nauibus gubernatores:& magistri nauiũ:& bini milites in foꝝ cõuenirẽt ad im
peria accipiẽda.Posteaquã cõuenerunt:primũ ab iis q̃siuit:si aquã hoĩbus iumẽtisq; necessariã in totidẽ
dies quot frumẽtum ĩposuiss̃ent:ubi respõsum est aquã dieꝝ.y.&.xl.in nauibus eẽ:tum edixit militi/
bus:ut silẽtium q̃ti nautis sine certamine ad ministeria exequẽda bene obediẽtes ꝓstarẽt.Cum.xx.ro/
stratis se ac.L.Scipionẽ a dextero cornu ab leuo totidẽ rostratas:&.C.Lælliũ ꝓfectũ classis cum.M.Por
tio Catone:q̃stor is tum erat:onerariis futuꝝ ꝓsidiũ:Lumina in nauibus singula rostratæ:bine onera/
riæ haberẽt:in ꝓtoria naue ĩsigne nocturnũ trium luminũ fore. Emporia ut peterẽt: gubernatoribus
edixit:fertilissimus ager eoq; abundãs omni copia reꝝ est regio:& ĩbelles (q̃d plerunq; euenit in ubere
agro) barbari sunt prius quoq; quã a Carthagine subueniret:opprimi uidebanꝰ posse.Is æditis ĩperiis
redire ad naues iussi:& postero die:diis bene iuuãtibus:signo dato soluere naues. Multæ classes roma/
næ e Sicilia atq; ipso illo portu ꝓfectæ erãt:cæteꝝ nõ eo bello solũ:nec id mirũ:ꝑdatum.n.tantũmodo
plæræq; classes ierãt:sed ne prior q̃dẽ ulla ꝓfectio tanti spectaculi fuit:q̃q; si multitudine classis æstima
reꝰ:& bini cõsules cũ binis exercitibus ante traiecerãt:& ꝓpe totidem rostratæ in illis classibus fuerant
quot onerariis Scipio tum traiiciebat.Nam ꝑter.xl.naues longas:quadrĩgentis ferme onerariis exerci/
tum trãsuexit:sed & bellũ bello:secũdum priore:ut atrocius romanis uidereꝰ:tum q̃d ĩ Italia bellabatꝰ:
tum q̃d ĩgẽtes strages tot exercituũ:simul cæsis ducibus effecerãt:& Scipio dux partim factis fortibus:

partim ſuapte fortuna q̄dā īgēti ad īcremēta gloriæ celebratus cōuerterat aīos:ſimul & mens ipſa traiī ciēdi nulli ante eo bello duci tēptata:qđ ad Annibalē detrahēdum ex Italia trāſferēdūq; & finiēdum in Africa bellum trāſire uulgauerat. Cōcurrebat ad ſpectaculū in portu oīs turba nō habitātium mō Lilybæi:ſed legationū oīum ex Sicilia:q̄ ad ꝓſequēdum Scipionē officii cā cōuenerāt:& p̄toré ꝓuinciæ.M. Pōponiū ſecutæ fuerāt. Ad hoc legiones:q̄ in Sicilia relīquebant:ad ꝓſequēdos cōmilitones ꝓceſſerāt nec claſſis modo ꝓſpectantibus è terra:ſed terra:oīs circa referta turba ſpectaculo nauigantibus erat.

Vbi illuxit Scipio e p̄toria naue:ſilētio p̄ præconem facto:dii deæq; inq̄t:maria terraſq; q colitis uos p̄cor quæſoq;:uti q̄ ī meo īperio geſta ſunt:& gerunt:poſtq; gerent:ea mihi populoq; & plebi romāæ ſociis nominiq; latino:q populum romanū:quiq; meam ſectā īperiū auſpiciūq; terra mari amnibuſq; ſequūt: bene uertāt:eaq; uos oīa bene iuuetis:bonis auctoribus adſitis:ſaluos īcolumeſq;:uictis ꝑdulībus:uictores ſpoliis decoratos:præda onuſtos:triūpháteſq; mecū domos reduces ſiſtatis: inimicorum hoſtiumq; ulciſcendoꝝ copiam faxitis:quæq; populus carthaginēſis in ciuitatē noſtrā facere molitus eſt:ea ut mihi Po.q; Ro.in ciuitatem carthaginēſium exēpla ædendi facultatē detis. Secūdum has præces cruda exta cæſam uictimā:uti mos eſt:in mare proiecit:tubaq; ſignū dedit proficiſcēdi. Vento ſecūdo ſatis uæheméti profecti:celeriter e conſpectu terræ ablati ſunt:& a meridie nebula occœperat:ita ut uix cōcurſus nauium īter ſe uitarēt:lenior uentus in alto fectus noctem īſequētem eadem caligo obtinuit:ſole orto diſcuſſā ē & addita uis uentoꝝ. Iam terrā cernebāt:haud ita multo poſt. T. Poſthumius gubernator Scipioni ait:non plus quiq; milia paſſuum Africā abeſſe:Mercurii promontorium ſe cernere:ſi iubeat eo dirigi:iam in portu fore oēm claſſem. Scipio:ut in conſpectu terra fuit:præcatus deos uti bono reipublicæ ſuoq; Africā uiderit:dare uela:& alium īfra nauibus acceſſum iubet petere: & uento eodem ferebantur:cæterum nebula ſub idem ferme tempus:quo pridie exorta: conſpectum terræ ademit:& uentus p̄mente nebula cecidit:nox deīde īcertiora oīa fecit. Itaq; anchoras ne aut īter ſe concurrerent naues:aut terræ īferretur:iecere. Vbi illuxit:uentus idem coortus nebula diſiecta aperuit oīa littora Africæ. Scipio quod eēt proximum ꝓmōtoriū ꝓcunctatus:cum promontorium Pulchri id uocari audiſſet:placet omen: inquit:huc dirigite naues:& claſſis decurrit:copiæq; omnes ī terram expoſitæ ſunt. Proſperam nauigationem ſine terrore ac tumultu ꝓmultis græcis latiniſq; auctoribus credidi. Cælius unus p̄terquam:quod non merſas fluctibus naues cæteros oēs celeſtes maritimoſq; terrores:poſtremo abreptā tēpeſtate ab Africa claſſem ad īſulā Egimurū:īde ægre correptū curſum expōit: & ꝓpe obrutis nauibus iniuſſu imꝑatoris:ſcaphis haud ſecus quā naufragos milites ſine armis cū īgēti tumultu in terra euaſiſſe. Expoſitis:copiis:romani caſtra in proximis tumulis mœtātur:iam non ī maritimos modo agros cūſpectu primum claſſis: deīde tumultu egrediētium ī terrā pauor terrorq; peruenerat:ſed ī ipſas urbes: neq; n. hoīum modo turba mulieꝝ puerorumq; agminibus īmixta oēs paſſim compleuerat uias:ſed pecora quoq; præ ſe agreſtes agebāt ut relinqui ſupito Africam diceres:urbibus ipſis maiorē:quam quē ſecū attulerant terrorem īferebant:præcipue Carthagini ꝓpe ut capte tumultus fuit. Nam poſt. M. Attilium Regulū:&. L. Manliū conſules annis ꝓpe. l. nullum romanū exercitum uiderant:præter prædatorias claſſes:quibus deſcēſiones ī agros maritimos factæ erant:raptiſq;: quæ obuia ſors fecerat:prius recurſum ſemꝑ ad naues:quā clamor agreſtis conciret: fuerat. Eo maiorem fuga pauorq; in urbe fuit:& hercule neq; exercitus domi ualidus:neq; dux: quē opponerent:erat Aſdrubal Giſgonis filius genere fama diuitiis:regia tum etiam affinitate lōge primus ciuitatis erat: ſed eū ab illo ipſo Scipiōe aliquot p̄liis fuſum pulſumq; ī Hiſpania meminerāt:nec magis ducē duci parē:q̄ tumultuariū exercitum ſuum romano exercitui eſſe. Itaq; uelut ſi urbē extēplo Scipio aggreſſurus foret:ita ad arma eſt conclamatū:portæq; raptī clauſæ:& armati in muris: uigiliæq; & ſtationes diſpoſitæ:ac nocte īſequēti uigilatum ē. Poſtero die quīgēti eqtes pſeculatum ad mare turbandoſq; egrediētes ex nauibus miſſi ī ſtationes romanorum īciderūt. Iam. n. Scipio:claſſe Vticā miſſā ipſe haud ita multū progreſſus a mari tumulos proximos ceperat: & eqtes ī ſtationes locis idoneis poſuerat & per agros miſerat p̄datum:ii cum carthaginēſi eqtatu p̄lium cum cōmiſiſſent:paucos ī ipſo certamīe pleroſq; fugiētes pſecuti:ī qbus præfectum quoq; Hannonē nobilē iuuenem occiderūt. Scipio non agros modo circa uaſtauit:ſed urbē ēt proximam afrorū ſatis opulētam cœpit:ubi p̄ter cætera: quæ extēplo ī naues onerarias īpoſita miſſāq; ī Siciliam erāt:octomillia liberorū ſeruorumq; capitū ſunt capta Lætiſſimus tamē romanis ī prīcipio rerum gerēdarum aduentus fuit Maſiniſſæ: quē qđā cum. cc. haud amplius eqtibus:plærisq;:cū duorum milliū eqtatu tradūt ueniſſe:cæterum cū lōge maximus oīum ætatis ſuæ regū hic fuerit:plurimūq; rē romanā iuuerit:operæ p̄tiū uī excedere paululū ad enarrādum:q̄ uaria fortuna uſus ſit ī amittēdo recupandoq; paterno regno. Militāte eo ꝓ carthaginēſibus ī Hiſpania pr̄ eius moritur Galæ nomē erat:regnum a fratrē regis Deſalcē pgrādē natu (mos ita apud numidas ē) puēit. Haud multo poſt. Deſalce quoq; mortuo:maior ex quobus filiis Capuſa puero admodū altero pr̄nū īperium accepit cæteroꝝ cū magis iure gētis:q̄ auctoritate īter ſuos aut uiribus obtineret regnum:extitit qdam Mezetullus noīe nō alienus ſanguine regibus familiæ ſemꝑ inimicæ:ad de īperio uaria fortuna cum iis:q tū obtinebāt certātis is:concitatis popularibus:apud quos īuidia regum magnæ auctoritatis erat:caſtris palam poſitis:deſcēdere regē ī acié:ac dimicare de regno coegit:ī eo p̄lio Capuſa cum multis prīcipū cecidit. Gēs maſſuloꝝ oīs in ditioné:īperiūq; Mezetulli cōceſſit:regio tamē noīe abſtinuit: contentuſq; noīe modico tutoris pueꝝ Lacumacē:q ſtirpis regiæ ſuperat:regē appellat: carthaginem ſem nobilē fœminā ſororis filiā Annibalis:q̄ ꝓximæ Deſalci regi nupta fuerat:ī mr̄imonio ſibi cōiun

Atť. Scipionis p̄catiōné ſub iꝑm digreſſū

Varia ďſcipiōis curſu ī Africā auctoꝝ opinio

Salerā urbē eā fuiſſe puto cuius poſtea meminit

git ſpe carthaginẽſiũ ſocietatis:& cũ Syphace hoſpitiũ uetuſtũ legatis miſſis renouat:oĩa ea auxilia p̃pa rauit aduerſus Maſiniſſam:& Maſiniſſa audita morte patrui deide nece fratris patruelis ex Hiſpania ĩ Mauritaniã(Bocchar ea tẽpeſtate rex mauror̃ erat)traiecit. Ab eo ſupplex ĩfimis p̃cibus auxiliũ itineri quoniã bello nõ poterat.iiii.millia maurorũ ĩpetrauit. Cũ iis p̃miſſo nũcio ad p̃rnos ſuoſq; amicos:cũ ad fines regni peruenirẽt:quĩgenti ferme numidæ ad eũ cõuenerũt. Igit̃ mauris ide ſicut conuenerat: retro ad regẽ remiſſis:q̃q; aliquãto minor ſpe multitudo:nec cũ q̃ tãtam rẽ aggredi ſatis auderet:ratus augẽdo ac moliẽdo uires quoq; ad agẽdũ aliq̃d collecturus:pficiſcenti ad Syphacẽ Lacumaci regulo ad

Maſiniſſæ victoria ĩ mezetullum

Tapſum occurrit trepidũ agmẽ cum ĩ urbẽ refugiſſet:urbẽ Maſiniſſa primo ĩpetu capit ex regiis alios tradẽtes ſe recepit: alios uim parãtes occidit:pars maxima cũ ipſo puero inter tumultũ ad Syphacem quo primũ ĩtenderat iter:puenerũt. Fama huiuſcemodi rei ĩ pricipio rerum ꝑſperæ actæ conuertit ad Maſiniſſam numidas:affluebãtq; undiq; ex agris uiciſq; ueteres milites Galæ:incitabantq; iuuenẽ ad recupandũ p̃rnũ regnũ:numero militũ aliq̃tum Mezetullus ſupabat:nã & ipſe cũ exercitu:quo Capuſam uicerat:& ex receptis poſt cædẽ regis aliquot habebat:& puer Lacumaces a Syphace auxilia ingentia adduxerat.xv.millitia peditũ. Mezetullo.x.millia equitũ erãt:q̃bus cũ Maſiniſſa nequaq̃ tãtũ peditũ eq̃tumue habẽs acie cõflixit:uicit tamẽ & ueter̃ militũ uirtus:& prudẽtia ĩter romana & punica arma exercitati ducis. Regulus cũ tutore & exigua maſſulor̃ manu in carthaginẽſiũ agr̃ ꝑfugit. Ita recupato ſ̃gno p̃rno Maſiniſſã:q̃a ſibi aduerſus Syphacẽ haud paulo maiorẽ reſtare dimicationẽ cernebat optimũ ratus cũ fratre patruele gratiam recõciliare:miſſis q & ſpẽ puero facerẽt:ſi ĩfidẽ Maſiniſſæ ſeſe p̃miſiſſet futur̃:eũ in eodẽ honore:quo apud Galã & Deſalcẽ quondam fuiſſet:& q̃ Mezetullo prætor ĩpunitatem ſua oĩa cũ fide reſtitui reſponderẽt:ambo p̃optãtes exilio modicã domi fortunã: oĩa:ne id ieret:carthaginẽſibus de iduſtria agentibus ad ſeſe perduxit. Aſdrubal tũ forte:cũ hæc gerebãtur:apd Syphacẽ erat:q̃ numidæ haud ſane multũ ad ſe pertinere credẽti utr̃ penes Lacumacẽ:an Maſiniſſam regnũ maſſulor̃ eſſet:falli eũ magnope ait ſi Maſiniſſam eiſdẽ cõtẽtum fore:q̃bus p̃rem Galã aut patruũ eius Deſalcẽ credat:multo maiorẽ indolem ĩ eo animi ingeniiq; eſſe:q̃ in ullo gẽtis eius unq̃ fuiſſet:ſæpe eum ĩ Hiſpania raræ ĩter hoĩes uirtutis ſpecimem dediſſe ſociis pariter hoſtibuſq;:& Syphacẽ & carthaginẽſes:niſi orientẽ illum ignẽ oppreſſiſſent:ingẽti mox incendio:cũ iam nullã opẽ ferre poſſent:arſuros adhuc teneras & fragiles eius uires eſſe:uixdũ coaleſcere fouenti regnũ. Inſtando ſimulãdoq; peruicit:ut exercitũ ad fines maſſulor̃ admoueat:atq; in agro:de quo ſæpe cum Gala nõ uerbis mõ diſceptatũ:ſed ẽt armis certatũ fuerat:tãq; haud dubie iuris ſui caſtra locet:ſiqs arceat:qd' maxime opus ſit:acie dimicatur̃:ſin ꝑ metũ agro cedatur:in regnũ mediũ eundũ:aut ſine certamĩe cõceſſuros in ditionem eius maſſulos:aut nequaquã pares futuros armis. His uocibus incitatus Syphax Maſiniſſæ bellum infert:& primo certamĩe maſſulos fundit fugatq;. Maſiniſſa cum paucis equitibus in montẽ(Balbũ ĩcolæ uocãt)ꝑfugit:familiæ aliquot cũ mapalibus pecoribuſq; ſuis(ea pecunia illis ẽ) ꝑſecuti ſunt regẽ:cætera maſſulor̃ multitudo in ditionẽ Syphacis cõceſſit. Quẽ ceperant exules montẽ herbidus aquoſuſq; eſt:q̃a pecori bonus alẽdo erat:hoĩum quoq; carne ac lacte ueſcentiũ abunde ſufficiebat alimẽtis. Inde nocturnis primo ac furtiuis ĩcurſionibus:deide apto latrocinio ĩfeſta oĩa circa eẽ: maxie uri carthaginenſiũ ager: q̃a & plus p̃dæ quã ĩter numidas & latrociniũ tutius erat. Lãq; adeo licẽter eludebãt:ut ad mare deuectã p̃dã uænderẽt mercatoribus appellẽtibus naues ad idipſum: plureſq; quam iuſto ſæpe in p̃lio carthaginẽſes cæderẽt̃ caperẽturq;. Deplorabãt ea apud Syphacem carthaginẽſes:infenſumq; & ip̃m ad reliquas belli ꝑſequẽdas iſtigabant:ſed uix regiũ uidebat̃ latronẽ uagũ in mõtibus cõſectari:Bocchar ex p̃fectis regiis uir acer & ĩpiger ad id delectus:ei q̃ttuor mĩllia peditũ data: duo eq̃tum:p̃miorũq; ĩgẽti ſpe oneratus:ſi caput Maſiniſſæ retuliſſet:aut uiuũ(id uero inæſtimabile gaudiũ fore)cepiſſet. Is palatos ĩcurioſeq; agẽtes ĩprouiſo adortus:pecor̃ atq; hoĩum ingẽti multitudine a p̃ſidio armator̃ excluſa. Maſiniſſam ip̃m cum paucis ĩ uerticem mõtis compellit. Inde ꝑpe iam ut debellato:nec p̃da mõ pecor̃ hoĩumq; captor̃ miſſa ad regem ſed copiis ẽt aliquãto maioribus: quã ꝑ reliquiis belli remiſſis:cum q̃ngentis haud amplius peditibus degreſſum iugis Maſiniſſam ꝑſecutus ĩ uallem arta faucibus utrinq; obſeſſis incluſit:ibi ingens cædes maſſulor̃ facta. Maſiniſſa cũ.l.haud amplius eq̃tibus ꝑ anfractus mõtis ignotos ſequẽtibus ſeſe arripuit:tenuit tamẽ ueſtigia Bocchar:adeptuſq; eũ patẽtibus cãpis ꝑpe Clupeam urbem circũuenit:ut p̃ter q̃ttuor eqtes oẽs ad unum ĩterficeret:cum iis ipſum quoq; Maſiniſſam faucium ꝑpe e manibus inter tumultum amiſit:in cõſpectu erant fugiẽtes alæ eq̃tum diſperſæ lato campo:q̃buſdã ut occurrerẽt ꝑ obliqua tendentibus. Quacũq; hoſtes ſeq̃bãt:

Quæ ſit pecunia & opes maſſulis

aĩs ingẽs fugiẽtes accepit:neq; n.cũctanter:ut quos maior metus urgeret:ĩmiſerãt equos:raptiq; gurgite & in obliquũ relati:duobus in p̃ruptũ gurgitẽ in cõſpectu hoſtiũ ip̃e periſſe creditus: ac duo reliq equites cum eo uirgulta ulterioris ripæ tenuerũt. Is finis Bocchari fuit ſequẽdi:nec ĩgredi flumẽ auſo: nec hĩc credẽti ſe iam quẽ ſequeret̃:inde uanus auctor abſumpti Maſiniſſæ ad regẽ rediit:miſſiq; q carthaginem gaudiũ ingẽs nũciarent:totaq; Africa fama mortis Maſiniſſæ repleta:uariæ animos affecit. Maſiniſſa in ſpelunca occulta cum herbis curaret uulnus:duor̃ eq̃tũ latrocinio per dies aliquot uixit: ubi primũ ducta cicatrix patiq; poſſe eſt uiſa iactationẽ:audacia ĩgẽti pergit ire ad regnum repetẽdum atq; in ipſo itinere haud plus.xl.eq̃tibus collectis cum in maſſulos palam iam q̃s eſſet ferens ueniſſet: tãtum motum cum fauore priſtino tum gaudio inſperato quod quem periſſe crediderãt:incolumem cernebant:fecit:ut intra paucos dies ſexmillia peditum armator̃:quattuor eq̃tum cõuenirent. Iamq; non in poſſeſſione modo paterni regni eẽt:ſed ẽt ſocios carthaginenſium populos: maſſulorũq; fines

Atr̃.q̃picula Maſiniſſa adierit

Legati ex Africa romani ſimul carthaginēſeſq; cū ueniſſent Romā:ſenatus ad ædem Bellonæ habi/ tus:ubi cū Lucius Veturius Philo pugnatū cum Annibale eē ſuprema cū carthaginēſibus pugna:finēq; tandē lugubri bello īpoſitū īgenti lætitia patrū expoſuiſſet:adiecit Verminā etiā Syphacis filiū:quæ par ua bene geſtæ rei acceſſio erat:deuictū:ī concionē īde prodire iuſſus:gaudiūq; id populo īpartire. Tū pa tefacta gratulatione oīa in urbe templa:ſupplicationeſq; decretæ ī triduū. Legatis carthaginē ſiū & Phi lippi regis:nam ii quoq; uenerāt:petētibus ut ſenatus ſibi daretur:reſpōſum iuſſū patrum a dictatore ē conſules nouos iis ſenatū daturos eē. Comitia īde habita:creati cōſules. Gn. Cornelius Lētulus. Publius Elius Pætus prætores Marcus Iulius Pœnus:cui ſors urbana euenit:Marcus Valerius Flaccus Brutios: Marcus Fabius Buteo Sardiniam:Publius Elius Tubero Siciliam ē ſortitus:tum uero de prouīciis cō/ ſulum nihil ante placebat agi:quā legati regis:& carthaginēſium auditi eēnt:belli finem alterius: princi pium alterius proſpiciebant animis. Gn. Lentulus conſul cupiditate flagrabat prouīciæ Africæ:ſeu bel lum foret:facilem uictoriā fore:ſeu iam finiret̄ finiti tanti belli ſe cōſule gloriā petens:negare itaq; prius quicquā agi paſſū;:quam ſibi Africa decreta eēt:concedēte collega moderato uiro & prudēti:q gloriæ eius certamē cū Scipione:præterquā:qđ iniquū eſſet:etiā impar futū; cernebat. Qu. Minutius Ther/ mus:&. M. Attilius Glabrio tri.ple. rē priore anno neqcquā temptatā ab. T. Claudio cōſule. G. Corne/ liū tēptare aiebant:ex auctoritate patrū latū ad populū eſt:cuius uellent īperiū ī africa eſſe:oēs. y.&. xxx. tribus. P. Scipioni id imperiū decreuiſſe:multis cōtentionibus ī ſenatu & ad populū acta res: poſtremo eo deducta ē:ut ſenatui p̄mitterent. Patres igit̄ iurati (ita cōuenerat) cenſuerūt:uti cōſules ꝓuincias inter ſe cōpararent:ſortirēturue uter Italiā:uter claſſem nauiū. l. haberet:cui claſſis obueniſſet:ī Siciliā nauiga ret:ſi pax cū carthaginēſibus cōponi neq;ſſet:ī Africā traiiceret:cōſul mari:Scipio eodē:quo adhuc iure imperii terra rē gereret:ſi cōdiciōes cōuenirent pacis:tri.ple. populū rogarēt utrū conſulem:an prætorē Scipionē iuberēt:pacē dare:quē ſi & deportādus exercitus uictor ex Africa eēt:deportare:Si pacē p̄ Pu/ bliū Scipionē dari:atq; ab eodē exercitū deportari iuſſiſſent:ne cōſul ex Sicilia ī Africā traiiceret:alter cō ſul:cui Italia euenīſſet:duas legiōes a Seſtio prætore accipe. Publio Scipiōi cū exercitibus:quos haberet in prouīcia Africa:ꝓrogatū īperiū:prætori Marco Valerio Falconi duæ legiōes in Brutiis:qbus Gaius Liuius priore anno p̄fuerat:decretæ. Publius Elius prætor duas legiones in Sicilia ab Gnæo Tremelio acciperet:legio una Fabio ī Sardiniā:quā Publius Lētulus Proprætor habuiſſet:decernit̄. Marco Serui lio prioris anni cōſuli cū ſuis duabus itē legionibus ī Ethruria ꝓrogatū imperiū ē. Quod ad Hiſpanias attineret aliquot iā annos ibi Luciū Corneliū Lentulū. & Luciū Manliū Accidinū eē:ut ii cōſules cū tri/ bunis agerēt:ſi eis uideret̄:ut plebē rogarēt:cui iuberēt ī Hiſpania imperiū eē:is ex duobus exercitibus unā legionē conſcriberet romanos milites:& ī qndecī cohortes ſocios latini nominis:qbus ꝓuinciā ob tineret. Veteres milites Lucius Cornelius:& Lucius Manlius ī Italiā deportarēt. Cornelio conſuli. L. na uium claſſis ex duabus claſſibus Gnæi Octauii:quæ ī Africa eēt Publii Iulii:quæ Siciliæ orā tuebat̄:de creta:ut quas naues uellet:deligeret:Publius Scipio qnquagīta longas naues haberet:quas habuiſſet: q bus ſi. Gn. Octauius:ſicut p̄fuiſſet:præeſſe uellet. Octauio ꝓprætori ī eū annū īperiū eēt:ſi Lælliū p̄fice ret. Gn. Octauius Romā decederet:reduceretq; naues:qbus conſuli uſus non eēt. Et. M. Fabio in Sardi/ niam decē longæ naues decretæ:& cōſules duas legiōes urbanas ſcribere iuſſi:ut quattuordecim legio/ nibus eo anno centū nauibus longis reſpublica adminiſtraret̄. Tū de legatis Philippi & carthaginenſiū actum:priores macedonas introduci placuit:quor; uaria oratio fuit:partim purgātiū:quæ queſti erāt miſſi ad regē a Roma legati de populatione ſocior;:partim ultro accuſantium qđē & ſocios Po. Ro. ſed multo īfeſtius. M. Aureliū:quē ex tribus ad ſe miſſis legatis:delectu habito ſubſtitiſſe:& ſe bello laceſ/ ſiſſe cōtra fœdus:& ſæpe cum p̄fectis ſuis ſignis collatis pugnaſſe poſtulātium ut macedones duxq; eo/ rum Sopater:q apud Annibalē mercede militaſſent captiq; ī uiculis eēnt:ſibi reſtituerent̄. Aduerſus ea M. Furius miſſus ad id ipſum ab Aurelio ex Macedonia diſſeruit. Aurelium relictum: ne ſocii Po. Ro. feſſi populationibus atq; iniuria ad regē deficerēt:finibus ſocior; nō exceſſiſſe:dediſſe opera ne impune agros eor; trāſcenderēt populatores. Sopatrū ex purpuratis & ꝓpinquis regis eē:eū cū quattuormilli/ bus macedonū:& pecunia miſſum nuper ī Africā eē Annibali carthaginēſibuſq; auxilio. De iis rebus ī/ terrogati macedones cū p̄plexe reſponderēt:ipſi ante reſponſum tulerūt. Bellū quærere regē:& ſi per/ gat:propediē:iuētur; dupliciter ab eo fœdus uiolatū:& qđ ſociis Po. Ro. iniurias:fecerit: bello armiſq; laceſſiuerit:& qđ hoſtes auxiliis & pecunia iuuerit:& Publiū Scipionē recte atq; ordīe uideri feciſſe & facere:qđ eos q arma cōtra Populū Romanū ferētes ſunt capti hoſtiū numero ī uiculis habeat:& Mar/ cum Aureliū e republica facere:gratūq; id ſenatui eē:qđ ſocios Po. Ro. quādo iure fœderis nō poſſet:ar mis tueat̄. Cū hoc tam triſti reſponſo dimiſſis macedonibus:legati carthaginēſes uocati:quor; ætati/ bus dignitatibuſq; cōſpectis:nā lōge primi ciuitatis erāt:tum pro ſe qſq; dicere uere de pace agi. Inſignis tamē iter cæteros Aſdrubal erat. Hedū populares cognomīe appellabāt:pacis ſemp auctor aduerſuſque factioni barchīæ:eo tum illi plus auctoritatis fuit:belli culpā ī paucorum cupiditatem a rep. trāſferrēti. Qui cum uaria oīone uſus eēt:nunc purgando crimina:nūc quædam fatēdo ne īpudenter certa negan tibus difficilis uenia eēt:nūc monēdo etiam patreſcōſcriptos ut rebus ſecūdis modeſte ac moderate ute rentur:ſi ſe atq; Hannonem audiſſent carthaginēſes:& ipſi tempore uti uoluiſſent:daturos fuiſſe pacis condiciones:quas tūc peterēt:raro ſimul hominibus bonam fortunā:bonāq; mentē dari. Popu. Ro. eo

Nūtius uictorie & ciuita tis læti/ cia

Gn. Corne/ lius. P. Elius conſ.

Prouī/ ciaꝝ or diatio

Mace/ donum Poſtula ta

Aſdru/ balis oīo ad patres

inuictum eē: qđ ī ſecundis rebus ſapere & cōſulere meminerit: & Hercule mirandū fuiſſe ſi aliter face/rent ex inſolētia: qbus noua bona fortuna ſit: īpotētes læticiæ īſanire. Popu. Roma. uſitata ac iā ꝑpe ob ſoleta ex uictoria gaudia eē: ac plus pœne parcēdo uictis: quā uincēdo īperium auxiſſe. Cæteroꝝ miſerabilior oratio fuit cōmemorātium ex quātis opibus: quo recidiſſent carthaginēſiū res: nihil eis: q modo prope orbē terraꝝ obtinuiſſent: armis ſupereſſe præter Carthaginis mœnia: iis incluſos non terra: non mari qcquā ſui iuris cernere. urbē quoq; ipſam: ac penates ita habituros: ſi non in ea quoq; mœnia: quo nihil ulterius ſit: ſæuire. Po. Roma. uelit. Cū flecti miſericordia patres appareret: ſenatoꝝ unū infeſtum perfidiæ carthaginēſium ſucclamaſſe ferunt: ꝑ quos deos fœdus acturi eēnt: cum eos: ꝑ quos ante iclū eſſet: fefelliſſent: Per eoſdē inqt Aſdrubal: qui tā ī feſti ſunt fœdera uiolantibus. Inclinatis oīum ad pacē animis. Gn. Lentulus cōſul: cui claſſis prouīcia erat. S. C. ītерceſſit. Tum. M. Attilius: & Quintus Minu/tius tri. ple. ad populum tulerunt: uellent iuberēt ne ſenatū decernere: ut cum carthaginenſibus pax fie/ret: & quem eā pacē dare: quēq; ex Africa exercitus deportare iuberent: de pace uti rogaſſent oēs tribus iuſſerunt pacē dare. P. Scipionē eundē exercitū deportare. Ex hac rogatione ſenatus decreuit: ut. P. Sci/pio ex. x. legatoꝝ ſnīa pacē cū populo carthaginēſi: qbus legibus ei uideretur. faceret. Gratias deīde Carthaginēſes egere patribus: petierūtq; ut ſibi ī urbē introire: & colloq cū ciuibus ſuis liceret: q capti ī pu/blica cuſtodia eēnt: eē ī iis parti propīquos amicoſq; ſuos nobiles hoīes: partim ad quos mandata a propinquis haberent: quibus conuentis cum rurſus peterēt: ut ſibi: quos uellent: redimendi ex iis poteſtas fieret: iuſſi noīa ædere: & cum ducentos ferme æderent: ſenatuſconſultum factum eſt: ut legati Roma/

Atī: romanoꝝ liberalitatē in cartha.

ni ducentos ex captiuis: quos Carthaginēſes uellēt: ad Publium Corneliū Scipionē ī Africam deporta/rent: nunciarētq; ei: ut ſi pax cōueniſſet: ſine pretio eos carthaginēſibus redderet. Fœciales cū ī Africam ad fœdus faciēdum ire iuberētur: ipſis poſtulātibus ſenatuſcōſultum ī hæc uerba factum eſt: ut priuos lapides ſilices: priuaſq; uerbenas ſecū ferrent: uti prætor Romanus iis imperaret: ut fœdus ferirent: ſibi illi prætorem ſagmina poſcerent: herbæ id genus ex arce ſumptum dari fœcialibus ſolet. Ita dimiſſi ab Romanis Carthaginēſes cum ī Africā ueniſſent ad Scipionem: quibus ante dictum eſt legibus: pacem fecerunt: naues longas: elephantos: per fugas: fugitiuos: captiuorum quattuormillia tradiderunt: inter quos. Qu. Terentius Culleo ſenator fuit. Naues prouectas in altum incendi iuſſit: quīgētas fuiſſe oīs generis: quæ remis agerentur: qdam tradunt: quarum conſpectum repente incendium tam lugubre fuiſſe pœnis: quam ſi tum ipſa Carthago arderet. De pfugis grauius: quā de fugitiuis conſultum nominis latini qui erant: ſecuri ꝑcuſſi: Romani in crucem ſublati. Annix ante. xl. pax cum Carthaginenſibus poſtremo facta erat. Qu. Luctatio. M. Manlio cōſulibus: bellū initum annis poſt tribus &. xx. P. Cornelio T. Sempronio cōſulibus finitum eſt ſeptīodecimo anno. Gn. Cornelio. P. Pæto cōſulibus. Sæpe poſtea ferunt Scipionē dixiſſe. T. Claudii primum cupiditatē: deinde. Gn. Cornelii fuiſſe ī mora: quo mīus id bellum exitio Carthaginis finiretur. Carthaginēſibus cum prima collatio pecuniæ diutīo bello exhauſtis difficilis uideretur: mœſticiaq; & fletus ī curia eēt: ridētem Annibalem ferunt cōſpectum: cuius cū Aſdrubal Hædus riſum increparet ī publico fletu: cum ipſe lachrymarum cauſa eēt. Si quemadmodū oris habitus cernitur oculis: inqt: ſic & animus intus cerni potuiſſet: facile uobis appareret non læti: ſed prope amentis malis cordis hunc: quem increpatis: riſum eē: q tamē nequaquam adeo eſt intēpeſtiuus quam ueſtræ iſtæ abſurdæ atq; abhorrentes lachrymæ ſunt: tūc fleſſe decuit: cū adempta nobis arma: incenſæ naues: interdictum externis bellis: illo enim uulnere cōcidimus: nec eſſe ī uos odio ueſtro conſultum ab romanis credatis: nulla magna ciuitas qeſcere poteſt: ſi foris hoſtē nō habet: domi iuenit: ut prævalida corpora ab externis cauſis tuta uidētur: ſed ſuis ipſa uiribus onerantur: tantum nimirum ex publicis malis ſentimus: quantū ad priuatas res ptinet: nec ī eis: qcquā acrius: quā pecuniæ damnū ſtimulat. Itaq; cum ſpolia uictoriæ Carthagini detrahebant: cū inermē iā ac nudā deſtitui inter tot armatas gētes Africæ cerneretis: nemo īgemuit: nūc qa tributum ex priuato cōferēdum eſt: tanquam in publico funere comploratis: quā uereor: ne propediē ſentiatis leuiſſimo in malo uos hodie lachrymaſſe: hæc Annibal apud Carthaginēſes. Scipio cōcione aduocata Maſiniſſam ad regnum paternum Cirtha oppido & cæteris urbibus agriſq;: quæ ex regno Syphacis in Po. Ro. poteſtatē ueniſſent: adiectis donauit. Gn. Octauiū claſſem ī Siciliā ductam. Gn. Cornelio cōſuli tradere iuſſit: legatos carthaginēſium romam ꝑficiſci: ut q a ſe ex. x. legatoꝝ ſnīa facta eēnt: ea patrū auctoritate populiq; iuſſū confirmarētur.

Exitus ſcđi belli pūici

Scipiōis triumphus

Pace terra mariq; parta exercitu in naues impoſito in Siciliam Lilybeum traiecit: inde magna parte militum in nauibus miſſa: ipſe ꝑ lætam pace non minus quam uictoria Italiam effuſis nō urbibus modo ad habēdos honores: ſed agreſtium etiam turba obſidēte uias Romam ꝑuenit: clariſſimoq; oīum triumpho urbē ē inuectus: argēti tulit in ærarium pondo centum millia. xxiii. militibus ex præda quadragenos æris diuiſit. Morte ſubtractus ſpectaculo magis hominum quam triumphantis gloriæ Syphax ē: Tybure haud ita multo ante mortuus: quo ab Alba traductus fuerat cōſpecta mors tamē eius fuit: quia publico funere ē elatus. Hunc regē in trimpho ductum Polybius haud quaquam ſpernendus auctor tradit: ſecutus Scipionem triumphantem eſt: pileo capit impoſito: Quintus Terentius Culleo omniq; deinde uita: ut dignum erat: libertatis auctorem coluit Africanum. Cognomen militaris prius fauor: an popularis aura celebrauerit: an ſicuti felicis Syllæ magniq; Pōpeii patrū memoria cœptū ab aſſentatiōe familiari ſit: paꝝ cōpertū habeo. Prīus certe hic īpator noīe uictæ a ſe gētis ē nobilitatus. Exēplo deīde huius neq̄q̄ uictoria pares īſignes imaginū titulos claraq; cognomia familiæ fecere.

Primus Scipio ex uicta ,puīcia agnomē eſt adeptuſ

FINIS. TERTIAE DECADIS.

TITI LIVII PATAVINI HISTORICI QVARTAE DECADIS. PRAEFATIO.

ME QVOQVE Iuuat:uelut ipſe in parte laboris ac periculi fuerim:ad finem belli puni ci ꝓueniſſe:nam & ſi ꝓfiteri auſum ꝓſcripturum res oīs romanas in partibus ſingulis tanti operis fatigari minime cōuenit:tamen cum in mentē uenit tres &.xl.annos:tot.n. ſunt a primo punico ad ſecūdum bellū finitū:æque multa uolumina occupaſſe mihi: quā occuparint quadringēti.lxxviii.anni a cōdita urbe ad Appium Claudiū cōſulē:qui primus bellum carthaginenſibus intulit:iam ꝓuideo aīo uelut q ꝓximis littoriis uadis inducti mare pedibus īgrediunt:quicquid p̄gredior:in uaſtiorem me altitudinem ac uelut ꝓfundam inuehi:& creſcere pene opus:quod prima quæq; perficiendo minui uidebatur.

TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE BELLO MACEDONICO ET ASIATICO. LIBER PRIMVS.

DACEM PVNICAM BELLVM Macedonicum excepit: piculo haud quaquā cōparandum:aut uirtute ducis:aut robore militum:claritate regum antiquoꝝ uetuſtæq; fama gētis: & magnitudine īperii: quo multā quondam Europæ maiorem partem Aſiæ obtinuerant armis prope nobilius. Cæterum cœptum bellum aduerſus Philippum decē ferme ante annis triennio prius depoſitum erat:cum ætholi & belli & pacis fuiſſent cauſæ:uacuos deinde pace punica iam romanos & infenſos Philippo cū ob infidam aduerſus ætholos alioſq; regionis eiuſdem ſocios pacē: tum ob auxilia cum pecunia nuper in Africam miſſa Annibali pœniſq;: p̄ces athenienſium:quos agro peruaſtato in urbem compulerat:excitauerunt ad innouandum bellum. Sub idem fere tempus & ab Attalo rege & rhodiis legati uenerunt nunciantes Aſiæ quoq; ciuitates ſollicitari:his legationibus reſponſum eſt curæ aſianā rem ſenatui fore. Conſultatio de macedonico bello integra ad cōſules:q tunc in p̄lio cū Boiis erāt reiecta eſt. Interim ad Ptolemæū Aegypti regē legati tres miſſi. Gn. Claudius Nero. M. Aemylius Lepidus. Gn. Sēpronius Tuditanus: ut annunciarent uictū Hannibalem pœnoſq;:& gratias agerent regi:quod in rebus dubiis:cū finitimi ēt ſocii romanos deſererent:in fide manſiſſet:& peterēt:ut ſi coacti iniuriis bellū aduerſus Philippū ſuſcepiſſent: priſtinum aīum erga romanos conſeruaret:Eodē ferre tpe. P. Elius conſul ī Gallia cū audiſſet a Boiis ante ſuū aduentum īcurſiones in agros ſociorum factas:duabus legionibus ſubitariis tumultus eius cā ſcriptis:additiſq; ad eas:quattuor cohortibus de exercitu ſuo. C. Appium p̄fectum ſociū hac tumultuaria manu p Vmbriā quam tribū ſappiniam uocant:agꝝ Boiorum inuadere iuſſit:ipſe eodem apto itinere p montes duxit. Appius ingreſſus hoſtiū fines primo populationes ſatis proſpere ac tuto fecit:delecto deinde ad caſtrū mutilum ſatis idoneo loco ad demetenda frumenta (iam enim maturæ erant ſegetes) profectus:neq; explorato circa nec ſtationibus ſatis firmis: quæ armatæ inermes atq; operi intētos tutarent:poſitis:īprouiſo impetu gallorꝝ cum frumentatoribus eſt circūuentus:inde pauor fugaq; ēt armatos cœpit:ad ſeptēmillia hoīum palata p ſegetes:ſunt cæſa inter quos ipſe. C. Appius præfectus: cæteri in caſtra metu propulſi:inde ſine certo duce conſenſu militari ꝓxima nocte:relicta magna parte rerꝝ ſuarum:ad conſulē p ſaltus ꝓpe inuios ꝓuenere:q niſi quod populatus eſt boiorꝝ fines:& cū ingaunis liguribus fœdus icit:nihil quod eſſet memorabile auliud in ꝓuincia cum geſſiſſet. Romā rediit. Cū primū ſenatum habuit:uniuerſis poſtulantibus ne quā prius rem:q̄ de Philippo ſociorumq; querelis ageret: relatum extemplo eſt: decreuitq; frequens ſenatus: ut. P. Elius conſul:quem uideretur ei: cum imperio mitteret:qui claſſe accepta:qua ex Sicilia. Gn. Octauius reduceret: in Macedoniam traiiceret.

M. Valerius leuinus p̄tor miſſus circa Vibonem duo de.xl.nauibus ad. Gn. Octauio acceptis ī Macedoniā traiecit:ad quē cū. M. Valerius legatus ueniſſet:edocuiſſetq; eū quātos exercitus:quantū nauium numerꝝ cōparaſſet:rex:& quēadmodū circa oēs nō continētis mō urbes:ſed ēt iſulas:partī ipſe adeūdo: ptim p legatos cōciret hoīes ad arma maiore conatu romāis id capeſſedū bellū eē:ne cūctantibus iis auderet philippus:qđ Pyrrus prius auſus ex aliquanto minore regno eſſet:hæc ſcribere eadem Aurelium cōſulibus & ſenatui placuit. Exitu huius anni cum de agris ueterꝝ militum relatū eſſet: q ductu atq; auſpicio ꝓconſulis Scipionis in Africa bellū p̄feciſſent decreuetunt patres:ut. M. Iunius p̄tor urbis:ſi ei uideretur decēuiros agro ſamniti appuloq;:quod is publicus populi ro. eēt metiēdo diuidēdoq; crearet. creati. P. Seruilius. Qu. Cecilius Metellus. Gn. &. Marcus: Seruilii. Geminis ambobus cognomen erat L. &. M. Hoſtilii Catones: Pub. Iulius. T. Apuleius. M. Fuluius Flaccus. P. Elius pætus: Quintus Flaminius. Per eos dies. P. Elio conſulū comitia habente: creati conſules: Publius Sulpicius Galba. Gn. Aurelius Cotta: prætores exinde facti. Qu. Minutius Ruffus: Liuius Furius purpurio. Q. Fuluius Gilo. Gn. Sergius Plantius. Ludi romani ſcænici eo anno magnifice apparateq; facti ab ædilibus curulibus. L. Valerio Flacco: & Tito. Qu. Flaminio: biduū inſtaurati ſunt: frumentiq; uim ingentē: quod ex Africa proconſul Scipio miſerat: quaternis æris populo cum ſumma fide & gratia diuiſerunt: & plebeii ludi toti inſtaurati ab ædilibus ple. L. Apuſtio Fullone: &. Q. Minutio Ruffo: q ex ædilitate p̄tor creatus erat: & Iouis epulum fuit ludorꝝ cauſa: anno quingenteſimo quadrageſimo ab urbe condita. P. Sulpicio Gal-

Att. Causa fuer belli cū philippo renouati

Romanorꝝ cædes in gallia

M. Valerio Leuino

Vide ne cētones ſit legēdū. P. Sulpicius. Gn. Aurelio conſ.

ba.Gn.Aurelio consulibus bellū cum rege Philippo initum est paucis mensibus post pacē carthaginē sibus datam.Oium primum eā rem idibus martiis:quo die tū consulatus inibat.P.Sulpicius cōsul ret tulit:senatusq; decreuit: ut ii consules maioribus hostiis rē diuinam facerēt:qbus diis ipsis uideretur:

Bellū macedonicū punico subiectum

cum ꝓcatione ea:q̄ senatus populusq; ro.de.rep.deq; ineundo nouo bello in aio haberet: ea res uti populo ro.sociisq; ac nomini latino bene ac fœliciter eueniret secundū rem diuinam ꝓcationēq; ut de republica deq; ꝓuinciis senatū consulerent.Per eos dies opportune irritandis ad bellū ais:& litteræ a.M. Aurelio legato:&.M.Valerio Leuino proꝓtore allatæ:& athenienſiū noua legatio uenit: q̄ regē appropinquare finibus suis nunciaret:breuiq; non agros mō:sed urbem etiā in ditionem eius futuram: nisi quid in romanis auxilii foret.Cum pronunciassent consules rem diuinam rite perfectam esse : & præcationi annuisse deos aruspicē respondere:lætaq; exta fuisse:& prolationem finium uictoriamq; & triūphum portendi:tū litteræ Valerii Aureliiq; lectæ:& legati athenienſiū auditi:senatus inde consultum factum est:ut sociis gratiæ agerentur:quod diu sollicitati ne obsiniodis quidem metu fide decessissent. De auxilio mittendo tum respondere placere:cum consules prouincias sortiti essent:atq; is consul:cui Macedonia prouīcia euenisset ad populum tulisset:ut Philippo regi macedonium indiceretur bellum P.Sulpicio prouincia Macedonia sorte euenit:is rogationem promulgauit:uellent:iuberēt Philippo regi macedonibusq;:qui sub regno eius essent:ob iniurias armaq; illata sociis po.ro.bellum indici.Alteri consuli Aurelio Italia prouincia obtigit.Prætores exinde sortiti sunt.Gn.Sergius Plancus urbanam. Qu.Fuluius Gilo Siciliā.Qu.Minutius Ruffus Brutios.L.Furius purpurio Galliam.Rogatio de bello macedonico primis comitiis ab oībus ferme centuriis antiquata est:id cū fessi diuturnitate & grauitate belli sua spōte hoīes tedio periculoꝝ laborūq; fecerant:tū.Qu.Bebius tribunus plebis uiam antiquā criminandi patres ingressus incusauerat bella ex bellis seri:ne pace unq̄ frui plebs posset: ægre eam rem passi patres laceratusq; probris in senatu tribunus plebis & consulē pro se quisq; hortari: ut deitero comitia rogationi ferendæ ediceret:castigaretq; segnitiā populi:atq; doceret quanto dāno dedecoriq; dilatio ea belli futura eēt.Cōsul ī cāpo Martio comitiis habitis: priusq; cēturias in suffragium mitteret:cōcione aduocata ignorare:inqt:uidemini mihi quirites non utrum bellum an pace habeatis uos consuli:neq;.n.libeꝝ id uobis permittet Philippus:qui terra mariq; ingens bellū molitur : sed utrū in Macedoniā legiones trāsportetis:an hostem in Italiā accipiatis:hoc quantū interfit:si unq̄ ante alias:punico certe ꝓximo bello experti estis. Quis.n.dubitat:quin:si saguntinis obsessis fidēq; nostram iplorātibus impigre tulissemus opē:sicut patres nostri mamertinis tulerāt totum in Hispaniā auersuri bellū fuerimus? quod cūctādo cū summa clade nostra ī Italiā accepimus.Ne illud quidē dubium ē quin hūc ipsum philippū pactū iā ꝑ legatos litterasq; cū Annibale ī Italiā traiicere misso cū classe Leuino q ultro ei bellum inferret:in Macedonia cōtinuerimus & qđ tunc fecimus cum hostem Annibalē:in Italia haberemus:id nūc pulso Italia Annibale:pulsis carthaginensibus:cūctamur facere? Patiamur expugnandis Athenis:sicut Sagunto expugnādo Annibalem passi sumus:segnitiā nostram experiri regem: non qnto inde mēse quēadmodum ab Sagunto Annibal:sed qnto īde die:quā ab Corintho soluerit naues in Italiā ueniet.Ne æquaueritis Annibali Philippū:ne carthaginēsibus macedonas:Pyrrho certe æquabitis:dico q̄tum uel uir uiro:uel gens gēti ꝓstat.Minima accessio semꝑ Epirus regno Macedoniæ fuit: & hodie est.Poloponnesum totam in ditionem Philippus habet:Agrosq; ipsos nō uetere fama magis quā morte Pyrrhi nobilitatos.Nostra nūc compara q̄to magis florentem Italiam:quāto magis īegras res:saluis ducibus saluis tot exercitibus:quos punicū postea bellum:absumpsit:aggressus Pyrrhus tamen cōcussit:& uictor ꝓpe ad ipsam urbem Romā uenit:nec tarentini modo oraq; illa Italiæ:quā maiotem græciam uocāt:ut linguam ut nomē secutos crederes:sed lucanus & brutius:& samnis ab nobis defecerunt:hæc uos si Philippus in Italiam trāsmiserit:qetura aut mansura in fide creditis? manserunt enim punico postea bello:nunq̄ isti populi:nisi cum deerit:ad quē descisant:ab nobis non deficient. Si piguisset uos in Africā traiicere:hodie in Italia Annibalem & carthaginēses hostes haberetis. Macedonia potius quā Italia bellum habeat:hostium urbes agriq; ferro atq; igni uastent:experti iam sumus foris nobis:quā domi feliciora ptoētioraq; arma esse.Ite in suffragium bene iuuātibus diis:& quæ patres cēsuerunt:uos iubete.Huius uobis sentētiæ nō cōsul modo auctor est:sed iam dii īmortales: q mihi sacrificāti ꝓcantiq; ut hoc bellum mihi senatui uobisq; sociis ac nomini latino classibus exercitibusq; nostris bene ac feliciter eueniret:læta oīa ꝓsperaq; portendere. Ab hac oratione ī suffragium missi:uti rogarat:bellum iusserunt.Supplicatio inde a cōsulibus in triduum ex senatusconsulto indicta est: obsecratiq; circa oīa puluinaria dii quod bellum cum Philippo iussisset populus: id bene ac feliciter eueniret: cōsultiq; fœciales a publio Sulpicio bellū qđ īdiceret regi Philippo:utrum ipsi utiq; annunciari iubērent:an satis esset in finibus regni:quod proximum præsidium esset:eo nunciari. Fœciales decreuerūt utrum eorum fecisset:recte facturum.Consuli a patribus permissum:ut quem uideretur ex iis:q extra senatum essēt:legatum mitteret ad bellum regi īdicendum.Tum de exercitibus consulum ꝓtorūq; actum:consules binas legiones scribere iussī:ueteres dimittere exercitus:Sulpicio:cui nouū ac magni nominis bellum decretū erat:ꝓmissum ut de exercitu:quem ꝓconsul Scipio ex Africa deportasset: uoluntarios:quos posset:duceret:inuitum nequem militem ueterē ducēdi ius esset.Prætoribus.L.Furio Purpurioni:& Quinto Minutio Ruffo qnamillia socium latini noīs cōsul daret:qbus ꝓsidiis alter galliam:alter brutios ꝓuinciā obtineret.Q.Fuluius gillo ipse iussus ex eo exercitu:quē.P.Elius consul habuisset:ut qsq; minime multa stipēdia haberet legere:donec & ipse qnquemillia sociū ac noīs latini ef-

P.Sulpicii cōsulis cōcio ad populum

Delectus habendi ratio

fecisset:id præsidio Siciliæ ꝓuinciæ esset.Marco Aurelio.Falconi:qui prætor priore anno Campaniam prouinciã habuerat:prorogatum ĩ annũ imperium est:uti proprætor in Sardiniam traiiceret:qđq; de exercitu qui ibi esset quinquemillia socium noĩs latini:qui eoꝝ minime multa stipendia haberet:legeret.Et consules duas urbanas legiones scribere iussi:quæ:si quo res posceret: multis in Italia conctatis gentibus punici belli societate iraq;:inde tumentibus mitterent ſ sex legionibus romanis eo anno usura resp.erat.In ipso apparatu belli legati aĩ rege ptolæmeo uenerunt:qui nunciarunt athenienses aduersus Philippum petisse ab rege auxiliũ:cæterum & si cõmunes socii sint:tamẽ nisi ex auctoritate populi ro.classem:neq; exercitum defendendi aut oppugnandi cuiusq; causa regem in Grætiã missũꝝ esse:uel quietuꝝ eum in regno si po.ro.socios defendere liceat uel romanos quiescere:si malint passuꝝ:atq; ipsum auxilia:quibus facile aduersus Philippum tueri Athenas possent: missuꝝ Gratiæ regi ab senatu acte responsumq; tutari socios populo ro.in aĩo esse:si qua re ad id bellum opus sit:indicaturos regi:regnicq; eius opes scire subsidia firma ac fidelia suæ reip.esse:munera deinde legatis in singulos quinamillia.l.æris ex senatusconsulto missa:cum delectũ cõsules haberent:pararentq; quæ ad bellũ:opus eẽnt ciuitas religiosa in principiis maxime nouoꝝ belloꝝ:supplicationibus habitis iam : & obsecratione circa oĩa puluinaria facta:nequid prætermitteret ſ:quod aliquãdo factũ esset:ludos Ioui donũq; mouere cõsulẽ cui prouincia Macedonia euenisset: iussit.Moram uoto publico Licinius pontifex maximus attulit:qui negauit ex incerta pecunia uouere debere:si ea pecunia nõ posset in bellũ usui esse: reponi statim debere:nec cum alia pecũia misceri:quod nisi factũ esset uotũ rite solui nõ posse.Quãq; & res : & auctor mouebat:tamẽ ad collegiũ pontificũ referre consul iussus : si posset recte uotũ incertæ pecuniæ suscipi posse:rectiusq; esse põtifices decreuerũt.Vouit in eadẽ uerba consul præeunte maximo pontifice:qbus antea quinquẽnalia uota suscipi solita erant:prætercq; qđ tanta pecunia : quantã tum cũ solueret ſ : senatus censuisset ludos:donaq; factuꝝ uouerit:totiens ante ludi magni de certa pecunia uoti erant:ii primi de incerta.Oium aĩs in bellũ Macedonicũ uersis:repente nihil minus eo tpe timentibus gallici tumultus fama exorta est.Insubres: cenomani:& Boii excitis selinibus iluatibusque & cæteris liguſtinis populis.Hamilcare pœno duce:qui in iis:locis de Asdrubalis exercitu substiterat Placentiã inuaserant & direpta urbe ac per iram magna ex parte icensa uix duobusmillibus hoim inter icendia ruinasq; relictis:traiecto pado ad Cremonã diripiendam pergũt : uicinæ urbis audita clades spatiũ colonis dedit ad claudẽdas portas præsidiaq; ꝑ muros disponẽda:ut obsideretur tamẽ prius quã expugnarent ſ:nũcioscq; mitterent ad po.ro.L.Furius Purpurio:qui tum prouinciæ præerat cætero ex senatusconsulto exetcitu dimisso:præter quinquemillia sociũ ac latini noĩs:cũ iis copiis in ꝓxima regione ꝓuinciæ circa Arimĩnum substiterat:is tũ senatui scripsit:quo ĩ tumultu ꝓuincia esset:duaꝝ coloniaꝝ:quæ ĩgentem illam tempestatem pũici belli subterfugissent alteram captã ac diteptam ab hostibus: alterã oppugnari:nec ĩ exercitu suo satis præsidii colonis laborãtibus fore nisi quĩquemillia sociorũ.xl.millibus hostium (totẽ ĩ armis esset) trucidanda obiicere uelit:& tãta sua clade iam inflatos excidio coloniæ romanæ augeri hostium animos.His litteris recitatis decreuerunt:ut.Gn.Aurelius consul exercitum:cui in Ethruria ad conueniendum diem edixerat:Arimini eadem die adesse iuberet:& aut ipse:si per commodum reipublicæ posset:ad opprimendum gallicum tumultum proficisceret ſ:aut.Qu.Minutio prætori scriberet:ut cum ad eum legiones ex Ethruria uenissent:missis inuicem earum quinquemillibus sociorũ q̃iterim Ethruriæ præsidio essent proficisceretur ipse ad coloniam liberandam obsidione.Legatos itẽ mittendos in Africam censuerunt:eosdem Carthaginem:ut nunciarent ciuem eorum Amilcarem relictum in Gallia:haud satis scire ex Asdrubalis prius:an ex Magonis postea exercitu bellum contra fœdus facere:exercitus gallorum ligurumq; exciuisse ad arma contra Po.Ro.eum:si pax placeret:reuocãdum illis & dedendum Po.Ro.esse:simul nunciare iussi perfugas sibi non omnes redditos esse: ac magnam partem eorum palam Carthagini obuersari dici:quos compræhendi conquiriq; debere:ut sibi ex fœdere restituantur.Hæc ad carthaginenses mandata.Masinissæ gratulari iussi:quod non patrium modo recuperasset regnum:sed parte florentissima Syphacis finium adiecta etiam auxisset. Nunciare postea iussi bellum cum rege Philippo susceptum:quod carthaginenses auxiliis iuuisset.iniuriasq; ferendo sociis Po.Ro.flagrante bello Italia:coegisset classes exercitusq; in Græciam mitti: & distinendo copias causa in primis fuisset serius in Africam traiiciendi peterentq;:ut ad id bellum mitteret auxilia numidarum eqtum:dona ampla data:q̃ ferrent regi:uasa aurea argenteaq;:togaq; purpurea: & palmata tunica cum eburneo scipione:& toga prætexta cum curuli sella:iussiq; polliceri:siqd ei ad firmandũ augendumq; regnum opus esse iudicasset:enixe id populum romanum merito eius præstaturũ. Verminæ quoq; Syphacis filii legati per eos dies senatum adierunt excusantes errorem adolescentiamq;: & culpam omnem in fraudem carthaginensium auertentes:&Masinissam romanis ex hoste amicum factum:uerminam quoq; annixurum ne officiis in populum romanũ:aut a Masinissa:aut ab ullo alio uincatur:petere:ut rex sociusq; & amicus ab senatu appellaretur.Responsum legatis est & patrem eius Syphacem sine causa ex socio & amico hostem repente populi romani factum:& eum ipsum rudimẽtum adolescentiæ bello lacessentem romanos posuisse:itaq; pacem illi prius petendã esse a Po.Ro.quã ut rex sociusq; & amicus appellaretur: nominis eius honorẽ pro magnis erga se regũ meritis dare Po.Ro.consuesse:legatos romanos:in Africa fore:quibus mandaturum senatum ut Verminæ pacis dent leges libeꝝ arbitrium eis populo romano permittẽte:siquid ad eas addi demi mutariue uellet: rursus ab senatu ei postulandum fore.Legati cum iis Mandatis in Africam missi.Gn.Terentius Varo.Sp.Lu

Legati ab ptolemæo rege

Gallicus tumultus

Placetia diripiẽ & icendiẽa gallis

Legati ad quid cartha/ginem missi

Qui amici a romãis dicerẽt appellaréturue

cretius.Gn.Octauius quiqueremes singulis datæ.Litteræ deinde in senatu recitatæ sunt.Qũ.Minutii prætoris:cui Brutii prouincia erat:pecuniã Locris ex Proserpinæ thesauris nocte clam sublatam : nec ad quos pertineat facinus:uestigia ulla extare.Indigne passus sanatus non cessari ab sacrilegiis:&-ne Pleminium quidem tam clarę recensq; noxe simul ac pœnæ exemplum hoies deterrere.C.Aurelio consuli negotium datum:ut ad prætorem ĩ Brutios scriberet:senatui placere quæstionem de expilatis thesauris eodem extẽplo haberi:quo.M.Põponius prætor triennio ante habuisset:quæ : inuenta pecunia esset reponi:si quo minus inuentum foret expleri:ac piacularia:si uideretur:sicut ante pontifices censuissent:fieri causa expiandæ uiolationis eius templi.Prodigia etiam sub idem tps pluribus locis nunciata ꝓdigia acciderunt:in lucanis cælum arsisse afferebant.Priuerni sereno per diem totum rubęs solem fuisse.Lanuuini templo sospitæ lunonis nocte strepitum igẽtem exortum:iam animalium obscæni fœtus pluribus locis nunciabantur:in sabinis incertus infans natus masculus an fœmina esset : alter sedecim iam annorum item ambiguo sexu iuentus Frusinone agnus cum suillo capite.Sinuessæ porcus cum capite humano natus ĩ lucanis ĩ agro publico equus cum quinq; pedibus:fœda omnia & deformia errantisq; ĩ alienos fœtus naturæ uisa:ante omnia abominati semimares iussiq; ĩ mare extemplo deportari sicut proxime.C.Claudio.M.Liuio consulibus deportatus similis ꝓdigii fœtus erat:nihilominus decẽuiros adire libros de portento eo iusserunt:decemuiri ex libris res diuinas easdem:quæ proxime secundum id prodigium factæ essent:imperarunt: carmẽ præterea ab ter nouenis uirginibus cani per urbem iusserunt:donũq; Iunoni reginæ ferri:ea uti fierent.C.Aurelius consul ex decemuirorum responso curauit:carmen sicut patrum memoria Liuius:ita tum condidit.P.Licinius Tegula.Expiatis omnibus religionibus (nam etiam Locris sacrilegium perueſtigatum a.Qu.Minuito erat: pecuniaq; ex bonis noxiorum ĩ thesauris repositа)cum consules ad prouicias ꝓficisci uellent: priuati frequentes quibus ex pecunia:quam.M.Valerio.M.Claudio consulibus:mutuam dederant:tertia pensio debebatur eo anno adierunt senatum:quia consules cum ad nouum bellum:quod magna classe magnisq; exercitibus gerendum esset: uix ærarium sufficeret negauerant esse:unde iis in præsentia solueretur. Senatus quærentes eos nõ sustinuit:si ĩ punicũ bellũ pecunia data:ĩ macedonicũ quoq; bellũ: uti repſ.uellet aliis ex aliis oriẽtibus bellis:duid aliud quã publicam ꝓ beneficio: tanq̃ obnoxam suam pecuniam fore? cũ:& priuati æquum postularẽt:nec tamen soluẽdo ære alieno resp.esset qd' mediũ iter æquũ & utile erat decreuerunt ut quoniã magna pars eorũ agros uulgo uænales eẽ diceret:& sibimet emptis opus eẽ: agri publici:q ĩtra quiq̃gesimum lapidẽ eẽt:copia iis fieret. Cõsules agrũ æstimaturos: & ĩ iugera se asses uectigales testandi cã publicũ agę esse ĩpsituros:ut siqs cũ soluere posset:populus pecuniã habere:q̃ agrum mallet:restitueret agę populo . Læti eam conditionẽ priuati acceptе triẽtius tabuliusq; is ager ca pro tertia parte pecuniæ datus erat appellatus. Tum.P.Sulpicius secundum uota ĩ capitolio nuncupata paludatis cũ lictoribus profectus ab urbe Brunduſiũ uenit:& ueteribus militibus uolũtariis ex Africano exercitu ĩ legiones descriptis:nauibusq; ex classe consulis cornelii lectis altera die : quã a Brundusio soluit:ĩ Macediniã traiecit ibi ei præsto fuere Athenienſiũ legati orantes:ut se obsidione eximeret.Missus extemplo Athenas est.C.Claudius Centimalus cum uiginti longis nauibus & militibus: neque enim ipse rex Athenas obsidebat:eo maxime tempore Abydum oppugnabat:iam cum rhodiis & Attalo certaminibus naualibus neutro feliciter prælio uires expertus:sed animos ei faciebat præter ferociam insitam:fœdus ictum cum Antiocho Syriæ rege:diuisæq; iam cũ eo Aegypti opes:cui morte audita Ptolemæi regis ambo imminebant.Contraxerant autem sibi cum Philippo bellum athenienses haudquaquam digna causa:dum ex uetere fortuna nihil præter animos seruant.Acarnanes duo iuuenes per initiorum dies non initiati templum Cereris imprudentes religionis cum cætera turba ingressi sunt: facile eos sermo prodidit absurde quædam percunctãtes:deductiq; ad Antistites templi:cum palam eẽt per errorem ĩgressos:tanquam ob infandum scelus ĩterfecti sunt:id tam fœde atq; hostiliter gens acarnanum factum ad Philippum detulit:imperauitq; ab eo:ut datis macedonum auxiliis:bellum se iferre athenienſibus pateretur.Hic exercitus primo terram atticam ferro ignique depopulatus:cum omnis generis præda in Acarnaniam rediit:& irritatio animorum ea prima fuit:post ea iustum bellum decretis ciuitatis ultro indicendo factum: Attalus enim rex rhodiiq; persecuti cedentem in Macedoniam Phi-
Attalus rex legati rhodii lippum:cum Aeginam uenisset rex:Pyræum renouandæ firmandæq; cum atheniẽſibus societatis causa traiecit.Ciuitas omnis obuiam effusa cum coniugibus ac liberis.sacerdotes cum ĩsignibus suis ĩtrantem urbem Cadmi prope ipſi exciti ædibus suis exceperũt.In concionem extemplo populus uocatus: ut rex:quæ uellet:coram ageret.Deinde ex dignitate magis uisum scribere eum: de quibus uideretur: quam præsentem aut referẽdis suis in ciuitatem beneficiis erubescere:aut significatiõibus acclamatiõnibusq; multitudinis assentatiõe ĩmodica pudorem onerãtis:In litteris autem:quæ missæ ĩ cõcionem recitatæq; sunt:commemoratio erat beneficiorum primum in ciuitatem suam:deĩde rerum:quas aduersus Philippum gessisset:ad postremum adhortatio capessendi bellum:dum se:dum rhodios: tum quidem dum etiam romanos haberent:nequicquam postea:si tum cessarent:prætermissam occasionem quæsituros.Rhodii deĩde legati auditi sunt:quorum recens erat beneficium:quod naues longas quattuor in portu atheniẽſium captas nuper a macedonibusq; recuperatas remiserãt. Itaq; ĩgẽti cõlensu bellum aduersus Philippum decretum:honores regi primum Attalo ĩmodici:deĩde & rhodiis habiti:tum primum mentio illata de tribu:quam attalidam appellarent:ad decem ueteres tribus addenda:& rhodiorum populus corona aurea uirtutis gratia donatus: ciuitasq; rhodiis data: quemadmo-

dum rhodii prius atheniēſibus dederāt. Secūdum hæc rex Attalus ad claſſem Aeginā ſe recepit: Rhodii etiā ab Aegina īde ꝑ inſulas Rhodium nauigarunt: oībus ꝓter Andrum: parūq; & Cidnū: quæ præſidiis macedonū tenebantur ī ſocietatē acceptis. Attalū Aeginæ miſſi ī Aetoliam nūcii: expectatiq; īde legati aliquādiu nihil agētem tenuere: & neq; illos ad arma excire potuit gaudētes utcunq; compoſita cum Philippo pace: & ipſe rhodiiq; ſi inſtitiſſent cū Philippo: libertatæ egregiū per ſe Græciæ titulū habere potuiſſent patiētes rurſus eum ī Helleſpōtum traiicere: occupantemq; græciæ opportuna loca ui res colligere: bellum aluere gloriamq; eius geſti perfectiq; romanis conceſſērūt. Philippus magis regio aio eſt uſus: qui cum attalū rhodioſq; hoſtes non ſubſtinuiſſet: ne romano quidē quod īminebat: bello territus. Philode quodam ex præfectis ſuis cum duobuſmillibus peditū equitibus ducentis ad popu/landos athaniēſium agros miſſo: claſſe tradita Heraclidi ut Maroneā peteret: ipſe terra eodem cum ex peditis duobuſmillibus peditū: equitibus ducētis pergit: & Maroneā quidem primo impetu expugnauit. Aenum inde cū magno labore: poſtremo ꝑditione Ganymedis præfecti Ptolomæi cepit: deinde alia caſtella Cypſella: & Doriſcon & Sempheū occupat. Inde ꝓgreſſus ad Cherſoneſum. Eleūta: & Alopeconeſum tradētibus ipſis recepit. Gallipolis quoq; & Madociis dedita & caſtella quædam ignobilia Abydeni: ne legatis quidē admiſſis: regi portas clauſerūt: ea oppugnatio diu Philippum tenuit: eripiq; ex obſidione: ni ceſſātū ab Attalo & rhodiis foret: potuerūt. Attalus. ccc. tantū milites ī præſidium: rhodii quadriremē unā ex claſſe: cum ad Tenedū ſtaret: miſerunt eodē poſtea cū iam uix ſuſtinerent obſidionem: & ipſe Attalus cū traieciſſet: ſpem tātum auxilii ex ꝓpinquo oſtēdit neq; terra: neq; mari adiutis ſociis: abydeni quoq; tormētis ꝑ muros diſpoſitis non terra mō adeuntes aditu arcebāt: ſed nauium quoq; ſtationē īfeſtam hoſti faciebant: poſtea cum & muri pars ſtrata ruinis: & ad interiorē raptim oppoſitum muꝝ cuniculis iā peruētum eſſet legatos ad regē de conditionibus tradēdæ urbis miſerunt. paciſcebātur autē: ut rhodiā quadriremē cū ſociis nauālibus Attaliq; præſidiū emitti liceret: atq; ipſos urbe excedere cum ſingulis ueſtimētis. Quibus cum Philippus nihil pacati niſi oīa permittentibus reſpondiſet: adeo renūciata hæc legatio ab indignatione ſimul ac deſperatione iram accēdit: ut ad ſagunti nam rabiē uerſi matronas oēs in tēplo Dianæ: pueros ingenuos; uirgineſq; ēt īfantes cum ſuis nutricibus in gymnaſiū includi iuberent: auꝝ & argētum in foꝝ deferri: ueſtē prætioſam in nauem rhodiam Cyzicænāq; quæ ī portu erat: choreos ſacerdotes uictimaſq; adduci & altaria ī medio poni: ibi delecti primū: q ubi cæſam aciē ſuoꝝ ꝑ diruto muro pugnātē uidiſſent: extēplo cōiuges liberoſq; iterficerēt auꝝ argētū ueſtē: q̄ ī nauibus eſſent ī mare deiicerēt: tectis publicis priuatiſq; q̄ plurimis locis poſſent: ignes ſubiicerēt: & ſe facinus ꝑpetraturos præeuntibus ēt execrabile carmē ſacerdotibus iureiurando coacti: tū militaris ætas iurare neminē uiuum niſi uictorē acie exceſſurū hi memores dictorū adeo ꝑtinaciter pugnauerūt: ut cum p̄lium nox direptura eēt: rex prior territus rabie eorum pugna abſtiterit.

Philippi ſucceſſus

Principes: q bus atrocior pars facinoris delegata erat: cum paucos & confectos uulneribus ac laſſitudine ſupereſſe p̄lio cernerent: luce prima ſacerdotes cum īfulis ad urbem dedēdam Philippo mittūt. Ante deditionem ex iis legatis romanis: qui Alexandriam miſſi erāt. M. Aemylius trium cōſenſu minimus natu audita obſidione abydenorum ad Phylippū uenit: q queſtus Attalo rhodiiſq; arma illata: & quod tum maxime Abydum oppugnaret: cum rex ab Attalo & rhodiis ultro ſe bello laceſſitum diceret: num abydeni quoq; īquit: ultro tibi ītulerunt arma? inſueto uera audire ferocior oratio uiſa eſt: quam quæ habēda apud regem eſſet: ætas: īquit: & forma & ſuper oīa romanum nomen te ferocioré facit: ego autem primū uelim uos fœdeꝝ memores mecū ſeruare pacem: ſi bello laceſſitis: mihi quoq; animo eſt facere: & regnum macedonum nomenq; haud minus: quam romanum nobile bello ſentietis: ita dimiſſo legato Philippus auro argētoq; : quæ coaceruata erant accepto hominum prædam omnem amiſit: tanta enim rabies multitudinē īuaſit: ut repente proditos rati: qui pugnantes mortem occubuiſſent: periuriumq; aliis alii exprobrantes & ſacerdotibus maxīe: q quos ad mortem deuouiſſent: eorum deditionem uiuorum hoſti feciſſent: repēte oēs ad cædes coniugum liberorumq; diſcurrerēt: ſeq; ipſi per oēs uias læti īterficerent. Obſtupefactus eo furore rex ſuppreſſit impetum militum: & triduum ſe ad moriendum abydenis dare dixit: quo ſpatio plura facinora in ſe uicti ædiderunt: quā infeſti ædidiſſent uictores: nec niſi quem uincula: aut alia neceſſitas mori prohibuit: quiſquā uiuus in poteſtatem uenit. Philippus impoſito Abydi præſidio in regnum rediit. Cum uelut Sagunti excidium Annibali: ſic Philippo abydenorum clades ad romanum bellum animos feciſſet: nuncii occurrerunt conſulem iam in Epiro eſſe: & Apolloniam trerreſtres copias nauales Corcyrā in hyberna deduxiſſe. Inter hæc legatis: qui in Africam miſſi erant de Amilcare gallici exercitus duce: reſponſum a carthaginenſibus eſt nihil ultra ſe facere poſſe: quā ut exilio eum mulctarent: bonaq; eius publicarent: perfugas & fugitiuos: quos īquirendo ueſtigare potuerunt: reddidiſſe: & de ea re miſſuros legatos Romā: qui ſenatui ſatiſfacerent: ducentamillia modium tritici Romam. cc. ad exercitum in Macedoniā miſerūt. Inde in Numidiam ad regem profecti legati: dona data Maſiniſſæ: mandataq; ædita: equites. cc. numidæ: cum daret: accepti: ipſe in naues imponendos curauit: & cum. cc. millibus modium tritici. cc. hordei in Macedoniam miſit. Tertia legatio ad Verminā ierat: is ad primos fines regni legatis obuiā progreſſus: ut ſcriberent ipſi: quas uellent pacis cōditiones: permiſit oēm pacē bonā ſibi iuſtamq; fore cum Popu. Ro. datæ leges pacis: iuſſūſq; ad eam confirmandā mittere legatos Romā. Per idē tēpus. L. Cornelius Lentulus proconſul ex Hiſpania rediit: qui cū ī ſenatu res ab ſe ꝑ multos annos fortiter feliciterq; geſtas expoſuiſſet: poſtulaſſetq; ut triumphanti ſibi iuehi liceret ī urbē. res triūpho dignas eē cēſebat ſena

Abydenoꝝ deſpatio

Miſerabilis abydenorum caſus

Verminæ pax data a Ro.

tus:ſed exemplum a maioribus non accepiſſe:ut qui neq; dictator:neq; conſul:neq; prætor res geſſiſſet
Triumphandimos triumpharet:ꝓconſulē illū Hiſpaniam ꝓuinciā non cōſulē aut prætorē obtinuiſſe:decurrebatur tamē eo:ut ouans urbē iniret:intercedente.T.Sempronio longo tribuno ple.qui nihilo magis id more maiorum aut ullo exēplo futuꝝ diceret:poſtremo uictus conſenſu patꝝ tribunus ceſſit:& ex ſenatuſconſulto.L.Lentulus ouās urbem eſt ingreſſus:argenti tulit ex præda quadragīta triamillia pondo:auri octingenta.l.militibus ex præda centum.xx.aſſes diuiſit.Iam exercitus cōſularis ab Arretio ariminum traductus:erat:& quinquemillia ſocium latini noīs ex Gallia in Ethruriā tranſiuerant: itaq; L.Furius magnis itineribus ab arimino aduerſus gallos Cremonā tum obſidentes ꝓfectus:caſtra mille quingētoꝝ paſſuum interuallo ab hoſte poſuit:occaſio egregie rei gerēdæ fuit:ſi ꝓtinus de uia ad caſtra oppugnāda duxiſſet palati paſſim uagabātur ꝑ agros nullo ſatis firmo relicto præſidio:laſſitudini militū timuit: qđ raptim ductum agmen erat galli clamore ſuoꝝ ex agris reuocati omiſſa: præda.q̄ in manibus erat: caſtra repetiuere & poſtera die in aciē ꝓgreſſi: nec romanus morā pugnandi fecit:ſed uix ſpatiū inſtruendi fuit:eo curſu hoſtes in prælium uenerūt:dextera ala quia ī alas diuiſum ſocialem exercitum habe
Gallorꝝ metus bat:in prima acie locata eſt:in ſubſidiis quæ romanæ legiōes.M.Furius dexteræ alæ:legiōibus.M.Cecilius: equitibus.L.Valerius Flaccus (legati oēs erāt) præpoſiti.Prætor ſecum duos Legatos.Gn.Letorium: &.P.Titinū habebat:cū quibus circūſpicere & obire ad oēs hoſtium ſubitos conatus poſſet.Primo galli omni multitudine in unū locū cōnixi obruere atq; cōterere ſeſe dexteram alā quæ prima erat ſperarunt poſſe:ubi id paꝝ procedebat:circūuenire a cornibus & amplecti hoſtiū aciem:quod multitudine aduerſus paucos facile uidebatur:conati ſunt:id ubi uidit prætor: & ut ipſe dilataret aciem : duas legiones ex ſubſidiis dextera leuaq; alæ:quæ in prima acie pugnabat: circundat ædemq; deo loui uouit ſi eo die hoſtes fudiſſet.L.Valerio imperat:ut altera parte duarū legionū equites: altera ſociorū equitatum in cornua hoſtiū emittat:nec circūuenire eos aciē patiatur:ſimul & ipſe ut extenuatā mediam ſubductis cornibus aciem gallorꝝ uidit:ſigna īferre confertos milites & perrumpere ordines iubet : & cornua ab equitibus & medii a pedite pulſi:ac cum repente ī oī parte cæde īgenti ſterneret̄ :galli terga uertunt:fugaque effuſa repetunt caſtra fugientes perſecutus eques:mox & legiones inſecutæ in caſtra impetum fecerunt: minus ſexmillia hominum ide effugerūt:cæſa & capta ſupra quiq;:&.xxx.cum ſignis militaribus.lxx.carpentis gallicis multa præda oneratis plus ducentis . Hamilcar dux pœnus eo præ
Ingens gallorꝝ cædes lio cecidit:& tres īperatores nobiles gallorum placentini captiui ad duomillia liberorum capitū redditi colonis.Magna uictoria lætaq; Romæ fuit litteris allatis ſupplicatio ī triduum decreta:ē Romāorum ſociorumq; ad duomilia eo ꝑlio ceciderūt:plurimi dexteræ alæ:ī quam primo impetu īgens uis hoſtiū illata eſt.Quāq̄ a ꝑtore ꝓpe debellatū erat:cōſul quoq; .C.Aurelius prefectis:q̄ Romæ agenda fuerant ꝓfectus ī Galliā uictorem exercitū a ꝑtore accepit:cōſul alter cum autūno ferme exacto ī ꝓuinciam ueniſſet:circa Apolloniā hybernabat:ab claſſe:q̄ Corcyræ ſubducta erat.C.Claudius:triremeſq; romanæ ſicut ante dictū eſt.Athenas miſſæ cū Pyreum peruenīſſent:deſpondētibus iā aīos ſociis ſpem ingentē attulerāt:nam & terreſtres ab Corintho:q̄ ꝑ Megarā īcurſiōes ī agros fieri ſolitæ erāt:nō fiebāt:& ꝑdonum a Chalcide naues:q̄ nō mare ſolū īfeſtum:ſed ēt oēs maritimos agros atheniēſibus fecerant: non modo Samū ſuperare ſed ne extra fretum Euripi cōmittere aperto mari ſe audebant: ſuperuenerunt iis tres rhodiæ quadriremes:& erant atticæ tres aptæ naues ad tuendos maritimos agros comparatæ.

Hac claſſe ſi urbs agriq; athenienſiū defenderētur:ſatis in præſentia eximimāti Claudio eſſe: maioris ēt rei fortuna oblata eſt:exules ab Chalcide regioꝝ iniuriis pulſi attulerūt occupari Chalcidem ſine certamine ullo poſſe:nā & macedonas qa nullus in propinquo ſit hoſtium metus uagari paſſim:& oppidanos præſidio macedonū frætos cuſtodiam urbis negligere.His auctoribus profectus quāquā Samū ita mature peruenerat:ut inde prouehi ad primas anguſtias Euboeæ poſſet:ne ſuperato promontorio conſpiceretur:claſſem in ſtatione uſq; ad noctē tenuit:primis tenebris mouit & tranquillo ꝓuectus Chalcidē pauloāte lucē:qua īfrequentiſſima urbis ſunt:paucis militibus turrim proximā murūq;
Chalcis capit circa ſcalis cepit:alibi ſopitis cuſtodibus:alibi nullo cuſtodiēte progreſſi:inde ad frequētia ædificiis loca cuſtodibus īterfectis refractaq; porta cæteram multitudinē acceperūt.Inde in totā urbē diſcurſum eſt: aucto ēt tumultu:quod circa forū ignis iniectus erat conflagrarunt & horrea regia: & armamētarium cū īgenti apparatu machinarꝝ tormentorūq;: cædes inde paſſim fugientiū pariter ac repugnantiū fieri cœpta eſt:nec ullo iā:qui militaris ætatis eſſet:nō aut cæſo aut fugato.Sopatro ēt acarnane ꝑfecto præſidii īterfecto:præda oīs primum in forꝝ collata:deinde in naues īpoſita:carcer ēt ab rhodiis refractus: emiſſiq; captiui:quos Philippus tanquā in tutiſſimā cuſtodiā condiderat:ſtatuis ide regis deiectis truncatiſq;:ſigno receptui dato conſcenderūt naues:& Pyræum:unde ꝓfecti erāt:redierūt:qđ ſi tantū militum romanorum fuiſſet:ut & Chalcis teneri:& non deſeri præſidium Athenarum potuiſſet: magna res principio ſtatim belli Chalcis & Euripus adempta regi forent:nam ut terra Thermopylarum anguſtiæ Græciā:ita mari fretum Euripi claudit.Demetriadæ tum Philippus erat: quo cū eſſet nūciata clades ſociæ urbis:quanquā ſerum auxiliū ꝓditis erat:tamen quæ proxima auxilio eſt:ultionem petēs: cum expeditis quinquemillibus peditū &.ccc.eqtibus extēplo profectus curſu propere Chalcidē contēdit haudquaq̄ dubius opprimi romanos poſſe:a q̄ deſtitutus ſpe nec qcquā aliud quam ad deforme ſpectaculum ſemirutæ ac fumantis ſociæ urbis cum ueniſſet paucis uix:q ſepelirent: bello abſumptos relictis:æque raptim quam uenerat: traſgreſſus ponte Euripū per Boetiam Athenas ducit pari incœpto haud diſparem euentū ratus reſponſuꝝ:& reſpōdiſſet:niſi ſpeculator (Hemerodromas uocāt græ

ti)igens die ūno cursu emetiens spatiū:contemplatus regiū agmen e specula quadā prægressus nocte media Athenas peruenisset:idem ibi somnus:eademq; negligentia erat:quæ Chalcidem dies ante paucos prodiderat:excitati uuncio trepido & ptor athenienſium & Dioxippus pfectus cohortis mercede militantium auxiliorū:conuocatis i forū militibus: tuba signū exarce dari iubet : & hostes adesse oēs scirēt:ita undiq; ad portas ad muros discurrunt.Paucas post horas Philippus aliquanto tamē ante lucē appropinquans urbi:conspectis luminibus crebris & fremitu hominum trepidantium:ut i talibus tumultu exaudito sustinuit signa:& considere ac quiescere agmen iubet:ui aperta propalā usurus:quando parum dolus profuerat:ad Dipylon accessit: porta ea uelut in ore urbis posita maior aliquanto potentiorq;:quam cæteræ est & itra eam extraq; latæ sunt uiæ:ut & oppidani dirigere acié a foro ad portam possent:& extra limes mille ferme passus i Academiæ gymnasium ferens pediti equitiq; hostium liberum spatium præberet.Eo limite athenienses cum Attali præsidio & cohorte Dioxippi acie intra portam instructa signa extulerunt:quod ubi Philippus uidit:habere se hostes in potestate ratus & diu optata cæde:neq; enim ulli græcarum ciuitatum ifestior erat:expleturum cohortatur milites ut se ituentes pugnarent:scirentq; ibi signa:ibi aciem esse debere : ubi rex esset : concitat in hostes equum non ira tantum:sed etiam gloria elatus:quod ingenti turba completis ét ad spectaculū muris conspici se pugnantem egregium ducebat:aliquantum ante aciem cum equitibus paucis euectus in medios hostes igentem tum suis ardorem: tum pauorem hostibus iniecit plurimos manu sua comminus eminusq; uulneratos compulsosq; in portam consecutus & ispe cum maioré i angustiis trepidantium edidisset cædem in temerario incœpto tutum tamé receptum habuit:quia:qui in turribus portæ:erant sustinebant tæla ne in permixtos hostibus suos coniicerent:intra muros deinde tenentibus milites athenié-
sibus.Philippus signo receptui dato castra ad Cynosarges(templum herculis : gymnasiumq; : & lucus erat circuniectus)posuit:sed Cynosarges & lucus & quicquid sancti amœniue circa urbem erat : incensum est:dirutaq; non tecta solum:sed etiam sepulchra : nec diuini humaniue iuris quicq̄ præ ipotenti ira est seruatum.Postero die cum primo clausæ fuissent portæ deinde subito apertæ: quia præsidium Attali ab Aegina:romaniq; ab Pyræo intrauerant urbem : castra ab urbe rettulit rex tria ferme millia passuū:inde Eleusinam profectus spe improuiso templi castelliq; quod & iminet & circudatum est tē plo capiendi:cū haud quaq̄ neglectas custodias aiaduertisset & classem a Pryæo subsidio uenire:omisso incœpto.Megaram ac protinus Corynthum ducit:& cum Argis achæorū concilium esse audisset: inopinantibus achæis concioni ipsi superuenit:consultabant de bello aduersus Nabin tyrānum lacedæmoniorum: qui translato imperio a philoppœmene ad Cycliadem nequaq̄ parem illi ducem dilapsa cernés achæorum auxilia redintegrabat bellum:agrosque finitimorum uastabat : & iam urbibus quoq; erat terribilis : aduersus hunc hostem:cum quantum ex quaq; ciuitatum militum conscribere tur consultarét.Philippus dempturum se eis curam:quod ad Nabin & lecedæmonios attineret:pollicitus:nec tantum agros sociorum populationibus prohibiturum : sed terrorem omnem belli in ipsam Laconiam ducto eo extemplo exercitu trāslatuꝝ.Hæc oratio cū igenti hoium assensu acciperet : ita tamen æquū est iquit:me uestra meis armis tutari:ne mea iterim nudent pſidiis:itaq; si uobis uidet: tantum parate militum:quātum ad Horreū:& Chalcidē: & Corinthum tuēda satis sint:ut meis ab tergo tutis securus bellum Nabidi iferam & lacedæmoniis.Non fefellit achæos:quo spectasset tam benigna pollicitatio:auxiliūq; oblatum aduersus lacedæmonios:id quæri ut obsidem achaꝝ iuuentutē educeret ex Peloponneso ad illigandū romano bello gētem:& id qdem coarguere Cycliades ptor achaꝝ nihil attinere ratus:id modo cum dixisset nō licere legibus achaꝝ de aliis rebus referre:quā pp quas cōuocati essent: decreto de exercitu parādo aduersus Nabin facto cōcilium fortiter ac libere habitum dimisit iter assentatores regios ante eam diem habitum.Philippus magna spe depulsus uolūtariis paucis militibus cōscriptis.Corinthū atq; i atticam terrā rediit.Per eos ipsos dies:qbus Philippus i Achaia fuit:Philocus pfectus regius ex Euboea ,pfectus cum duobusmillibus thracum macedonūq; ad depopulandos athenié-sium fines e regione Eleusinis saltum Cithæronis transcendit:ide dimidia parte militum ad prædandum passim per agros dimissa:cum parte ipse occultus loco ad isidias opportuno cō-
sedit:ut si ex castello ab Eleusine i pdantes suos ipetus fieret:repente hostes effusos ex iprouiso adorire tur:non fefellere insidiæ:itaq; reuocatis:qui discurrerant ad prædandum militibus:instructisq; ad oppugnandum castellum Eleusinem profectus cum multis ide uulneribus recessit:Philippoq; se uenié-
ti ex Achaia cōiunxit:temptata & ab ipso rege oppugnatio eius castelli est:sed naues romanæ ab Epiro uenientes intromissumq; pſidium absistere incœpto coegerunt. Diuiso exercitu rex cum parte Philoclem Athenas mittit:cum parte ipse Pyræum pergit:ut cum Philocles subeundo muros cōminā-da oppugnatione contineret urbe athenienses:ipsi Pyræum leui cum præsidio relictum expugnandi facultas esset.Cæterum nihil ei Pyræi quā Eleusinis facilior iisdem fere defendētibus oppugnatio fuit:a Pyræo Athenas repente duxit:inde eruptione subita peditum eqtumq; inter angustias semiruti muri qui brachiis duobus Pyreum Athenis iungit:repulsus:omissa oppugnatione urbis diuiso cum Philocle rursus exercitu:ad agros uastandos profectus:cum priorem populationem sepulchris circa urbem diruēdis exercuisset:neqd iuiolatum relinqueret tēpla deum:q̄ pagatim sacrata habebāt:dirui atq; incendi iussit:& ornata eo genere operum eximie terra attica & copia domestici marmoris & igeniis artificū pbuit huic furori materiā:neq;.n.diruere modo ipsa tēpla ac simulacra euertere satis habuit: sed lapides quoq;:ne itegri cumularēt ruinas:frāgi iussit:& posteaquā nō tam ira saciata:quā iræ exercēdæ

Philippus Athe. cōpellit in urbē

Philippi consiliū oppugnā-dis athenis

materia hæc deerat:agro hostiũ i Boetiã excessit:nec aliud qcquam dignum memoria i Græcia egit.

Consul Sulpitius eo tempore inter Apolloniam ac Dyrrachium habebat castra ad tarsum flumẽ: quo accersitum Titum Apustiũ legatũ cum parte copiarũ ad depopulãdum hostium fines mittit. Apustius extrema Macedoniæ populatus:Corrhago & Gerrunio & orresso castellis primo impetu captis: ad Antepatriã in faucibus angustis sitam urbem uenit:ac primo euocatos principes ad colloquium:ut fidei romanorũ se cõmitterent:p licere est conatus: deinde ubi magnitudine ac mœnibus situq; urbis fræti dicta aspernabant:ui atq; armis adortus expugnauit:puberibusq; iterfectis ꝓda omni militibus concessa diruit:muros:atq; urbem icendit. Hic metus Codrionem satis ualidum & munitum oppidũ sine certamine:ut dederetur romanis:effecit. Præsidio ibi relicto. Indus:nomẽ ꝓpter alterã in Asia urbem:quam oppidum notius:ui capitur. Reuertentem legatum ad consulẽ cum satis magna ꝓda Athenagoras qdam regius ꝓfectus in transitu fluminis a nouissimo agmie adortus postremos turbauit:ad quorum clamorem & trepidationem cum reuectus ꝓpere legatus signa conuertisset:coniectisq; i medium sarcinis aciem direxisset:non tulere impetum romanorum militum regii. Multi ex iis occisi:plures capti. Legatus icolumi exercitu reducto ad consulem reuertit:ide extẽplo ad classem: Hoc satis felici expeditione bello cõmisso reguli ac pricipes accolæ macedonum i castra romana ueniunt. Pleuratus Serdileni filius:& Aminãder athamanũ rex:& ex dardanis Bato Longari filius:bellũ suo noie Lõgarus cũ Demetrio Pihlippi patre gesserat:pollicẽtibus auxilia respõdit cõsul:dardanorũ & Pleurati opa:cum exercitum in Macedoniã iduceret:se usurũ:Aminãdro ætolos cõcitandos ad bellũ attribuit: Attali legatis:nam ii quoq; p id tps uenerãt:mãdat:ut Aeginæ rex:ubi hybernabat:classem romanã opperiretur: qua adiuncta bello maritimo sicut ante Philippũ uergeret:ad rhodios quoq; missi legati:ut capesserẽt partem belli. Nec Philippus segnius:iam.n.in Macedoniã puenerat:apparabat bellũ filiũ Persea puerũ admodũ datis ex amicorum numero:qui ætatẽ eius regerent:cũ parte copiarũ ad obsidendas angustias quæ ad Pelagoniã sunt:mittit. Sciatum & Pepetrecũ haud ignobiles urbes:ne classi hostiũ ꝓdæ aut ꝓmio essent:diruit:ad ætolos mittit legatos:ne gens inquieta aduentu romanorũ fidem mutaret. Concilium ætolorũ statuta die:quod panætolium uocant:futurum erat:huic ut occurrerent:& legati regis iter accelerarunt:& ab consule missus Lucius Ruffus Purpurio legatus uenit:atheniensiũ quoq; legati ad id concilium occurrerunt. Primi macedones:cum quibus recentissimũ fœdus erat: auditi sunt: qui noua nulla re nihil se noui habere:quod afferrent:dixerunt:qbus enim decausis experta inutili societate romana pacem cum Philippo feciss̃ent:compositam semel seruare eos debere. An imitari inqt unus ex legatis romanorũ licentiam:an leuitatem dicam:mauultis? qui cum legatis uestris Romæ responderi ita iussissent:qd ad nos uenitis ætoli;sine quorũ auctoritate pacem cum Philippo feciſtis? idẽ nũc ut bellum secum aduersus Philippum geratis:postulant:& antea propter uos:& pro uobis arma sumpta aduersus eum simulabant:nunc uos in pace essẽ cum Philippo ꝓhibent. Messanæ ut auxilio essent primo in Siciliã conscenderunt:iterũ ut Syracusas oppꝓssas ab carthaginensibus in libertatem eximerẽt & Messanam:& Syracusas:& totam Siciliam ipsi habent:uectigalemq; prouinciã securibus:& fascibus subiecerunt. Scilicet sicut uos Naupacti legibus uestris ꝓ magistratus a uobis creatos concilium habetis:socium hostemq; libere:quem uelitis:lecturi pacẽ ac bellum arbitrio habituri uestro:sic siculorũ ciuitatibus Syracusas:aut Messanam:aut Lilybæũ indicitur conciliũ populi romani:romanus conuentus agitur:eo imperio euocati conueniunt: excelso in suggestu superba iura reddentem stipatũ lictoribus uidẽt:uirgæ tergo:secures ceruicibus imminent:& quotannis alium atq; aliũ dominũ sortiuntur: nec id mirari debent:aut possunt:cũ Italiæ urbes Rhegium Tarentũ Capuamue finitimas quarum ruinis creuit urbs romana:eiusdem subiectas uideant imperio. Capua quidẽ sepulchrum & monumentum campani populi elato:extorri & eiecto ipso populo supersest urbs trunca sine senatu:sine plebe: sine magistratibus:prodigium relicta crudelius habitanda: quam si deleta foret. Furor est: si alienigenæ homines plus lingua & moribus & legibus:quam maris terrarumq; spatio discreti hæc tenuerint: sperare quicq̃:eodem statu mansurum. Philippi regnum officere aliquid uideri libertati uestræ:qui cũ merito uestro uobis infestus esset:& nihil a uobis ultra quam pacem petit: fidemq; hodie pacis pactæ desiderat:assuefacite iis terris legiones externas:& iugum accipite: sero ac nequicq̃ cum dominum romanum habebitis:socium Philippum quæretis. Aetolos acarnenes macedones eiusdẽ lingue hoies leues ad tempus ortæ causæ disiungunt:coniunguntq; cum alienigenis cum barbaris: æternum omnibus græcis bellum est:eritq;:natura enim:quæ perpetua est:nõ mutabilibus in diem causis hostes sunt:sed unde cœpit oratio mea:ibi desinet. Hoc eodem loco iidem homines de eiusdem Philippi pace triẽnio ante decreuistis:iisdem improbantibus eam pacem romanis qui nunc pactam & compositam turbare uolunt: in qua consulatione nihil fortuna mutauit:cur uos mutetis: non uideo. Secundũ macedonas ipsis romanis ita concedentibus iubentibusq; athenienses:qui fœda passi iustius in crudelitatem scæuitiãque regis inuehi poterant:introducti sunt. Deplorauerunt uastagionẽ populationemque miserabilem agrorum:neq;:id se queri quod hostilia ab hoste passi forẽt:esse.n.quædam belli iura:quæ ut facere:ita pati sit fas:sata:exuri: dirui tecta:ꝓdas hoium pecorumq; agi: misera magis q̃ indignea patienti esse:uerum eniuero id se queri:quod qui romãos alienigenas & barbaros uocet:adeo omnia simul diuina humanaq; iura polluerit:ut priore populatione cum infernis diis secunda cum superis bellum nefarium gesserit: omnia sepulchra monumentaq; diruta essẽ in finibus suis: omnium nudatos manes: nullius ossa terra tegi:delubra ibi:diruta:quæ quondam pagatim habitantes in paruis illis castellis ui-

Varii belloꝝ apparatus

Panætolium

Acris macedonis legati actio in romãos

tisq; consecrata:ne in unā urbē quidem contributi maiores sui deserta relinquerīt:circa ea oīa tēpla Philippum ifestos circūtulisse ignes:semiusta & truncata simulacra deum inter prostra tos iacere postes tē/plorum:qualē terrā atticam fecerit exornatam quondā opulentāq;:talem eum:si liceat.Aetoliam Græciamq; omnem factuꝝ:urbis:quoq; suæ similem deformitatemq; futuram fuisse:nisi romani subue/nissent:eodem enim scelere urbem colentē hos deos præsidemq; arcis Mineruam petitam:eodem eleusinæ Cereris tēplū eodē Pyræi Iouem Mineruamq;.Sed ab eoꝝ nō templis modo:sed etiam mœnibus uim atq; armis repulsum:in ea delubra:quæ sola religione tuta fuerint:sedisse.Itaq; se orare atq; obsecrare ætolos:ut miserti atheniensiū ducibus diis īmortalibus:deīde romanis:qui secūdū deos plurimū possint:bellū accipiant.Tum romanus legatus totā orationis meæ formā macedones primum:deinde athenienses mutarunt:nam & macedones cū ad conquerēdas Philippi iniurias ī tot socias nobis urbes uenissent:ultro accusando romanos defensionem:ut accusatione potiorē haberem:effecerunt:& athe/nienses in deos superos inferosq; nefanda atq; inhumana scelera eius referēdo:quid mihi aut cuiquam reliquerunt:quod obiicere ultra possimus? eadem chios:abydenos:æneos: maronitas:thasios : parios: samios:lariss̄enses:messenios:hinc ex Achaia existimate queri grauiora etiā acerbioraq; eos:quibus nocendi maiorem facultatē habuit.Nā quod ad ea attinet:quæ nobis obiecit:nisi gloria digna sunt:fateor ea defendi non posse.Rhegium:& Capuam:& Syracusas nobis obiecit.Rhegiū Pyrrhi bello legio a nobis rheginis ipsis:ut mitteretur orantibus in præsidiū missā:urbem ad quam defendendam missa erat: per scelus possedit:comprobauimus igitur id facinus? an bello persecuti sceleratam legionem in potestatē nostram redactam:tergo & ceruicibus pœnas sociis pendere cū coegissemus:urbem agros suaque omnia cum libertate legibusq; rheginis reddidimus? Syracusanis oppressis ab externis tyrānis:quo īdignius esset:cū tulissemus opem:& fatigati prope p trienniū terra mariq; urbe munitissima oppugnāda essemus:cū ipsi syracusani seuire tyrannis:quam capi a nobis mallent:captam iisdem armis & liberatā urbem reddidimus:neq; inficiati sumus Siciliam prouinciam nostram esse:& ciuitates:quæque in parte carthaginensium fuerunt:& uno animo cum illis aduersus nos bellum gesserunt:stipēdiarias nobis ac uectigales esse.Quin contra hoc & uos & omnes gētes scire uolumus:pro merito cuiq; erga nos fortuna esse. An campanoꝝ pœnæ:de qua neq; ipsi qdem queri possūnt:nos pœniteat? hi homines cū pro iis bellum aduersus samnites p annos prope septuaginta cū magnis nostris cladibus gessissemus: ipsos fœdere primū:deinde cōnubio:atq; inde cognationibus:postremo ciuitate nobis cōiunxissemus: tempore nostro aduerso primi omnium Italiæ populorum præsidio nostro fœde interfecto ad Annibalem defecerunt:deinde indignati se obsideri a nobis Annibalem ad oppugnādam Romam miserūt. Horū si neq; urbs ipsa:neque homo quisquam supereſſet:quis id durius quā pro merito ipsoꝝ statutū indignari posset? plures sibimetipsi conscientia scelerum mortem consciuerūt:quam a nobis supplicio affecti sunt:cæteris ita oppidū:ita agros ademimus:ut agrum locumq; ad habitandum daremus: urbē innoxiā stare incolumen pateremur:ut q hodie uideat:eam nullum oppugnatæ captæue ibi urbis uestigium inueniat.Sed quid ego Capuam dico:cū Carthagini uictæ pacē ac libertatem dederimus? magis illud est periculum ne nimis facile uictis ignoscendo:plures ob idipsum ad experiundam aduersus nos fortunam belli incitemus Hæc pro nobis dicta sunt.Hæc aduersus Philippū:cuius domestica parricidia:& cognatorum amicorūq; cædes:& libidinē prope inhumaniorem:quam crudelitatē uos: quo propiores Macedoniæ estis:melius nostis.Quod ad uos attinet:ætoli nos p uobis bellum suscepimus aduersus Philippum:uos sine nobis cum eo pacem fecistis:& forsitan dicatis bello punico occupatis nobis coactos metu uos leges pacis ab eo:qui tū plus poterat:accepisse & nos cum alia maiora urgerent de posītum a uobis bellū & ipsi omisimus:nūc & nos deum benignitate punico p̄fecto bello totis uiribus nostris in Macedoniam incubuimus:& uobis restituendi uos in amicitiā societatemq; nostram fortuna oblata est:nisi perire cum Philippo:quam uincere cum romanis mauultis.Hæc dicta ab romano cū essent:inclinatis omnium animis ad romanos . Democritus prætor ætolorum:pecunia:ut fama ē: ab rege accepta:nihil aut huic aut illi parti assensus:rem magni discriminis:Consiliis nullam esse tam inimicam:quam celeritatem dixit:celerem enim pœnitentiam:sed tandem seram atq; inutilem sequi : cū præcipitata raptim consilia neq; reuocari:neq; in integrum restitui possint: deliberationis autem eius: cuius ipse maturitatem expectandam putaret:tempus ita iam nunc statui posse:cum legibus cautum esset:ne de pace belloue nisi in panætolico & pyrrhiaco concilio ageretur:decernerent extemplo:ut prætor sine fraude:cum de bello & pace agere uelit:aduocet concilium:& quod tū referatur: decernaturq;: ut perinde ius ratumq;:ac si in panætolico aut pyrrhiaco concilio actum esset.Dimissis ita suspensa relegatis egregie consultum genti aiebat:nam utrius patris melior fortuna esset belli ad eius societatē inclinaturos.Hæc in concilio ætoloꝝ acta.Philippus impigre terra mariq; parabat bellū: nauales copias Demetriadem in Thessiam contrahebat. Attalum romanamq; classem pricipio ueris ab Aegina ratus moturos:nauibus maritimæq; oræ præfecit Heraclidam:quē & ante præfecerat.Ipse terrestris copias comparabat magna se duo auxilia detraxisse romanis credens:ex una parte ætolos:ex altera dardanos: faucibus ad Pelagoniam a filio Perseo intercluſis.Ab consule non parabatur:sed gerebatur iam bellū: per Darsetiorum fines exercitum ducebat:frumentum:quod ex hybernis extulerat:integrum uehens quod ī usum militi satis esset præbentibus agris:oppida uiciq; partī uolūtate:partim metu se tradebāt quædam ui expugnata:q̄dam deserta in montes propinquos refugientibus barbaris inueniebātur.Ad lyncum statiua posuit p̄pe flumē baetum;inde frumētatū circa horrea darsetioꝝ mittebat. Philippus

Legati romani actio in Aetolorum cōcilio

Act.romāi legati uehemētē actionē

consternabat quidem omnia circa:pauoremq; ingentem hominum cernebat:sed parū gnarus quā par
Celeritas consiliis inimica
tem petisset consul:alam eqtum ad explorandū:quo nā hostes iter itendissent:misit:idē error apud cō
sulem erat:mouisse ex hybernis regē sciebat:quā regionē petisset ignorans:is quoq; speculatū miserat
equites:hæ duæ alæ ex diuerso:cū diu incertis itineribus uagatæ p darsetios cēnt:tandē i unum iter con
uenerunt:neutros fefellit:ut fremitus ꝓcul hoīum equorumq; exauditus ē hostes appropiquare: itaq;
priusquā in conspectū uenirēt:equos armaq; expedierāt:nec mora:ubi primū hostem uidere:concurrē
di facta ē:forte & numero & uirtute utpote lecti utriq; haud impares:æquis uiribus per aliquot horas
pugnauerūt:fatigatio ipsorum equorumq; incerta uictoria diremit prælīū:macedonū.xl.equites:roma
norꝫ quinq; &.xxx.ecciderūt:neq; eo magis explorati quicquā:i qua regione hostium castra essent:aut
aut itli ad regem:aut isti ad consulem rettulerunt:p trāfugas cognitum ē:quos leuitas ingeniorꝫ ad co
gnoscendas hostiū res i omnibus bellis præbet.Philippus aliqd & ad caritatē suorum:& ut promptius
pro eo periculum adirēt ratus profecturum se:si eqtum:qui ceciderāt i expeditione sepeliēdorꝫ curam
Eqstre certamen
habuisset:afferri eos i castra iussit:ut cōspiceretur ab oībus funeris honos.Nihil tā incertū:nec tam iæsti
mabile ē:quam animi multitudinis:quod prōptiores ad subeundā oēm dimicationē uidebat facturū:
id metū pigritiamq; icussit:nā qui hastis sagiptisq; & rara lāceis uulnera facta uldissent:cū græcis Illyri
cisq; pugnare assuetī:posteaquā gladio hispaniēsi detruncata corpora brachiis abscissis:aut tota ceruice
desecta diuisa a corpore capita patentiaq; uiscera:& fœditatem aliam uulnerū uiderunt : aduersus quæ
tæla:quosq; uiros pugnandū eēt:pauidi uulgo cernebāt:ipsum quoq; regem terror cepit nōdum iusto
prælio cū romanis cōgressum:itaq; reuocato filio præsidioq;:quod i faucibus Pelagoniæ erat:ut iis co
piis suas augeret.Pleurato dardanisq; iter in Macedoniā patefecit.Ipse cū.xx.millibus peditū quattuor
millibus eqtum ducibus trāfugis ad hostem profectus:paulo plus.cc.passus a castris romanis tumulū
propiquum Athaco fossā ac uallo cōmuniuit:ac subiecta cernēs romana castra admiratus eē dicitur:&
uniuersam specie castrorꝫ:& descripta suis quæq; partibus:tū tēdentiū ordie:tū itinerꝫ iteruallis:& ne
gasse barbarorꝫ ea castra ulli uideri posse.Biduo cōsul & rex alter alterius conatus expectātes cōtinuere
suos intra uallū:tertio die romanus ois copias in acie eduxit.Rex tam celeré aleam uniuersi certaminis
Trallis
timens quadrīgētos Trallis:illyricorꝫ:id sicut alio diximus loco:ē genus:& cretenses.ccc.addito iis pedi
tibus primū numero equitū cū duce Athenagora uno ex purpuratis ad lacessēndos hostiū equites mi
sit:ab romanis auté aberat acies eorꝫ paulo plus quīgentos passus:uelites & equitū duæ ferme alæ emis
sæ:ut numero quoq; eques pedesq; hosté æquarēt.Credidere regii genus pugnæ:cui assueuerant fore:
ut equites iuicem isequētes refugiētesq; nūc tælis uterentur:nūc terga darēt:illyricorꝫ uelocitas ad ex
cursiones & impetus subitos usui eēt:cretēses in iuehentē se effuse hostem sagiptas coniicerēt: turbauit
hunc ordinem pugnādi non acrtor quam pertinacior ipetus romanorꝫ:nam haud secus quam si tota
acie dimicarēt:& uelites emissis hastis cōminus gladiis rē gerebāt:& equites:ut semel in hostem euecti
sunt:stantibus equis partim ex ipsis equis:partim desiliētes imiscentesq; se peditibus pugnabāt: ita nec
eques regius equiti par erat īsuetus ad stabilem pugnam:nec pedes cōcursator & uagus & prope semi
nudus genere armorum:ueluti romano parmam gladiumq; habēti:pariterq; & ad se tuédū:& ad ho
Macedonū fuga
stem petēdum armato.Nō tulere itaq; dimicationem:nec alia re quam uelocitate tutātes se i castra re
fugerunt.Vno deinde intermisso die cum omnibus copiis equitum leuisq; armaturæ rex pugnaturus
esset:nocte cetratos:quos peltas uocant:loco opportuno inter bina castra in insidiis abdiderat: præcepe
ratq; Athenagoræ & equitibus:ut si aperto prælio ꝓcederet res:uterētur fortuna:si minus cedēdo sen
sim ad insidiarꝫ locum hostem pertraherēt:& equitatus quidem cessit:duces cetratæ cohortis nō satis
expectato signo ante tēpus excitatis suis occasioné bene gerendæ rei amisere:romanus & aperto prælio
uictor & tutus a fraude insidiarꝫ ad castra sese recepit.Postero die omnibus copiis consul i aciem descen
dit ante prima signa locatis elephantis:quo auxilio tum primum romani:quia captos aliquot bello pu
nico habebāt:usi sunt:ubi latenté intra uallū exprobrans metū succesit:postea quam ne tum quidem
potestas pugnandi dabatur:quia ex tam propinquis statiuis parū tuta frumētatio erat : dispersos mili
tes per agros eqtibus extemplo inuasuris octo ferme inde millia interuallo tutiorem frumentationem
habiturus:castra ad Atabolum id est loco nomen mouit.Cū i propiquo frumētarentur agro romani:
Philippo cōsiliū i opprimendis Ro. frumētatoribus
primo rex itra uallum suos tenuit:ut cresceret simul & negligētia cum audacia hosti : ubi effusos uidit
cum omni equitatu & cretensiū auxiliaribus quantū equitem uelocissimi pedites cursu æquare pote
rant:citato profectus agmine iter castra romana & frumentatores cōstituit signa:ide copiis diuisis par
tim ad consectādos uagos frumentatores emisit:dato signo nequem unum relinquerent:cū parte ipse
substitit:itineraq;:quibus ad castra recursuri uidebantur hostes:obsedit.Iam passim cædes & fuga erat
nec dum quisquam in castra romana nuncius cladis peruenerat:quia refugientes in regiam stationem
incidebant:& plures ab obsidentibus uias quam ab emissis ad cædem interficiebantur:tandē inter me
dias stationes elapsi quidam trepidi tumultū magis quā certum nunciū intulerunt castris. Consul eqti
bus iussis qua quisq; posset opé ferre laborantibus:ipse legiones e castris educit:& agmine quadrato ad
hostē ducit.Disperti equites p agros qdam aberrārunt decepti clamoribus aliis ex alio existentibus lo
co:pars obuios habuerūt hostes:pluribus locis simul pugna oritur.Regia statio atrocissimū prælium
ædebat:nam & ipsa multitudine equitū peditumq; prope iusta acies erat:& romanorꝫ: quia medium
obsederat iter:plurimi i eā iferebātur:eo quoq; supiores macedōes erāt:qđ & rex ipse hortator aderat:
& cretēsiū auxiliares multos ex iprouiso uulnerabāt cōferti ꝑparatiq; i dispersos & effusos pugnantes.

Quod si modū in sequēdo habuissent:nō in p̄sentis modo certaminis gloriam:sed in summā etiā belli profectum foret:nūc auiditate cædis intēperantius insecuti in p̄gressas cū tribunis militū cohortes romanas incidere:& fugiēs eques:ut prīo signa suoꝝ uidit:cōuertit ī effusos hostes equos:uersaq; momēto tēporis fortuna pugnæ ē:terga dantibus q modo secuti erant:multi cōminus cōgressi multi fugientes interfecti:nec ferro tantū p̄iere:sed in paludes quidam cōiecti profundo limo cum ipsis equis hausti sunt:Rex quoq; in p̄iculo fuit:nam ruente saucio equo p̄ceps in terram datus haud multū abfuit:qn iacens opprimeretur:saluti fuit eques:qui raptim ipse desiluit:pauidumq; regē ī equū subiecit:ipse cū pedes æquare cursu fugiētes nō posset eqtes:ab hostibus ad casum regis cōcitatis confossus periit.Rex circunuectus p paludes peruias inuiasq; trepida fuga ī castra tandē iam desperantibus plærisq; incolumē euasurum puenit.Ducēti macedonum equites eo p̄lio periere:cētum ferme capti.lxxx.admodum ornati equis spoliisq; simul armorum relictis abducti.Fuerunt:qui hoc die regē temeritatis:consulē segniciæ accusarēt:nam & Philippo quiescēdum fuisse:cū paucis diebus hostes exhausto circa omni agro ad ultimū inopiæ uēturos sciret:& consulē cum equitatū hostium leuēq; armaturam fudisset:ac prope regem ipsum cepisset:protinus ad castra hostium ducere debuisse : nec enim mansuros ita pulsos hostes fuisse:debellatiq; momēto tēporis potuisse.Id dictu:quā re ut plæraq; facilius:nam si omnibus peditū quoq; copiis rex congressus fuisset:forsitan inter tumultū cum oēs uicti metuq; pculsi ex p̄lio intra uallum:protinus inde superuadentē in muniméta uictorē hostēq; fugerent:exui castris potuerit rex:cum uero integræ copiæ peditū in castris mansissent:stationes ante portas p̄sidiaq; dispositā ēnt: quid nisi: ut temeritatē regis effuse paulo ante secuti ꝑculsos equites imitaretur:profecisset;neq; enim ne regis quidem primū consiliū:quo ipetum in frumētarios romanos palatos p agros fecit:rep̄hendēdum foret:si modū prosperæ pugnæ ipposuisset:eo quoq; minus ē mirum tēptasse eum fortunam : quod fama erat Pleuratum dardanosq; ingētibus copiis profectos domo iam in Macedoniam transcēdisse : quibus cū undiq; circūuentus copiis foret:sedētem romanū debellatuꝝ credi potuerit.Itaq; secundum duas aduersas equestris pugnas:multominus tutā morā in his statiuis fore Philippus ratus:cum abire inde & fallere abiens hostem uellet:caduceatore sub occasum solis misso ad consulem:qui inducias ad sepelien dos peteret:frustratus hostē secunda uigilia multis ignibus per tota castra relictis:silenti agmine abiit. Corpus iam curabat cōsul:cū ueniss caduceatorē:& quid uenisset:nunciatū ē.Respōso tamē dato mane postero die fore copiā cōueniēdi:id qd'q̄situm erat:nox dieiq; iseqntis pars ad p̄cipiēdum iter Philippo data ē:montes quoq;:quā uiā non igressuꝝ graui agmie romanum sciebat:petit.Cōsul prima luce caduceatore datis īduciis dimisso:haud ita multo post abisse hostē cū sensisset:ignarus qua segretur:iisdem statiuis frumētādo dies aliquot cōsumpsit.Stuberrā deīde petit:atq; ex Pelagonia frumētū: quod in agris erat:cōuexit:īde ad Pluuinā ē progressus nōdū cōperto quā regioné hostes petissent. Philippus cum prīo ad Bruannā statiua habuisset:,pfectus īde trāsuersis limitibus terrorē p̄buit subitū hosti:mouere itaq; ex Pluuina romani:& ad ospagū flumen posuerūt castra.Rex haud ,pcul īde & ipse uallo sup ripam amnis ducto.Erigoniū īcolæ uocāt:tēdit:inde satis compto Erduacā petituros romanos ad occupandas angustias:ne supare hostes arctis faucibus īclusum aditū possent:p̄cessit:ibi alia uallo:alia fossa:alia lapidum congerie ut pro muro eēnt:alia arboribus obiectis:ita ut locus postulabat : aut materia suppeditabat:ope p̄muniit:atq; ut ipse rebatur uiam suapte natura difficilē:obiectis p oēs transitus opibus inexpugnabilē fecit.Erant plæraq; siluestria circa īcōmoda phalangi maxime macedonum:quæ nisi ibi plongis hastis uelut uallū ante clypeos obiecit:quod ut fiat:libero cāpo opus ē:nullius admodum usus ē:thracas quoq; rumpheæ ingētis & ipsæ longitudinis īter obiectos undiq; ramos īpediebāt: crebrā tensium una cohors nō inutilis erat:sed ea quoq; ipsa:ut siquis īpetum faceret:in patētem uulneri equū equitemq; sagiptas coniicere poterat:ita aduersus scuta romana nec ad traiiciēdum satis magnam uim habebat:nec apti quicquā erat:quod peteret itaq; id ut uanum tæli genus sensērunt eēt:saxis passim tota ualle iacētibus inceſſabant hostem:ea maiore cum sonitu quā uulnere ullo pulsatio scutoꝝ parumq; succedentes romanos tenuit:deīde iis quoq; spretis partim testudīe facta p aduersos uadūt hostes: partim breui circuitu:cum ī iugum collis euasissent:trepidos ex p̄sidiis stationibusq; macedonas deturbāt & ut ī locis īpeditis difficili fuga:plærosq; etiam obtrūcāt:ita angustiæ mīore certamīe:quam qđ ais ,p posuerāt:supatæ:& ī Erduacam puentū:ubi puastatis passim agris ī Elimiam se recepit.īde īpetum in Orestidem fecit:& oppidū Celetrū ē aggressus ī peninsula sitū:lacus mœnia cingit angustiis faucibus: unde ex continēti iter ē:primo situ ipo fræti clausis portis imp̄ium abnuere:deīde posteaquam signa ferri:ac testudīe ,pcedi ad portam:obsessaq; fauces agmine hostium uiderunt:priusq; expirentur certamen:metu in deditionē uenerūt:Ab Celetro in dassa retios ,pcessit:urbēq; Pelium uī cepit.Seruitia īde cum cætera turba abduxit:& libera capita sine p̄tio dimisit:oppidumq; iis reddidit p̄sidio ualido impositō:nam & sita opportune urbs erat ad impetus in Macedoniā faciēdos.Ita pagratis hostiū agris consul ī loca iam pacata ad Apolloniā:unde ortū bellum erat:copias reduxit.Philippum auertērāt ætoli:& acarnanes:& dardani:& tot bella repente alia ex aliis locis exorta.Aduersus dardanos iā recipientes ex Macedonia sese Athenagorā cū expeditis peditibus ac maiore parte eqtatus misit:iussum instare ab tergo abeuntibus:& carpēdo postremū agmen segniores eos ad mouēdos domo exercitus efficere.Aetolis Democritus prætor:qui more ad decernēdum bellum ad Naupactum auctor fuerat : idem proxīo concilio ad arma cōciuerat:post famam equestris ad Eccalobum pugnæ dardanoruq; & Pleurati cum illyricis transitum in Macedoniā:ad hæc classis romanæ aduētū ī Oreū & super circūfusas tot Macedo

Philippi equus corruit

Macedonū fuga

niæ gentes maritimam quoq; instantẽ obsidionẽ:hæ causæ Democritũ ætolosq; restituerant romanis & Aminandro rege athamanũ adiuncto profecti Cercinitũ obsidere:clauserant portas incertũ ui an uoluntate:quia regium habebant præsidiũ:cæteꝝq; intra paucos dies captũ é Cercinium atq; incẽsum: qui supfuerunt e magna clade:liberi seruiq; inter cæteram prædam abducti.Is timor omnis:qui circuncolunt boeben paludẽ relictis urbibus montes coegit petere. Aetoli inopia prædæ inde auersi in Perrhebiam ire pgunt:Cirecias in uia capiunt:fœdeq; diripiunt:qui Maleam incolunt uoluntate in deditionẽ societatẽq; accepti. Ex Perrhebia Gomphos petẽdi Aminander auctor erat:& iminet Athamania huic urbi:uidebaturq; expugnari sine magno certamine posse:ætoli campos Thessaliæ opimos ad prædam petiere:sequẽte quãquam non probante Aminandro:nec effusas populationes ætolorũ:nec castra:quo fors tulisset loco:sine ullo discrimine ac cura muniẽdi posita:itaq; ne temeritas eorum negligẽtiaq; sibi ac suis etiam cladis alicuius causa eẽt:cum campestribus locis subiiciẽtes eos castra Phecado urbi uideret:ipse paulo plus quingẽtorum passuum inde tumulum suis quãuis leui muniméto tutum cepit.Cũ ætoli nisi quod populabantur:uix meminisse uiderẽtur se in hostiũ agro eẽ:alii palati semiermes uagarentur:alii in castris sine stationibus p somnum uinumq; dies noctibus æquarent.Philippus inopinantibus aduenit:quem cum adesse refugiẽtes ex agris quidam pauidi nunciassent:trepidare Democritus cæteriq; duces:& erat forte meridianũ tempus:quo plæriq; graues cybo sopiti iacebant:excitare igitur alii alios:iubere arma capere:alios dimittere ad reuocãdos:q palati p agros prædabantur: tãtaq; trepidatio fuit:ut sine gladiis qdã equitũ exirent:loricas plæriq; non induerent:ita raptim educti cum sexcẽtorum ægre simul eqtes peditesq; numeꝝ explessent:ĩcidunt in regiũ equitatũ numero animis armisque præstanté.Itaq; prio ipetu fusi:uix temptato certamine turpi fuga repetunt castra:cæsi captiq; quidam: quos equites ab agmine fugiẽtium intercluſere.Philippus suis iam uallo appropinquãtibus receptui canĩ iussit:fatigatos enim equos uiroſq; nõ tam prælio:quam itineris simul longitudine:simul prepropera celeritate habebat.Itaq; turmatim equites inuicemq; manipulos leuis armaturæ aquatũ ire & prandere iubet:alios ĩ station armatos retinet:opperiens agmẽ peditũ tardius ductum propter grauitatem armorum:quod ubi aduenit:& ipsis imperatũ:ut statutis signis armis ante se positis raptim cybum caperent:binis terniſue ad summũ ex manipulis aquãdi causa missis.Interim eques cũ leui armatura paratus instructusq; stetit:siqd hostis moueret:ætoli iam enim & quæ p agros multitudo sparsa fuerat: receperant se ĩ castra ut defensuri muniméta:circa portas uallumq; armatos disponunt:dũ quietos hostes ipsi feroces ex toto spectabant:posteaquã mota signa macedonũ sunt:& succedere ad uallum parati atq; instructi cœpere:oẽs repẽte relictis stationibus per auersam partẽ castrorũ ad tumulum ad castra athamanũ perfugiunt:multi ĩ hac quoq; tã trepida fuga capti cæsiq; sunt ætoloꝝ.Philippus:si satis diei supereſſet::nõ dubius quin athamanes quoq; exui castris potuissent:die per prælium:deinde per direptionem castroꝝ absumpto:sub tumulo in proxima planicie consedit:prima luce insequentis diei hostem aggressurus:sed ætoli eodem pauore:quo sua castra relinquerant:nocte proxia dispersi fugerunt.

Boebe palus

Etholorum fuga

Maxime usui fuit Aminander:quo duce athamanis itinerum peritis summis montibus p calles ignotos sequẽtibus eos hostibus in Aetoliã pduxerũt:haud ita multos in dispersa fuga error intulit in macedonũ equites:quos luce pria Philippus:ut desertũ tumulũ uidit:ad carpendũ hostiũ agmen misit. Per eos dies & Athenagoras regius præfectus dardanos recipientes se ĩ fines adeptus postremũ agmen primo turbauit:deinde posteaquã dardani cõuersis signis direxere aciẽ:æqua pugna iusto prælio erat:ubi rursus procedere dardani cepissent:equite & leui armatura regii nullũ tale auxilii genus habẽtes dardanos oneratos ĩmobilibus armis uexabãt:& loca ipsa adiuuabãt:occisi perpauci sunt:plures uulnerati:captus nemõ:quia nõ excedũt temere ordinibus suis:sed cõfertim & pugnãt:& cedunt. Ita damna romano accepta bello duabus peropportunas expeditiones coercitis gẽtibus restituerat Philippus incœpto forti non prospo solum euẽtu.Minuit deinde ei forte oblata rẽs hostium ætolorũ numerum : Scopas princeps gẽtis ab Alexãdria magno cũ põdeꝛ auri ab rege Ptolemæo missus:sexmillia peditũ & eqtes mercede conductos Aegyptũ aduexit:nec ex iuuẽtute ætoloꝝ quẽquã reliquisset:ni Democritus nũc belli:quod instaret:nunc futuræ solitudinis admonẽs incertũ cura gẽtis an aduersaretꝰ Scopæ : parum donis cultus:partẽ iuniorum castigando domi continuisset.Hæc ea æstate ab romanis Philippoq; gesta erant.Classis ab Corcyra eiusdẽ principio æstatis cum.L.Apustio legato ꝓfecta:Malea supata circa Scyllæum agri hermionici Attalo regi coniuncta é. Tum uero atheniẽsium ciuitas cui odio in Philippum p metus iã diu moderata erat:id oẽ ĩ auxilii pẽsentis spẽ effudit:nec unquã ibi desunt lĩguæ prõptæ ad plebẽ concitandam:quod gẽus tum ĩ omnibus liberis ciuitatibus tum p̃cipue Athenis:ubi oratio plurimum pollet:fauore multitudinis:alitur:rogationẽ extẽplo tulerũt:plebesq; sciuit : ut Philippi statuæ imagines omnes:nominaq; eaꝝ:itẽ maiorũ eius uirilis ac muliebris sexus omnium tollerẽtur delerenturq; dies festi sacra:sacerdotes:quæ ipsius maiorumue eius honoris causa instituta eẽnt:omnia profanarẽt:loca quoq; in quibus positum aliquid in scriptumue honoris eius causa fuisset : detestabilia essent:neq; in iis quicquam postea poni dedicariq; fas esset:sacerdotes publicos quotiescunq; ꝓ populo athenienſi sociisq; & exercitibus & classibus eoꝝ præcarẽtur:totiens detestari atq; execrari Philippum: liberos eius regnũq;:terrestres naualesq; copias:macedonum genus oẽ nomẽq;:additũ decreto:siqd postea ad notam:ignominiamq; Philippi ptineret: ferretur:id omne populum Athenienſem iussurum: siquis contra ignominiam proue honore eius dixisset:fecisseue : qui occidisset eum:iure cæsurum:postremo inclusum ut omnia quæ aduersus pisistratidas decreta quondam erant:eadem in Philippo ser-

Oratorũ uis athenis

Atheniensiũ decretũ in Philippum

uarentur. Athenienſes quidem litteris uerbiſq; quibus ſolis ualent: bellum aduerſus Philippum gere/
bant. Attalus romaniq; cum Pyræū primo ab Hermione petiſſent: paucos ibi morati dies: oneratique
æque īmodicis ad honores ſociorum: atq; in iram aduerſus hoſtem fuerant athenienſiū decretis: naui/
garunt a Pyræo Andrum: & cū ī portū: quem Gaureleon uocant: conſtitiſſent: miſſis q temptarent op
pidanoꝝ animos: ſi uoluntate tradere urbē: quā uim experiri mallent: poſteaq̄ præſidio regio arcē tene
ri: nec ſe poteſtatis ſuæ eē reſpondebant: expoſitis copiis: apparatuq; omni urbiū oppugnandarū: diuer
ſis partibus rex & legatus romanus ad urbem ſubeunt. Plus aliquanto græcos Romana arma ſignaq;
non ante uiſa: animiq; tā prompte ſuccendentiū muros terruere: itaq; fuga extemplo ī arcem facta é ur
be hoſtes potiti: & in arce cum biduum loci ſe magis: quā armoꝝ fiducia tenuiſſent: tertio die pacti: ipſi
præſidiumq; ut cum ſingulis ueſtimentis Delium Boetiæ trāſueherētur: & ab romanis regi Attalo cō/
ceſſa præda: ornamētaq; urbis ipſi auexerāt. Attalus ne deſertā haberet īſulam: & macedonum fere oī/
bus & quibuſdam andriorum: ut manerent: perſuaſit: poſtea & ab Delio: qui ex pacto traiecti eo fuerāt
promiſſis regis: cū deſyderiū quoq; patriæ facilius ad credendum īclinaret animos: reuocati ab Andro
Cydnū traiecerunt: ibi dies aliquot oppugnāda urbe neqcquā abſumpti: & quia uix operæpretiū erat:
abſceſſere ad Praſſias continētis Tanticeris locus eſt: iſſeorum. xx. lembi claſſe romanoꝝ adiuncti ſunt:
ii miſſi ad populādos caryſtioꝝ agros: cætera claſſis Geraſtrum nobilē Euboeæ portum: dum a Cary/
ſto iſſei redirent: tenuit. Inde oēs uelis ī altū datis maris medio præter Scyrum īſulam Icum peruenere
ibi paucos dies ſæuiente borea retenti. Vbi prima tranquillitas data ē. Sciatū traiicere uaſtatam urbem
direptamq; nuper a Philippo: per agros palati milites frumentum: & ſiqua alia uſui eſſe ad ueſcendum
poterant: ad naues rettulere: prædæ nec erat quicquam: nec meruerant græci: cur diriperētur. Inde Caſ/
ſandream petētes primo ad Mendiū maritimū ciuitatis eius uicum tenuere: inde cum ſuperato ꝓmō
torio ad ipſa mœnia urbis circūagere claſſem uellent: ſæua coorta tempeſtate ꝓpe obruti fluctibus: di/
ſperſi magna ex parte amiſſis armamentis in terram effugerunt: omen quoq; ea maritima tempeſtas
ad rē terra gerendam fuit: nam collectis in unum nauibus: expoſitiſq; copiis aggreſſi urbem cum mul
tis uulneribus repulſi: & erat ualidum ibi regium præſidium: irrito incœpto regreſſi Canaſtreum Pal/
lenes traiecere: inde ſuperato Coronæ promontorio nauigantes Acanthum petiere: ibi primo ager ua/
ſtatus: deinde ipſa urbs ui capta atque direpta: nec ultra progreſſi: iam enim & graues præda naues ha
bebant: retro unde uenerant Sciatum: & ab Sciato Euboeam repetūt. Ibi relicta claſſe decem nauibus
expeditis ſinum maliacum intrauere ad colloquendum cum ætolis de ratione gerendi belli. Sipyrrhi/
cas ætolus princeps legationis eius fuit: qui ad communicanda conſilia Heracleam cum rege & cū Ro/
mano legato uenit: petitum ex fœdere ab Attalo eſt: ut mille milites præſtaret: tātum enim numerum
bellum gerentibus aduerſus Philippum debebat. Id negatum ætolis: quod illi quoq; grauati prius eſ/
ſent: ad populandam Macedoniam exire: quo tempore Philippo circa Pergamum urente ſacra profa/
naq;: abſtrahere eum inde reſpectu rerum ſuarum potuiſſent: ita ætoli cum ſpe magis romanis omnia
pollicētibus: quam cum auxilio dimiſſi: Apuſtius cum Attalo ad claſſem rediit: inde cōſultari de Oreo
oppugnando cœptum: ualida ea ciuitas & mœnibus: & quia ante fuerat temptata: firmo erat præſidio:
coniunxerant ſe iis poſt expugnationem andri cum præfecto Ageſimbro. xx. rhodiæ naues tectæ om/
nes: eam claſſem in ſtationem ad Zelaſium miſerunt iſthmiæ: id ſuper Demetriadem promōtorium
eſt peropportune obtectum: ut ſiquid inde mouerent: macedonum naues in præſidio eſſent. Heracli/
des præfectus regius claſſem ibi tenebat: magis per occaſionem: ſi quam negligentia hoſtium dediſſet:
quam aperta ui quicquam auſurus. Oreum diuerſi Romani & rex Attalus oppugnabāt: Romani a ma
ritima arce: regii aduerſus uallem inter duas iacentem arces: qua & muro interſepta urbs eſt: & ut loca
diuerſa ſic diſpari modo oppugnabant. Romani teſtudinibus & uineis & ariete admouendo muris: re
gii baliſtis catapultiſq; & omni alio genere tormentorum tæla ingerentes: & pondere īgenti ſaxa iacie/
bant & cuniculos: & quicquid aliud priore expugnatione expertum profuerat: cæterum non plures tā/
tum macedones: quam ante tuebantur urbem: ſed etiam præſentioribus animis & caſtigationibus re/
gis in admiſſa culpa: & ſimul minarum ſimul promiſſionum in futurum memores: ita ut parum ī ex/
pugnatione celeri ſpei eſſet. Interim & aliud agi poſſe ratus legatus: relictis: quod ſatis uidebatur: ad ope
ra perficienda militibus traiicit in proxima continentis: Lariſſamq; non illam in Theſſalia nobilem ur
bem: ſed alteram: quam Cremaſten uocant: ſubito aduentu præter arcem cepit. Attalus quoq; Aegeleō
nihil minus quam tale quicquam in alterius oppugnatione urbis timentibus oppreſſit. Et iam cum
opera in effectu erant circa Oreum: tum præſidium quod intus erat: labore aſſiduo uigiliis diurnis pa/
pariter nocturniſq; & uulneribus confectum: muri quoq; pars ariete incuſſo ſubruta multis iam locis
prociderat: perq; apertum ruina iter nocte romani: quodq; ſuper portum eſt: in arcem perruperunt. At
talus luce prima ſigno ex arce dato ab romanis & ipſe urbē inuaſit ſtratis magna ex parte muris: p̄ſidiū
oppidaniq; ī arcē alterā pfugere: unde biduo poſt deditio facta: urbs regi captiua: corpa romanis ceſſēr.

Iam autumnale equinoctium inſtabat: & eſt ſinus euboicus: quem Coera uocant: ſuſpectus nau/
tis: itaque ante hyemales motus euadere inde cupientes Pyræum: unde profecti ad bellum erant: repe
tunt. Apuſtius triginta nauibus ibi relictis ſuper Maleum nauigat: apud Corcyram regem ſpatium ini
tiorum Cereris: ut ſacris intereſſet: tenuit: ſecundum initia & ipſe in Aſiam ſe recepit Ageſimbro &
rhodiis domum remiſſis. Hæc ea æſtate terra mariq; aduerſus Philippum ſocioſq; eius a conſule & le/
gato romanis adiuuantibus rege Attalo & rhodiis geſta. Conſul alter. C. Aurelius ad confectū bellum:

Sciatū Roma/ na claſ/ ſis iacta tur tē/ peſtate

Orei op pugna/ tio

Oreū capitur

Initia

cum in prouinciam uenisset:haud clam tulit iram aduersus prætorem:quod absente se rem gessisset. missō igitur eo in Ethruriam ipse in agrum hostium legiones induxit:populandoque cum præda maiore:quā gloria bellum gessit.Lucius Furius simul:quod in Ethruria nihil erat rei:quod gereret: simul gallico triumpho imminens quem absente consule irato atq; inuidente facilius impetrari posse ratus: Romam inopinato cum uenisset:senatum in æde Bellonæ habuit:expositisq; rebus gestis:ut triūphanti sibi in urbem inuehi liceret:petit. Apud magnam partem senatus & magnitudine rerum gestarum ualebat:& gratia:maiores natu negabant triumphum:& quod prouinciam reliquisset utilitate rapiendi per occasionem triumphi:id uero eum nullo exemplo fecisse:cōsulares præcipue expectandum fuisse consulem dicebant:potuisse enim castris prope urbem positis: turanda colonia ita ut acie non decerneret.in aduentum eius rem extrahere:& quod prætor non fecisset: senatui faciendum esse:consulem expectare:ubi coram disceptantes consulem & prætorem audissent: uerius de causa existimaturos esse:Magna pars senatus nihil præter res gestas:& an ī magistratu suis qs auspiciis gessisset:censebant spectare senatum debere:ex duabus coloniis:quæ uelut claustra ad cohibēdos gallicos tumultus oppositæ fuissent:cum una direpta & incensa esset:traiecturumq; id incendium uelut ex continentibus tectis in alteram tam propinquam coloniam esset:quid tādem prætori faciēdū fuisse?nam si sine consule geri nihil oportuerit:aut senatum peccasse:qui exercitum prætori dederit:potuisse enim:si non cum prætoris:sed consulis exercitu rem geri uoluerit:ita finire senatusconsultum:ne per prætorem:sed consulem gereretur:aut consulis:qui non cum exercitu ex Ethruria transire in Galliam iussisset:ipse Ariminini occcurreret:ut bello interesset:quod sine ego geri fas non esset:non expectare belli tempora:moras:& dilationes imperatorum:& pugnandum esse interdum : non quia uelis: sed quia hostis cogat:pugnam ipsam euentumq; pugnæ spectari debere:fusos cæsosq; hostes:castra capta & direpta:coloniam liberatam obsidione:alterius coloniæ captiuos recuperatos restitutosq; suis:debellatum uno prælio esse.Non homines tantum ea uictoria lætatos:sed diis quoq; immortalibus per triduum supplicationes habitas:quod bene ac feliciter non quod male ac temere respublica a Lucio Furio prætore gesta esset:data etiam fato quodā furiæ genti gallica bella.Huius generis orationibus ipius amicorumq; uicta est præsentis gratia prætoris:absentis consulis maiestas: triumphumque frequētes Lucio Furio decreuerunt. Triumphauit de gallis in magistratu Lucius Furius prætor : in ærarium tulit trecentumuiginti millia æris:argenti centumseptuaginta millia pondo:neq; captiui ulli ante currū ducti:neq; spolia prælata:neq; milites secuti omnia præter uictoriam penes consulem eē apparebat.Ludi deinde a.P.Cornelio Scipione:quos consul in Africa uouerat:magno apparatu facti:& de agris militum eius decretum:ut quot quisq; eorum annos in Hispania:aut in Africa militasset:ī singulos annos bina iugera acciperet:cum agrum decēuiri assignarent. Triumuiri inde creatiad supplendum uenusinis colonorum numerum:quod bello Annibalis attenuatæ uires eius coloniæ erant.C.Terentius Varro.T.Quintius Flaminius.C.Cornelius.C.Filius Scipio:ii colonos Venusiam ascripserunt.Eodem anno.C.Cornelius Cethegus:qui proconsul Hispaniam obtinebat:magnum hostium exercitum ī agro sedetano fudit:quindecim millia Hispanorum eo prælio dicunt cæsa:signa militaria capta octo &.lxx. C.Aurelius consul cum ex prouincia Romam comitiorum causa uenisset:ut id nouit:quod animis ꝑceperat:questus est non expectatum se ab senatu:neq; disceptandi cum prætore consuli potestatem factam:sed ita triumphum decreuisse senatum ut nullius nisi eius:qui triumphaturus esset : aut eorum: qui bello interfuissent:uerba audiret:maiores ideo instituisse ut legati tribuni militum centuriones milites deniq; triumpho adessent:ut uirtutes rerum gestarum eius:cui tantus honos haberetur : publice uiderentur:neq; ex eo exercitu:qui cum gallis pugnauerit:militem unum saltem fuisse:quem percunctari posset senatus:quid ueri prætor uaniue referret.Comitiis deinde diem indixit:quibus creati sunt consules.L.Cornelius Lentulus.A.Iulius Apulus:prætores inde facti.L.Quintius Flaminius.L.Valerius Flaccus.L.Iulius Tappalus.C.Bebius Tamphilus.Annona quoq; eo ano peruilis fuit:frumenti ui magnam ex Africa aduectam:ædiles curules.M.Claudius Marcellus:&.Sex.Elius Pætus binis æris in modios populo diuiserunt:& ludos romanos cum magno apparatu fecerunt:diem unum instaurarūt signa ahenea quinque ex multaticio argento in ærario posuerunt: Plebei ludi ab ædilibus.L.Terentio Masso:&.C.Bebio Tamphilo:quem prætorem designauerant:ter toti instaurati:& ludi funebres eo anno per quatriduum in foro mortis causa Valerii Lauinii a.P.&.M.filiis eius facti:& munus gladiatoriū datum ab iis:paria quinque & uiginti pugnarunt.M.Aurelius Cotta decemuir sacrorum mortuus:in eius locum.M.Acilius Glabrio suffectus.Comitiis ædiles curules creati sunt forte ambo:qui statim accipere magistratum non possent:nam Cornelius Cethegus absens creatus erat :cum Hispaniam obtineret prouinciam . Valerius Flaccus:quem præsentem creauerant:quia flamendialis erat:iurare in leges non poterat : magistratus autem plus quinque dies:nisi qui iurasset in leges non licebat gerere.Petente Flacco ut legibus solueretur : senatus decreuit : ut sibi ædilis : qui pro se iuraret : arbitratu consulum daretur : consules : si eis uideretur : cum tribunus plebis agerent:uti ad plebem ferrent . Datus q iuraret pro fratre.L.Valerius Flaccus prætor designatus : tribuni ad plebem tulerunt: plebesq; sciuit: ut perinde esset:ac si ipse ædilis iurasset : & de altero ædile plebiscitum est factum rogantibus tribunis:quos duos in Hispaniam cum imperio ad exercitum ire iuberent:ut Cornelius ædilis curulis ad magistratum gerendum ueniret:&.L.Manlius Acidius decederet de prouīcia.Multos post annos plebes Cornelio Lentulo:&.L.Tercinio proconsulibus imperium esse ī Hispania iussit.

L.Furii triumphus

Romanoꝝ uictoria ī hispāia

L.Cornelius A.Iulio cons.

TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE BELLO MACEDONICO ET ASIATICO.

LIBER SECVNDVS.



ONSVLES Prætoresq; cum idibus martiis magistratū iniſſent: prouincias ſortiti ſunt. P. Lentulo Italia. P. Iulio Macedonia p̄toribus. L. Quītio urbana. C. Bebio Ariminū. L. Valerio Sicilia. L. Iulio Sardinia euenit. Lentulus conſul nouas legiones ſcribere iuſſus. Iulius a p̄cōſule Sulpicio exercitum accipere: ī ſupplementum eius: quantū militū uideretur: ut ſcriberet: ipſi permiſſum. Prætori Bebio legiones: quas. C. Aurelius conſul habuiſſet: ita decretæ: ut retineret eas: donec conſul nouo cum exerciru ſuccederet in Gallia: ubi is ueniſſet: omnes milites exauctorati domū dimitterentur p̄ter quinquemillia ſociū: his obtineri circa Ariminū prouiciam ſatis eē. Prorogato imperio prætoribus prioris anni Sergio: ut militibus: qui ī Hiſpania: Sicilia: Sardinia ſtipēdia p multos annos feciſſent: agrum aſſignandū curaret. Q. Minutio ut Brutiis idem de cōiuratiōibus quæſtiones: quas prætor cum fide curaq; exercuiſſet: perficeret: & eos quos ſacrilegii compertos ī uinculis Romā miſiſſet: Locros mitteret ad ſupplicium: quæq; ſublata ex delubro Proſerpinæ eēnt: reponenda cā piaculi ſeruaret. Feriæ latinæ pontificū decreto inſtauratæ ſunt: quod legati ab Ardea quæſti ī ſenatu erāt: ſibi in monte albano latinis carnem: ut aſſolet: datā nō eſſe: ab Sueſſa nunciatū eſt duas portas: quodq; iter eas muri erat: de cælo tactum: & formiani legati ædē Iouis: itē hoſtienſes ædē Iouis: & ueliterni Apollinis & Saturni ædes: & in Herculis æde capillū enatū: & ex Brutiis ab. Qu. Minutio p̄ptore ſcriptū equū cū quinq; pedibus: pullos gallinaceos tres cum ternis pedibus natos eſſe: inde a Sulpicio procōſule ex Macedonia litteræ allatæ: ī quibus iter cætera ſcriptū erat laureā in puppim nauis lōgæ enatā. Prioꝝ prodigioꝝ cā ſenatus cēſuerat: ut conſul maioribus hoſtiis: quibus diis uideret: ſacrificaret: ob hoc unū prodigiū aruſpices ī ſenatū uocati: atq; ex reſpōſo eorū ſuppli catio populo in diem unum ædita: & ad oia puluinaria res diuinæ factæ. Carthaginēſes eo anno argē tū ī ſtipendiū impoſitum primū Romā aduexerūt: id qa probum nō eſſe quæſtores renūciauerant: experientibuſq; pars quarta decocta erat: pecunia Romæ mutua ſumpta itertrimentū argenti ſuppleuerūt: petentibus deīde: ut ſi iam uideretur ſenatui: obſides ſibi redderētur: centū redditi obſides: de cæteris: ſi in fide permanerent: ſpes facta: petentibus iiſdem: qbus non reddebātur obſides: ut ab Norba: ubi parum commode eſſent: alio traducerētur: conceſſum ut Signiam: & Ferentinū trālirent. Gaditanis ité petētibus remiſſum ne præfectus Gadis mitterent: aduerſus qđ iis ī fidē Po. Ro. ueniētibus cū Lucio Martio Septimio cōueniſſent. Et narinēſiū legatis querētibus ad numeꝝ ſibi colonos non eſſe: & īmixtos quoldā nō ſui generis p̄ colonis ſe gerere: eaꝝ reꝝ cā treuiros creare. L. Cornelius cōſul iuſſus: creati. P. & Sex. Elii Pætis: fuit ambobus cognomē: &. C. Cornelius Lētulus. Quod narinēſibus datū erat: ut colonoꝝ numerus cogeretur: conſani petētes nō īpetrauerūt. Rebus: quæ Romæ agēdæ erant: perfectis: conſules ī prouicias profecti. P. Iuliū ī Macedoniā cū ueniſſet: atrox ſeditio militū iā ante irritata nec ſatis ī pricipio compreſſa excepit. Ea militū fuit: q ex Africa poſt deuictum Annibalem ī Siciliam: īde anno fere poſt ī Macedoniā pro uoluntariis trāſportati erāt: id uolūtate factum negabāt ab tribunis recuſantes ī naues poſitos: ſed utcūq; ſeu īuita: ſeu ſuſcepta foret militia: & iā exhauſtū & finē aliquē militādi fieri æquū eē. Multis annis ſeſe Italiā nō uidiſſe: cōſenuiſſe ſub armis ī Sicilia Africa Macedonia: cōfectos iā ſe labore ope: exāgues tot acceptis uulneribus eē. Cōſul cām poſtuládæ miſſiōis p̄babilē: ſi modeſte peteret: uidere dixit: ſeditiōis: nec eā: nec ullā aliā ſatis iuſtā cām eē. Itaq; ſi māere ad ſigna & dicto parere uelīt: ſe demiſſiōe eoꝝ ad ſenatū ſcriptuꝝ: modeſtia facilius quā ptinacia: qđ uelint: īpetraturos. Thaumaſtos eo tpe Philippus ſūma ui oppugnabat aggeribus uineiſq; & iā arietem muris admoturus erat: cæteꝝ icepto abſiſteret eū coegit ſubitus ætoloꝝ aduētus: q Archidamo duce iter cuſtodias Macedonū mœnia īgreſſi: nec die: nec nocte finē ullū erūpēdi nūc ī ſtatiōes: nūc ī opa macedonū faciebāt: & adiuuabat eos natura ipſa loci: nāq; thaumaſti a pyleis ſinuq; maliaco p lamiā eūti loco aito ſiti ſunt in ipſis faucibus īminētes: q̄s Coelæ uocāt: Theſſāliæq; trāſeūti cōfragoſa loca īplicataſq; flexibus uallium uias: ubi euētū ad hāc urbē ē: repēte uelut maris uaſti ſic īmēſa pādit planicies: ut ſubiectos cāpos terminare oculis haud facile queas: ab eo miraculo thaumaſti appellati: nec altitudīe ſolū tota urbs: ſed qđ ſaxo undiq; abſciſſō rupibus īpoſita ē. Hæ difficultates: & qđ haud ſatis dignū tāti laboris piculiq; p̄tium erat: ut abſiſteret īcepto Philippus: effecerūt: hyems: quoq; iā iſtabat: cū ide abſceſſit: & ī Macedoniā in hyberna copias d̄duxit. Ibi cæteri qdē data q̄tacūq; qete tp̄s ſimul aīos corpaq; r̄miſerāt. Phillippū q̄tū ab aſſiduis laboribꝫ itineꝝ pugnarūq; laſſauerāt aīs: tāto magis ītētū ī uniuerſum euētū belli curæ angunt: nō hoſtes mō timētē q terra mariq; urgebāt: ſed nūc ſocioꝝ: nūc ēt populariū aīos ne & illi ad ſpē amicitiæ romanoꝝ deficerēt: & macedōas ipos cupido nouādi res capet. Itaq; & ī Achaiā legatos miſit: ſimul q iuſiurādū: ita. n. pepigerāt: quotānos iuraturos ī uerba Philippi exigerēt: ſimul q r̄dderēt achæis Orchomenō: & Thereā: & Triphyliā: eleis Aliphera cōtēdētibus nūq eā urbē fuiſſe ex Triphylia: ſed ſibi debeī r̄ſtitui: qa una eēt ex iis: q ad cōdēdā Megalopoli ex cōcilio arcadū cōtributæ forēt: & cū achæis q dē p hæc ſocietatē firmabat: macedonū aīos cū heraclide: nā cū eū maxīæ īuidiæ ſibi eē cerneret: multis criminibꝫ oneratū ī uicula cōiecit īgēti populariū gaudio: bellū ſi q̄do unq̄ āte alias cū magna cura apparauit: exercuitq; ī armis & macedōes: & mercēnarios milites: p̄ncipioq; ueris cū oia externa auxilia qđq;

ꝑdigia

Philippus uariis curis angitur

leuis armaturæ erat:i Chaoniam per Epirum ad occupádas:quæ ad Anthigoniã fauces sunt:stẽna uocant græci:misit:ipse post paucis diebus grauiore secutus agmine:cũ situ cẽm regionis aspexisset:maxime idoneũ locũ credidit eẽ ꝑter amnẽ aoum:is inter mõtes:quoꝝ alterꝝ meroum:alterũ asnaum incolæ uocãt:angusta ualle fluit iter exiguum super ripã ꝑbens. Asnaum Athenagoram cũ leui armatura tenere & cõmunire iubet:ipse.n.in Aeropo posuit castra:qua abscisslæ rupes erãt:statio paucoꝝ armatoꝝ tenebat:quæ minus tuta erãt:alia fossis:alia uallis:alia turribus muniebat:magna tormentoꝝ etiã uis: ut missilibus procul arcerent hostẽ:idoneis locis dispositа est. Tabernaculũ regiũ pro uallo in cõspecto maxime tumulo:ut terroré hostibus suisq; spem ex fiducia faceret:positũ. Cõsul per Charopum epirotem certior factus:quos saltus cũ exercitu insedisset rex:& ipse cum Corcyræ hybernasset:uere prio in continentẽ trabeatus ad hostem ducere ꝓgit quĩquemillia ferme ab regiis castris cum abesset loco munito relictis legiõibus:ipse cũ expeditis ꝓgressus ad speculanda loca:postero die cõsiliũ habuit utrũ per insessum ab hoste saltum:q̃q̃ labor ingens periculumq; proponeret:trãsitũ tẽptaret:an eodem itinere: quo priore anno Sulpicius Macedoniã intrauerit:circũduceret copias. Hoc consiliũ ꝑ multos dies agitãti nuncius uenit. T. Quĩtium cõsulẽ factum:sortitũq; prouĩciã Macedoniã:maturato itinere iã Corcyram traiecisse. Valerius Antias ĩtrasse saltũ Iulium tradit:qa recto itinere negerit oĩbus a rege ĩsessis:secutũ ualle:per quã mediã fertur aous amnis:ponte raptĩ facto ĩ ripam:ĩ q̃ erãt castra regis: trãsgressum acie conflixisse:fusum fugatũq; regem castris exutum. xii. millia hostium eo ꝑlio cæsa:capta duomillia & ducẽtos:& signa militaria centũ. xxxii. eqtes. cc. xxx. ædem ẽt Iouis ĩ eo ꝑlio uotã:si res prospere gesta esset:cæteri græci latiniq; auctores:quoꝝ q̃dem ego legi annales:nihil memorabile a Iulio actum: itergumq; bellum ĩsequentẽ cõsulem. T. Quĩtiũ accepisse tradunt. Dũ hæc ĩ Macedonia geruntur:consul alter. L. Lẽtulus:q Romæ substiterat:comitia cẽsoribus creandis habuit multis claris petentibus uiris: creati cẽsores. P. Cornelius Scipio Africanus &. P. Elius Pætus. Hi magna ĩter se concordia & senatũ sine ullius nota regebãt:& portoria uænaliũ Capuæ Puteolisq;:itẽ castrum portoriũ:quo ĩ loco nunc oppidum est:fruẽdum locarunt:colonosq; eo trecẽtos:is.n. numerus finitus ab senatu erat:ascripserũt: & sub Tifatis Capuæ agrum uændiderũt. Sub id tẽps. L. Manlius Acidinus ex Hispania decedens ꝓhibitus a. M. Portio Leca tribuno plebis ne ouans rediret:cum ab senatu ĩpetrasset:priuatus urbẽ ingrediẽs M. cc. pondo argẽti. xxx. pondo ferme auri ĩ ærariũ tulit. Eodẽ anno. C. Bebius Pãphilus:q ab. Gn. Aurelio consule anni prioris prouĩciã Galliã acceperat:temere ĩgressus gallorũ ĩsubriũ fines prope cũ toto exercitu est circũuentus:supra sexmillia & sexcẽtos milites amisit:tãta ex eo bello quod iam timeri desierat:clades accepta est. Ea res. L. Lẽtulum cõsulem ab urbe exciuit:q ut ĩ prouĩciam uenit plenam tumultus:trepido exercitu accepto ꝑtorẽ multis probris ĩcrepitũ prouĩcia decederea tq; abire Romã iussit:neq; ipse consul memorabile q̃quá gessit:comitiorũ causa Romã reuocatus:quæ ipsa per Marcum Fuluiũ:& Marcũ Curiũ tribunos plebis ĩpediebant:quod Titũ quĩtiũ Flaminiũ cõsulatũ ex quæstura petere nõ patiebantur. Iam ædilitatẽ ꝑturamq; fastidiri:nec ꝑ honorũ gradus documẽtũ sui dantes nobiles hoies tendere ad cõsulatum:sed trãscendendo media summa ĩmis cõtinuare. Res ex cãpestri certamine ĩ senatũ uenit:patres censuerunt:q honorẽ:quẽ sibi capere per leges liceret:peteret:ĩ eo populo creandi:quẽ uelit:potestatẽ fieri æquũ esse. In auctoritate patrum fuere tribuni. Creati consules Sex: Elius Pætus:&. T. Quintius Flaminius. Inde ꝑtorũ comitia habita:creati. L. Cornelius Merula. M. Claudius Marcellus. M. Portius Cato. C. Elius:q ædiles plebis fuerãt. Ab iis ludi plebeii ĩstaurati & Epulũ Iouis fuit ludorũ causa:& ab ædilibus curulibus. Gn. Aurelio Flacco flamẽdiali &. Gn. Cornelio Cethego:ludi romani magno apparatu facti. Ser. Sulpicius & Galba põtifices eo anno mortui sunt:ĩ eorũ locũ. M. Aemylius Lepidus:&. Gn. Cornelius Scipio põtifices suffecti sunt. Sex. Elius Pætus. T. Quĩtius Flaminius cõsules magistratu inito senatũ ĩ capitolio cũ habuissent:decreuerũt patres:ut ꝓuĩcias Macedoniã atq; Italiã cõsules cõpararent ĩter se:sortirẽturue:utri eorũ Macedonia euenisset:ĩ supplementũ legionũ triamillia militũ romanorũ scriberet &. ccc. eqtes itẽ sociorũ latini nominis:q̃nquemillia peditũ:q̃ngentos eqtes:alteri consuli nouus oĩs exercitus decretus. L. Lentulo prioris anni cõsuli ꝓgatũ imperiũ ẽ: neq; aut ipsa prouĩcia decederet prius:aut ueterẽ deduceret exercitũ:quã cũ legionibus nouis cõsul uenisset. Sortiti cõsules ꝓuĩcias. Elio Italia. Quĩtio Macedonia euenit. Prætores. L. Cornelius Merula urbanã. M. Claudius Siciliã. M. Portius Sardiniã. C. Elius Galliã ẽ sortitus. Delectus ĩde haberi ẽ cœptus: nam ꝑter cõsularẽ exercitũ ꝑtores quoq; iussi scribere milites erãt. Marcello ĩ Siciliã quattuormillia peditũ sociũ & latini nominis &. ccc. eqtes. Catoni ĩ Sardiniã ex eodẽ genere militũ mille peditũ. cc. eqtes: ita ut hi prætores ambo cũ in prouĩcias uenissent:ueteres dimitterẽt pedites eqtesq;. Attali deĩde regis legatos ĩ senatum consules ĩtroduxerunt. Hi regem classẽ sua copiisq; oĩbus terra mariq; romanã rem iuuare:quæq; ĩperarent romani consules:ĩpigre atq; obediẽter ad eam diẽ feciss̃e cum exposuissent:uereri dixerunt:ne id ꝑstare ei per Antiochum regem ultra nõ liceret:uacuũ nãq; ꝑsidiis naualibus terrestribusq; regnũ Attali Antiochum iuasisse. Itaq; Attalum orare patres cõscriptos:si sua classẽ:suaq; opa uti ad macedonicũ bellũ uellent:mitterẽt ipsi ꝑsidiũ ad regnũ eius tutandũ:si id nollẽt:ipsum ap sua defendenda cũ classe ac reliqs copiis redire paterẽtur. Senatus ita legatis respõderi iussit:quod rex Attalus classẽ copiisq; aliis duces romanos iuuissẽt:id gratũ senatui eẽ:auxilia nec ipsos missuros Attalo aduersus Antiochũ sociũ & amicũ Po. Ro. nec Attali auxilia retenturos ultra:quã regi cõmodũ esset. Semper Po. Ro. alienis rebus arbitrio alieno usum:& prĩcipiũ & finẽ ĩ potestatẽ ipsorum q ope sua uelint adiutos romanos eẽ Legatos ad Antiochũ missuros:q nũcient Attali nauiũ eius & militum opa aduersus

Aous annis

Variatõ historie

Ro. cædes ĩ gallia

Sex. Elius. T. Quĩtius cons.

Philippū cōmunē hostem uti populo romano gratū eum factuꝝ & senatui:si regno Antiochus Attali abstineat:belloꝙ absistat:æquum eē socios & amicos populi romani reges iter se quoꝙ ipsos pacē seruare. Cōsulem. T. Quitiū ita habito delectu:ut eos fere legeret:q̄ i Hispania:aut Africa meruissent spectatæ uirtutis milites: ꝓperātem i prouiciam ꝓdigia nūciata:atꝙ eoꝝ ꝓcuratio Romæ retinuerūt:de cælo tacta erat uia publica Veiis foꝝ & ædes Iouis Lanuuii Herculis ædes Ardeæ:capuæ murus:& turres & ædes q̄ alba dicit cælū ardere uisum erat Arretii:terra Velitris triū iugerū spatio cauerna ingenti desederat. Suessæ aruspices nūciabāt agnū cū duobus capitibus natū:& Sinuessæ porcū humāo capite. Eoꝝ ꝓdigioꝝ causa supplicatio unū dié habita:& cōsules rebus diuinis operā dederunt placatisꝙ diis ꝓfecti i prouicias sunt. Elius cū. C. Elio ꝓtore in Galliā:exercitūꝙ ab. L. Lentulo acceptum:qué dimittere debebat:ꝓtori tradidit. Ipse nouis legionibus:quas secum adduxerat bellū gesturus: neꝙ memorabilis rei quicq̄ gessit Et. T. Quitius alter cōsul maturius:q̄ priores soliti erāt cōsules:a Brūdusio cū trāsmisisset. Corcyrā tenuit:cū octomillibus peditū eqtibus quīgentis:a Corcyra i proxima Epiri quique/remi traiecit:& i castra romana magnis itinegibus cōtēdit ide Iulio dimisso paucos moratus dies dū se copiæ a Corcyra assequerētur:consilium habuit:utrum recto itinere ꝑ castra hostiū uiā facere conaret an ne tēptata qdé re tāti laboris ac periculi ꝑ darsetios potius Lyncūꝙ tuto circuitu Macedoniā itraret uicisset ꝙ ea sentētia:ni timuisset ne cū a mari longius recessisset misso e manibus hoste:si qđ:antea fecerat:solitudinibus siluisꝙ se tutari rex uoluisset:sine ullo effectu æstas extraheret:utcūꝙeét igit illo ipso tā iniquo loco aggredi hostem placuit:sed magis fieri id placebat:q̄ quo mō fieret:satis expediebat: dies .xl. sine ullo conatu sedétes i conspectu hostiū absumpserat:ide spes data Philippo est ꝑ epirotaꝝ genté tēptādæ pacis:habitoꝙ cōsilio delecti ad eā ré agédā Pausanias & Hyspellus ex Alexādri magni eqtibus consulé & regem ubi in artissimas ripas aous cogitur amnis:in colloquiū adduxerunt. Sūma postulatorū consulis erat ꝓsidia rex ex ciuitatibus deduceret:iis:quoꝝ agros urbesꝙ populatus esset redderet res:quæ comparerent: cæterorum equo arbitrio æstimatio fieret. Philippus alia aliaꝝ ciuitatum conditionem esse respondit: quas ipse cepisset:eas liberaturum : quæ sibi traditæ a maioribus essent:earū hæreditaria ac iusta possessione non excessiuꝝ siquas quæterentur belli clades & ciuitates cum quibus bellatum foret:arbitrio:quo uellent:populoꝝ:cum quibus pax utrisꝙ fuisset se usuꝝ. Cōsul ad id quidem nihil arbitrio aut iudice opus esse dicere:cui enim non apparere ab eo:qui prior arma intulisset: iniuriam ortam? nec Philippū ab ullis bello lacessitum:ipsum priorē uim omnibus fecisse. Inde cū ageretur:quæ ciuitates liberandæ essent:thessalos primos omniū noīauit consul. Ad id uero adeo incēsus īdignatione est rex ut exclamaret:quid uicto grauius imperares. T. Quinti? atꝙ ita se colloqo ꝓripuit & temperatū ægre est: quin missilibus: quia dirempti medio amne fuerāt:pugnam iter se cōsererent: Postero die per excursiones ab stationibus primo in planicie satis ad id patenti:multa leuia commissa sunt prælia deinde recipiétibus se regiis in arcta &confragosa loca:auiditate accēsi certaminis eo quoꝙ romani penetrauere pro his ordo & militaris disciplina:& genus armoꝝ erat ad amplum prælium gerendū:contra illis loca & catapultæ baliſtæꝙ in omnibus prope rupibus:quasi in muris dispositæ multis hinc atꝙ illinc uulneribus acceptis:cum ét:ut in ꝑlio iusto aliquot cecidissent nox pugnæ finé fecit.

Cum in hoc statu res eét:pastor qdā a Cheropo pricipe epirotaꝝ missus deducit ad cōsulé:is se i eo saltu:q̄ tūc regiis oneratus castris erat armétū pascere:oēs montiū eoꝝ anfractus callesꝙ nosse:si secum aliquos mittere uelit:nō iniquo nec ꝑdifficili aditu supra caput hostiū deductuꝝ:hæc Cheropus renūciari iubet. Ita crederet:ut suæ potius oīa:quā ullius ptātis eēnt. Cū magis uellet credeī:quā audiret cōsul:mixtūꝙ gaudio ac metu aīum gereret:auctoritate motus Cheropi expiri spem oblatā statuit: & ut auerteret rem a suspicione:biduo iseq̄nti lacessere hostē dispositis ab oī parte copiis:succedétibusꝙ integris in locū defessoꝝ nō destitit. Quattuormillia īdelecta peditū:&. ccc. eqtes tribuno militū tradit: eqtes:quoad loca patiant:ducere iubet:ubi ad inuia eqti uentū é:in planitiæ aliq̄ locari eqtatum:pedites:q̄ dux mōstraret:uiā ire:ubi ut pollicerét:sup caput hostiū ꝓuentū sit:fumo dare signū:nec ante clamoré tollere:quā ab se signo accepto pugná cœptā arbitrari posset:nocte itinera fieri iubet:& ꝑnox forte luna erat:īterdiu cybi qetisꝙ sumeret tps:ducé ꝓmissis īgentibus oneratū:si fides extaret:uinctū tamé tribuno tradit. His copiis ita dimissis eo ītentius romanus undiq̄ īstat capi statiōes. Interim cū uerticem die tertio:qué petierāt romani:cepisse ac tenere se fumo significarét:tū uero trifariā diuisis copiis cōsul ualle media cū militū robore succedit:cornua dextera leuaq̄ admouet castris. Nec segnius hostes obuiā eunt:& dum auiditate certaminis ꝓuecti extra munitiones pugnāt:haud paulo supior é romanus miles & uirtute:& sciētia:& armoꝝ genere. Posteaq̄ multis uulneratis īterfectisꝙ recepe se regii i loca aut muniméto:aut natura tuta:uerterat ꝑiculū in romāos temere i loca iniq̄: nec faciles ad receptū angustias ꝓgressos:neꝙ īpunita temeritate īde recepissent sese:ni clamor prīo a tergo auditus:dein pugna ét cœpta amétes repétio terroī regios fecisset. Pars in fugā effusi sunt:pars qa magis locus fugæ deerat: q̄ qđ ai satis eét ad pugnā. cū substitissent:ab hoste:& a fronte:& a tergo urgéte circūuenti sunt. Deleri totus exercitus potuit:si fugiétes ꝓsecuti uictores eēnt:sed equité angustiæ locorūꝙ asperitas: peditē armoꝝ grauitas īpedit. Rex prīo effuse ac sine respectu fugit:deīde qnquemilliū spatiū ꝓgressus cū ex iniqtate locoꝝ id qđ erat:suspicatus eét seq nō posse hosté:substitit i tumulo quodā: dimisitꝙ suos ꝑ oīa iuga uallesꝙ: q palatos i unū colligerét:nō plus duobusmillibus hoīum amissis. Cæteꝝ oīs multitudo uelut signū aliqđ secuta in unū cū cōuenissent:freq̄nti agmie petūt Thessāliā. Romani qđ tutū fuit:īsecuti cedétes:spoliātesꝙ cæsos castra regia ét sine defensoribus difficili aditu diripiūt. atꝙ ea nocte i suis

Reſpōſum ſenatꝰ ad ea quæ Attali legati nūciaſſent ꝓdigia

Ro. cōſulis poſtulata

Attal. lun de obla ta ſit ſpes & rō inita Philippi loco deiicié di

Deiicit Philippus angustiis qs īsederat

castris mãserũt.Postero die cõsul ꝑ ipsas angustias:qua se inter ualles flumẽ insinuat hostẽ isequit. Rex primo die ad castra Pyrrhi peruenit locus:quẽ ita uocant:é i Triphylia terræ melotidis:ide postero die igenti itinere agminis(& metus urgebat)i monté lyncon perrexit.Ipsi montes Epiri sunt itericcti Macedoniæ Thessaliæq;:latus:qd' uergit i Thesaliã:oriens spectat:septẽtrioni Macedonia obiicitur:uestiti frequẽtibus siluis sunt:iuga summa cãpos patẽtes aquasq; perẽnes habẽt.Ibi statiuis rex ꝑ aliquot dies habitis fluctuatus aio é utrum ꝓtinus i regnum se recipet:an reuerti i Thessaliam posset:iclinauit sentẽtia suum i Thessaliã agmẽ dimitteret.Triccam ꝓximis limitibus petit:ide obuias urbes raptim pera grauit:homines:q sequi possent:sedibus excibat:oppida icẽdebat:reges suas:quas possent ferẽdas secũ dominis ius fiebat:cætera militis præda erat:nec quod ab hoste crudelius pati possent: reliqui quicquã fuit:q̃ quæ ab sociis patiebantur.Hæc etiã facienti Philippo acerba erãt:sed e terra mox futura hostium corpora saltem eripere sociorũ uolebat.Ita euastata oppida sunt Phacium.Iresie.Euchidrium . Eretria. Pala.Epharus.Pheras cum peteret excluſus quia res egebat mora:si expugnare uellet: nec tempus erat: omisso incœpto in Macedoniam transcẽdit:nã etiam ætolos appropinquare fama erat:qui audito prælio:quod circa amnẽ aoum factũ erat:proximis prius euastatis circa Sperchias & Macranem : q̃ uocant Comen trãsgressi:inde in Thessaliam Cymines & Angeas primo impetu potiti sunt : a Metropoli: dũ uastant agros concursu oppidanorũ ad tuenda mœnia facto repulsi sunt.Callithera inde aggressi simi/lem impetum oppidanorũ pertinatius sustinuerunt:cõpulsisq; intra mœnia:qui eruperant:contenti ea uictoria quia spes nulla admodum expugnandi erat:abscesserunt.Theuma inde:& Calathana uicos expugnant diripiuntq;.Acharras per deditionẽ receperunt. Xiniæ simili metu a cultoribus desertæ sunt hoc sedibus suis extorre agmẽ in præsidium incidit:quod Athamanum quo tutior frumẽtatio eẽt ducebatur:icondita inermisq; multitudo mixta imbelli turba ab armatis cæsa est. Xiniæ desertæ diripiũtur.Cyphara inde ætoli capiunt opportune Dolopiæ iminens castellũ. Hæc raptim intra paucos dies ab ætolis gesta.Nec Aminander atq; athamanes post famam ꝓsperæ pugnæ romanorũ quieuerũt:cæterum:quia Aminãder suo militi parũ fidebat petito ab cõsule modico ꝑsidio:cum Gomphos peteret oppidum ꝓtinus noie phecam situm inter Gõphos fauces angustas:quæ ab Athamania Thessaliam dirimunt:ui cepit.Inde Gõphos adortus & ꝑ aliquot dies summa ui urbem tuẽtes: cum scalas ad mœnia erexisset: eodem metu perpulit ad deditionem:hæc deditio gomphorum ingentem terroré thessalis intulit:dedidere deinceps sese:qui Argenta:quiq; Pherinum:& thimarũ & Lisinas &Stinonem & Lampsum habẽt:aliaq; castella iuxta ignobilia.Dum Athamanes ætoliq; summoto macedonũ metu in aliena uictoria suam ꝑdam faciunt. Thessaliaq; simul a tribus exercitibus icerta quẽ hostẽ:quẽue socium crederet:uastatur consul faucibus:quas fuga hostium aperuerat:in regionem Epiri transgressus & si probe scit:cui parti Chæropo principe excepto epirotæ fauissent tamen quia ab satisfaciẽdi quoq; cura imperata enixe facere uidet: ex præsenti eos potius:q̃ ex præterito existimat hebitu:& ea ipsa facilitate ueniæ aios eorum in posterũ conciliat:missis deinde nunciis Corcyrã:ut onerariæ naues in sinũ uenirẽt ambraciũ:ipse ꝓgressus modicis itineribus q̃rto die i mõte Cercetio posuit castra eodẽ Aminãdro cũ suis auxiliis accito:nõ tam uiriũ eius egens q̃ ut duces i Thessaliã haberet.Ab eodẽ cõcilio & plæriq; epirotarũ uolũtarii iter auxilia accepti.Primã urbiũ Thessaliæ Phaleriã é aggressus:duo millia macedonũ i ꝑsidio hẽbat:q prio sũma ui restiterũt q̃tum arma:q̃tũ mœnia tueri poterãt:sed oppugnatio cõtinua nõ nocte:nõ die remissa:cũ cõsul in eo uerti crederet cæterorũ thessalorũ aios:si primi uim romanã nõ sustinuissent:uicit ꝓtinaciã macedonũ.Capta Phaleria:legati a Metropoli a Piera dedẽtes urbes uenerunt :uenia eisdẽ petẽtibus datã.Phaleria icensa ac direpta est.Inde Eginiũ petit:quẽ locũ cũ uel modico ꝑsidio tutũ ac ꝓpe iexpugnabilẽ uidisset:paucis in stationẽ ꝓximã tælis cõiectis ad gomphorũ regionẽ agmẽ uertit:digressusq; i cãpos Thessaliæ cũ iã oĩa exercitui deessent:q epirotarũ pepcerat agris explorato ante utrũ Leucadẽ:an sinũ ambraciũ onerariæ tenuissent:frumẽtatũ ambraciã inuicẽ cohortes misit:& é iter a Gomphis ambraciã sicut ipeditũ ac difficile ita spatio ꝓbreui:intra paucos itaq; dies trãsuectis a mari cõmeatibus:repleta oĩ rerũ copia sunt castra.Inde ad Rhagen est ꝓfectus:decẽ ferme millia a Larissa abest:ex Perrhebia oriũdi sũt:sita é urbs sup peneũ amnẽ. Nihil trepidauere thessali ad primũ aduentũ romanorũ:& Philippus sicut i Thessaliã ipe ꝓgredi nõ audebat:ita itra Tẽpestatiuis positis:ut qsq; locus ab hoste tẽptabat:ꝑsidia ꝓ occasiões sũmittebat.Sub idẽ fere tps:quo cõsul aduersus Philippũ primũ i Epiri faucibus posuit castra:&.L.Quitius frater cõsulis:cui classis cura maritimæq; oræ iperiũ mandatũ ab senatu erat:cũ duabus qnqueremibus Corcyrã trãsuectus:posteaq̃ ꝓfectã inde classem audiuit:nihil morandũ ratus:cũ ad Zammã insulã desecutus eẽt:dimisso Lucio:cui successerat: tarde ide ad Maleũ trahẽdis plærũq; remulco nauibus:q̃ cũ cõmeatu sequebant:ꝓuenit.A Malea iussis cæteris q̃tũ maxie possent maturate seq;:ipe tribus qnqueremibus expeditis Pyreũ ꝓcepit:accepitq; naues ibi relictas ab.L.Apustio legato ad ꝑsidiũ Athenarũ.Eodẽ tpe duæ ex Asia classes ꝓfectæ:una cum Attalo rege:eæ.iiii.&.xx.qnqueremes erãt:rhodia altera.xx.nauiũ tecta: Agesymbrotus ꝑerat.Hæ circa Andrũ insulã classes cõiunctæ.Euboeã inde exiguo distãte freto traiecerũt: carystiorũ primũ agros uastauerũt:deide ubi Carystus ꝑsidio a Chalcide raptim missõ:firma uisa est:ad Eretriã accesserũt:eodem &.L.Quintius cum iis nauibus:q̃ Pyrei fuerãt:attali regis aduẽtu audito uenit:iussitq;:ut q̃ ex sua classẽ uenissẽt naues.Euboeã peterẽt.Eretria sũma ui oppugnabat:nã & triũ iũctarũ classiũ naues ois generis torméta machinasq; ad urbiũ excidia secũ portabãt :& agri affati materiæ ꝑbebãt ad noua molienda opa.Oppidani prio haud ipigre tuebant mœnia:deide fessi uulneratiq; aliquot:cũ & muri parté

Etholorum in thessãlia successus

Phaleria

tuersam operibus hostiū cernerēt:ad deditionē iclinarunt:sed præsidium erat macedonū: quos nō minus quā romanos metuebant:& Philocles regius præfectus a Chalcide nuncios mittebat se ī rpe affuturꝝ:si sustinerēt obsidionē.Hæc mixta metu spes ultra:q̄ uellēt aut q̄ possent trahere eos tempus cogebat deīde posteaq̄ Philoclē repulsum trepidantēq; refugisse Chalcidē acceperūt: oratores extemplo ad Attalū ueniā fidēq; eius petētes miserunt.Dū ī spē pacis intēti segnius munera belli obeūt:ex ea modo parte:qua murus dirutus erat:cæteris neglectis stationes armatas opponūt.Quītius noctu ab ea parte: quæ minime suspecta erat:īpetu facto scalis urbē cepit:oppidanorum oīs multitudo cum cōiugibus ac liberis ī arcem cōfugit:deīde ī deditionē uenit:pecuniæ auriq; & argenti haud sane multum fuit signa tabulæ priscæ artis ornamētaq; eius generis plura:q̄ pro urbis magnitudine aut opibus cæteris inuēta. Carystus īdē repetita unde priusq̄ e nauibus copiæ exponerētur:oīs multitudo urbe deserta ī arcē confugit:inde ad fidē ab romano petēdam oratores mittunt:oppidanis extēplo uita ac libertas cōcessa est: macedonibus nūmi triceni per capita statutum est p̄tium: & ut armis traditis abirēt: hæc summa redepti:ī Boetiam inermes traiecti.Nauales copiæ duabus claris urbibus Euboeæ ītra dies paucos captis circunuectæ sumiū atticæ terræ promontorium Cenchreas corinthioꝝ emporium petierunt. Consul iterim omnium spe longiorem atrociorēq; oppugnationē habuit:& ea:qua minimum credidisset: resistebant hostes nam omnē laborē ī muro diruēdo crediderat fore:si aditum armatis ī urbē patefecisset:fugam inde cædēq; hostium fore:qualis captis urbibus fieri solet:cæterū posteaquam parte muri arietibus decussā:p ipsas ruinas transcēderunt ī urbē armati:illud principium uelut noui ac itegri laboris fuit nam macedones:q ī p̄sidio erāt:& multi & delecti:gloriā etiam egregiam rati:si armis potius:& uirtute:q̄ mœnibus urbem tuerētur:cōferti:pluribus introrsus ordinibus acie firmata:cum transcēdere ruinas sensissent:romanos per īpeditum ac difficilem ad receptū locum expulerunt. Id consul ægre passus nec eam ignominiā ad unius mō expugnandæ morā:urbis sed ad summam uniuersi belli pertinere ratus:quod ex momētis paruaꝝ plerūq; reꝝ penderet:purgato loco:qui strage semiruti muri cumulatus erat:turrim ingētis altitudinis magnā uim armatoꝝ multiplici tabulato portantem ꝓmouit & cohortes inuicē sub signis:quæ cuneum macedonum (phalangē ipsi uocant) si possent:ui perrumperent:emittebat:sed ad loca angusta haud late patēte iteruallo diruti muri: genus armoꝝ pugnæq; hosti aptius erat:ubi conferti hastas ingētis longitudinis præ se macedones obiecissent:uelut in constructam densitate clypeoꝝ testudinē:romani pilis nequicquā emissis cum strinxissent gladios: neq; congredi ꝓpius:neq; præcidere hastas poterant:& si qua incidissent: aut perfregissent: hastilia:fragmento ipso acuto inter īpicula integraꝝ hastaꝝ uelut uallum explebant:ad hoc & muri ps adhuc itegra utraq; tuta præstabat:latera:nec ex longo spatio aut cedendum:aut īpetus faciendus erat: quæ res turbare ordines solet.Accessit ēt forte res ad aīos eoꝝ firmādos: nā cū turris per aggerē paꝝ densati soli ageretur una rota in altiorē orbitam depressā:ita turrim inclinauit:ut speciē ruentis hostibus trepidationemq; insanā sup̄stantibus armatis præbuerit.Cū paꝝ quicquā succedere: consul minime æquo aīo comparationē militū generis armorūq; fieri patiebat:simul nec maturā expugnādi spem:nec stationē ꝓcul a mari:& in euastatis belli cladibus locis hybernādi ullam cernebat:itaq; reiecta obsidiōe:qa nullus ī tota Acarnaniæ atq; ætoliæ ora portus erat:qui simul & oīs onerarias:q̄ cōmeatū exercitui portabāt: caperet:tecta ad hybernādum legionibus p̄beret. Eretria in Euboea a ro. capitur Carystus dedit

Anticyra in Phocide ī corinthiū uersa sinū ad id opportunissime sita uisa:qa nec ꝓcul Thessalia hostiūq; locis abibāt:& ex aduerso Peꝓpōnesum exiguo maris spatio diuisam:ab tergo ætoliā Acarnaniāq;:ab lateribus Locridē ac Boetiā habebāt. Phocidis prīo impetu Phanoceam sine certamine cepit. Anticyra haud multū in oppugnādo p̄buit moræ. Ambrussiū inde Iapolisq; receptæ.Daculisia:qa in tumulo excelso sita ē:nec scalis:nec opibus capi poterat: lacessendo missilibus eos:q in p̄sidio erāt:cū ad excursiones elicuissent refugiēdo iuicē insequēdoq;: & leuibus sine effectu certaminibus:eo negligētiæ & cōtēptus adduxerūt:ut cū refugiētibus in portā ꝓmixti impetū romani facerēt.Sex alia ignobilia castella Phocidis terrore magis:q̄ armis in ptātem uenerūt. Elacia clausit portas:nec nisi ui cogerent:recepturi mœnibus uidebant aut ducē:aut exercitum romanū.

Antic y ra

Elaciam obsidēti cōsuli rei maioris spes affulsit:achæoꝝ gentē ab societate regia in romanā amicitiā auertēdi.Cycliadā principē factionis ad Philippū trahentiū res expulerāt. Aristhenus:q romanis gentē iūgi uolebat:p̄tor erat.Classis romana cū Attalo & rhodiis Cenchreis stabat:parabātq; cōmuni oēs cōsilio Corinthū oppugnare.Optimū igit̄ ratus:priusq̄ eā rē aggrederent̄:legatos ad gentē achæoꝝ mitti:pollicētes si ab rege ad romanos defecissent.Corinthū iis cōtributuros in antiquū gentis cōsiliū. Auctore cōsule legati a fratre eius.L.Quintio:& Attalo:& rhodiis:& atheniēsibus ad achæos missi. Sicyone datū iis est cōciliū.Erat aūt nō admodū simplex habitus iter achæos aīorū:terrebat eos lacedæmonius grauis & assiduus hostis:horrebāt romana arma:macedonū beneficiis:& ueteribus eius oræ gentibus obligati erāt:regē ipm suspectū habebāt ꝓ eius crudelitate p̄fidiaq;:ex iis:q̄ tū ad tp̄s faceret:æstimātes:post bellū grauiorē dominū futuꝝ cernebāt:neq; solū qd ī senatu q̄sq; ciuitatis suæ: aut ī cōmunibus cōciliis gētis ꝓ snīa dicerēt ignorabāt:sed ne ipīs qdē secū cogitātibus:qd uellēt:aut qd optarēt:satis cōstabat: ad hoīes ita īcertos ītroductis legatis potestas dicēdi data ē.Romānus primū legatus.L.Calphurnius:deīde Attali regis legati:post eos rhodii disseruerūt:Philippi deīde legatis dicēdi potestas facta ē:postremi atheniēses:ut refellerēt macedonū dicta:auditi sunt:fere atrocissime in regē:qa nulli nec plura nec tam acerba passi erāt:iuecti sunt. Et illa qdē cōcio sub occasum solis tot legatoꝝ ꝓpetuis orationibus die absumpto dimissa ē.Postero die aduocat̄ cōciliū:ubi cū p p̄conē:sicut græcis mos:suadēdi

Romāi legati uerba ad achæos

poteſtas a mgr̃atibus facta eẽt:nec q̃ſquã ꝓdiret:diu ſilẽtium alioꝝ alios ĩtuẽtium fuit:neq; miꝝ ſi qui bus ſua ſpõte uoluntatibus res ĩter ſe pugnãtes obtorpuerant quodãmõ animi eos orationes quoq; ĩ ſup turbauerãt utrinq; quæ difficilia eſſent: ꝓmẽdo admonẽdoq; ꝑ totũ diẽ habitæ. Tãdẽ Ariſthenus ꝓtor achæorũ:ne tacitũ cõciliũ dimitteret:ubi:inquit:illa certamina achæi aĩoꝝ ſunt: q̃bus ĩ conuiuiis & circulis:cũm de Philippo & romanis mentio ĩcidit: uix manibus tẽperabatis? nũc ĩ concilio ab eã rẽ unã ĩ dicto cũ legatoꝝ utrinq; uerba audiretis: cũ referãt magiſtratus:cũ præco ad ſuadendũ uocet:ob mutuiſtis:ſi nõ cura ſulatis cõis:ne ſtudia quidẽ:quæ in hanc aut in illam partẽ aĩos ueſtros iuclinarũt uocem cui quam poſſunt exprimere:cũ præſertim nemo tam hebes ſit:qui ignorare poſſit:dicendi ac ſuadẽdi qd̃ quiſq; aut uelit:aut optimũ putet:nunc occaſionẽ eſſe:priuſquã quicquã decernamus: ubi ſemel decretũ erit oĩbus:id etiã quibus ante diſplicuerit:pro bono atq; utili fœdere defendẽdum. Hæc adhortatio prætoris non modo quẽquã unũ elicuit ad ſuadẽdũ:ſed ne fremitũ quidẽ aut murmur cõ

Ariſthe ni oĩo ĩ cõuẽtu achæo rũ ꝓ ro.

cionis tãtæ ex̃ tot populis cõgregatæ mouit. Tũ Ariſthenus prætor rurſus nõ magis cõſiliũ uobis prin cipes achæoꝝ deeſt:q̃ lingua:ſed ſuo quiſq; periculo in cõe conſultum nõ uult:forſitan ego quoq; tace rem:ſi priuatus eſſem:nũc prætor uideo aut non dandũ concilium legatis fuiſſe:aut inde ſine reſpõſo eos dimittendos nõ eſſe:reſpõdere autem niſi ex ueſtro decreto qui poſſum? & quãdo nemo ueſtrum qui in hoc conciliũ aduocati eſtis: pro ſnĩa quicquam dicere uult aut audet oratiões legatoꝝ heſterno die pro ſentẽtiis dictas percẽſeamus:perinde ac ſi non poſtulauerint: quæ e re ſua eſſent: ſed ſuaſerint nobis:quæ cẽſerent utilia eſſe. Romani:rhodiiq;:& Attalus ſocietatẽ amicitiãq; noſtram petũt:& ĩ bel lo quod aduerſus Philippũ gerunt:ſe a nobis adiuuari æquũ cenſent. Philippus ſocieratis ſecum admo net & iuſiurãdi:& mõ poſtulat:ut ſecũ ſtemus:mõ ne interſimus:armis contẽtum ait ſe eẽ:nulli ne ue nit in mẽtem cur qui nõdum ſocii ſunt:plus petant: q̃ ſocius? nõ fit hoc neq; modeſtia Philippi neq; ĩ ĩpudẽtia romanoꝝ:achæi portus: & dat fiduciã poſtulantibus: & demit. Philippi præter legatũ uide mus nihil romana claſſis ab Cenchreas ſtat urbium Euboæ ſpolia præſeferens: cõſulẽ legioneſq; eius exiguo maris ſpatio diſiũctas Phocidẽ & Locridẽ peruagãtes uidemus. Miramini:cur diffidẽter Cleo medon legatus Philippi:ut ꝓ rege arma caperemus aduerſus romãos:mõ egerit q ſi ex eodẽ fœdere ac iureiurãdo:cuius nobis religionẽ iniiciebat:rogemus eũ: ut nos Philippus & ab Nabide ac lacedæmo niis:& ab romanis defendat:non modo p̃ſidium:quo tueat nos ſed ne quid reſpondeat quidem nobis ſit iuenturus:non hercle magis:q̃ ipſe Philippus:qui priore anno q pollicẽdo ſe aduerſus Nabidem bel lum geſtuꝝ cum tentaſſet noſtram iuuẽtutem hinc in Euboeã extrahere: paſteaq̃ nos neq; decernere id ſibi p̃ſidium:neq; uelle illigari romano bello uidit:oblitus ſocietatis eius:q̃ nunc iactat uaſtãdos de populãdoſq; Nabidi ac lacedæmoniis reliquit. Ac mihi quidẽ minime conueniẽs inter ſe Cleomedõ tis oratio uiſa eſt:eleuabat romanum bellum:euẽtumq;:eius eundem fore:qui prioris belli quod cum Philippo geſſerũt:dicebat. Cur ille noſtrum igit̃ auxiliũ abſens potius petit: q̃ p̃ſens nos ſocios ueteres ſimul ab Nabide ac romanis tueatur? nos dico:qd ita paſſus eſt Erethriam Caryſtumq; capi? quid ita tot Theſſaliæ urbes? qd ita Locridem Phocidemq;? qd ita nunc Elatiam oppugnari patitur? cur exceſ ſit faucibus Epiri: clauſtriſq; illis inexpugnabilibus ſup aoum amnem aut ui:aut metu:aut uoluntate relictoq;: quẽ ĩſidebat ſaltu penitus in regnũ abiit. Si ſua uolũtate tot ſocios reliqt hoſtibus diripiẽdos qd recuſare põt:qn & ſocii ſibi conſulãt? ſi metu:nobis quoq; ignoſcat timẽtibus:ſi uictus armis ceſſit: achæi nos arma romana ſuſtinebimus Cleomedon:q̃ uos macedones non ſuſtinuiſtis? An tibi potius credamus romanos nõ maioribus copiis & uiribus nũc bellũ gerere:quã antea geſſerũt:potius quã res ipſas ĩtueamur? ætolos cũ claſſe adiuuerũt:nec duce cõſulari:nec exercitu bellũ geſſerũt:ſocioꝝ Philip pi maritimæ ẽt urbes in terrore ac tumultu erant:mediterranea adeo tuta a romanis armis fuerũt: ut Philippus ætolos nequicq̃ opẽ romanoꝝ ĩplorantes depoplaret̃:nũc aũt defuncti bello punico romani qd̃ pſedecim annos uelut ĩtra uiſcera Italiæ tolerauerũt:nõ p̃ſidiũ ætolis bellãtibus miſerũt:ſed ipſi du ces belli arma terra mariq; ſimul Macedoniæ ĩtulerunt. Tertius iã cõſul ſũma ui gerit ballũ. Sulpicius ĩ ipſa Macedonia cõgreſſus fudit fugauitq; regẽ:partẽ opulentiſſimã regni eius depopulatus:nũc Quin tius tenentẽ caſtra Epiri natura loci munimẽtis exercituq; frætũ caſtris exuit:fugientẽ in Theſſaliã ꝑſe cutus p̃ſidia regia ſociaſq; eius urbes ꝓpe in cõſpectu regis ipſius expugnauit. Ne ſint uera:q̃ atheniẽſes mõ legati de crudelitate:auaricia:libidine regis dixerũt:nihil ad nos ptineãt:q̃ in terra attica ſcelera ĩ ſu peros ĩferoſq; deos ſint admiſſa:multo minus:quã q̃ clunii abydeniq;:q ꝓcul a nobis abſunt:paſſi ſũt: noſtroꝝ ipſi uulneꝝ:ſi uultis obliuiſcamur:cædes direptioneſq; bonoꝝ Meſſãnæ in media Pelopõne ſo factæ:& hoſpitẽ Cypariſſiæ Garitenẽ cõtra ius oẽ ac fas ĩter epulas ꝓpe ipſas occiſum: & Aratũ pa trem filiũq; ſicyonois:cũ ſenem ĩfelicẽ parẽtẽ ẽt appellare ſolitus eẽt:ĩterfectos:Polycratiã eius uxorẽ li bidinis cã in Macedoniã apportatã:cætera ſtupra uirginũ matronarũq; obliuioni denẽ:ne ſint cũ Phi lippo res:cuius crudelitatis metu obmutuiſtis oẽs:nã q̃ alia tacẽdi uocatis in cõciliũ cã eſt? cũ Antigono mitiſſimo atq; iuſtiſſimo rege & de nobis oĩbus optime merito exeſtimemus diſceptationẽ eẽ:num id poſtularet facere nos:qd̃ tum fieri nõ poſſet? Peninſula eſt pelopõneſus anguſtis iſthmi faucibus cõti néti adhærẽs:nulli apertior atq; opportunior quã nauali bello:ſi centũ tectæ naues:& qnquagĩta leuio res apertæ:& centũtriginta iſſiaci lembi maritimã orã uaſtare & expoſitas ꝓpe in ipſis littoribus urbes ceperint oppugnare ĩ mediterraneas ſcilicet nos urbes recipiemus? tanq̃ nõ ĩteſtino & hærẽte ĩ ipſis ui ſceribus uramur bello:cũ terra Nabis & lacedæmonii: mari claſſis romana urgebũt: unde regiã ſocie tatẽ & p̃ſidia macedonũ ĩploreẽ? an ipſi noſtris armis ab hoſte romão tutabimur urbes:q̃ oppugnabũt

Vide ne Eleũtii ſit ꝓ clu nii legẽ dum

egregie.n.Bimas priore bello ſumus tutati:ſatis exéplorꝫ nobis alienæ clades p̄bent:ne q̄ramus:quéad modū cæteris exéplo ſimus.Nolite:qa ultro romāi petunt amicitiā idqđ optādū uobis ac ſumma ope petēdum erat faſtidire.Metu.n.uidelicet cōpulſi ī aliena terra:qa ſub umbra noſtri auxilii latere uolūt ī ſocietatē noſtram confugiūt:ut portubus noſtris recipiātur:ut cōmeatibus utant̄:mare ī ptāte habēt terras quaſcūqꝫ adeūt:extéplo ditionis ſuæ faciunt:qđ rogant:cogere poſſunt:quia peperciſſe uobis uolunt:cōmittere uos:cur pereatis nō patiunt̄.Nam quos Cleomedon mō tāq̄ uobis mediā & tutiſſimā uiam cōſilii:ut quieſceretis:abſtineretiſqꝫ armis:oſtendebat:ea non media : ſed nulla uia eſt:&.n.p̄ter q̄ quod aut accipiēda:aut aſpernēda uobis romana ſocietas eſt:qd aliud quā nuſquam gratia ſtabili:uelut q̄uētum expectauerimus:ut fortunæ applicaremus noſtra conſilia p̄da uictoris erimus?Nolite:ſi qđ oībus uotis petendū erat ultro offert̄:faſtidire:nō quéadmodū hodie utrūqꝫ uobis licet:ſic ſemp uobis licituꝝ:é nec ſæpe nec diu eadē occaſio erit.Liberare uos a Philippo iā diu magis uotis:q̄ armis audetis ſine uſo labore & piculo:q uos ī libertatē uindicarēt cū magnis claſſibus exercitibuſqꝫ mare traiecerūt: hos ſi ſocios aſpernamini:uix ſanæ mentis eſtis:ſed aut ſocios:aut hoſtes habeatis:oportet.Secundum oratione p̄toris murmur ortū alioꝫ cū aſſenſu:alioꝫ iclæméter aſſentiētes icrepātiū:& iam nō ſinguli tantū ſed populi uniuerſi iter ſe altercabātur.Tum iter magiſtratus gentis(demiurgos uocāt decē numero creātur)certamē nihilo ſegnius q̄ inter multitudinē:eſſe:quinqꝫ relaturos de ſocietate romana ſe aiebant:ſuffragiumqꝫ daturos:quinqꝫ lege cautum teſtabantur:nequid:qđ aduerſus ſocietatē Philippi eſſet:aut referre magiſtratibus aut decermere conſilio ius eſſet:hic quoqꝫ dies iurgiis eſt conſumptus. Supererat unus iuſti concilii dies tertio.n.die lex iubebat decretū fieri:ī quē adeo exercere ſtudia:ut uix parētes ab liberis tēperauerīt. Riſiaſus pellenēſis erat: filiū demiurgum noīe Ménonē habebat : partis eius:quæ decretū recitari rogariqꝫſentētias,phibebat:is diu obteſtatus filiū:ut cōſulere achæos cōmuni ſaluti pateret̄:neu pertinatia ſua gentē uniuerſam perditū iret : poſteaq̄ paꝫ ,pficiebant preces: iuratus ſe eū ſua manu iteremptuꝫ:nec pro filio: ſed ,p hoſte habituꝫ:minis p̄uicit:ut poſtero die cōiungeret iis ſe:q referebant:qui cū plures pacti referrēt:oībus fere populis haud dubie approbātibus relationē ac præ ſe ferētibus:qd decreturi eſſent:dymæi & megalopolitani & quidam argiuorū : priuſquā decretū fieret: conſurrexerunt: ac reliquerunt conciliū neqꝫ moráte ullo: nec īprobáte : nam megalopolitanos auorū memoria pulſos ab lacædemōiis reſtituerat ī patriā Antigonus:& dymæis captis nup direptiſqꝫ ab exercitu romano:cū redimi eos ubicunqꝫ ſeruirēt.Philippus iuſſiſſet:non libertatē modo:ſed ēt patriam reddiderat:iam argiui præterq̄ quod macedonū reges ab ſe oriundos credūt:priuatis etiā hoſpitiis familiariqꝫ amicitia plæriqꝫ illigati Philippo erant:ob hæc cōcilio quod inclinauerat ad ſocietatem romanam ineundā: exceſſerūt:ueniaqꝫ iis huius ſeceſſiōis fuit & magnis & recētibus colligatis benefitiis:cæteri populi achæoꝫ cū ſniæ ,progarent̄:ſocietatē cum Attalo ac rhodiis p̄ſenti decreto cōfirmarunt.cum romanis:qa iniuſſu populi nō poterat rata eē:in id tp̄s:quo Romā mitti legati poſſent:dilata eſt:in p̄ſentia tres legatos ad.L.Quintiū mitti placuit:& exercitū oēm acheoꝫ ad Corinthū admoueri Captis Cenchreis iā urbē ipſam Quintio oppugnāte:& ii qdē e regiōe portæ:q̄ fert Sycionē:poſuerunt caſtra:romani ad Cenchreas uerſam partē urbis Attalus traducto p iſthmū exercitu ab lecheo alterius maris portu oppugnabāt:primo ſegnius ſperātes ſeditionē ītus fore iter oppidanos ac regiū p̄ſidiū:poſteaq̄ uno aio oēs & macedones tanq̄ cōem patriā tuebant̄:& corinthii ducē p̄ſidii Androſtenē haud ſecus quā ciuē & ſuffragio creatū ſuo iperio iuſto patiebant̄:oīs inde ſpes pugnātibus in ui & armis & opibus erat:undiqꝫ aggeres haud facili aditu ad mœnia admouebant̄.Aries ex ea p̄te: q̄ romani oppugnabat:aliq̄tum muri diruerat:in quē locū:qa nudatus muniméto erat ,ptegēdum armis:cū macedones cōcurriſſent:atrox p̄liū iter eos ac romāos ortū é:ac prio multitudīe facile expellebāt̄ romāi:aſſumptis deīde achæoꝫ Attaliqꝫ auxiliis equabāt certamen:nec dubium erat:qn macedonas græcoſqꝫ facile loco pulſuri fuerīt.Trāſfugaꝫ italicoꝫ magna multitudo erat:p̄s ex Annibalis exercitu metu pœnæ a romanis Philippū ſecuta:p̄s nauales ſocii relictis nup claſſibus ad ſpem honoratioris militiæ trágreſſi: hos deſperata ſalus:ſi romani uiciſſent:ad rabiem magis:q̄ audaciā accendebat.Promōtoriū eſt aduerſus Sicyonē Iunonis:quā uocāt Acream:in altū excurrēs:trāſiectus īde Corinthū ſeptēmillia ferme paſſuū:eo Philocles regius & ip̄e p̄fectus mille & q̄ngētos eqtes p Boetiā duxit:p̄ſto fuere a Corintho lēbi q p̄ſidiū id acceptū lecheum traiicerēt.Auctor erat Attalus īcenſis opibus omittēdæ extéplo oppugnationis:ptinacius Quītius a Miſmiſnepio p̄ſtabat:is quoqꝫ:ut ,p oībus portis diſpoſita uidit p̄ſidia regia nec facile erūpētiū īpetus ſuſtineri poſſe:in Attali ſniam cōceſſit:ita irrito īcepto dimiſſis achæis reditū ad naues ē.Attalus Pyreū:romāi Corcyrā petierūt.Dū hæc a nauali exarcitu gerūt̄: cōſul ī Phocide ad Elatiā caſtris poſitis:prīo colloqis rē p prīcipes elaciēſiū tēptauit:poſteaq̄ nihil eē ī māu ſua & plures ualidioreſqꝫ eē regios:q̄ oppidāos reſpōdebat̄: tū ſimul ab oī p̄te opibus armiſqꝫ urbē ē aggreſſus ariete admoto q̄tū īter turres erat muri: ,prutū cū īgēti fragore ac ſtrepitu nudaſſet urbē:ſimul & cohors romana p aptū recēti ſtrage iter iuaſit:& ex oībus oppidi ptibus r̄lictis ſuis qſqꝫ ſtatiōibus ī eū q p̄mebat̄: īpetu hoſtiū locū cōcurrerūt:eodē tpe romāi & ruinas muri ſupuadebāt:& ſcalas ad ſtātia mœnia īferebāt:& dū ī unā parte oculos aīoſqꝫ hoſtiū certamē auerterat:pluribus locis ſcalis capit̄ murus:armatiqꝫ in urbē trāſcēderunt:quo tumultu audito territi hoſtes:relicto qué cōferti tuebant̄ loco in arcē oēs metu inermi quoqꝫ ſeq̄nte turba cōfugerunt.Ita urbe potit̄ cōſul q̄ direpta dimiſſis in arcē: q uitā regiis:ſi abire uellent inermes:libertatē elaciēſibus pollicerent̄:fideqꝫ in hæc data poſt paucos dies arcē recepit. Cæteꝫ aduētu in Achaiā Philoclis regii p̄fecti nō Corinthus tātū liberata obſidiōe:ſed argiuoꝫ quoqꝫ

Demiurgi

Achæorū quorūdam ſtudiū erga philippum

Corinthi oppugnatio

Elatia capit̄

ciuitas ꝑ quosdã prīcipes Philocli ꝓdita ẽ tẽptatis prius aīs plebis. Mos erat comitioꝝ die primo ue'ut honoris cã ꝓtores ꝓnunciare loue Apollinẽq; & Herculẽ: additũ legi erat: ut iis Philippus rex adiiceret cuius nomẽ post pactã cũ romanis societatẽ: qa præco nõ adiecit: fremitus oĩs prio multitudinis ortus: deide clamor subiicientiũ Philippi nomẽ iubentiũq; legitimũ honorẽ usurpare: donec cũ igẽti assensu

Lariſſa

nomẽ recitatũ est. Huius fiducia fauoris Philocles accersitus nocte occupat collẽ iminentẽ urbi (Larissam eã arcem uocãt) positoq; ibi ꝓsidio: cũ lucis prīcipio signis ifestis ad subiectum arci foꝝ uaderet: instructa acies ex aduerso occurrit: ꝓsidiũ erat achæoꝝ nuper ipositũ qngẽti fere iuuenes delecti omniũ ciuitatũ. Enesidemus elimeus præerat. Adhortator a præfecto regio missus: qui excedere urbe iuberet: neq; enim pares eos oppidanis solis quidem quod macedones sentirent: nedum adiunctis macedonibus esse: quos ne romani qdem ad Corinthum sustinuissent. Primo nihil nec ducem: nec ipsos mouit: post paulo ut argiuos quoq; armatos ex pte altera ueniẽtes magno agmie uiderũt: certã pernicie cernẽtes oẽm tamẽ casum: si ptinatior dux fuisset: uidebant subituri: & Enesidemus: ne flos achæoꝝ iuuẽtutis simul cũ urbe amitteretur: pactus cũ Philocle ut abire illis liceret ipse: quo loco steterat: armatus cũ paucis clientibus non excessit: missus a Philocle: qui q̃reret: quid sibi uellet: nihil fatus tantũmodo cum proiecto ꝓse clypeo staret ī ꝓsidio creditæ urbis: morituꝝ se armatum respondit: tũ iussũ ꝓfecti a thracibus coniecta tæla: interfectiq; oẽs. Et post pactã ĩter achæos & romanos societatẽ duæ nobilissimæ ciuitates Argi & Chorithus in potestate regis erant. Hæc ab romanis ea æstate ī Grætia terra mariq; gesta. In Gallia nihil sane memorabile ab Sex. Elio cõsule gestum cũ duos exercitus in ꝓuincia habuisset

Argiuorũ defectio a romãis

unũ retentum: quẽ dimitti oportebat cui. L. Cornelius proconsul ꝓfuerat: ipse ei. C. Elium ꝓtorem ꝓficit: alteꝝ quẽ in ꝓuinciã adduxit: totũ prope annũ cremonẽsibus placẽtinisq; cogẽdis redire ī colonias: unde: belli casibus dissipati erant: consumpsit. Quemadmodm eo anno Gallia ꝓter spẽ quieta fuit: ita prope seruilis tumultus circa urbẽ est excitatus: obsides carthaginensiũ Setiæ custodiebantur: cum iis: ut principum liberis magna uis seruoꝝ erat: augebãt eoꝝ numeꝝ: ut ab recenti africo bello: & ab ipsis

Seruilis tumultus

setinis captiua aliquot nationis eius ex præda empta mãcipia: cũ coniurationẽ fecissent missis ex eo numero: qui in setino agro: deinde circa Norbẽ & Circeios seruitia sollicitarent: satis iam oĩbus ꝓparatis ludis: qui Setiæ propediẽ futuri erãt spectaculo: intentum populũ aggredi statuerant. Setia per cædem & repentinũ tumultũ capta Norbẽ: & Circeios occupare. Huius rei tã fœdũ ĩdicium Romã ab. L. Corneliũ Lentulũ ꝓtorẽ urbis delatum: ẽ serui duo ante lucẽ ad eũ uenerunt: atq; ordine oĩa q̃ acta futuraq; erant: exposuerũt. Quibus domi custodiri iussis: ꝓtor senatu uocato eductoq;: quæ ĩdices afferrẽt: proficisci ad eã coniurationẽ quærẽdam atq; opprimendã iussus: cũ quinq; legatis profectus est: obuios in agris sacramento rogatos arma capere & seq cogebat. Hoc tumultuario delectu duobus millibus ferme hoĩum armatis Setiã oĩbus: quo ꝑgeret: ignaris uenit: ibi raptĩ prīcipibus cõiurationis cõpræhẽsis fuga

Seruorũ cõiuratio circa setiã oppressa

seruoꝝ ex eo oppido facta ẽ: dimissis deide ꝑ agros: q uestigarẽt egregia duoꝝ opa seruoꝝ ĩdicũ & universus liberi fuit: ei. c. millia grauis æris dari prẽs iusserũt: seruis uicena qnamillia æris & liberatẽ ꝓtũ eoꝝ ex ærario solutũ ex dominis. Haud ita multo post ex eiusdẽ cõiuratiõis reliquiis nunciatum ẽ seruitia Prænestẽ occupatura: eo. L. Cornelius ꝓtor ꝓfectus de qngẽtis fere hoĩbus: q in ea noxa erãt: supplicũ sumpsit. In timore ciuitas fuit: obsides captiuosq; pœnoꝝ ea moliri: itaq; & romæ uigiliæ ꝑ uicos seruatæ iussiq; circũire eã mĩores mgĩratus: & triũuiri carceris latumiaꝝ itẽtioré custodiã hẽri iussi: & circa nomẽ latinũ a ꝓtore missæ litteræ: ut obsides in priuato seruarẽt: neq; in publicũ ꝓdeundi facultas daret: & captiui ne minus. x. põdo compedibus uincti ī nulla alia: quã in carceris publici custodia essent.

Mũera ab Attalo rege senatui missa

Eodem ãno legati ab rege Attalo coronã aureã. cc. xlvi. põdo in capitolio posuerũt: gratiasq; senatui egerunt: qđ Antiochus legatoꝝ romanoꝝ auctoritate motus finibus Attali exercitũ deduxisset. Eadẽ æstate eqtes. cc. & elephãti decẽ: & tritici modiũ. cc. millia ab rege Masinissa ad exercitũ: q in græcia erat puenerãt. Itẽ ex Sicilia Sardiniaq; magni cõmeatus: & uestimẽta exercitui missa. Siciliam. M. Marcellus Sardiniã. M. Portius Cato obtinebat sanctus & inocẽs: asperior tamẽ in fœnere coercẽdo habitus: fugatiq; ex ĩsula fœneratores: & sumptus: quos in cultũ ꝓtoꝝ socii facere soliti erãt: circũcisi aut sublati. Sex.

Catõis ꝓtura

Elius cõsul ex gallia comitioꝝ cã Romã cũ rediisset: creauit cõsules. Gn. Corneliũ Cethegũ: & Quintũ Minutiũ Ruffum. Biduo post ꝓtoꝝ comitia habita: ꝓtores illo ãno primũ creati sex crescẽtibus iam ꝓuinciis & latius patescẽte ĩperio: creati aũt hi. L. Manlius Volsco. Gn. Sẽpronius Tuditanus. M. Sergius

Gn. cornelius Q. Minutius cons.

Sillus. M. Minutius Ruffus. L. Attilius. A. Sẽpronius Elius: ex iis ædiles plebis erãt: curules ædiles Quintus Minutius Therinus: &. T. Sẽpronius Lõgus. Ludi romani eo anno q̃ter instaurati. Gn. Cornelio: & Q. Minutio cõsulibus. Oĩum primũ de ꝓuinciis cõsulũ ꝓtorũq; actũ: prius de ꝓtoribus transacta res: q̃ trãsigi sorte poterat: urbana Sergio: pegrina iurisditio Minutio obtigit. Sardiniã Attilius: Siciliã Manlius: Hispãniã Sẽpronius citerioré. A. Elius ulterioré est sortitus. Consulibus Italiã Macedoniãq; sortiri

Prouinciaꝝ ordinatio

Posteaq; Romā uentū est senatus extra:urbē Quītio ad res gestas edisserēdas datus ē:triūphusq; meritis ab annuētibus decretus:triduū triūphauit: die prīo arma tela signaq; ærea & marmorea trāstulit plura Philippo adēpta:q̄ quæ ex ciuitatibus ceperat. Secundo die aurū argentūq; factū infectūq; & signatū:ifecti arēgti fuit. x. & octomillia pōdo &. cc. lxx. facti:uasa multa oīs generis cælata plæraq; quædā eximiæ artis:& ex ære multa fabrefacta:ad hæc clypei argentei decē:signati argenti octoginta quattuormillia fuere:atticoꝝ tetrarchiā uocat:triū ferre denarioꝝ ī singulis argēti est pōdus:auri pōdo fuit triamillia septingentū q̄ttuordecim:& clypeū unū ex auro totū:& Philippei nummi aurei quattuordecim millia q̄ngēti. xiiii. Tertio die ceronæ aureæ dona ciuitatū translatæ. cxiiii. & hostiæ ductæ:& ante currū multi nobiles captiui obsidesq;:iter quos Demetrius regi Philippi filius fuit & Armenes Nabidis tyranni filius lacedæmonius. Ipse deide Quintius urbē est inuectus:secuti currū milites freq̄ntes exercitu oī ex ꝓuincia deportato his duceni:quinquageni æris ī pedites diuisi:duplex cēturioni:triplex eq̄ti Præbuerūt spēm triumpho secuti capitibus rasis:q̄ seruitute exēpti fuerāt Exitu āni huius. Qu. Helius Tubero tribunus plebis tulit ad plebē plebesq;sciuit:ut latiæ duæ coloniæ una ī brutios:altera ī turinū agrū deducerent:his deducendis triūuiri creati:qbus ī triennīū impium esset:brutios· Qu. Neuius. M. Minutius Ruffus. M. Furius Crassipes:ī turinū agrū. A. Mālius. P. Aemylius. L. Apustius ea bina comitia. Gn. Domitius ptor urbanus ī capitolio habuit. Aedes eo anno aliquot dedicatæ sunt: unā Iunonis Matutæ ī foro olitorio uota locataq; quadriennio āte a. C. Cornelio cōsule gallico bello:cēsor idē dedicauit. Altera Fauni. ædiles eā biēnio ante ex mulctaticio argento faciendā locarūt. C. Scribionis:&. Gn. Domitius q ptor urbanus eā dedicauit:& ædē Fortunæ Primigeniæ ī colle q̄rinali dedicauit. Qu. Martius Ahala duūuir ad ipm creatus:uouerat eā. x. annis āte punico bello. P. Sēpronius Sophus:locauerat idē cēsor:& in īsula Iouis ædē. C. Seruilius duūuir dedicauit:uota erat sex annis ante gallico bello ab. L. Furio Purpurione ptore:ab eodē cōsule locata. Hæc eo āno. Scipio ex ꝓuincia Gallia ad cōsules subrogādos rediit:comitia cōsulū fuere:qbus creati sunt. L. Corne. Merula: &. Q. Minutius Thermus: postero die creati sūt ptores. L. Corne. Scipio. M. Ful. nobilior. C. Scribōuis. M. Valerius Messala. L. Portius. M. Licinius:&. C. Flaminius Megalēsia ludos scænicos Attilius Seranus. L. Scribonius Libo ædiles curules primi fecerūt:hoꝝ ædiliū ludos romāos primū senatus a populo secretus:spectauit:pbuitq; sermones: sicut:oīs nouitas solet:aliis tādē q̄d multo āte debuerit:tributū existimātibus amplissimo ordini:aliis dēptū ex dignitate populi q̄q̄d maiestate patꝝ dictū:eēt iterptātibus:& oīa discrimina talia:qbus ordines discernerēt:& cōcordiæ & libertatis æquæ minuēdæ ee:ad quīgētesimū octauū ānū ī ꝓmiscuū spectatū ee:q̄d repēte factū cur īmisceri sibi ī cauea patres plebē nollēt? cur diues pauperē cōsessorē fastidiret? nouā supbam libidinē ab nullius ante gētis senatu neq;:desiderātā:neq; institutā: postremo ipm quoq; Africanū:q̄d cōsul auctor eius rei fuisset:pœnituisse ferūt:adeo nihil motū ex ātiquo ꝓbabile ē: ueteribus:nisi q̄ usus euidēter arguit:stari malūt. Prīcipio anni:quo. L. Cornelius. Q. Minutius cōsules

Romana pūidia græcia deducunt

Plutar. onabi & nō nabim uocāt lacedæmoniosq; tyrānum

L. Cornelius Merula Q. Minutius cons.

fuerũt terremotus ita crebri nũciabãt:ut nõ rei tãtũ ipius:sed feriasq; quoq; ob id idictasq; hoes tæderet
ná neq; senatus hẽri:neq; admistrari resp.poterat sacrificãdo expiãdoq; occupatis cõsulibus. Postremo
decẽuiris adire libros iussis ex respõso eorũ supplicatio p triduũ fuit.Coronati ad oia puluinaria suppica
uerũt:edictũq; é:ut oẽs:q ex una familia eẽnt:pariter supplicarẽt.Ité ex auctoritate senatus cõsules edixe
rũt:ne qs quo die nũciato terremotu feriæ idictæ eẽnt:eo die aliũ terremotũ nũciaret: puicias deide cõ
sules prius tũ sortiti ptores:Cornelius galliã:Miutius ligures sortiti sunt.C.Scribõius urbaná.M.Vale.
pegrinã.L.Corne.Siciliã.L.Portius sardiniã.C.Flami.hispaniã citerioré.M. Fulutius hispaniã ulteriorẽ
Nihil eo ãno belli expectãtibus cõsulibus lrãe.M.Cincii(pfectus Pisis erat)allatæ:ligurũ.xx.millia arma
torũ cõiuratiõe p oia cõciliabula uniuersæ gẽtis facta:lunẽsem primũ agrũ depopulatos pisanũ deide fi
né trãsgressos oẽm orã maris pagrasse.Itaq; Miutius cõsul:cui ligures puincia euenerat:ex auctoritate
senatus ĩ rostra ascẽdit:ac edixit:ut legiões duæ urbanæ:q̃ supiore ãno cõscriptæ eẽnt: post dié decimũ
Arretii adessent:ĩ earũ locũ se duas legiões urbanas scriptuq;:ité sociis & latio nomini mgratibus lega
tisq; eorũ:q milites dare debebãt:edixit:ut ĩ capitolio se adirẽt:ex iis.xv.millia peditũ:&qngẽtos eqtes p
nũero cujusq; iunioꝝ descripsit:& ide e capitolio ptinus ire ad portã:& ut maturarẽt res: pficisci ad de
lectũ iussit.Fuluio Faminioq; terna millia romanorũ peditũ:& cẽteni eqtes in supplemẽtũ:& qnamillia
sociũ latini noís:& duceni eqtes decreti:mãdatũq; ptoribus:ut ueteres dimitterẽt milites:cũ ĩ puiciam
uenissent.Cũ milites:q ĩ legionibus urbãis erãt:freq̃ntes tribũos plebeios adissent:uti cãs cognoscerent
eorũ.qbus aut emerita stipẽdia: aut morbus causæ eẽnt:quo mius militarent:eã rẽ lrãe.T.Sẽpronii dis
cussẽrũt:ĩ qbus scriptũ erat ligurũ.xv.millia ĩ agrũ placentinũ uenisse:& usq; ad ipsa coloniæ mœnia &
padi ripas cũ cædibus & ĩcendiis ppopulatos eẽ:boiorũ quoq; gẽtes ad rebellionẽ spectare:ob eas res tu
multũ eẽ;decreuit senatus tribũos plebei nõ placere cãs militares cognoscere:quo mius ad edictũ cõue
nirẽt:adiecerũt ẽt ut sociis noís latini;q ĩ exercitu.P.Cornelii.T.Sẽoronii fuissẽt:& dimissi ab iis cõsu
libus eẽnt:ut ad quã diẽ.L.Cornelius cõsul edixisset:& ĩ quẽ locũ edixisset Ethruriæ cõueirẽt:& uti.L.
Cornelius cõsul ĩ puiciã pficiscens ĩ oppidis agrisq;:q̃ iturus eẽt.siquos ei uideret milites scriberet:ar
maretq;:& duceret secũ:dimittẽdi ei:quos eorũ q̃doq; uellet:ius eẽt.Posteaq̃ cõsules delectu habito pfe
cti sunt ĩ puicias:tũ.T.Quintius postulauit:ut de iis q̃ cũ decẽ legatis ipe statuissẽt: senatus audiret:eaq;
si uideret auctoritate sua cõfirmaret:id eos facilio facturos:si legatorũ uerba:q ex uniuersa græcia & ma
gna pte asiæ:qq;ab regibo uenissent:audissẽt.Hæ legatões a.C.Scribõio ptore urbis ĩ senatũ ĩtroductæ
sũt:benigneq;oibus respõsũ:cũ Antiocho:qa lõgior disceptatio erat:decẽ legatis:quorũ ps aut ĩ asia:aut
Lysimachiæ apud regẽ fuerãt delegata é.Quintio mandatũ:ut adhibitis iis legatorũ regis uerba audiret:
respõderetq; iis:quæ ex dignitate atq; utilitate.Po.Ro.respõderi possent.Menippus & Hegesianax prĩ
cipes regiæ legationis erãt:ex iis Menippus ignorare se dixit:qd nam pplexi sua legatio haberet cũ sim
pliciter ad amicitiã petendã iungendãq;sociatatẽ uenissẽt.Esse ãt tria genera fœderũ:qbus ĩtegre paciscę
rent amicitias ciuitates:regesq;:unũ cũ bello uictis dicerent leges:ubi.n.oĩa ei:q armis plus posset:dedi
ta eẽnt:quæ ex iis habere uictor:qbus mulctari eos uelit:ipsius ius atq; arbitriũ esse alterũ cũ pares bello
æquo fœdere ĩ pacẽ atq; amicitiã uenirẽt:tũc.n.repeti reddiq; p cõuentionẽ res:& si quarũ turbata bello
possessio sit:eas aut ex æquo simul:aut ex iuris antiq: aut ptis utriusq; cõmodo cõponi:tertiũ eẽ genus
cũ q hostes nũq̃ fuerit:ad amicitiã sociali fœdere iũgendã coeãt:eos neq; accipere:neq; dicere leges:id.n.
uictoris & uicti eẽ.Ex eo genẽ cũ Antiochus eẽt mirari se qđ romãi æquũ cẽseãt ei leges dicere:q̃s asiæ
urbium, liberas & imunes: q̃s stipẽdiarias eẽ uelit:q̃s ĩtrare psidia regia regẽq; uetẽt:cũ Philippo.n.ho
ste pacẽ nõ cũ Antiocho amico societatis fœdus ira sanciẽdũ eẽ.Ad ea.Quintius.Quoniã uobis distictæ
agere libet:& genera iũgẽdarũ amicitiarũ enumerare:ego quoq;:duas cõditiones ponã:extra q̃s nullã eẽ
regi nũcietis amicitiæ cũ.Po.Ro.iũgẽdæ:unã si nos nihil:qđ ad urbes Asiæ attinet curaꝝ uelit:ut & ipe
oi Europa abstineat:alterã si se ille Asiæ finibus nõ cõtineat:& ĩ Europã trãscẽdat: ut & romanis ius sit
Asiæ ciuitatũ amicitias &tueri:q̃s habeãt:& nouas cõplecti. Enĩuero id auditu ẽt dicẽ ĩ dignũ eẽ Hege
sianax Thraciæ & Chersonnesi urbibus arceri Antiochũ:q̃ seleucus pauus eius Lysimacho rege uicto
bello & ĩ acie cæso p summũ decus pta reliq̃rit:pari cũ laude ab thracibus possessã partĩ armis receperit
Antiochus:partĩ deserta sicut ipsam Lysimachiã & reuocatis cultoribus freq̃ntauerit:& q̃ strata ruinis
atq; icendiis erãt igentibus ipensis ædificauerit;qd igiꝝ simile eẽ ex ea possessione ita pta:ita recuperata
deduci Antiochũ:& romãos abstinere Asia:quæ nũq̃ sua fuerit;amicitiã expeteꝝ romanorũ Antiochũ:
sed q̃ ipetrata gloriæ sibi nõ pudori sit. Ad hæc Quintius quãdoqdẽ:iqt:honesta pẽsamus:sic ut aut sola
aut pria certe pẽsari decet pricipi orbis terrarũ populo & tãto regi:utrũ tãdẽ uideꝝ honestius liberas uel
le oís quæ ubiq; sunt Græciæ urbes an seruas & uectigales facere?si sibi Antiochus pulcrũ eẽ censet:q̃s
urbes pauus belli iure hũerit: auus paterq; nũq̃ usurpauerit: p suis eas repetere ĩ seruitutẽ:& .Po.Ro.
susceptũ patrociniũ libertatis græcorũ nõ deserẽ fidei cõstãtiæq; suæ ducit eẽ:sicut a Philippo Græciã
liberauit:ita ab Anitacho græcas Asiæ urbes liberare ĩ aĩo habet:neq;.n.ĩ Aeolidẽ ioniãq; coloniæ ĩ ser
uitutẽ regiã missæ sunt:sed stirpis augẽdæ cã gentisq; uetustissimæ p orbẽ terrarũ ppagãdæ.Cũ hæsi
taret Hegesianax:nec ificiari posset:onestiorẽ cãm libertatis:q̃ seruitutis ptexti titulo:qn mittimus am
bages:ĩqt.P.Sulpicius:q maximus natu ex.x.legatis erat.Alterã ex duabus cõditionibus:q̃ modo diser
te a Quintio datæ sunt:legite:aut supersedete de amicitia agere.Nos uero ĩqt Menippus:nec uolumus:
nec possumus paciscĩ qcq̃:quo regnũ Antiochi minuaꝝ.Postero die Quintius legationes uniuersas Græ
ciæ Asiæq; ĩ senatũ cũ itroduxisset:ut scirẽt q̃li aĩo populo romão q̃li Antiochus erga ciuitates Græcie

Ligusti cũ bellũ

Tria fœderũ genera

Causæ belli cũ Antiocho cẽtracti

eēnt:poſtulata & ſua & regis expoſuit:renūciarēt ciuitatibus ſuis populo romano q̄ uirtute:quaq; fide libertatē eoꝝ a Philippo uidicauerit:ea ab Antiocho:niſi diſcedat Europa:uidicatuꝝ. Tum Menippus deꝓcari & Quintiū & patres iſtitit:ne feſtinarēt decernere:quo decreto turbaturi orbē terrarum eēnt: tēpus & ſibi ſumerēt:& regi ad cogitandū darent: cogitatuꝝ cū renunciatæ cōditiones eēnt:& impe/ traturū aliqd aut pacis cauſa conſenſurū. Ita ītegra dilata res legatos mitti ad regē eoſdē:q Lyſimachiæ apud eū fuerāt:placuit. P. Sulpicium. P. Iuliū. P. Heliū. Vixdū ii ꝓfecti erant:cū a Carthagine legati bel/
Anni/ bal ad Antio/ chū ꝓ/ fugerat lū haud dubie parare Antiochū Annibale miniſtro attulerūt:iniecerūtq; curā:ne ſimul & punicum ex/ citaret bellū. Annibal patria ꝓfugus ꝓuenerat ad Antiochū:ſicut ātē dictū ē: & erat apud regē ī magno honore:nulla alia arte niſi qd uolūtati diu cōſilia de romano bello nemo aptior ſuper tali re particeps eſſe ſermonis poterat. Snia eius una atq; eadē ſp erat:ut ī Italia bellū gereret. Italiā milites & cōmeatus ꝓbituram externo hoſti:ſi nihil ibi moueat liceatq; Po. Ro. uiribus & copiis Italiæ extra Italiam bellū gerere:neq; regē:neq; gentē ullum parē romanis eſſe:ſibi cētū naues. xvi. millia peditum:mille equites depoſcebat:ea ſe claſſe primū Africā petiturū:magnopere confidere & Carthaginēſes ad rebellandum ab ſe cōpelli poſſe:ſi illi cūctent ſe aliq̄ parte Italiæ bellū & citatuꝝ romanis. Regē cū cæteris oībus in Europa debere:& in aliqua parte Græcie copias continere:neq; traiicientē: & quod in ſpeciē famamq; belli ſatis ſit paratū:traiicere. In hāc ſniam cū adduxiſſet regē ꝓparandos ſibi ad id populariū aīos ratus litteras ne quo caſu īterceptæ palā facerēt conata:ſcribere nō ē auſus. Ariſtonē quēdā tyriū natū Epheſi exptūq; ſolertiā leuioribus miniſteriis parti donis:partim ſpe ꝓmioꝝ oneratū:qbus ēt ipſe rex ānuerat Carthaginem cum mandatis mittit:edit noīa eorum:quibus conuentis opus eſſet: inſtruit ēt ſecretis notis:ꝓ quas haud dubie cognoſcerent ſua mandata eſſe. Hunc Ariſtonē Carthagine obuerſantē non prius amici quā inimici Annibalis:qua de cā ueniſſet:cognouerunt: & primo in circulis conuiuiiſq; ce/ lebrata ſermonibus res eſt:deinde in ſenatu quidam nihil actum eſſe dicere exilio Annibalis: ſi abſens quoq; nouas moliri res ſollicitandoq; aīos hoīum turbare ſtatum ciuitatis poſſet. Ariſtonem quēdam tyrium aduenā inſtructum mandatis ab Annibale & ab rege Antiocho ueniſſe:certos hoīes quottidie
Cartha: ſtudiū ītuēda pace cum eo ſecreta colloquia ſerere:in occulto colloqui:qd mox in oīum pernicie erupturum eſſet. Cōcla/ mauere oēs uocari Ariſtonē debere:& quæri quid ueniſſet & niſi expromeret:cū legatis Romam mit/ ti:ſatis pro temeritate unius hoīs ſupplicioꝝ penſum eſſe:priuatos ſuo periculo peccaturos: rempubli/ cam non extra noxam mō:ſed ēt extra famam noxæ cōſeruādam eſſe. Vocatus Ariſton purgare ſeſe:& firmiſſimo propugnaculo uti qd nihil litteraꝝ ad quēq̄ attuliſſet:ceterum nec cām aduentus ſatis ex/ pediebat:& in eo maxime hæſitabat:qd cum barchinæ ſoli factionis hoībus collocutum eū arguebāt. Orta deīde altercatio ē:aliis ꝓ ſpelculetor cōphēdi iā & cuſtodiri iubētibus:aliis negātibus tumultuādi cām eē:mali rē exēpli eē:de nihilo hoſpites corripi:idē carthaginēſibus & Tyri:& ī aliis emporiis:i q̄ fre quēter cōmeāt:euentuꝝ. Dilata eo die res eſt. Ariſton pūico īgenio īter pœnos uſus:tabellas cōſcriptas celeberrimo loco ſupra ſedē quottidiānā magiſtratuū prīa uelpa ſuſpēdit:ipſe deīde tertia uigilia nauē cōſcēdit:& ꝓfugit. Poſtero die cū ſuffetes ad ius dicēdū cōſediſſent:cōſpectæ tabellæ adēptæq; & lectæ: ſcriptū erat Ariſtonē priuati ad neminē:publice ad ſeniores:ita ſenatū uocabār:mādata habuiſſe. Publi cato crimie minus ītenta de paucis q̄ſtio erat:mitti tamē legatos Romā:q rē ad cōſules & ſenatū refer/
Maſiniſ ſæ iniu riæ in cartha. rent:placuit:ſimul q de iniuriis Maſiniſſæ q̄rerent. Maſiniſſa poſteaq; & īfames carthaginēſes: & īter ſe ipſos diſcordes prīcipes ꝓp colloqa Ariſtonis ſenatui:ſenatū ꝓp īdicia ipſius ariſtonis populo ſuſpectū: locū iniuriæ eē ratus agrū maritimū eoꝝ depopulatus eſt:& q̄ſdā urbes uectigales carthaginenſiū ſibi coegit ſtipēdiū pēdere:Emporiā uocāt eā regionē:ora ē mīoris ſyrtis & agri uberis una ciuitas eius Le/ ptis:ea ſingula ī dies talēta uectigal carthaginenſibus dedit. Hāc tū regionē & totā īfeſtā Maſiniſſa & ex q̄dā ꝑte dubiæ poſſeſſiōis ſui regni an carthaginēſiū eēt:effecerat:& qa ſimul ad purgāda crimia & q̄ſtū de ſe Romā ituros cōperit:q & illa onerarēt ſuſpiciōibus:& de iure uectigaliū diſceptarēt:legatos & ipē romā miſit. Auditi de tyrio aduena primū carthaginēſes curā iniecere ꝓtribus:ne cū Antiocho ſimul & pœnis belādū eēt:maxie ea ſuſpicio crimē augebat:qd quē cōphēſum Romā mitti placuiſſet: nec ipm nec nauē eius cuſtodiſſent. De agro deīde cū regis legatis ſimul diſceptari cœptū: carthaginēſes iure fi/ niū cām tuebant:qd ītra eos terminos eēt:qbus. P. Scipio uictor agrū q iuris eēt carthaginēſiū: finiſſet: & cōfeſſiōe regis:q cū aphyrem ꝓfugū ex regno ſuo cū ꝑte numidaꝝ uagātē circa Cyrenas ꝓſequeret: ꝑcario ab ſe iter ꝓ eū ipm agrū tāq̄ haud dubie carthaginēſiū iuris petiſſet. Numidæ & de terminatiōe Scipionis mentiri eos arguebant:& ſiqs uerā originē iuris exigere uellet: quē ꝓpriū agrū carthaginen/ ſium in Africam eē aduenis? q̄tum ſecto bouis tergo amplecti loci potuerit:tātum ad urbē cōmunie/ dam ꝑcario datum:qcquid byrſam ſedem ſuam exceſſerint:ui atq; iniuria partum habere. Neq; eni:de quo agatur:probare eos poſſe non modo ſemꝓ ex quo ceperint:ſed ne diu qdē eos poſſediſſe:ꝓ oppor/ tunitates nunc illos:nunc reges numidarum uſurpaſſe ius ſempq; penes eum poſſeſſionē fuiſſe: q plus
Ad qd legati ī africā miſſi armis potuiſſet:cuius cōditionis res fuerit:prius quā hoſtes romanis carthaginēſes: ſocius atq; amicus rex numidaꝝ eēt:eius ſinerēt eē:nec ſe īterponerēt:quo minus:q poſſent:tenerent. Reſponderi legatis utriuſq; partis placuit miſſuros ſe ī Africā:q īter populū carthaginēſem & regē ī re ꝑſenti diſceptarent. Miſſi. P. Scipio Aficanus:&. C. Cornelius Cethegus:&. M. Minutius Ruffus. Audita iſpectaq; re ſuſpē/ ſa oīa neutro īclinatis ſentētiis reliquere. Id utrū ſua ſpōte fecerīt:an qa mādatum ita fuerit:nō tā certū eſt:q̄ uidet tēpori aptum fuiſſe ītegro certamine eos relinqui:nam ni:ita eēt unus Scipio uel noticia rei: uel auctoritate ita de utriſq; meritus finire nutu diſceptationem potuiſſet.

TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE BELLO MACEDONICO ET ASIATICO.

LIBER QVINTVS.

PRINCIPIO Anni: quo gesta sunt hæc. Sex. Digitius prætor in Hispania citeriore cū ciuitatibus iis quæ post profectionē. M. Catonis rebellauerāt: crebra magis: quam digna dictu p̄lia fecit: & adeo plæraq; aduersa ut uix dimidiū militū: quam quod acceperat: successori tradiderit: nec dubiū ē: quin omnis Hispania sublatura aīos fuerit: ni alter prætor. P. Cornelius Scipio. Gn. Filius trans iberum multa secūda prælia fecisset: quo terrore non minus quinquagīta oppida ad eum defecerūt. Scipio īdē p̄ptor lusitanos p̄uastata ulteriori prouincia cū ingenti p̄da domum redeuntes in ipso itinere aggressus: ab hora tertia diei ad octauā īcerto euentu pugnauit: numero militum impar supior aliis: ná & acie frequēti armatis aduersus longū & impeditū turba pecoꝝ agmen: & recēti milite aduersus fessos longo itinere occurrerat: tertia namq; uigilia exierant hostes: huic nocturno itineri tres diurnæ horæ accesserant: nec ulla q̄te data labore uiæ prælio exceperat. Itaq; p̄cipio pugnæ uigoris aliqd ī corporibus aīsq; fuit: & turbauerāt primo romanos: deīde æquata paulisper pugna ē. In hoc discrimine ludos Ioui si ui fudissent: cecidissetq; hostes p̄tor uouit: tandē gradū romani acrius ītulerunt: cessitq; lusitanus deīde prorsus terga dedit: & cum institissent fugiētibus uictores ad. xii. millia hostiū sunt cæsa: capti ducētiquīquagīta omnes ferme eq̄tes: & signa militaria capta centūquīquagītaquattuor: & de exercitu romāo septuagīta & tres amissi. Pugnatū inde haud ꝓcul Ilipa urbe ē: eo uictorē opulentū p̄dæ exercitum. P. Cornelius reduxit: ea oīs ante urbē exposita ē: potestasq; dominis suas res cognoscēdi facta ē: cætera uændēda q̄stori data: qđ inde refectū ē: militibus diuisum. Nōdū ab Roma ꝓfectus erat. C. Flaminius p̄tor: cū hæc in Hispania gerebant̄: itaque tā aduersæ: quā secundæ res p ipsum amicosq; eius magnis sermōibus celebrabant̄: & tēptauerat: quoniā bellū īgens ī ꝓuincia exarsisset: & exiguas reliquias exercitus ab Sex. Digitio atq; eas ipsas plenas pauoris ac fugæ accepturus esset: ut unam sibi ex urbanis legionibus decerneret: ad quā cū militē ab se ipso scriptum ex senatusc̄ōsulto abiecisset: eligeret ex oī numero triamillia & ducentos pedites: & eq̄tes trecētos: ea se legiōe nā ī Sex. Digitii exercitu haud multū spei eē rē gestuꝝ: Seniores negare ad rumores priuatos temere ī gratiā magistratuū cōfictos senatusc̄ōsulta facieda eē: nisi quod ex ꝓuinciis scriberet: aut legati renūciarēt: nihil ratū haberi debere: si tumultus ī Hispania eēt: placere ut tumultuarii milites extra Italiā legerent̄. Valerius Antias & ī Siciliā nauigasse delectus cā. C. Flaminiū scribit: & ex Sicilia Hispaniā petētē tēpestate ī Africā delatum: uagos milites de exercitu. P. Africani sacraméto rogasse: his duāꝝ prouinciarꝝ delectibus tertiū ī Hispania allegisse. Nec ī Italia segnius liguꝝ bellū crescebat. Pisas iā quadragītamillibus hoīum affluēte multitudīe ad famā belli spēq; p̄dæ circūsedebāt. Minutius consul Arretiū die: quē dixerat ad cōueniēdū militibus: uenit: īde q̄drato agmīe cū ad Pisas duxisset: dū hostes nō plus passuū tribusmillibus ab oppido trans fluuiū mouissent castra: consul urbē haud dubie seruatā aduētu suo ē īgressus: postero die & ipse trans fluuiū ferme mille passus ab hoste posuit castra: inde leuibus p̄liis a populatiōibus agrum sociorꝝ tutabat̄: in aciē exire audebat: nouo milite & ex multis generibus hoīum collecto nec dū noto satis iter se: ut uix fidere alii aliis possent. Ligures multitudīe fræti & ī aciē exibant: parati de sūma rerꝝ decernere: & abūdātes militū numero passim multas manus per extrema finiū ad prædandū mittebāt: & cū coacta uis magna pecorū p̄dæq; esset: paratū erat p̄sidiū per quod ī castella eorꝝ uicosq; ageret̄. Cum bellū liguſtinū ad Pisas cōstitissēt: cōsul alter. L. Cornelius Merula p̄ter extremos ligurū fines exercitum ī agro boiorꝝ īduxit: ubi longe alia belli ratio: quā cum liguribus erat: cōsul ī aciem exibat: hostes pugnam detrectabāt: p̄datumq; ubi nemo obuiā exiret: discurrebāt romani. Boii diripi sua īpune: quā tuēdo ea cōserere certamē malebāt. Posteaq; oīa ferro ignisq; satis uastata erāt: cōsul agro hostiū excessit: & ad Mutinā agmine īcauto ut iter pacatos ducebat. Boii ubi egressum finibus suis hostē sensere: sequebātur silēti agmīe locū īsidiis q̄rentes: nocte p̄tergressi castra romana saltū: qua trāseundum erat romanis: īsederunt id cū parū occulte fecissent: cōsul: q multa nocte solitus erat: mouere castra: ne nox terroré ī tumultuario p̄lio augeret: lucem expectauit: ut cū luce moueret: tamē turmam eq̄tum exploratum misit. Posteaq̄ relatum ē: quātæ copiæ & ī quo loco essent: totius agminis sarcinas ī mediū coniici iussit: & triarios uallū circuniicere: cætero exercitu īstructo ad hostem accessit. Idem & galli fecerūt posteaq̄ apertas esse īsidias: ac recto & iusto p̄lio: ubi uera uiceret uirtus dimicādum uiderūt. Hora secūda ferme cōcursum: sinistra sociorꝝ equitū ala & extraordinarii p̄ria in acie pugnabāt: p̄erāt duo cōsulares legati. M. Marcellus: & T. Sēpronius prioris anni cōsules. Nouus consul nūc ad prima signa erat: nūc legiōes cōtinebat ī snbsidiis: ne certaminis studio prius ꝓcurrerēt: quā datū signū eēt: equites eaꝝ extra aciē ī locū parētem. Q. & P. Minutios tribunos militum educere iussit: unde cū signū dedisset: impetum ex aperto facerēt. Hæc agēti nūcius uenit a. T. Sēpronio Longo nō sustinere extraordinarios īpetum gallorꝝ & cæsos p multos esse: & q superstint: partim labore: partī metu remisisse ardorē pugnæ: legionē alterā ex duabus: si uideret̄: trāsmitteret: priusq̄ ignominia acciperetur. Secūda missa est legio: & extraordinarii recepti: tum redintegrata ē pugna: cum & recēs miles: & frequens ordinibus legio succesisset: & sinistra ala ex prælio subducta est: dextera in primam aciem subiit. Sol ingenti ardore torrebat minime patientia æstus corpora gallorꝝ: densi tamē ordinibus nūc

Acre cū lusitāis p̄lium

Pisæ minutii in teruētu seruant̄

alii in alios:nūc ī ſcuta īcumbentes ſuſtinebāt īpetus romanoꝝ.Quod ubi aīaduertit cōſul:ad pturbā/dos ordīes eoꝝ.C.Liuiū Salinatorem:q̄ præerat alaribus eqtibus:quā cōcitatiſſimos equos īmittere iubet:& legionarios equites ī ſubſidiis eē.Hæc procella equeſtris prīo confudit:& turbauit:deide diſſipauit aciē gallorꝝ:nō tamē ut terga darēt:obſtabant duces haſtilibus cædētes terga trepidantiū:& redire ī ordines cogētes:ſed īter equitantes alarii non patiebantur.Conſul orabat milites:ut parum niterentur uictoriam ī manibus eſſe:dum turbatos & trepidantes uiderent:īſtarent:ſi reſtitui ordines: ſciuiſſent: integro rurſus eos prælio & dubio dimicaturos:īferre uexillarios iuſſit ſigna :omnes connixi tandem auerterunt hoſtem.Poſteaquam terga dabant:& ī fugam paſſim effundebantur :tum ad pſequendos eos legionarii equites īmiſſi:quattuordecīmillia boiorꝝ ea die cæſa ſunt:uiui capti mille nonagītaduo: equites.cc.&.xxi.tres duces eorum:ſigna militaria ducēta.xii.carpēta centūduo.Nec romanis incruenta uictoria fuit:ſupra q̄nquemillia militū ipſorꝝ aut ſociorū ſunt amiſſa:cēturiones tres &.xx.præfecti ſocium quattuor:&.M.Martius tribunus militum ſecūdæ legionis.Eodem fere tempore duorum cōſulum litteræ allatæ ſunt.L.Cornelii ad Mutinam de prælio cum boiis facto:&.Q.Minutii a Piſis: comitia ſuæ ſortis eſſe:cæterū adeo ſuſpēſa omnia in liguribus ſe habere:ut abſcedi inde abſq̄ pernicie ſociorū & damno reipublicæ nō poſſet:ſi ita uideretur patribus mitterent ad collegam:ut is:qui profligatum bellum haberet:ad comitia Romam rediret:ſi id facere grauaretur:quod non ſuæ ſortis id negotiū eēt:ſe quidem facturum:quodcunq̄ ſenatus cēſuiſſet:ſed etiam atq̄ etiam uiderēt:ſi magis e republica eēt:interregnum iniri:quam a ſe ī eo ſtatu relīqui prouīciam.Senatus.C.Scribonio negotium dedit:ut duos legatos ex ordine ſenatorio mitteret ad.L.Cornelium conſulem:qui litteras collegæ ad ſenatum miſſas deferrent ad eum:& nunciarēt ſenatum:ni is ad magiſtratus ſubrogandos Romā ueniret:potius quam.Q.Minūtius a bello itegro auocaretur:īterregnum iniri paſſurū.Miſſi legati nunciauerunt Corneliū ad magiſtratus ſubrogandos uenturum.De litteris.L.Cornelii:quas ſcripſerat ſecundum præliū cū boiis factum:diſceptatio in ſenatu fuit:quia priuatim plærīſq̄ ſenatoribus legatus.M. Claudius ſcripſerat:fortunæ.Popu.Ro.& militum uirtuti gratiam habendam:quod res bene geſta eſſet:conſulis opa & militū aliquātum amiſſum:& hoſtium exercitum:cuius delēdi oblata fortuna fuerit:elapſum:milites eo plures periſſe:qđ tardius ex ſubſidiis q̄ laborantibus opem ferrent:ſucceſſiſſent: hoſtes e manibus emiſſos quod eqtibus legionariis tardius datū ſignū eēt:ut perſequi fugiētes non liceret.De ea re nihil temere decerni placuit:ad frequētiores cōſultatio delata ē:īſtabat.n.cura alia : qđ ciuitas fœnere laborabat:& cū multis fœneribus legibus conſtricta auaritia eēt:uia fraudis inita erat:ut in ſocios q̄ non tenerētur:iis legibus noīa tranſcriberēt:ī tali uero fœnere obruebantur debitores . Cuius cernēdi:cum ratio quæreretur:diem finiri placuit:fœneralia quæ proxima fuiſſent:ut q̄ poſt eā diē ſocii ciuibus romanis credidiſſent pecunias:profiterētur:& ex ea die pecuniæ creditæ:q̄bus debitor uellet:legibus creditori ius redderetur.Inde poſteaq̄ profeſſionibus detecta ē magnitudo æris alieni p̄ hāc fraudē cōtracti.M.Sempronius tribunus plebis ex auctoritate patrū plebem rogauit:plebeſq̄ ſciuit:ut cum ſociis ac noīe latīo pecuniæ creditæ:ius idē qđ cū ciuibus romanis eēt:Hæc ī Italia domi militiæq̄ acta. In Hiſpania nequaquam tantum belli fuit:quantum auxerat fama.C.Flaminius in citeriori Hiſpania oppidum Iluciam in oretanis cepit : deinde in hyberna milites deduxit: & per hyemem prælia aliqua nulla memoria digna aduerſus latronū magis:quam hoſtium excurſiones uario tamen euentu nec ſine militū iactura ſunt facta.Maiores res geſtæ a.M.Fuluio:is apud Toletum oppidum cū uacceis uectōibuſq̄ & celtiberis ſignis collatis dimicauit:exercitum earum gētium fudit fugauitq̄:regem Hilermū uiuū cepit.Cum hæc ī Hiſpania agerētur:comitiorū iam appetebat dies:itaq̄.L.Cornelius conſul relicto ad exercitū Claudio legato Romā uenit:is ī ſenatu cū de rebus a ſe geſtis diſſeruiſſet: quoq̄ ī ſtatu ꝓuīcia eſſet:queſtus ē cum patribuſconſcriptis:quod tanto bello una ſecunda pugna tā feliciter p̄fecto non eſſet habitus diis īmortalibus honos:poſtulauit deīde ſupplicationē ſimul triumphūq̄ decernerēt.Prius tamē quā relatio fieret.Q.Metellus: q̄ conſul dictatorq̄ fuerat litteras:eodē tempore dixit:& conſulis.L.Cornelii ad ſenatum:&.M.Claudii ad magnā partē ſenatorū allatas eē iter ſe pugnantes:eoq̄ dilatā eē conſultationē:ut præſentibus auctoribus earum litterarū diſceptaret:itaq̄ expectaſſe ſeſe:ut conſul:qui ſciret ab legato ſuo aduerſus ſe ſcriptū aliq̄d cum ipſī ueniēdum eēt:deduceret eū ſecum Romam:cum ēt uerius eēt.T.Sempronio īperium habēti tradi exercitū:quam legato:nunc uidere ſeſe amotū de induſtria:q̄ ea q̄ ſcripſiſſet:p̄ſens diceret:argueretq̄ coram:& ſi qđ uani afferret : argui poſſet:donec ad liq̄dū ueritas explorata eēt:itaq̄ nihil eorū:q̄ poſtularet conſul:decernēdū ī p̄ſentia cenſere.Cum pergeret nihilo ſegnius referre:ut ſupplicationes decernerētur:triumphātiq̄ ſibi ī urbem inuehi liceret.M.& Craſſus Ticinii tribuni plebis ſe interceſſuros:ſi de ea re fieret ſenatuſcōſultū dixerūt.

Boiorꝝ cædes

Hiliciā Ptolemæus habet

Cenſores erant priore anno creati Sextius Elius Pætus:&.C.Cornelius Cethegus.Cornelius luſtrū condidit:cenſa ſunt ciuium capita.cxliii.ſeptingentaquattuor.Aquæ ingentes eo anno fuerunt:& tyberis loca plana urbis inundauit:circa portā flumentanā etiā collapſa quædam ruinis ſunt:& porta cælimontana fulmine icta ē:murus circa multis locis de cælo tactus:& Ariciæ:& Lanuuii:& auētino lapidibus pluit:& a Capua nunciatū ē examen ueſparum ingens in foꝝ aduolaſſe:& in Martis æde cōſediſſe:eas collectas cum cura igni crematas eſſe.Horum ꝓdigiorum cauſa decēuiri adire libros iuſſi:& nouēdiale ſacrum factū:& ſupplicatio īdicta ē:atq̄ urbs luſtrata.Iiſdem diebus ædiculam Victoriæ uirginis ꝓpe ædē Victoriæ.M.Portius Cato dedicauit biēnio poſteaq̄ uouit.Eodem anno coloniā latinā ī caſtrū fērētinū triūuiri deduxerūt.C.Manlius Volſo.L.Apuſtius Fullo.P.Elius Tubero cuius lege dedu/

cebantur triamillia peditū fere.ccc.eqtes:numerus exiguus pro copia agri dari potuere quadragena iugera in pedites:sexagena in eqtes. Apustia auctore tertia pars agri dempta est:quo postea:si uellent nouos colonos ascribere possent:uicena iugera pedites:quadragena equites acceperūt. In exitu iam annus erat:& ambitio magis quā unq̄ alias exarserat consularibus comitiis:multi & potentes petebant patritii plebeiiq̄.P.Cornelius.Gn.Filius Scipio:q ex Hispania prouincia nuper recesserat.magnis rebus gestis:&.L.Quintius Flaminius:qui classi in Græcia præfuerat:&.Gn.Manlius Volso:hi patritii: plebeii autē.C.Lællius.Gn.Domitius.C.Liuius Salinator.M.Acilius.Sed oīum oculi in Quintium & Cornelium coniecti:nam & in unum locum petebant patritii ambo:& rei militaris gloria recens utrunq̄ cōmendabat:cæterum ante omnia certamē accendebāt fratres candidatoq̄ duo clarissimi suæ ætatis imperatores:maior gloria Scipionis:& quo maior:eo ꝓpior inuidiæ. Quintii recentior:ut q eo anno triū phasset:accedebat qđ alter decimū iam prope annū assiduus in oculis hoīum fuerat:quæ res minus uerendos magnos hoīes ipsa societate facit:consul iterum post deuictū Annibalē censorq̄ fuerat:in Quintio noua & recentia omnia ad gratiam erant:nihil nec petierat a populo post triūphū:nec adeptus erat: pro fratre germano non patruele se petere aiebat:pro collega & participe administrati belli:se terra: fratrem mari rem gessisse. Is obtinuit:ut præferret candidato:quem Africanus frater ducebat:quem cornelia gens Cornelio consule comitia habente:quē tantum ꝓiudicium senatus uirum e ciuitate optimū iudicatum:qui matrē idæam Pessimonte ueniētem in urbem acciperet. L.Quintius:&.Gn.Domitius Aenobarbus consules facti:adeo ne in plebeio quidem consule:cū pro.C.Lællio niteret: Africanus ualuit. Postero die prætores facti:creati.L.Scribonius Libo.M.Fuluius Centimalus.A.Attilius Serranus M.Bebius Tamphilius.Q.Salonius Sarra. Aedilitas ilignis eo anno fuit.M.Aemylii Lepidi:&.P.Aemylii Pauli:multos pecuarios damnarunt:& ex ea pecunia clypea īaurata in fastigio Iouis ædis posuerunt:porticū unā extra portā trigeminā emporio ad tyberim adiecto:alteram ad portam fontinalem ad Martis aram:qua in cāpis iter esset:perduxerunt. Diu nihil memoria dignū in liguribus gestū erat: extremo eius anni bis in magnū periculū res adducta ē:nam & castra cōsulis oppugnata ægre sunt defensa:& non ita multo post per saltū angustū cū duceretur agmen romanū:ipsas fauces exercitus ligurum insedit:qua cū exitus nō pateret:cōuerso agmine redire consul instituit:& a tergo fauces saltus occupatæ a parte hostium erant:caudinæq̄ cladis memoria non animis modo:sed ꝓpe oculis obuersabaē: Numidas octingentos ferme equites inter auxilia habebat:eoq̄ pfectus consuli pollicetur se parte utra uellet:cum suis eruptuq̄:tantū uti diceret utra pars frequentior uicis eē:in eos se impetū factuq̄:& nihil priusquam flamam tectis iniecturum:ut is pauor cogeret ligures excedere saltu:quē obsiderent: & discurrere ad opem ferendā suis. Laudatū eū consul spe ꝑmioq̄ onerat:& numidæ equos conscēdunt: & obequitare stationibus neminem lacessentes cœperint:nihil primo aspectu contēptius equi hoīesq̄ paululi & graciles:discinctus & inermis eques ꝑterquā quod iacula secum portat:equi sine frænis deformes:ipse cursus rigida ceruice & extento capite currentiū:hunc cōtemptū de industria augētes labi ex equis & per ludibrium spectaculo esse:itaq̄ qui primo intenti paratiq̄:si lacesserent: in stationibus fuerant:iā inermes sedentesq̄ pars maxima spectabant. Numidæ adequitare & refugere:sed ꝓpius saltum paulatim euehi:uelut quos impotentes regendi equos inuitos efferrent:postremo subditis calcaribus per medias stationes hostiū erupere:& ī agrum latiorem euecti omnia peruastant:fumus prīo cōspectus:deīde clamor trepidantiū ī uicis auditus:postremo seniores pueriq̄ refugientes tumultum ī castra fecerunt. Itaq̄ sine consilio:sine īperio pro se quisq̄ currere ad sua tutanda:momentoq̄ tpis castra relicta erāt:& obsidione liberatus cōsul quo itenderat:puenit. Sed neq̄ boii:neq̄ hispani:cū qbus eo anno bellatū erat:tā inimici īfestiq̄ erāt romāis quā ætoloq̄ gens:ii post deportatos ex Græcia exercitus primo ī spe fuerant & Antiochū ī uacuā Europe possessionē uentuq̄:nec Philippū:aut Nabin qeturos ubi nihil usq̄ moueri uiderūt agitandū miscēdumq̄ rati:ne cūctando senescerent cōsilia:cōciliū Naupactum īdixerūt:ibi Thoas eoq̄ ptor cōquestus iniurias romanoq̄ statūq̄ Aetoliæ:qđ oīum Græciæ gētium ciuitatūq̄ īhonoratissimꝰ post eā uictoriā eēnt:cuius cā ipsi fuissent:legatos cēsuit circa reges mittendos:q nō solū temptarent aios eoq̄:sed suis quēq̄ stimulis mouerent ad romanū bellum. Democritus ad Nabin nauigat:ad Philippum Nicander:Dicæarchus frater prætoris ad Antiochū ē missus. Tyranno lacedæmonio Democritus adēptis maritimis ciuitatibus eneruatā tyrānidē dicere:īde mīlitē:īde naues naualesq̄ socios habuisse:īclusum suis prope muris achæios uidere dominantes ī Peloponneso:nunq̄ habituq̄ recuperandi sua occasionē:si eā quæ tunc eēt:prætermisissēt:& nullum exercitum romanū ī Græcia eē:nec propter Gyttheum:aut maritimos alios laconas dignā cām existimaturos Romanos cur legiones rursus ī Græciam transmittāt. Hæc ad īcitandum aium tyrāni dicebatur:ut cū in Græciam Antiochus traiecissēt:conscientia uiolatæ per socioq̄ iniurias Romæ amicitias iungerēt cum Antiocho. Et Philippū Nicander aut dissimili oratione īcitabat:erat ēt maior orationis materia:quo ex altiore fastigio rex:quā tyrānus detractus erat:quoq̄ plures ademptæ res. Ad hæc uetusta regum Macedoniæ fama peragratusq̄ orbis terrarum uictoriis eius gētis referebatur:& tutum uel īcepto:uel euētu se consilium afferre:neq̄ ut ante se moueat Philippus:quam Antiochus cū exercitu transierit ī Græciam suadere:& q sine Antiocho aduersus romanos ætolosq̄ tādiu sustinuerit bellum:adiuncto Antiocho sociis ætolis:qui tū grauiores hostes cum romanis fuerint:quibus tandem uiribus resistere romanos posse. Adiiciebat de duce Annibale nato aduersus romanos hoste:qui plures & duces:& milites eorū occidisset:q quot supessent. Hæc Philippo Nicāder. Alia Dicæarchus Antiocho & primū oīum ꝑdā

Assuetudo uel magna uiliora reddit L.Quintio.Gn. Domitius cōs.

Aet.numidaq̄ facinus

de Philippo Romanoꝝ esse dicere victoriam ætoloꝝ: & aditum in Græciam romãis nullos alios quã ætolos dedisse: & ad uincendum uires eosdem p̃buisse: deinde quantas equitũ peditumq; copias p̃bituri Antiocho ad bellum eẽnt: q̃ loca terrestribus copiis: quos portus maritimis. Tum de Philippo & Nabide libero mendatio abutebantur: paratum utrunq; ad rebellandum eẽ: & primã quãq; occasionem recuperandi ea: quæ bello amisissent: arrepturos. Ita per totũ simul orbẽ terrarum ætoli romanis concitabant: bellũ & reges tamen aut non moti: aut tardius moti sunt. Nabis extemplo circa ois maritimos uicos misit ad seditiones ĩ iis miscẽdas: & alios pricipum donis ad suam cãm perduxit: alios pertinaciter in societate romana manẽtes occidit. Achæis oĩum maritimoꝝ locoꝝ tuendoꝝ a. T. Quintio curamandata erat: itaq; extemplo ad tyrãnum legatos miserũt: qui admonerent fœderis romani: denunciarentq; ne pacem: quã tantopere petisset: turbaret: & auxilia ad Gyttheũ: quod iã oppugnabatur a tyrãno: & Romam: qui ea nũciarent: legatos miserunt. Antiochus rex ea hyeme Rhaphei i Phœnice Ptolemæo regi Aegypti filia ĩ matrimoniũ data: cũ Antiochiam se recepisset: per Ciliciam tauro monte superato extremo iam hyemis Ephesum peruenit: inde pricipio ueris Antiocho filio misso ĩ Syriam: ad custodiam ultimaꝝ partium regni: neqd absente se a tergo mouereẽ: ipse cũ omnibus terrestribus copiis ad pysidas: qui circa Sicã icolunt: oppugnandos est profectus. Eo tempore legati romani Publius Sulpicius: &. P. Iulius: q ad Antiochum: sicut ante dictum est: missi erãt: iussi prius Eumenem adire. Eleã uenere: ide Pergamũ: ubi regia Eumenis fuit: descenderũt. Cupidus belli aduersus Antiochum Eumenes erat: graue: si pax esset: accolam tanto potentioré regem credens: eundem si motũ bellũ esset: nõ magis parem romanis fore: quam Philippus fuisset: & ut funditus sublatũ iri: aut si pax uicto daret: multa illi detracta sibi accessura: ut facile deide se ab eo sine ullo Romano auxilio tueri posset: etiam si qd aduersi casurum foret: satius esse romanis sociis quãcũq; fortunam subire: quam solum aut iperium pati Antiochi: aut abnuentem ui aut armis cogi. Bb hæc quãtum auctoritate: quantũ consilio ualebat: icitabat romanos ad bellũ. Sulpicius æger Pergami substitit. Iulius cũ Pysidiæ bello occupatũ eé regé audisset: Ephesum ꝓfectus: dum paucos ibi moraẽ dies: dedit: operã: ut cũ Annibale q tũ ibi forte erat: sæpe congrederet: ut animum eius & temptaret: si qua posset: & metũ demeret piculi ei qcq; ab Romãis eé. His colloquiis aliud nihil actũ é: secutũ tamẽ sua spõte é: uelut cõsilio petitũ eẽt: ut uilior ob ea regi Annibal suspectiorq; ad oia fieret. Claudius secutus græcos acilianos libros. P. Africanũ ĩ ea fuisse legatiõe tradit eũq; Ephesi collocutũ cũ Annibale: & sermoné ét unum refert: quo q̃renti Africano quem fuisse maximum iperatorem Annibal crederet: respõdisse Alexãdrũ macedoné regé: qd̃ parua manu inumerabiles exercitus fudisset: quod ultimas oras supra spem humanã peragrasset: q̃renti deide qué secũdum ponere t. Pyrrhũ dixisse castra mœtari primũ docuisse: ad hoc neminẽ elegãtius loca cepisse: p̃sidia disposuisse: artẽ ét cõciliãdi sibi hoies eũ habuisse: ut italicæ gẽtes regis externi: quã Populi Ro. tãdiu pricipis i ea terra iperium esse mallẽt: exequẽti deide qué tertiũ diceret: haud dubie semetipsum dixisse. Tum risum obortũ Scipioni subiecisse qdnam tu diceres: si me uicisses? tum me uero: inqt: & ante Alexandrũ: & ante Pyrrhum: & ante oẽs alios iperatores esse: & pplexum punico astu respõsum & iprouisum assentatiõis genus. Scipionẽ mouisse: quod e grege se iperatorum uelut iæstimabilẽ secreuisset. Iulius ab Epheso Apameam ꝓcessit: eo & Antiochus audito romanoꝝ legatoꝝ aduẽtu occurrit. Apameæ congressis disceptatio eadẽ ferme fuit: quæ Romæ iter Quitium & legatos regis fuerat: mors nunciata Antiochi filii regis: quẽ missum pauloãte dixeram ĩ Syriã: diremit colloqa: magnus luctus ĩ regia fuit: magnumq; eius iuuenis desyderium: id. n. iã specimẽ sui dederat: ut si uita lõgior cõtigisset: magni iustiq; regis ĩ eo ĩdolem fuisse appareret: quo carior acceptiorq; oĩbus erat: eo mors eius suspectior fuit: graué succesoré eũ istare senectuti suæ patrem credẽtem: p spadones quosdã talium ministerio facinoꝝ acceptos regibus ueneno sustulisse: eam quoq; cãm clandestino facinori adiiciebãt: qd̃ cũ Seleuco filio Lysimachiã dedisset. Antiocho quã similẽ daret sedẽ: ut ꝓcul ab se honore eum quoq; ablegaret: nõ habuisset. Magni tamẽ luctus species p aliquot dies regiam tenuit: legatusq; romanus: ne alieno tpe incõmodus obuersaret: Pergamũ cõcessit. Rex Ephesum omisso: qd̃ ĩchoauerat bello redit: ibi p luctum regia clausa cum Minione quodã: q pricęps amicoꝝ eius erat: secreta cõsilia agitauit. Minio ignarus oĩum externoꝝ: uiresq; existimãs regis ex rebus ĩ Syria aut Asia gestis nõ cã modo supiorem eé Antiochũ: qd̃ nihil equi postularẽt romãi: sed bello quoq; superatuꝝ credebat. Fugiẽti regi disceptationem cum legatis seu iam expto eã mius prosperã: seu mœrore recẽti cõfuso: ꝓfessus Minio se: quæ pro cã eẽnt: dicturum: psuasit: ut a Pergamo accersereñ legati: iam cõualuerat Sulpicius: itaq; ambo Ephesum uenerũt. Rex a Minione excusatus: & absente eo res agi cœpta est. Ibi p̃parata oõne Minio. Specioso titulo: inqt uti uos romani græcaꝝ ciuitatũ liberandaꝝ uideo: sed facta uestra oõni non conueniũt: & aliud Antiocho iuris statuistis: alio ipsi utimini. Quid. n. magis smyrnæi lampsaceni græci sunt: quã Neapolitani: & rhegini: & Tarentini: a qbus stipẽdium: a qbus naues ex fœdere exigitis? cur Syracusas atq; ĩ alias Siciliæ græcas urbes prætorem quot annis cũ iperio & securibus & uirgis mittitis? nihil aliud ꝓfecto dicatis: quã armis superatis uos iis has leges ipositisse. Eandem de Smyrna & Lampasco ciuitatibusq; quæ Ioniæ aut Aeolidis sunt: causam ab Antiocho accipite: bello supatas a maioribus stipendiarias ac uectigales factas Antiochus repetit: itaq; ad hæc ei respõderi uelim: si ex æquo disceptaturi nõ belli causa quæriẽ. Ad ea Sulpicius. Fecit uerecunde: inqt: Antiochus: q si alia pro cã eius nõ erant: quæ dicerentur: quẽlibet ista quã se dicere maluit. Quid. n. simile habet ciuitatum eaꝝ: quas cõparasti cã? ab rhegi/nis & Neapolitanis & Tarentinis ex quo ĩ nostrã uenerũt potestatẽ: uno & ꝑpetuo tenore iuris semper

Aætolorum & Regũ motus

Videne rapha/neæ sit legẽdũ potius aut ra/phiæ q̃q; hæc ĩ pale/stina

Iudiciũ Annibalis de sũmis im patori/bus

Cõposita minionis oratio

usurpato nunquam intermisso:quæ ex fœdere debent:exegimus:potes ne tandē dicere:ut ii populi nō per se:non p aliū quēquam fœdus mutauerint:sic Asiæ ciuitates ut semel uenerūt in maiorē Antiochi potestatē:in perpetua possessiōe regni uestri ꝑmansisse?& nō alias earē ī Philippi:alias ī Ptolemæi fuisse potestate?alias p multos annos nullo ambigente libertatē usurpasse?Nam si qđ aliquādo seruierunt temporē iniqtate pressi:ius post tot secula asserēdi eos ī seruitutē faciet:qd abest:quin actum nobis nihil sit:qđ a Philippo liberauimus Græciam?& repetāt posteri eius Corithum: Chalcidē: Demetriadē & thessalorē totam gētē?Sed qd ego cām ciuitatū ago:quā ipsis agētibus & nos & regē ipsum cognoscere æquius est.Vocari deīde ciuitatū legationes iussit:ꝑparatas iā ante & istructas ab Eumene:q q̄tūcunq; uirium ī Antiocho decessisset:suo id accessurē regno ducebat.Admissi plures:dū suas qsq; nunc querelas:nūc expostulationes īserit æqua iniquis miscētes:e disceptatiōe altercationē fecerūt:itaq; neq; remissa ulla re:neq; īpetrata:æque ac uenerant oīum īcerti legati Romā redierūt.Rex dimissis iis consiliū de bello romano habuit:ibi alius alio ferocius:qa quo qsq; asperius aduersus romanos locutus eēt: eo spes gratiæ maior erat:alius supbiā postulatorū īcrepare tāq̄ Nabidi uicto Antiocho maximo Asiæ regum īponentiū leges:q̄q̄ Nabidi tamē dominationē in patriā suā:& patriā Lacedæmonē remissam: Antiocho:si Smyrna & Lāpsacus īperata faciant:indignū uideri alii paruas & uix dictu dignas belli cās tanto regi eas ciuitates eē:sed initiū semp per ius iniusta īperandi fieri:nisi crederēt psas cū aquam terramq; ab lacedæmoniis petierūt:gleba terræ & haustu aquæ eguisse:p similē tēptationem romanis de duabus ciuitatibus agi:& alias ciuitates simul duas iugū exuisse uidissent ad liberatorē populū defecturas:si nō libertas seruitute potior sit:tamē oēm præsenti ī statu spem cuiq; nouādi res suas blandiorem esse.Alexāder acarnas in cōcilio erat Philippo quondā amicus:nuper relicto eo secutus opulētiorē regiā Antiochi:& tāq̄ pitus Græciæ nec ignarus romanorē:ī eū gradū amicitiæ regis:ut cōsiliis quoq; arcanis interesset:acceptus erat.Is tāq̄ nō utrū belladum eēt:nec cōsuleret:sed ubi & qua ratiōe bellū gerere tur:uictoriam se haud dubiam ꝓponere animo affirmabat:si ī Europā transisset rex:& ī aliqua Græciæ parte sedem bello cepisset.lā primū ætolos:ut umbilicum Græciæ īcolerent:ī armis eū inuenturē: antesignanos ad asperrima quæq; belli paratos ī duobus uelut cornibus Græciæ: Nabin a Peloponneso concitaturē omnia repetētē argiuorū urbē:repetētem maritimas ciuitates:qbus eum depulsum romani Lacedæmoniis muris īclusissēt: A Macedonia Philippū:ubi primū bellicū cani audisset:arma capturum:nosse se spiritus eius:nosse animū:scire ferum ferarū modo:quæ claustris aut uīculis teneant: ingentes iādiu iras in pectore uoluere:meminisse ēt se quotiens ī bello precari oēs deos solitus sit:ut Antiochum sibi darēt adiutorē:cuius uoti si compos nūc fiat:nullā moram debelladi facturē:tantum non cunctādum neq; cessandum esse:ī eo enim uictoriā uerti:si loca opportuna:& socii præoccuparent.Annibalem quoq; sine mora mittēdum in Africam esse ad distrīgendos romanos.Annibal nō adhibitus est ī cōsilium ꝓp colloquia cū Iulio suspectus regi:& ī nullo postea honore habitus:primo eam contumeliam tacitus tulit:deinde melius esse ratus & ꝓcunctari cām repentinæ alienationis & purgare sese:a tempore quæsita simpliciter iracundiæ cā auditaq;.Pater Amilcar:inqt.Antioche paruum admodum me:cū sacrificaret altaribus ad motū iureiurādo adegit nūq̄ amicū fore.Po.Ro.sub hoc sacramēto sex & triginta annos militaui:hoc me ī pace patria mea expulit:hoc patria extorrem ī tuā regiam adduxit: hoc duce:si tu spem meā destitueris:ubicūq; uires:ubi arma eē sciam huc ueniā:toto orbe terrarū quærens aliquos romanis hostes:itaq; si cui tuorē meis criminibus apud te crescere libet:aliam materiā crescendi:quā ex me q̄rat:odioq; qđ sim romanis:id me uerū dicere pater Amilcar & dii testes sunt:proinde cū de bello romano cogitabis:īter primos amicos Annibalē habeto:si qua res te ī pacē compellet: in id consiliū:cū quo deliberes:q̄rito.Non mouit modo talis oratio regē:sed etiā recōciliauit Annibali: ex consilio ita discessum est:ut bellū gererēt.Romæ destinabant quidē sermonibus hostē Antiochū: sed nihil dum ad id bellū præter animos parabāt:cōsulibus ambobus Italia ꝓuincia decreta est:ita ut inter se cōpararent:sortirenturue urer comitiis eius anni præesset:ad utrū ea non pertineret cura:ut paratus esset:si quo extra Italiā opus esset:duceret legiones nouas & socium ac nominis latini millia.xx.equites dccc.alteri cōsuli duæ legiōes decretæ:quas.L.Cornelius cōsul supioris anni habuisset:& sociū ac latini nominis ex eodē exercitu pedites.xv.millia & eqtes q̄ngēti.Q.Minutio cū exercitu:quē ī liguribus habebat:progatū īperiū:additū ī supplemētū:ut q̄ttuormillia peditū romanorē scriberent.cl.eqtes:& sociis eodē.v.peditū millia īperarent.ccl.eqtes.Gn.Domitio extra Italiā:quo senatus cēsuisset:ꝓuincia euenit.L.Quītio Gallia.Et comitia ptorē habita:ptores deīde prouincias sortiti.M.Fuluius Cētimalus urbanā.L.Scribonius Libo peregrinā.L.Valerius Tappo Siciliā.Q.Solonius Sarra Sardiniā.M.Bebius Tāphilius Hispaniā citerioré.M.Attilius Serranus ulteriorē:sed his duobus primū senatusconsulto: deīde plebiscito permutatæ ꝓuinciæ sunt.A.Acilio classis & Macedonia.A.Bebio brutii decreti.Flamīnio Fuluioq; ī Hispaniis prorogatū imperiū.Acilio ī brutios duæ legiōes decretæ:q̄ priore anno urbanæ fuissent:ut & sociis eodē millia q̄ndecim īperarentur & quīgenti eqtes.Bebius Tamphilius.xxx. naues q̄nqueremes facere iussus:& ex naualibus ueteres deducere:si q̄ utiles eēnt:& scribere nauales socios:& consuli īperatū uti duomillia sociū ac latini nominis & mille romanos daret pedites. Hi duo ptores:& duo exercitus terrestris naualisq; aduersus Nabin apte iam oppugnantē socios.Po.Ro.dicebātur parari:cæterē legati ad Antiochum missi expectabantur:& prius:quā ii redissent: uetuerat.Gn.Domitiū consulē senatus ab urbe discedere:ptoribus Fuluio & Scribonio:qbus ut ius dicerent:Roma ꝓuincia erat:negotium datum:ut ptер eam classem:cui Bebius pfuturus erat:cētū q̄nqueremes pararēt.

Legatorum ex Asia reditus romam

Antiochi consultatio de bello suscipiēdo

Annibalis uerba ad Antiochum

Reconciliat Antiochus Annibali

Ordinatio prouinciarum

,pdigia

Supererat bellum integrũ cũ tectosagis:ad eos ꝓfectus cõsul tertiis castris Angirã nobilẽ ĩ illis locis urbẽ puenit unde hostes paulo plus.x.millia aberant:ubi cũ statiua eẽnt:facinus memorabile a captiua factũ est.Orisgontis reguli uxor forma eximia custodiebat inter plures captiuos:cui custodiæ cẽturio præerat & libidinis & auariciæ militaris:is primo animũ temptauit:quẽ cũ abhorrentem a uolũtario uideret stupro:corpori:quod seruum fortuna erat:uim fecit:deinde ad leniẽdam ĩdignitatem iniuriæ spẽ reditus ad suos mulieri fecit:& ne eã quidem ut amans gratuito certo auri pondere pactus:ne quẽ conscium suorꝫ haberet:ipsi ꝓmittit:ut quẽ uellet:unũ ex captiuis nuncium ad suos mitteret:locũ ꝓpe flumẽ constituit:quo duo nec plus necessarii captiuæ cũ auro uenirẽt nocte insequẽti ad eã accipiendã: forte ipsius mulieris seruus inter captiuos eiusdẽ custodiæ erat:hunc nunciũ primis tenebris extra custodiam centurio educit.Nocte insequẽti & duo necessarii mulieris ad constitutum locum & centurio cum coptiua uenit:ubi cum aurum ostenderent:qđ summã talenti attici:tãti enim pepigerat:expleret: mulier lĩgua sua:ut stringerẽt:ferrũ & cẽturionẽ pẽsantẽ aurum occiderẽt:imperauit: iugulati ꝓcisum caput ipsã inuolutũ ueste ferens ad uirum Orisgontẽ:q ab olympo domũ effugerat:puenit:quẽ priusq complecteret:caput centurionis ante pedes eius abiecit:mirantiqꝫ cuiusnam id caput hominis:aut qđ id facinus haudquaquã muliebre esset:& iniuriam corporis:& ultionem uiolatæ per uim pudicitiæ cõfessã uiro est:aliaqꝫ ut traditur:sanctitate & grauitate uitæ huius matronalis facinoris decus ad ultimũ conseruauit.Angiram ĩ statiua tectosagum oratores ad consulem uenerunt petentes:ne ante castra moueret:quam collocutus cum suis regibus esset:nullas condiciones pacis iis non bello fore potiores:tempus ĩ posterum diẽ constituitur:locusqꝫ:q maxime medius ĩter castra gallorum & Angiram est uisus. Quo cum cõsul ad tẽpus cum p̃sidio qngentorꝫ equitũ uenisset:nec ullo gallorum ibi uiso regressus i castra eẽt oratores iidẽ redeunt excusantes religione obiecta uenire reges non posse:principes gentis:p quos æque res transigi posset:uenturos:consul se quoqꝫ Attalum missurum dixit.Ad hoc colloquium utrinqꝫ uẽtum ẽ:trecẽtos equites Attalus p̃sidii causa cum adduxisset:iactæ sunt pacis condiciones: finis rei:quia absentibus ducibus imponi non poterat:cõuenit:uti cõsul regesqꝫ eo loco postero die congrederẽtur:Frustratio gallorꝫ eo spectabat:primum ut terrerent tẽpus:donec res suas:cũ qbus ꝑiclitari nolebant:cũ cõiugibus ac liberis trans halyn flumẽ traiicerẽt:deide quod ipsi cõsuli parũ cauto aduersus colloquii fraudẽ insidiabantur:mille ad eã rẽ ex omni numero audaciæ expertæ delegerũt eqtes:& successisset fraus:ni ꝓ iure gẽtiũ:cuius uioládi cõsiliũ initum erat:stetisset fortuna:pabulatores lignatoresqꝫ romani ĩ eã partẽ:ĩ qua colloquiũ futurꝫ erat:ducti sunt:tutius id futurũ tribunis ratis:qa cõsulis p̃sidiũ & ipsum ꝓ statione habituri erãt:hosti oppositi:sua tamẽ alterã stationẽ ꝓpius castra sexcentorꝫ equitũ posuerũt.Cõsul affirmãte Attalo uẽturos reges & trãsigi rẽ posse:ꝓfectus e castris cũ eodẽ:quo antea p̃sidio equitũ qngentorꝫ fere ꝓcessit:sed cũ nec multũ a cõstituto loco abesset:repẽte cõcitatis eqs cum ĩpetu hostili uidet gallos uenientes:cõstituit agmẽ & expedire tæla aĩosqꝫ equitibus iussis: primo constãter initiũ pugnæ accepit:nec cessit:deide cum p̃grauaret multitudo cedere sensim nihil confusis turmarꝫ ordinibus cœpit:postremo cũ iã plus in mora piculi:quã in ordinibus conseruãdis p̃sidii eẽt: omnes passim in fugã effusi sunt.Tũ uero ĩstare dissipatis galli:& cædere:magnaqꝫ pars oppressa foret: ni statio pabulatorꝫ sexcẽti eqtes occurrissent:ii ꝓcul clamore pauido suorꝫ audito:cũ tæla equosqꝫ expedissent:integri ꝓfligatã pugnã acceperũt:itaqꝫ uersa extẽplo fortuna ẽ:uersus in uictores a uictis terror:& prĩo ĩpetu fusi galli sunt:& ex agris concurrebãt pabulatores & undiqꝫ obuius hostis gallis erat: ut ne quidẽ fugã facilẽ aut tutam haberent:quia recẽtibus equis romani fessos sequebantur:pauci ergo effugerunt captus ẽ nemo:maior multo pars per fidẽ uiolati colloquii pœnas morte luerunt. Romani ardẽtibus animis postero die omnibus copiis ad hostẽ puenerunt:biduum ad naturam mõtis per seipsum explorandã:neqd ignoti eẽt:absumpsit cõsul:tertio die cũ auspicio opam dedisset:deide ĩmolasset:in quattuor partes diuisas copias educit:duas ut medio mõte duceret:duas a lateribus ut aduersus cornua gallorum erigeret.Hostiũ quod roboris erat:tectosagi & trocini mediã tenebant aciem millia hominum quinquaginta:equitatum quia equorꝫ nullus inter inæquales rupes usus erat:ad pedes deductum.x.millia hominum ab dextero locauerunt cornu:Ariaratis cappadoces & morziauxiliares in leuo quattuor ferme millium numerum explebant.Consul sicut in olympo mõte prima acie locata leui armatura:tælorꝫ oĩs generis:ut æque magna uis ad manum eẽt:curauit: ubi appropinquarunt oĩa eadẽ utrinqꝫ:q̃ fuerant in priore p̃lio erant:p̃ter animos & uictoribus ab re secunda auctos & hostibus fractos:quia & si non ipsi uicti erant:suæ gentis hominum cladem pro sua ducebãt.Itaqꝫ a paribus iniitiis cœpta res eundem exitum habuit:uelut nubes leuium tælorum coniecta obruit aciem gallorum. nec aut procurrere quisquã ab ordinibus suis:ne nudarent:undiqꝫ corpus ad ictus audebant:& stantes quo densiores erãt:hoc plura uelut destinatũ petentibus uulnera accipiebant.Consul iã p se turbatis si legionũ signa ostendisset:uersuros extẽplo ĩ fugã oẽs ratus:receptis inter ordines uelitibus &alia turba auxiliorꝫ aciẽ ꝓmouit.Galli & memoria toloboſtogorꝫ cladis territi:& inhærentia corporibus ge-

Gallici eqtatus īsidiæ

Acies numerus gallorum

rentes tæla:fessiq; & stando & uulneribus:ne primū qdem īpetū & clamorē romanoꝝ tulerunt: fuga ad castra īclinauit:sed pauci ītra muniméta sese recepere:pars maior dextera leuaq; palati:q̄ quéq; impetus tulit:fugerūt:uictores usq; ad castra secuti ceciderūt:terga deide ī castris cupiditate p̄dæ hæserūt: nec sequebat quisq̄:ī cornibus galli diutius steterūt:qa serius ad eos puentū est:cæterū ne primū qdem coniectū tæloꝝ tulerunt.Consul q̄ īgressos ī castra ab direptione abstrahere nō poterat:eos q̄ in cornibus fuerant:protinus ad sequédos hostes misit:p̄ aliquantū spatiū secuti nō plus tamē octomillia hominū ī fuga:ná pugna nulla fuit:ceciderunt:reliq flumē halyn trāsierūt.Romanoꝝ magna pars ea nocte ī hostiū castris mansit:cæteros ī sua castra consul reduxit:postero die captiuos p̄dáq; recensuit:q̄ tanta fuit:quanta auidissima rapiendi gens cū cis montē taurū oīa armis per multos tenuisset annos coaceruare potuit.Galli ex dissipata fuga passim congregati magna pars saucia ut inermes:nudati oībus rebus oratores de pace ad consulē miserunt: eos Manlius Ephesum uenire iussit:ipse iam ēnī mediū autumni erat locis gelidis propiquitate montis tauri excedere properans:uictorē exercitū ī hyberna maritimæ oræ reduxit.Dū hæc ī Asia geruntur:ī cæteris prouiciis tranquillæ res fuerunt. Censores Romæ.T.Quītius Flaminius:&.M.Claudius Marcellus senatum perlegerunt:prīceps ī senatum tertiū lectus.P.Scipio Africanus:quattuor:soli p̄teriti sunt:nemo curuli usus honore:& ī eqtatu recēsendo mitis admodum cēsura fuit:substructionem super æqmelium ī capitolio:& uiam silice sternédam a porta capena ad Martis ædem locauerunt.Cāpani:ubi cēserētur:senatum consuluerūt:decretum uti Romæ censerétur. Aquæ īgentes eo anno fuerunt:tyberis duodecies campum martiū planaq; urbis īundauit.Ab.Gn.Manlio consule bello ī Asia cum gallis perfecto:alter consul.M.Fuluius p̄domitis ætolis cum traiecisset ī Cephaleniam:circa ciuitates īsulæ misit p̄cunctatum utrum se dedere rōmanis.an belli fortunā experiri mallent:metus ad oēs ualuit:ne deditionē excusarēt:obsides īde īperatos p̄ uiribus inopis populi:uicenos autē granonii:& phalēses:& samei dederūt.Insperata pax Cephaleniæ affulserat cum repente una ciuitas īcertum:quā ob causam samei desciuerunt:qa opportuno loco urbs posita esset:timuisse se aiebant:ne demigrare cogerētur ab romanis:cæterū ipsi ne sibi confixerīt metū:& timore uano quietū excitauerīt malū:an iactata sermonibus res apud romanos p̄lata ad eos sit:nihil cōperti est:nisi qd' datis iā obsidibus repente portas clausērūt:& ne suoꝝ qdem p̄cibus:miserat enim sub muros consul ad tēptandū misericordiā parētū populariūq;:desistere ab īcepto uoluerūt. Oppugnari deīde:posteaq̄ nihil pacati respondebatur:cœpta urbs est:apparatum oēm tormentorum machinarumq; trāsuectum ab Ambraciæ oppugnatione habebat:& opera:q̄ faciēda erant:impigre milites perfecerūt: duobus igit̄ locis admoti arietes quatiebant muros.Nec ab sameis qcquā quo aut opera:aut hostis arceri posset:p̄termissum ē:duabus tamē maxīe resistebant rebus:una īterioꝝ semp̄ iuxta uallum p̄ diruto nouū obstruētes murū:altera eruptionibus subitis nūc ī opera hostiū:nūc in stationes:& plærūq; iis p̄liis supiores erant.Vna ad terrēdos inuēta haud memorata res ē:cētum funditores ab Egio:& Patris:& Dymis acciti:a pueris ii more quodā gentis saxis globosis:qbus ferme harenæ īmixtis strata littora sunt:funda ī mare apertū īcessentes exercebant:itaq; lōgius certiore & ualidiore ictu: quā balearis funditor eo tælo usi sunt:& ē nō simplicis habenæ:ut balearica aliarūq; gentiū funda:sed triplex scutale crebris futuris duratū:ne fluxa habæna uolutet ī iactu glans:sed librata cū federit:uelut neruo missa excutiat:coronas modici circuli magno ex īteruallo loci assueti traiicere:nō capita solū hostiū uulnerabant:sed qué locū destinassent oris.Eæ fundæ sameos cohibuerūt:ne tā crebro:neue tā audacter erumperēt:adeo ut p̄carent ex muris achæos:ut parūp̄ ascēderēt:& se cū romanis stationibus pugnātes qete spectarēt:q̄ttuor mēses obsidioné samei sustinuerūt:cū ex paucis quottidie aliq eoꝝ caderēt:aut uulnerarent:& q̄ supar̄ēt:fessi:& corporibus & aīs eēnt:romani nocte p̄ arcē:quā cyatiden uocāt:ná urbs in mare deuexa ī occidētē uergit:muro superato ī forū puenerunt.Samei posteaq̄ captā partē urbis ab hostibus sensērūt:cū cōiugibus ac liberis ī maioré refugerūt arcem:īde postero die dediti:direpta urbe sub corona oēs uenierūt.Cōsul cōpositis rebus Cephaleniæ p̄sidio īpositō ī Peloponnesum iādiu accersentibus egiēsibus maxīe ac lacedæmoniis traiecit.Egiū a pricipio achaici cōcilii semp̄ cōuentus gentis indicti sunt:seu dignitati urbis id:seu loci opportuniati datū ē:hunc morē Philopœmenes ī eo primū anno labefactare conatus:legē parabat ferre:ut ī oībus ciuitatibus:q̄ achaici cōcilii eēnt:iuicé conuētus agerētur:& sub aduētum cōsulis Demiurgis ciuitatū q̄ summus ē magistratus Egiū euocātibus(Philopœmenes p̄tor tū erat) Argos conuētū edixit:quo cum appareret oēs fere cōuēturos:cōsul quoq; q̄q̄ egiēsium fauebat causæ:Argos uenit:ubi cū disceptatio fuisset:&ré inclinatam cerneret:īcepto destitit. Lacedæmonii deīde eū in sua certamina auertērūt:sollicitā eā ciuitaté exules maxīe habebāt:quoꝝ permagna pars ī maritimis laconicæ oræ castellis:q̄ oēs adepti erant:habitabāt:id ægre patiētes lacedæmonii ut aliqué libeꝝ ad mare haberēt aditū: siq̄do Romā alioue:quo mitterēt legatos:simulq; ut emporiū &receptaculū peregrinis mercibus ad necessarios usus eēt:nocte adorti uicū maritimū noīe Lamin improuiso occupauere.Vicani quiq;:ibi exules habitabant:prīo īopinata re territi sunt: deide sub lucé congregati leui certamine expulerunt lacedæmonios:terror tamē omnem maritimam oram p̄uasit: legatosq; cōmuniter & castella omnia uiciq; & exules:qbus ibi domicilia erant : ad achæos miserunt. Philopœmenes prætor iam īde ab initio exulum causæ & amicus & auctor semper achæis minuendi opes & auctoritatem lacedæmoniorum concilium quærentibus dedit:decretumq; referēte eo factum est:cū in fidē achæorū tutelamq;.T.Quītius & romani laconiæ oræ castella & uicos tradidissent: ut cū abstinere his ex fœdere Lacedæmonii deberent:Lamis uicus oppugnatus esset:cædesq; ibi facta:q̄ eius

Gallοꝝ fuga

Atť.igē tē p̄dā

Sameorū oppugnatio

Lacedæmoniorũ dedi tio

rei auctores affineſq; eſſent:niſi dederentur achæis uiolatũ uideri fœdus:ad expoſcẽdos eos legati extẽplo Lacedæmonẽ miſſi ſunt:id ĩperiũ adeo ſuperbum & ĩdignũ lacedæmoniis uiſum eſt:ut ſi antiquæ ciuitatis fortuna eẽt:haud dubie arma extẽplo capturi fuerĩt:maxĩe autem conſternauit eos metus:ſi ſemel primis ĩperiis obediẽdo iugũ accepiſſent:ne id:qđ iãdiu moliret.Philopœmenes exulibus Lacedæmonem traderet.Furentes igitur ira trigĩta hoĩbus ex factione:cũ qua conciliorum aliqua ſocietas Philopœmeni atq; exulibus erat:ĩterfectis:decreuerunt renunciandã ſocietatẽ achæis:legatoſq; extẽplo Cephaleniam mittendos:q conſuli.M.Fuluio quiq; romanis Lacedæmonem dederẽt:orarẽtq; eũ:ut ueniret ĩ Peloponneſum ad urbẽ Lacedæmonẽ ĩ fidẽ dicionẽq; Po.Ro.accipiendã.Id ubi legati ad achæos rettulerunt:oĩum ciuitatũ:quæ eius concilii erãt cõſenſu:bellũ lacedæmoniis ĩdictũ eſt:ne extẽplo geretur:hyems ĩpediit:ĩcurſionibus tamẽ paruis latrocinii magis quã belli modo non terra tãtum:ſed ẽt nauibus a mari fines eorũ uaſtati:hic tumultus conſulẽ Peloponneſum adduxit:iuſſuſq; eius Helin cõcilio ĩdicto lacedæmonii ad diſceptandũ acciti.Magna ibi non diſceptatio modo:ſed etiã altercatio fuit:cui cõſul cũ alia ſatis ambitioſe partẽ utranq; fouendo ĩcerta reſpondiſſet:una denunciatiõe ut bello abſtinerent:donec Romã legatos ad ſenatũ miſiſſent:finẽ ĩpoſuit.Vtriq; legatio miſſa Romã eſt: exules quoq; lacedæmoniorũ ſuã cauſam legationemq; achæis iniunxerunt.Diaphanes & Lycortas megalopolitani ambo principes legationis achæorũ fuerunt:q diſſidentes ĩ republica tum quoq; minime iter ſe conuenientes orationes habuerunt.Diaphanes ſenatui diſceptationẽ oĩum reꝝ ꝓmittebat:eos optime controuerſias ĩter achæos ac lacedæmõios finituros eẽ.Lycortas ex ꝓceptis Philopœmenis poſtulabat:ut achæis ex fœdere ac legibus ſuis quæ decreſſent:agere liceret:libertatemq; ſibi illibatã:cuius ipſi auctores eẽnt:præſtarent.Magnæ auctoritatis apud romãos tum gens achæorum erat:nouari tamen nihil de lacedemoniis placebat:cæterum reſpõſum ita perplexũ fuit:ut & achæi ſibi de Lacedemone permiſſum acciperent:& lacedæmonii non oĩa conceſſa iis ĩterpretarẽtur.Hac poteſtate ĩmodice achæi ac ſupbe uſi ſunt:Philopœmeni cõtinuatur magiſtratus:q ueris initio exercitu ĩdicto:caſtra ĩ finibus lacedæmonioꝝ poſuit:legatos deĩde miſit ad depoſcendos auctores defectionis:& ciuitatẽ ĩ pace futurã:ſi id feciſſent:pollicẽs:& illos nihil ĩdicta cã paſſuros.Silẽtium præ metu cæteroꝝ fuit:quos noĩatim depoposcerat:ipſi ſe ituros ꝓfeſſi ſunt:fide accepta ab legatis uim abfuturam donec cãm dixiſſent:ierunt alii etiã illuſtres uiri & aduocati priuatis:& qa ꝓtinere cãm eoꝝ ad rempublicã cenſebãt. Nunquã alias exules lacedæmonioꝝ achæi ſecum adduxerant ĩ firmius:qa nihil æque alienatuꝝ aĩos ciuitatis uidebatur:tunc exercitus totius prope anteſignani exules erant:ii ueniẽtibus lacedæmoniis ad portã caſtrorum agmine facto occurrerunt:& prĩo laceſſere iurgiis:deĩde altercatione orta cũ accenderentur iræ:ferociſſimi exulum ĩpetum ĩ lacedæmonios fecerunt.Cum illi deos & fidem legatorum teſtarent:& legati ꝓtor ſummoueret turbas & ꝓtegeret lacedæmonios:uĩculaq; iã quoſdam iniicientes arceret: creſcebat tumultus cõcitata turba.Et achæi ad ſpectaculum prĩo concurrerunt:deĩde uociferantibus exulibus:quæ paſſi forent:& orantibus opẽ:affirmantibuſq; ſimul nunq; talẽ occaſionẽ habituros:ſi eam ꝓtermiſiſſent:fœdus qđ ĩ capitolio:qđ Olympiæ:qđ ĩ arce Athenis ſacratũ fuiſſet:irritũ ꝑ illos eẽ:priuſq; alio de integro fœdere obligent:noxios puniẽdos eẽ:accẽſa his uocibus multitudo ad uocẽ unius:q:ut ferirẽt:ĩclamauit:ſaxa coniecit:atq; ita.xvii.qbus uĩcula ꝑ tumultum iniecta erãt:ĩterfecti ſunt:lxiii.poſtero die comꝑhenſi:a qbus ꝓtor uim arcuerat:non qa ſaluos uellet:ſed qa perire cauſa indicta nolebat:obiecti multitudini iratæ cum auerſis auribus pauca locuti eſſent:damnati oẽs:& traditi ſunt ad ſupplicium.Hoc metu iniecto lacedæmoniis imperatum primum:ut muros diruerent:deĩde ut omnes externi auxiliares:q mercede apud tyrannos militaſſent:terra laconica excederẽt:tum uti quæ ſeruitia tyranni liberaſſent:ea magna multitudo erat:ante diem certam abirent:q ibi manſiſſent:eos ꝑhendendi:uændendi:abducẽdi achæis ius eſſet.Lycurgi leges moreſq; abrogarẽt:achæorum aſſueſcerẽt legibus inſtitutiſq;:ita unius eos corporis fore:& de oĩbus rebus facilius conſenſuros.Nihil obediẽtius fecerũt:quã ut muros diruerẽt:nec ægrius paſſi ſunt:q exules reduci.Decretũ Tegeæ ĩ cõcilio cõmuni achæoꝝ de reſtituendis iis factũ ẽ:& mẽtione illata externos auxiliares dimiſſos:& lacedæmõiis aſcriptos:ita.n. uocabãt:q a tyrãnis liberati erãt:urbe exceſſiſſe ĩ agros dilapſos:priuſq; dimitteretur exercitus:ire ꝓtorem cũ expeditis:& compræhẽdere id genus hominũ:& uẽdere iuræ ꝑdæ placuit:multi comꝑhenſi uenierunt:porta ex ea pecunia Megalopoli permiſſu achæoꝝ refecta eſt:quã lacedæmonii diruerãt.Ager belbinatis:quem iniuria tyranni lacedæmoniorum poſſederant:reſtitutus eidem ciuitati ex decreto uetere achæorum quod factum erat Philippo Amyntæ filio regnante.Per hæc uelut eneruata ciuitas lacedæmonioꝝ diu achæis obnoxia fuit:nulla tamẽ res tanto erat damno:quam diſciplina Lycurgi : cui per octigentos annos aſſueuerant ſublata.A concilio ubi a conſule inter achæos lacedæmonioſq; diſceptatum eſt.Marcus Fuluius quia iam in exitu annus erat:comitiorum cauſa profectus Romam creauit conſules Marcum Valerium Meſſalam:&.C.Liuium Salinatorem.M.Aemylium Lepidum inimicum eo quoq; anno petentem diſceſſiſſe tradunt.Prætores inde creati.Q.Martius Philippus.M.Claudius Marcellus.C.Stertinius.C.Catinius.P.Claudius Pulcher.L.Manlius Accidinus. Comitiis perfectis conſulem.M.Fuluium in prouinciam ad exercitum redire placuit:eiq; & collegæ.Gn.Manlio imperium ĩ annum prorogatum ẽ.Eo anno ĩ ædem Herculis ſignum dei ipſius ex decẽuiroꝝ reſpõſo & ſeiuges ĩ capitolio aurati ab.Gn.Cornelio poſiti conſulẽ dediſſe inſcriptum ẽ:&.xii.clypea ærata ab ædilibus curulibus.P.Claudio:&.P.Sulpicio Galba ſunt poſita:ex pecunia qua frumẽtarios ob annonam comꝑſſam dãnarũt & ædilis plebis.Q.Fuluius Flaccus duo ſigna aurata uno reo dãnato:nã ſeparatim

Supplicĩ de lacedæmoniis ſumptũ

M.Valerius meſſala C.Liuius ſalinator conſ.

accusati erant:posuit:collega eius.A.Cecilius neminem condemnauit:ludi romani ter:plebeii qnquies toti istaurati.M.Valerius Messala ide &.C.Liuius Salinator consulatum idibus martiis cum iissent: de republica:deq; prouiciis & exercitibus senatū cōsuluerūt.De Aetolia & Asia nihil mutatum ē:cōsulibus alteri Pisæ cum liguribus:alteri Gallia prouicia decreta é:comparare iter se aut sortiri iussi:& nouos exercitus binas legiones scribere:& ut sociis latini nois quinadenamillia peditum iperarent & mille & ducētos eqtes.Messallæ ligures: Salinatori obtigit Gallia.Prætores ide sortiti sunt.M.Claudio urbana.P.Claudio peregrina iurisditio euenit.Q.Martius Siciliam.C.Stertinius Sardiniam.L.Manlius Hispaniam citeriorē.C.Catinius ulteriorē est sortitus.De exercitibus ita placuit:e Gallia legiones:quæ sub.C.Lællio fuerāt ad Marcū Tutiū proptorē i Brutios traduci:& q i Sicilia esset:dimitti exercitū: & classem:q̄ ibi eēt:Romā reduceret.M.Sépronius.Pro Hispaniis legiōes singule:q̄ tū i iis puiciis erāt:decretæ:& ut ternamillia peditū ducenos eqtes ābo ptores i supplemētū sociis iparēt:secūq; trāsportarēt. Prouinciarum ordinatio

Priusq̄ i prouicias noui magistratus ꝓficiscerētur:supplicatio primo collegio decēuiroꝝ iperata fuit in oibus compitis:qđ luce iter horam tertiā ferme & quartā tenebræ obortæ fuerant:& nouēdiale sacrificiū idictum é:qđ i auētino lapidibus pluuisset.Campani cū eos ex senatusconsulto:qđ priore anno factum erat Romæ:cēsores cēseri coegissent:nam antea icertū fuerat:ubi cēserent:petierūt ut sibi ciues romanas ducere uxores liceret:& si q prius duxissent:ut habere eas:& ante eā diē nati uti iusti sibi liberi hæredesq; essent:utraq; res ipetrata.De formianis fundanisq; municipibus & arpinatibus.C.Valerius Tappo tribunus plebis promulgauit:uti iis suffragii latio:nā ante sine suffragio habuerāt ciuitatē esset. Huic rogatiōi quattuor tribuni plebis:qa nō ex auctoritate senatus ferret:cū intercederēt:edocti populi esse nō senatus ius suffragiū:qbus uelit impertiri:destiterūt icœpto:rogatio ꝓlata é:ut æmilia tribu formiani & fundani:i cornelia arpinates ferrent:atq; i his tribubus tū primum ex Valerio plebiscito censi sunt.M.Claudius Marcellus cēsor sorte superato.T.Quintio lustrum condidit:cēsa ciuiū capita.cclviii. m.cccc.viii.lustro ꝓfecto cōsules i ꝓuicias ꝓfecti sunt.Hyeme ea:qua hæc romæ gesta sunt:ad.Gn.Mālium cōsulem primū:deide ꝓconsulem hybernantē in Asia legationes undiq; ex oibus ciuitatibus gētibusq;:quæ cis taurum montē icolunt conueniebant:sed ut clarior nobiliorq; uictoria romanis de rege Antiocho fuit quam de gallis:ita lætior sociis erat de gallis:quam de Antiocho:tolerabilior regia seruitus fuerat quam feritas imaniū barbarorum:incertusq; i dies terror:quo uelut tempestas eos populantes iferret:itaq; ut qbus libertas Antiocho pulso pax gallis domitis data esset:nō gratulatum modo uenerāt:sed coronas etiā aureas ꝓ suis quæq; facultatibus attulerant.Et ab Antiocho legati & ab ipsis gallis ut pacis leges dicerent:& ab Ariarathe rege cappadocū uenerūt ad ueniā petēdā:luēdamq; pecūia noxā qđ auxiliis Antiochū iuuissēt:ei.cc.talēta argēti sunt iperata:gallis respōsum cū Eumenes rex uenisset tum datuꝝ iis legē:ciuitatū legatiōes cū benignis respōsis lætiores ēt:quā uenerant:dimissæ.Antiochi legati pecuniā i Pamphyliā frumentumq; ex pacto cū.L.Scipione fœdere iussi aduehere:eo se cū exercitu uēturū.Principio deide ueris lustrato exercitu ꝓfectus die.viii.Apameā uenit:ibi triduum statiuis habitis tertiis rursus ab Apamea castris i Páphiliam:quo pecuniā frumētūq; regios cōuehere iusserat:puenit:millæ & qngenta talenta argenti accepta Apameā deportant:frumentū exercitui diuidit.Inde ad Pergamū ducit:q̄ una i iis locis regio tenebat ꝑsidio:appropiquāti ꝓfectus ꝑsidii obuius fuit.xxx. dierum tps petēs ut regē Antiochū de urbe tradēda consuleret:dato tpe ad eam diem decessit ꝑsidio & a Pergamo.L.Manlio fratre cū quattuormillibus militū Oroanda ad reliquū pecuniæ ex eo:qđ pepigerāt:exigendū misso:ipse qa Eumené regē & decé legatos ab Roma Ephesum ueniisse audierat:iussis seq Antiochi legatis Apameā exercitū reduxit:ibi ex.x.legatoꝝ snīa fœdus i hæc uerba cū Antiocho cō scriptum est.Amicitia regi cū Populo Ro.his legibus & cōdicionibus esto:ne quē exercitū:q cū Populo Ro.sociisue bellū gesturus erit rex ꝑ fines regni sui:eorumue:q sub dicione eius erūt: transire sinito: nec cōmeatu:neue qua alia ope iuuato:idē romani sociiq; Antiocho & iis:q sub īperio eius erūt:ꝑstent. Belli gerēdi ius Antiocho ne esto cū illis:q ísulas colūt:neue i Europā trāseūdi.Excedito urbibus agris uicis castellis cis tauꝝ mōtem usq; ad Tanain amnem:& ea ualle tauri usq; ad iuga:qua i Lycaoniā uergit:neq; arma efferto ex iis oppidis agris castellisq;:qbus excedat:quæ siq̄ extulit:quoq; oportebit:recte restituito:ne militē:neue quē aliū ex regno Eumenis recipito:siq earū urbiū ciues:quæ regno abscedūt cum rege Antiocho itraq; fines eius regni sunt. Apameā oēs ante diē certā redeāt:q ex regno Antiochi apud romanos sociosq; sunt:iis ius abeundi manendiq; esto.Seruos seu fugitiuos:seu bello captos:seu quislibet captus aut trāsfuga erit reddito romāis sociisq;:elephātos tradito oēs:neq; alios parato:tradito & naues lōgas armamētaq; eaꝝ:neue plures q̄.x.naues nulla plus quā trigīta remis agat:habeto:minorē ea belli cā qđ ipse illaturus erit:neue nauigato citra Calicandrum:neue Sarpedonium promontoria:extra quā siqua nauis pecuniā stipēdiū aut legatos: aut obsides portabit.Milites mercede cōducēdi ex iis gētibus:quæ sub dicione populi romani sunt Antiocho regi ius ne esto:ne uoluntarios qdē recipiendi.Quæ ædes ædificiaq; itra fines regni Antiochi sunt:quo iure ante bellū fuerūt:eo rhodioꝝ sociorūue sunto:siquæ pecuniæ debent:eaꝝ exactio esto:siqd ablatū ē:id cōquirēdi cognoscēdi repetendiq; ius esto:siquas urbes:quas tradi oportet:ii tenēt:qbus Antiochus dedit:ex iis ꝑsidia deducito:utiq; recte tradant:curato. Argēti ꝓbi.xii.millia attica talēta dato itra duodecim annos pēsionibus:æqs:talētū ne mius pondo.lxxx.romanis pōderibus pēdat:& tritici.xl.m.modiū. Eumeni regi talēta.cccl.itra quīquenniū dato:& ꝓ fruméto:qđ æstimatione fiat talēta.cxxvii.Obsides romanis.xx dato:& triēnio mutato:ne miores octonū denū annoꝝ neu maiores qnū q̄dragenū.Siq socioꝝ Po.Ro.ultro bellum

Ius suffragii ferendi

Læta de gallis uictoria

inferrent Antiocho:uim ui arcendi ius esto:dum nequa urbem aut belli iure teneat:aut in amicitia accipiat: cotrouersias inter se iure ac iudicio disceptent:aut si utrisq; placebit bello. De Annibale pœno:& ætolo Thoante:& Lysimacho acarnane:& chalcidensibus Eubulida & Philopœmene dedendis in hoc quoque fœdere ascriptum est:& ut si quid postea addi mutariue placuisset:ut id saluo fœdere fieret.

Cos iurauit i hoc fœdus:ab rege q exigeret iusiurandū pfecti.Q.Minutius Thermus:&.L.Malius q forte tū ab Oroadis rediit:&.Q.Labeoi:q classi perat:scripsit:ut Patara extéplo pficiscereť:quæq; ibi naues regiæ eent:cocideret:cremaretq;:Profectus ab Epheso qnqginta tectas naues aut cocidit:aut icedit. Thelmessum eadē expeditione territis subito aduetu classis oppidanis recepit:ex Lycia protinus iussis ab Epheso seq:q ibi relicti erat:p isulas i Græciā traiiecit.Athenis paucos moratus dies:dum Pyræum ab Epheso naues uenirēt:totā ide classem i Itasiam reduxit.Gn.Manlius cū iter cætera:q accipienda ab Antiocho erant:elephantos quoq; accepisset:donoq; Eumeni oes dedisset:deide causas ciuitatum multis iter nouas res turbatis cognouit & Ariarathes rex parte dimidia pecuniæ iperatæ beneficio Eumenis:cui desponderat filiam:per eos dies dimissa:i amicitiā e acceptus.Ciuitatum autem cognitis causis decem legati aliam aliaq; fecerunt condicioné:quæ stipēdiariæ regi Antiocho fuerant:& cum Populo Romano senserāt:iis imunitatem dederūt:q partiū Antiochi fuerant aut stipendiariæ Attali regis: eas omnis uectigal pendere Eumeni iusserunt:noiatim præterea colophoniis:qui i Notho habitant:& cymeis:& milesenis imunitatem concesserūt:clazomeniis super imunitatem & Donissam isulam dono dederunt:& milesiis:quem sacrum appellant:agrum restituerunt:& iliensibus Rhoetium & Gergicū addiderunt:nō tam ob recentia ulla merita:quam originum memoria:eadem & dardanum liberandi causa fuit.Chios quoq; & smyrnæos & erithræos pro singulari fide:quā eo bello pstiterunt:& agro donarunt:& i oi pcipuo honore habuerunt.Phocensibus & ager:quem ante bellum habuerant redditus: & ut legibus antiquis uterentur:pmissum.Rhodiis affirmata:q data priore decreto erant:Lycia & Caria data & usq; ad mæandrum amnem pter Messum.Regi Eumeni Chersonesum i Europa:& Lysimachiā:& castella:uicos:agrum:quibus finibus tenuerat Antiochus:adiecerunt:i asia Phrygiam utrāq; alterā ad Hellespontum maioré alterā uocant:& Mysiam:quā Prusias rex ademerat:restituerūt:ut Lucaniā:& Milyadam:& Lydiam:& noiatim urbé Thrallis:atq; Ephesum:& Telmessum.De Pamphylia disceptatū iter Eumenis & Antiochi legatos cū esset:qa pars eius citra pars ultra taurū est: itegra ad senatum reiicitur.His fœderibus decretisq; datis Manlius cū decé legatis omniq; exercitu ad Hellespōtum profectus:euocatis eo regulis gallorū leges :qbus pacem cum Eumene seruarent:dixit: denunciauitq;:ut morem uagandi cū armis finirent:agrorumq; suoq; terminis se continerent.Contractis deide ex omni ora nauibus & Eumenis etiā classe p Atheneum fratré regis ab Elea adducta copias ois i Europā traiecit:ide p Chersonesum modicis itineribus graue pda ois generis agmé trahés Lysimachiæ statiua habuit:ut qmaxime recétibus & itegris iumētis Thraciā:p quā iter uulgo horrebāt: igrederet. Quo profectus est ab Lysimachia die ad amnem melana:qué uocāt:ide postero die ad Gypsæas peruenit:a Gypsæis uia fere decémilliū siluestris angusta cōfragosa excipiebat:pp cuius difficultatem itineris in duas partes diuisus exercitus:& pcedere una iussa:altera magno iteruallo cogere agmen: media impedimenta iterposuit:palustra cū pecunia publica erāt ptiosaq; alia pda.Itaq; cum p saltum iret thracum decem haud amplius millia ex quattuor populis Astu & Corneli ad ipsas angustias uiam circunsederunt:opinio erat non sine Philippi regis macedonum fraude id factum:eū sciisse non alia quam p Thraciam redituros romanos:& quantā pecuniā secum portarent i primo agmine imperator erat sollicitus propter iniquitatē locorū.Thraces nihil se mouerūt:donec armati transierunt:posteaq; prios superasse angustias uiderunt:postremos nondū appropinquātes:ipedimenta & sarcinas iuadunt:cæsisq; custodibus partim ea:quæ i plaustris erant:diripere:partim sub oneribus iumenta abstrahere cœperūt. Vnde posteaquā clamor primū ad eos:q iam igressi saltū sequebantur:deide ét ad primum agmen est perlatus:utriq; i medium cōcurritur:& iordinatū simul pluribus locis plium conseritur.Thracas pda ipsa ipeditos oneribus:& plærosq;:ut ad rapiendū manus uacuas haberent:iermes ad cædem pbet:Romanos iniqtas locorum barbaris per calles notos occursantibus & latentibus iterdum per cauas ualles pdebant:ipsa ét onera plaustraq;:ut sors tulit:his aut illis icōmode obiecta pugnātibus ipediméto sunt: alibi pdo:alibi pdæ uidex cadit:put locus iniquus æqsue his aut illis: put aius pugnantiū é: put numerus:alii pluribus:q ipsi erāt:alii paucioribus occurrerat:uaria pugnæ fortuna é:multi utriq; cadūt. Iam nox appetebat:cū plio excedūt thraces non fuga uulnerq; aut mortis:sed qa satis pdæ habebant.Romanorū primum agmen extra saltū circa téplum médidiū castra loco apto posuit:pars altera ad custodiā impedimētorq; medio i saltu duplici circūdata uallo mansit:postero die prius explorato saltu : quá moueret:primis se coniūgit.In eo plio cū & ipedimētorum pars:& calonum:& milites aliquot:cū passim toto pp saltu pugnaretur:cecidissent.Q.Minutii Thermi morte omissum est iceptum fortis ac strenui uiri.Eo die ad hebrum flumé puentū est:ide eniorq; fines pter.Apollinis gerūtiū:qué uocāt icolæ: templū superāt.Aliæ angustiæ circa Tympira excipiūt:hoc loco nomē est:nec mius cōfragosæ q priores:sed qa nihil silueſtre circa est:ne latebras qdem ad isidiandum pbent:huc ad eandē spem pdæ thrāsi gens & ipsa thracū cōuenere:sed qa nudæ ualles:procul ut cōspicerent:angustias obsidétes efficiebāt. minus terroris tumultusq; fuit apud romanos:qppe & si iniquo loco:prælio tamé iusto acie apta collatis signis dimicandū erat:conferti subeuntes cū clamore ipetu facto primū expulere loco hostes:deide auertere:fuga ide cædesque suis ipsos impedientibus angustiis fieri cœpta est. Romani uictores ad

Romunificentia i eumené regem

Vide ne gargaq; sit legédū lege phiniū & strabonem

Thraces latrocinātium more i Ro. ipetū faciūt

Q.Minutii ritus

uicum maronitarum. Salentum appellāt: posuerunt castra: postero die patenti itinere priaticus cāpus eos excepit: triduumq; ibi frumētum accipiētes manserunt: partim ex agris maronitarum conferentibus ipsis: partim ex nauibus suis: quæ cum oīs generis cōmeatu sequebant. Ab statiuis diei uia Apolloniam fuit: inde p abderitaq; agrum Neapolin peruētum est: hoc omne p græcorum colonias pacatum iter fuit: reliquū inde per medios thracas dies noctesq;: & si nō infestum: tamē suspectū: donec ī Macedoniā puenerūt. Mitiores thracas idem exercitus: cū a Scipione eadem uia duceretur: habuerat: nullam ob aliā causam: quam qđ pdæ minus quod peteretur: fuerat q̄q̄ tū quoq; Claudius auctor est ad qndecimillia thracū præcedēti ad explorāda loca agmini Mudini numidæ occurrisse: quattuor centū equites fuisse numidas: paucos elephantos. Mudinis filium p medios hostiū cum centum quinquaginta delectis equitibus perrupisse: eundem cū mox Mudines iā medio elephātis collocatis: in cornu equitibus dispositis: manum cū hoste cōseruisset: terrorem ab tergo pbuisse: atq; inde turbatos equestri uelut pcella hostis ad peditū agmen nō accessisse. Gn. Manlius p Macedoniam in Thessaliā exercitū traduxit: inde p Epirū Apolloniā cum pueniſſet: nondū ab hyberno contempto marī ut traiicere auderet. Apolloniæ hybernauit. Exitu prope anni. M. Valerius consul ex liguribus ad magistratus subrogandos Romā uenit: nulla memorabili ī puicia gesta re: ut ea pbabilis moræ causa eēt: qđ solito serius ad comitia uenisset. Comitia cōsulibus rogādis fuerūt ad. xii. Kalēdas Martias: creati. M. Aemylius Lepidus. C. Flaminius: postero die ptores facti. Ap. Claudius Pulcher: Seruius Sulpicius Galba. Q. Terētius Culeo. Q. Terētius Messalla. Q. Fuluius Flaccus. M. Furius Crassus. Comitiis pfectis: q̄s prouicias ptoribus eē placeret: rettulit ad senatū consul. Decreuerūt duas Romæ iuris dicēdi causa: duas extra Italiā Sicilia & Sardiniā: duas in Italiā Tarentū & Galliā: & extēplo priusquā inirent magistratū: sortiri iussi. Ser. Sulpicius urbanā. Q. Terentius peregrinā ē sortitus. L. Terentius Siciliā. Q. Fuluius Sardiniā. M: Claudius Tarētum. M. Furius Galliam. Eo anno. L. Minutius Myrtillus: & L. Manlius: quod legatos carthaginenses pulsasse dicebantur: iussu. M. Claudii prætoris urbis p fœciales traditi sunt legatis: & Carthag nē aduecti. In liguribus magni belli & gliscentis in dies magis fama erat: itaq; consulibus nouis: quo die de puinciis & de repu. rettulerunt: senatus utriq; ligures prouiciam decreuit. Huic senatus consulto Lepidus cōsul intercedebat: indignum esse prædicans consules ambos in ualles ligurum includi. M. Fuluiū: & Gn. Manliū triēnium iam alteq; in Europa: alteq; in Asia uelut pro Philippo atq; Antiocho substitutos regnare. Si exercitus in his terris esse placeat: cōsules iis potius quam priuatos pesse oportere: uagari eos cum belli terrore p nationes: quibus bellum idictum non sit: pacem ptio uendicantes: si eas puincias exercitibus obtinere opus eēt: sicut. M. Attilio. L. Scipioni cōsulibus. M. Fuluius & Gn. Mālius successissent consules: ita Fuluio Manlioq;. C. Liuium & M. Valerium cōsules debuisse succedere. Nūc certe pfecto ætolico bello: recepta ab Antiocho Asia: deuictis gallis: aut cōsules ad exercitus consulares mitti: aut reportare legiones inde reddiq; tandē reip. debere. Senatus his auditis ī sīa psseuerauit: ut cōsulibus ambobus ligures prouicia eēt: Mālium Fuluiūq; decedere de prouiciis: & exercitus ide deduce re ac redire Romā placuit. Inimicitiæ iter. M. Fuluiū & P. Aemyliū cōsulē erāt: & sup cætera Aemylius serius biēnio se consulē factū. M. Fulurii opa dicebat: itaq; ad inuidiam ei faciēdam legatos ambraciēses in senatū subornatos criminibus itroduxit: qui sibi cum ī pace essent impata: quæ prioribus cōsulibus fecissent: & eadē pstare obedienter. M. Fuluio parati eēnt: bellū illatū questi: agros primū depopulatos: terrorem direptionis & cædis urbi iniectū: ut eo metu claudere cogerētur portas: obsessos deide & oppugnatos se & oīa alia exēpla belli habita ī se: cedibus: incēdiis: ruinis: direptione urbis cōiuges: liberos ī seruitium abstractos: bona adempta: & qđ se ante oīa moueat: templa tota spoliata ornamētis: simulacra deum deos imo ipsos cōuulsos ex sedibus suis: ablatos eē parietes postesq; nudatos: quos adorent: ad quos pcentur: & supplicēt ambraciēsibus nō supereſſe. Hæc q̄rentes interrogando crimineſe excōposito cōsul ad plura uelut nō sua sponte dicēda eliciebat. Motis patribus alter consul. C. Flaminius. M. Fuluii cām excepit: q ueterē & obsoletā uiā igressos dixit: sic Marcū Marcellū a syracusanis: sic Quintū Fuluiū a cāpanis accusatos: quin eadē opa. T. Quitiū a Philippo rege: Marcū Attiliū & L. Scipionem ab Antiocho. Gn. Māliū a gallis: & ipsum Fuluiū ab ætolis & Cephaleniæ populus accusari paterent? Ambraciā oppugnatā & captā: & signa ide ornamētaq; ablata: & cætera facta: quæ captis urbibus soleāt: negatuq; aut me pro. M. Fuluio: aut ipsum. M. Fuluiū cēsetis patres cōscripti? cū ob has res gestas triūphū a uobis postulaturus sit. Ambraciā captā signaq;: quæ ablata criminantur: cætera spolia eius urbis ante currū laturus & fixurus ī postibus suis: nihil ē: qđ se ab ætolis seiungant: eadē ambraciēsiū & ætoloq; cā est. Itaq; collega meus uel ī alia cā inimicitias exerceat: uel in hac utiq; si mauult: retineat Ambracienses suos ī aduētū. M. Fuluii: ego nec de ambraciēsibus: nec de ætolis decerni qcq̄ absente. M. Fuluio patiar. Cū Aemylius callidā malitiā inimici uelut oībus notā ī simularet: & tps eū morādo extractuq; diceret: ne cōsule inimico Romā rediret: certamine cōsulū biduū assumptū ē: nec psente Flaminio decerni qcq̄ uidebat posse: capta occasio ē: cū æger forte Flaminius abesset: & referēte Aemylio senatus cōsultū factū est: ut ambraciēsibus oēs suæ res redderent: ī libertate eēnt: ac legibus suis uterent: portari ea: quæ uellent: terra mariq; caperēt: dum eoq; īmunes romani ac socii latini nominis eēnt: signa aliaq; ornamēta quæ quærerent: ex ædibus sacris sublata eē: de iis cū. M. Fuluius Romā reuertisset: placere ad collegiū pontificū referri: & quod ii cēsuissent fieri: neq; his contētus cōsul fuit: sed postea per īfrequētiam adiecit senatus cōsultū ambraciā non uideri ui captam eē. Supplicatio inde ex decēuirorū decreto pro ualitudine populi fuit per triduum: quia grauis pestilentia urbem atque agros uastabat. Latinæ inde fue-

M. Aemylius Lepidus. C. Flaminius consl.

Fuluius ab Ambraciēsibus apd senatū accusat

Act. senatusco sultū p ambraciēsibus

runt.Quibus religionibus liberati cõsules & delectu perfecto nouis enim uterq; maluit uti militibus: in prouinciam profecti sunt:uetereſq; omnes dimiſerunt.Post consulum profectionem.Gn.Manlius proconsul Romã uenit:cui cum ab Ser.Sulpicio prætore senatus ad ædẽ Bellonæ datus eẽt:& ipse cõmemoratis rebus ab se gestis postulasset:ut ob eas diis ĩmortalibus honos haberetur:sibiq; triumphãti urbẽ inuehi liceret:contradixerunt pars maior decẽ legatorũ:qui cũ eo fuerãt:& ante alios.L.Furius Purpurio:&.L.Aemylius Paulus.Legatos sese.Gn.Manlio datos pacis cũ Antiocho faciendæ causa fœderisq;:& legum:quæ cũ.L.Scipione ĩchoatæ fuissent:perficiendarũ.Gn.Manlium summa ope tetendisse ut eã pacẽ turbaret:& Antiochũ si sui potestatem fecisset:Insidiis exciperet:sed illum cognita fraude consulis cum sæpe colloquiis petitis captus esset:non congressum modo: sed conspectum etiã eius uitasse.Cupiẽtem transire Taurum ægre omnium legatorum p̃cibus:nec carminibus Sybillæ p̃dictã superantibus terminos fatalis cladem experiri uellet retenendum:admouisse tamẽ exercitũ:& prope ip̃is iugis ad diuortia aquarum castra posuisse:cum nullã ibi causam belli inueniret quiescentibus regiis:circũegisse exercitum ad gallogræcos:cui nationi non ex senatus auctoritate: non ex populi iussu bellum illatum:quod quem unquã de sua sententia facere ausum? Antiochi Philippi Annibalis & pœnorũ recentissima bella esse:de oĩbus his consultũ senatũ:populum iussisse:sæpe legatos ante missos:res repetitas:postremo qui bellum indicerẽt:missos.Quid eorũ.Gn.Manli factum ẽ:ut istud publicum Po.Ro. bellũ & non tuũ priuatum latrociniũ dicamus? An eo ipso contentus fuisti? recto itinere duxisti exercitũ ad eos:quos tibi hostes assumpseras? an per oĩs anfractus uiarũ cum uia consisteres? ut quo flexisset agmen Attalus Eumenis frater:eo consul mercænnarius cũ exercitu romano seq̃reris? Pysidiæ Lycaoniæq; & Phrygiæ recessũs oẽs atq; angulos peragrasti:stipem a tyránis castellanisq; deuiis colligẽs. Quid.n.tibi cũ Orãdis? Quid cũ aliis æque innoxiis populis? bellũ autẽ ipsum:cuius nomine triũphũ petis:quomodo gessisti? loco æquo tempore tuo pugnans? Tu uero recte : ut diis ĩmortalibus honos habeatur:postulas primũ:quod pro temeritate imperatoris nullo iure gentiũ bellum inferentis pœnas luere exercitũ noluerunt:deĩde qđ bælluas non hostes nobis obiecerũt.Nolite nomen tantũ extimare mixtũ esse gallogræcorũ:multo ante & corpore & animo mixti ac mutati sunt:an si illi galli essent : cũ quibus milies uario euentu in Italia pugnatũ est:quantũ in ĩperatore nostro fuit:nuncius illinc redisset? bis cũ iis pugnatũ ẽ:bis loco iniquo subiit:in ualle inferiore pedibus pene hostiũ aciem subiecit : ut non tæla ex superiore loco mitterẽt:sed si corpora sua nuda iniicerent:obruere nos potuerũt:qđ igitur incidit? magna fortuna Po.Ro.est magnũ & terribile nomẽ recenti ruina Annibalis: Philippi : Antiochi: ꝓpe attoniti erant tantæ corporum moles:fundis sagiptisq; in fugam consternati sunt : gladius in acie cruentatus nõ est gallico bello:uelut auiũ examina ad crepitũ primũ missiliũ auolauere:at hercule idem nos admonente fortuna.Quid:si hostem habuisſemus casurũ:fuisset? cũ redeuntes in latruncu los thracas incidissemus cæsi:fugati:exuti impedimentis sumus.Qu.Minutius Thermus ĩ quo haud paulo plus damni factum est: quã si.Gn.Málius:cuius temeritate ea clades inciderat:perisset:cũ multis uiris fortibus cecidit exercitus spolia regis Antiochi referẽs trifariam dissipatus:alibi primum:alibi postremũ agmen alibi impedimenta inter uepres in latebris ferarũ noctem unã delituit:pro his triũphus petitur? Si nihil ĩ Thracia cladis ignominiæq; foret acceptũ:de quibus hostibus triumphũ peteres? de iis ut opinor:quos tibi hostes senatus aut Po.Ro.dedisset:sic huic.L.Scipioni:sic illi.M.Attilio de rege Antiocho:sic paulo ante.T.Quĩtio de rege Philippo:sic.P.Africano de Annibale:pœnis & Syphace triũphus datus:& minima illa cũ iã senatus cẽsuisset bella q̃sita tamẽ sunt:qbus nũciãdum eẽt:ipsis utiq; regibus nunciarent:an satis eẽt ad p̃sidiũ aliqđ nũciari.Vultis ergo hæc oĩa pollui & cõfundi? tolli fœcialia iura? nullos eẽ fœciales? fiat pace deũ dixerim:iactura religiõis:obliuio deorũ capiat pectora uestra: num senatũ quoq; de bello cõsuli nõ placet? nõ referri uelint:iubeãtne cum gallis bellũ geri? modo certe cõsules Græciã atq; Asiam nolebãt:tamẽ ꝓseuerantibus uobis ligures ꝓuinciam decernere dicto obedientes fuerũt:merito ergo a uobis ꝓspere bello gesto triũphum petẽt:qbus auctoribus gesserũt.Talis oratio furii & Aemylii fuie.Mãlium in hunc maxie modum respondisse accepimus.Tribuni plebis antea solebãt:triũphum postulantibus aduersari patres conscripti:qbus ego gratiam habeo:qđ seu mihi: seu magnitudini rerum gestarũ hoc dederunt:ut nõ solum silẽtio comprobarent honorem meũ : sed referre etiam:si opus esse uideretur:parati eẽnt:ex decẽ legatis si ꝺiis placet:quod consilium dispensandæ cohonestandæq; uictoriæ imperatoribus maiores dederunt nostri aduersarios habeo.L.Furius:& L.Aemylius currum triumphalem me cõscendere prohibent:coronam insignẽ capiti detrahũt : quos ego si tribuni me triũphare prohiberent:testes citaturus fui rerum a me gestarũ.Nullius equidem iuideo honori:uos tribunos plebei nuper uiros fortes ac strenuos impediẽtes.Q.Fabii Labeonis triũphũ auctoritate uestra deterruistis:triũphauit quẽ non bellum iniustum gessisse:sed hostẽ omnino nõ uidisse inimi iactabant:ego:qui cum cẽtum millibus ferociſſimorum hostium signis collatis totiens pugnaui:qui plus.xl.millia hoĩum cepi:aut occidi:qui bina castra eorũ expugnaui:qui citra iuga tauri oĩa pacatiora:quã terra Italia est:reliqui:nõ triumpho modo fraudor:sed causam apud uos patres conscripti accusantibus ipse legatis dico.Duplex eorũ:ut animaduertistis.P.C.accusatio fuit:nã nec gerẽdum mihi fuisse bellum cũ gallis:& gestũ temere atq; impudẽter dixerunt:non erant galli hostes:sed tu eos pacatos imperata faciẽtes uiolasti:non sum postulaturus a uobis.P.C.ut quæ communiter de ĩmunitate gẽtis gallorum:de infestissimo odio in nomẽ romanum scitis:ea de illis quoq;:qui terras has icolunt:existimetis gallis:remota uniuersæ gẽtis ĩfamia atq; iuidia per seipsos æstimate.Vtinã rex Eume-

Legati. Gn.Máliũ apd̃ senatũ criminátur

Gn.Málii oro

Cõsultatio

nes:utinam Aſiæ ciuitates omnes adeſſent:& illos potius querentes:quã me accuſantem audiretis:mittite agedum legatos circa Aſiam ad omnes urbes:& quærite utrum a grauiori ſeruitute Antiocho ultra tauri iuga moto:an gallis ſubactis liberati ſint:quotiens agri eorum uaſtati ſint:quotiẽs prædæ abactæ referam:cum uix redimendi captiuos copia eſſe:& mactatas humanas hoſtias : imolatoſq; liberos ſuos audirent. Stipendium ſcitote pependiſſe ſocios ueſtros gallis:& nunc liberatos p uos regio iperio fuiſſe penſuros:ſi a me foret ceſſatum:quo longius Antiochus emotus eſſet: hoc ipotentius i Aſia galli dominarẽtur:& qcqd eſt terrarum circa tauri iuga gallorum: iperio nõ ueſtro adieciſſetis. At enĩ ſunt hæc ita? uerum etiam Delphos quondam commune humani generis oraculum umbilicum orbis terrarum galli ſpoliauerunt:nec ideo populus romanus his bellum indixit:aut itulit. Equidem aliquid ite reſſe rebar iter id tempus:quo nondum i iure ac dicione ueſtra Græcia atq; Aſia erat: curandũ animaduertendumq; quid ĩ his terris fieret:& hoc quo finem iperii romani tauꝝ montẽ ſtatuiſtis:quo libertatẽ imunitatẽue ciuitatibusdatis:quo aliis fines adiicitis: alias agro mulctiatis:uectgal iponitis:regna augetis:minuitis: donatis:adimitis:curæ ueſtræ cẽſetis eẽ:ut pacem terra mariq; habeãt. An niſi p̃ſidia deduxiſſet Antiochus:quæ qeta i ſuis partibus erant:non putaretis liberatam Aſiã? ſi gallorꝝ exercitus effuſi uagarent:rata dona ueſtra:quæ dediſtis regi Eumeni : rata libertas ciuitatibus eſſet? Sed qd ego hæc ita argumẽtor tamq̃ nõ acceperĩ:ſed defecerim hoſtes gallos:te. L. Scipio appello:cuius ego iperio ſuccedẽs ſuicem iperii tui uirtutem fœlicitatemq; pariter nõ fruſtra ab diis imortalibus precatus ſum: te. P. Scipio:q legati ius collegæ maieſtatem:& apud fratrem conſulem:& apud exercitum habuiſti:ſcitiſne i exercitu Antiochi gallorum legiones fuiſſe? uideritis i acie eos i cornu utroq; id enim roboris eẽ uidebatur locatos? pugnaueritis ut cum hoſtibus iuſtis? ceciderit is ſpolia eorum rettuleretis? Atq cum gallis bellum neq; ſenatus decreuerat:neq; populus iuſſerat:ſed ſimul:ut opinor : cum his decreuerant iuſſerantq;: q itra eius præſidia fuiſſent:ex quibus præter Antiochum:cum quo pacem pepigerat Scipio:& cum quo nominatim fœdus:ut fieret:mandauerat is omnes hoſtes:erant q pro Antiocho arma aduerſus nos tulerunt:in qua cauſa cum galli ante omnes fuiſſẽt & reguli quidam & tyranni : ego tamen & cum aliis pro dignitate iperii ueſtri coactis luere peccata ſua pacem pepigi:& gallorum animos: ſi poſſent mitigari a feritate inſita tẽptaui:& poſteaquam idomitos atq; iplacabiles cernebam:tum demum ui atq; armis coercendos ratus ſum. Nunc quoniam ſcuſcepti belli purgatum é crimen:geſti redenda eſt:ratio:i quo confiderem equidem cauſæ meæ etiam:ſi non apud romanum ſed apud carthaginenſem ſenatum agerem:ubi in crucem tolli imperatores dicuntur: ſi proſpero euentũ prauo conſilio rem geſſerunt:ſed ego in ea ciuitate:quæ ideo omnibus incipiendis gerendiſque deos adhibet: quia nullius calumniæ ſubiicit:ea quæ dii comprobauerunt: & i ſolemnibus uerbis habet:cum ſupplicationem aut triumphum decernit:quod bene & feliciter rempu. adminiſtrarit:ſi nollem:ſi graue ac ſuperbum exiſtimarem uirtute gloriari:pro felicitate mea exercituſq; mei quod tantam nationem ſine ulla militum iactura deuicimus:poſtularemq;:ut diis imortalibus honos haberetur:& ipſe triumphans in capitolium aſcenderem:unde uotis rite nuncupatis profectus ſum:negaretis hoc militiæ cum diis imortalibus? Iniquo enim loco dimicaui. Dic igitur:quo æquiore potuerim dimicare:cum montẽ hoſtes cepiſſent:loco munito ſe tenerent:nempe eundum ad hoſtes erat:ſi uincere uellem:quid ſi urbem eo loco haberent:& mœnibus ſe tenerent? nempe oppugnandi erãt. Quid ad Thermopylas? æquone loco. M. Attilius cum rege Antiocho pugnauit?:quid Philippum non eodẽ modo ſuper Aoum amnẽ iuga tenentem montium. T. Quintius deiecit? equidem adhuc qualem aut ſibi fingant : aut nobis uideri uelint:hoſtem fuiſſe non inuenio:ſi degenerem & emollitum amœnitate Aſiæ : quid periculi uel iniquo loco ſubeuntibus fuit? ſi timendum & feritate animorum & robore corporum: huicne tantæ uictoriæ triumphum negatis? Cæca iuidia eſt patres cõſcripti:nec quicq̃ aliud ſcit:quam detrectare uirtutes:corrumpere honores ac premia eorum:mihi:quæſo:ita ignoſcatis. P. C. ſi longiorem orationem non cupiditas gloriandi:ſed neceſſaria criminum defenſio fecit. An etiam per Thraciam ſaltus patentes:qui anguſti erant:& plana ex arduis:& culta ex ſilueſtribus facere potui? & præſtare:ne quilibet ſub iis lateribus deliteſcerent latrones thraces:nequid ſarcinarum reperetur? nequo iumentum ex tanto agmine abſtraheretur nequis uulneraretur? ne ex uulnere fortis uir ac ſtrenuus. Qu. Minutius moreretur? in hoc quoq; caſu in fœliciter incidit ut talẽ ciuem amitteremus:abhorret:quod ſaltu iniquo loco alieno cum adortus hoſtis nos eſſet:duæ ſimul acies primi & nouiſſimi agminis hærẽtem ad impedimenta noſtra exercitum barbarorum circunuenerunt : quod multa millia ipſo die : plura multo poſt dies paucos ceciderunt:& ceperunt:hoc ſi ipſi tacuerint uos ſcituros:cum teſtis orationis meæ totus exercitus ſit:non credunt:ſi gladium in Aſia non ſtrinxiſſem:ſi hoſtem non uidiſſem:tamẽ triumphum in Thracia duobus prælis merueram. Sed iam dictum ſatis eſt:quin pro eo quod pluribus uerbis uos:quam uolui:fatigaui:ueniam a uobis petitam impetratamque uelim. P. C. Plus crimen eo die quam defenſio ualuiſſet:ni altercationem inſerum perduxiſſent:dimittitur ſenatus in ea opinione : ut negaturus triumphum fuiſſe uideretur. Poſtero die & cognati amicique. Gn. Manlii ſummis opibus annixi ſunt:& auctoritas ſeniorum ualuit negantium exemplum proditum memoriæ eſſe:ut imperator qui deuictis perduellibus confecta prouincia exercitum reportaſſet: ſine curru & laurea priuatus inhonoratuſque urbem iniret. Hic pudor malignitatem uicit: triumphum frequentes decreuerunt.

Purgatio cũ refutatiõe eorũ q̃ obiecta ſunt

Inuidiæ uitia

Decernit Mãlio triũphus Dies. P. Scipiõi dicit

Oppreſſit deĩde mentionem memoriamq; oẽm contentionis huius maius & cum maiore uiro certamen ortum. P. Scipioni Africano ut Valerius Antias auctor eſt:duo. Q. Petilii diem dixerunt. Id pro

ut cuiuſq; ingenium erat interpretabant:alii nō tribunos plebis:ſed uniuerſam ciuitatem incuſabant:quæ id pati poſſet:duas maximas orbis terrarꝫ urbes ingratas uno ꝑpe tēpore in principes iuentas: Romā ingratiorem ſiqdem uicta Carthago uictum Annibalem in exilium expuliſſet: Roma uictrix uictorem Africanum expellat. Alii neminem unum tantum eminere ciuem debere:ut legibus interrogari nō poſſit:nihil tam æquandæ libertatis eſſe quam potentiſſimum quēq; poſſe dicere cauſam: qd aūt tuto cuiquā ne dum ſummā rempu. permitti:ſi ratio non ſit reddēda? qui ius æquum pati non poſſit:in eum uim haud iniuſtam eſſe. Hæc agitata ſermonibus:donec dies dicēdæ cauſæ uenit:nec alius ante qſquā: nec ille ipſe Scipio conſul cenſorue maiore oīs generis hoīum frequētia:quā reus illo die in forum eſt deductus. Iuſſus dicere cauſam ſine ulla criminum mētione:orationem adeo magnificam de rebus aſſe geſtis eſt exorſus:ut ſatis conſtaret neminem unq; neq; melius:neq; uerius laudatum eſſe: dicebant enim ab eodem animo ingenioq;:a quo geſta erāt:& aurium faſtidium aberat:qa pro periculo nō i gloriam referebant. Tribuni plebis uetera luxuriæ crimīa ſyracuſanorꝫ hybernorꝫ:& Locris pleminianū tumultū cum ad fidē p̄ſentium criminum rettuliſſent:ſuſpicionibus magis:q̄ argumentis pecuniæ captæ reum accuſarunt:filium captū ſine p̄tio redditū:oībuſq; aliis rebus Scipionē tanquā in eius unius manu pax romana bellumq; eēt: Antiocho cultū:dictatorē eū cōſuli nō legatū in ꝓuincia fuiſſe: nec ad alīā rem eo profectum:quam ut id qd Hiſpaniæ:Galliæ:Siciliæ: Africæ iampridem ꝓſuaſum eēt:hoc Græciæ: Aſiæq;:& omnibus ad orientem uerſis regibus gentibuſq; appareret:unum hominem caput columēq; imperii romani eſſe:ſub umbra Scipionis ciuitatem dominam orbis terrarum latere nutus eius pro decretis patrum pro populi iuſſis eē:infamia ītactum:inuidia qua poſſunt urgent. Orationibus in noctem perductis:producta dies eſt:ubi ea uenit:tribuni in roſtris prima luce conſederunt:citatus reus magno agmine amicorum clientiumq; per mediam concionem ad roſtra ſubiit:ſilentioq; facto. Hoc:īquit:die tribuni plebis:uoſq; quirites cum Annibale & carthaginēſibus ſignis collatis ī Africa bene ac feliciter pugnaui:itaq; cum hodie litibus & iurgiis ſuperſederi æquum ſit:ego hīc extemplo in capitolium ad louē Op. Max. Iunonēq; & Mineruam cæteroſq; deos:q capitolio atq; arci p̄ſident:ſalutādos ibo:hiſq; gratias agam:qd mihi & hoc ipſo die & ſæpe alias egregiæ gerēdæ rei publicæ mēte facultatemq; dederūt:ueſtrum quoq; grites:qbus cōmodum ē:ite mecum:& orate deos: ut mei ſimiles principes habeatis. Ita ſi ab annis ſeptēdecim ad ſenectutē ſemper uos ætatem meam honoribus ueſtris anteiſtis:ego ueſtros honores rebus gerēdis præceſſi. Ab roſtris ī capitolium aſcēdit:ſimul ſe uerſa concio auertit:& ſecuta Scipionem eſt:adeo ut uiatores tribunos reliquerēt:nec cum iis p̄ter ſeruilem comitatum & p̄conem:qui reum ex roſtris citabat:quiſq; eſſēt. Scipio non in capitolio modo:ſed p totam urbem oīa templa deum cum populo ro. circūiit: celebratior iis prope dies fauore hominum & æſtimatione ueræ magnitudinis eius fuit:q̄ quo triumphans de Sciphace rege & carthaginenſibus urbem eſt inuectus:hic ſpecioſus ultimus dies. P. Scipioni illuxit. Poſt quem cum inuidiam & certamina cum tribunis proſpiceret:die longiore producta in Liternum conceſſit certo conſilio: ne ad cauſam dicendam adeſſet:maior animus & natura erat ac maiori fortunæ aſſuetus: q̄ ut reus eſſe ſciret: & ſummitteret:ſe in humilitatem cauſam dicentium. Vbi dies uenit:citariq; abſcēs ē cœptus. L. Scipio morbum cauſam eſſe:cur abeſſet:excuſabat:q̄ excuſationem cum trtbuni:qui diem dixerant: non accipent & ab eadem ſuperbia non uenire ad cauſam dicendam arguerent: qua iudicium & tribunos plebis & concionē reliquiſſet:& qbus ius de ſe dicendæ ſententiæ & libertatem ademiſſet:iis comitatus:quo uelut captos trahens triumphum populi romani egiſſet:ſeceſſionem eo die: quo ī capitolium a tribunis plebis feciſſet:habetis ergo temeritatis illius mercedem:quo duce & auctore nos reliqſtis:ab eo ipſi relicti eſtis:& tantum animorum ī dies nobis decreſcit:ad quē antea exercitum & claſſem habētē tribuni plebis ædileſq; ī Siciliam mittere auſi ſumus:qui præhenderent eum:& Romam reducerent: ad eum priuatum ex uilla ſua trahendum ad cauſam dicēdam mittere non audemus? Tribuni plebis appellati ab Lucio Scipione:ita decreuerunt:ut ſi morbi cauſa excuſaretur:ſibi placeī accipi eam cauſam: diemq; a collegis produci:tribunus plebis eo tēpore Titus Sempronius Gracchus erat: cui inimicitiæ cum. P. Scipione itercedebant:iis cum uetuiſſet nomen ſuum decreto collegarum aſcribi:triſtioremq; omnes ſentētiam expectarent:ita decreuit:cum. L. Scipio excuſet morbum eē cauſam fratri ſatis id ſibi uideri: ſe. P. Scipionē:priuſq; Romam rediſſet:accuſari non paſſurum:tū quoq;:ſi ſe appellet:auxilio ei futurꝫ: ne cauſam dicat:ad id faſtigiū rebus geſtis honoribus populi ro. P. Scipionē deorꝫ hoīumq; cōſenſu peruenīſſe:ut ſub roſtris reū ſtare & p̄bere aures adoleſcētiū conuitiis populo romāo magis deforme:q̄ ipſi ſit. Adiecit decreto īdignationē ſub pedibus ueſtris ſtabit tribuni domitor ille Africæ Scipio? ideo qtuor nobiliſſimos duces pœnorꝫ ī Hiſpania:q̄ttuor exercitus fudit:fugauit:ideo Syphacē cœpit. Annibalē deuicit. Carthaginē uectigalē nobis fecit. Antiocho rcepto eius fratre cōſorte huius gloriæ. L. Cornelius Scipio ultra Tauri iuga emouit:ut duobus Petiliis ſuccūberet? uos de pace africani palmam petetis? nullis ne meritis ſuis nullis ueſtris honoribus ſenectus eorꝫ cōſidat? mouit & decretū & adiecta oratio nō cæteros mō:ſed ipſos ēt accuſatores & delibertaturos ſe qd ſui iuris & officii eſſet? dixerūt Senatus deīde cōcilio plebis dimiſſo: haberi ē cœptus: ibi graciæ īgētes ab uniuerſo ordīe p̄cipue a cōſularibus ſenioribuſq;. T. Sēpronio Graccho actæ ſūt:qd rēp. priuatis ſimultatibus potiorē habuiſſet:& Petilii uexati ſunt probris:qd' ſplendere aliena inuidia uoluiſſent:& ſpolia ex africano triumpho peterēt.

Silentium deinde de Africano fuit:uitam Literni egit ſine deſyderio urbis morientem rure eo ipſo loco ſepeliri ſe iuſſiſſe ferunt:monumentumq; ibi ædificari:ne funus ſibi in ingrata patria fieret:uir me-

Aequā/dæ li/bertatis ratio

Art. Scipiōis comitatū

T. Sempronii gracchi tri. ple. decretū

morabilis bellicis tamen quam pacis artibus memorabilior:cui par habita eſt materia ingenio:quo ad primum conſulatum:ſecundo etiam ſi cenſurā adiicias:quid aſiatica legatio & ualitudine aduerſa inutilis:& filii caſu deformata?& poſt reditum neceſſitas aut ſubeundi iudicii aut ſimul cum patria deſerendi?punici tamen belli perpetrati quo nullum neq; maius:neq; periculoſius romani geſſere: unam præcipuam gloriam tulit.Morte Africani creuere inimicorum animi: quorū princeps fuit.M.Portius Cato qui uiuo quoq; eo allatrare eius magnitudinem ſolitus erat. Hoc auctore exiſtimantur Petilii & uiuo Africano reo cauſam ingratam:& mortuo rogationem promulgaſſe.Fuit autē rogatio talis. Velitis iubeatis:quæratur:quæ pecunia capta:ablata:coacta ab rege Antiocho eſt: quiq; ſub eius imperio fuerunt:quod æs in publicum relatum non eſt:uti de ea re Ser. Sulpicius prætor urbanus ad ſenatum referat:quem eam rem uelit ſenatus quærere de iis:qui prætores nunc ſunt.Huic rogationi primo.Q. &.L.Nummii intercedebant:ſenatum quærere de pecunia non relata in publicum ita ut antea ſemper factum eſſet:æquum cenſebant.Petilii nobilitatem & regnum in ſenatu Scipionum accuſabāt.L.Purpurio conſularis qui in decem legatis in Aſia fuerat:latius rogandum cenſebat:non quæ ab Antiocho modo pecuniæ captæ forent ſed quæ ab aliis regibus gentibuſque.Gn.Manlium inimicum inceſſerent.Et.L. Scipio:quem magis pro ſe:quam aduerſus legem dicturum apparebat: diſſuaſor proceſſit. Is poſt mortem.P. Africani fratris uiri omnium fortiſſimi clariſſimique eam exortam rogationem eſt conqueſtus:parum enim fuiſſe non laudari pro roſtris.P. Africanum:poſt mortem niſi etiam accuſaretur:& carthaginenſes exilio Annibalis contentos eſſe:populum romanum ne morte quidem.P.Scipionis exatiari:niſi ipſius fama ſepulti laceretur:& frater inſuper acceſſione inuidiæ mactetur.M.Cato ſuaſit rogationem:extat & oratio eius de pecunia regis Antiochi: & Nummios tribunos auctoritate deterruit:ne aduerſarentur rogationi.Remittentibus ergo his interceſſionem omnes tribus:uti rogaſſet: iuſſerunt.Seruio Sulpicio deinde referente:quem rogationem Petilii quærere uellent.Quintū Terentium Culleonem patres iuſſerunt. Alii hunc prætorem adeo amicum Corneliæ familiæ ut qui Romæ mortuum elatumque.P.Scipionem:eſt enim ea quoque fama:tradunt pilleatum ſicut in triūpho ierat:in funere quoque ante luctum iſſe memoriæ prodiderunt:& ad portam capenam mulſum proſecutis funus dediſſe.Quod ab eo inter alios captiuos in Africa ex hoſtibus receptus eſſet. Alii adeo inimicum eundem ut propter inſignem ſimultatem : ab ea factione: quæ aduerſa Scipionibus erat: delectus ſit potiſſimum ad quæſtionem exercendam. Cæterum ad hunc nimis æquum aut iniquū prætorem reus extemplo factus.L. Scipio : ſimul & delata & recepta nomina legatorum eius.A. & L.Hoſtiliorum Catonum: &.C. Furii Leonis quæſtoris: & ut oīa contracta ſocietate peculatus uiderentur ſcribæ quoq; duo & accenſus.L.Hoſtilius & ſcribæ & accenſus priuſquam de Scipione iudicium fieret:abſoluti ſunt.Scipio &Hoſtilius legatus &.C.Furius damnati:quo commodior pax Antiocho daretur.Scipionem ſexmillia pondo auri quadringentum octoginta argenti plus accepiſſe : quam in ærarium rettulerat.A.Hoſtilium.lxxx.pondo auri:& argenti.cccciii.pondo.Furium quæſtorem auri centum triginta argenti.cc.pondo:has ego ſummas auri & argenti relatas apud:antiatem inueni. In L.Scipione malim equidem librarii mendum:quam mendatium ſcriptoris eſſe in ſumma auri atq; argenti ſimilius enim ueri eſt argenti:quā auri maius pondus fuiſſe:& potius quadragies:quā ducenties quadragies litem æſtimatam:eo magis quod tantæ ſummæ rationem etiam ab ipſo requiſitam eſſe. P.Scipione in ſenatu tradunt:librumq; rationis eius cum.L.fratrem afferre iuſſiſſet:inſpectante ſenatu ſuis ipſum manibus cōpreſſiſſe: indignatum:quod cum bis millies in ærarium rettuliſſet:quadragies ratio ab ſepoſceretur.Ab eadem fiducia animi cum quæſtores pecuniam ex ærario contra legem promere non auderent:popoſciſſe claues:& ſe aperturum ærarium dixiſſe:qui : ut clauderetur : effeciſſet. Multa alia in Scipionis exitu maxime uitæ dieq; dicta morte funere ſepulcro in diuerſum trahunt : ut cui famæ:quibus ſcriptis aſſentiar:non habeam:non de accuſatore conuenit:alii.M. Nauium:alii Petilios diem dixiſſe ſcribūt:non de tēpore:quo dicta dies ſit:non de anno : quo mortuus ſit aut elatus : alii Romæ:alii Literni & mortuum & ſepultum:utrobique monumenta oſtenduntur & ſtatuæ : nam & Literni monumentum monumentoque ſtatua ſuper impoſita fuit:quam tempeſtate diſiectam nuper uidimus ipſi:& Romæ extra portam capenam in Scipionum monumento tres ſtatuæ ſunt duæ.P.& L.Scipinum dicuntur eſſe:tertia poetæ.Qu.Ennii.Nec niter ſcriptores rerū diſcrepat ſolū: ſed orationes quoque:ſi modo ipſorum ſunt : quæ feruntur:&.T.Gracchi aberrant inter ſe : index orationis.P. Scipionis nomen.M.Nauii tribuni plebis habet : ipſa oratio ſine nomine eſt accuſatoris : nebulonem modo:modo nugatorem appellat.Ne Gracchi quidem oratio:aut Petiliorum accuſatorum Africani: aut diei dictæ Africano ullam mentionem habet:alia tota ſerenda fabula eſt Gracchi orationi conueniens.Et illi auctores ſequendi ſunt:qui cum .L.Scipio & accuſatus & damnatus ſit:pecuniæ captæ ab rege legatum in Ethruria fuiſſe africanum tradunt:quo poſt famam de fratris caſu allatam: relicta legatione cucurriſſe eum Romam & cum a porta recta ad forum ſe contuliſſet : quod in uincula duci fratrem iuſſum erat:reppuliſſe a corpore eius uiatorem: & tribunis retinentibus magis pie : quam ciuiliter uim feciſſe.Hæc enim ipſe Grachcus queritur diſſolutam eſſe a priuato tribunitiam poteſtatē: & ad poſtremum cum auxilium.L.Scipioni polliceretur:adiicit tolerabilioris exēpli eſſe a tribuno plebis potius:quam a priuato uictam uideri & tribunitiam poteſtatem & remp.eſſe. Sed ita hanc unam ipotentē eius iniuriā iuidia onerat:ut icrepādo qđ degenerauerit:tātū a ſeipſo cumulatas & ueteres laudes moderatiōis & tēperātiæ ,preprehēſiōe pſenti reddat:caſtigatū.n.quōdā ab eo populū ait:qđ eū p/

Att.rogationē inſcriptiones

L.Scipionis dānatio

Att.hiſtoriæ uarietatem

petuũ cõſulẽ & dictatorẽ uellet facere: ꝓhibuiſſe ſtatuas ſibi in comitio ĩ roſtris: in curia: ĩ capitolio: in cella louis poni ꝓhibuiſſe ne decerneret: ut imago ſua triũphali ornatu e templo louis optimi maximi exiret: hæc uel in laudatiõe poſita ĩgentem magnitudinẽ animi moderãdis ad ciuilẽ habitũ honoribus ſignificarẽt: q̃ exprobrãdo inimicus fateret. Huic Graccho minorẽ ex duabus filiabus (nam maior. P. Cornelio Naſicæ haud dubie a patre collocata erat) nuptã fuiſſe conuenit: illud parꝫ conſtat utrũ poſt morte patris & deſponſa ſit: & nupſerit: an ueræ illæ opiniones ſint: Graechum: cũ. L. Scipio in uincula duceret: nec quiſquã collegarꝫ auxilio eẽt: iuraſſe ſibi inimicitias cũ Scipionibus: q̃ fuiſſent manere: nec ſe gratiæ q̃rendæ cã quicq̃ facere: ſed ĩ quẽ carcerem reges & impatores hoſtiũ ducentẽ uidiſſet. P. Africanum: in eum fratrẽ eius duci nõ paſſurꝫ. Senatum eo die forte cœnãtem in capitolio conſurrexiſſe: & petiſſe ut iter epulas Graccho filiam Africanus deſpõderet: qbus ita in publicũ ſolẽne ſpõſalibus rite factis: cũ ſe domũ recepiſſet. Scipionem Aemyliæ uxori dixiſſe filiã ſe minorem deſpõdiſſe: cũ illa mulier briter ĩdignabũda nihil de communi filia ſecum cõſultatum adieciſſet: nõ ſi. T. Graccho daret: experꝫtem conſilii debuiſſe matrẽ eſſe: lætum Scipionem tam concordi iudicio & ipſi deſponſam reſpõdiſſe.

Corneliæ nuptiæ

Hæc de tãto uiro: q̃q̃ & opiniõibus: & monumẽtis litterarꝫ uariarẽt ꝓponẽda erãt. Iudiciis a. Qu. Terẽtio ꝓtore pfectis. Hoſtilius: & Furius damnati ꝑdes eodẽ die q̃ſtoribus urbanis dederũt. Scipio cũ cõtẽderet: oẽm: q̃ accepiſſet: pecuniã ĩ ærario eẽ: nec ſe qcq̃ publici habere: ĩ uicula duci cœptus ẽ. Publius Scipio Naſica tribunos appellauit: orationẽq; habuit plenã ueris decoribus: nõ cõmuniter mõ corneliæ gẽtis: ſed ꝓpriæ familiæ ſuæ. Parẽtes ſuos &. P. Africani ac. L. Scipionis: q ĩ carcerẽ duceret: fuiſſe. Gn. &. P. Scipiones clariſſimos uiros: eos cũ ꝑ aliquot annos ĩ terra Hiſpana aduerſus multos pœnorꝫ hiſpanorũq; duces & exercitus nominis romani famã auxiſſent: nõ bello ſolũ: ſed qđ romanæ tẽperantiæ fidei q; ſpecimẽ illis gẽtibus dediſſent: ad extremũ ambo ꝓ po. ro. morte occubuiſſe. Cũ illorꝫ tueri gloriã poſteris ſatis eẽt. P. Africanũ tantũ paternas ſuperauiſſe laudes: ut fidẽ fecerit: nõ ſanguine humano: ſed ſtirpe diuina ſatũ ſe eẽ. L. Scipionẽ: de quo agat: ut q̃ i Hiſpania: q̃ ĩ Africa cũ legatus fratris eẽt: geſſiſſet: ꝓtereant conſulẽ & ab ſenatu dignũ uiſum: cui extra ſortẽ Aſia ꝓuincia & bellũ cũ Antiocho rege decerneret: & a fratre: cui poſt duos cõſulatus cẽſuramq; & triumphũ legatus ĩ Aſiã iret ibi ne magnitudo & ſplẽdor legati laudibus conſulis officeret: forte ita icidiſſe: ut quo die ad Magneſiã ſignis collatis. L. Scipio antiochũ deuiciſſet: æger. P. Scipio Eleæ dierꝫ eliquot uia abeſſet: nõ fuiſſe minorẽ eũ exercitũ: q̃ Annibalis cũ quo ĩ africa eẽt pugnatũ. Annibalẽ eundẽ fuiſſe ĩter multos alios reges duces: q ĩperator punici belli fuerit. Dũ & bellũ qdẽ ita geſtũ eẽt: ut ne fortunã qdẽ quiſq̃ criminari poſſit: ĩ pace crimen q̃ri cauſam dici: ueniſſe huc decẽ legatos ſimul arguiq;: quorꝫ ex conſilio data pax eẽt: qn extitiſſe ex decẽ legatis: q. Gn. Mãliũ accuſarẽt: tamẽ nõ modo ad criminis fidẽ: ſed ne ad morã qdẽ triũphi eã accuſatio nẽ ualuiſſe. At hercule ĩ Scipione ipſas leges pacis ut nimiũ accommodatas Antiocho ſuſpectas eẽ: itegrũ. n. ei regnũ relictũ: oĩa poſſidere eũ uictum: q̃ ante bellũ eius fuerit: auri & argẽti uim magnã habuerit: nihil ĩ publicũ relatũ oẽ ĩ priuatũ uerſum: an ꝑter oĩum oculos tantũ auri argẽtiq; ĩ triũpho. L. Scipionis: quantũ nõ decẽ aliis triũphis: ſi oẽ ĩ unũ conferaẽ: ſit latũ? Nam qd de finibus regni dicã? Aſiam omnẽ & ꝓxima Europæ tenuiſſe antiochũ: ea quãta regio orbis terrarꝫ ſit a tauro mõte ĩ ægæum uſq; ꝓminens mare quot nõ urbes modo: ſed gẽtes amplectãt: oẽs ſcire: hãc regionẽ dierꝫ plus trigĩta longitudinẽ: decem ĩter duo maria latitudinẽ patẽtem: uſq; ad tauri mõtis iuga Antiocho adẽptam: expulſo eo ĩ ultimo angulo nrbis terrarꝫ: quid ſi gratiuta pax eſſet: plus adimi ei potuiſſe? Philippo uicto Macedoniam. Nabidi Lacedæmonem relictam: nec Quĩtio crimen q̃ſitũ: non. n. habuiſſe eum Africanum fratrem: cuius gloria prodeſſe. L. Scipioni debuiſſet: inuidiam nocuiſſe: tantum auri argentiq; iudicatũ eſſe ĩ domũ. L. Scipionis illatum: quantũ uenditis oĩbus bonis redigi nõ poſſet. Id ubi ergo eſſe regium aurꝫ? ubi tot hæreditates acceptas? in domo: quam ſumptus non exauſerint: extare debuiſſe nouæ fortunæ cumulum: Ad enim qđ ex bonis redigi non poſſit: ex corpore: & tergo per uexationem & contumelias. L. Scipionis petituros inimicos: ut in carcere inter fures nocturnos & latrones uir clariſſimus ĩcludatur: & ĩ rubore & tenebris expiret: deĩde nudus ante carcerem proiiciatur: non id corneliæ magis familiæ: quam urbi romanæ fore erubeſcendum: Aduerſus ea Terentius ꝓtor rogationem petiliam ex ſenatuſconſulto: & iudicium de. L. Scipione factum recitauit: ſe niſi referatur pecunia in publicum: quæ iudicata ſit: nihil habere: quod faciat: niſi ut præhendi damnatum & in uincula duci iubeat. Tribuni cum in conſilium ſeceſſiſſent: paulopoſt. C. Fannius ex fua collegarumq; aliorum ꝑter Gracchum ſententia pronunciauit ꝓtori non ĩtercedere tribunos: quo minus ſua poteſtate utatur. T. Gracchus ita decreuit: quo minus ex bonis. L. Scipionis: quod iudicatum ſit: redigatur: ſe non intercedere prætori. L. Scipionem: qui regem opulẽtiſſimũ orbis terrarꝫ deuicerit: imperium Po. Ro. ꝓgauerit ĩ ultimos terrarꝫ fines: Eumenẽ: rhodios: alias tot urbes Aſiæ deuinxerit Ro. Po. beneficiis: plurimos duces hoſtium in triumpho ductos carcere incluſerit: nõ paſſurꝫ ĩter hoſtes Po. Ro. L. Scipionẽ in carcere & in uinculis eſſe: mittiq; eum ſe iubere. Tanto aſſenſu auditum eſt decretũ: adeo dimiſſum. L. Scipionẽ læti hoſtes uiderunt: ut uix ĩ eadem ciuitate uideretur factũ iudicium. In bona deĩde. L. Scipionis poſſeſſum publice quæſtores ꝓtor miſit: neq; ĩ his nõ modo ueſtigium ullum comparuit pecuniæ regiæ: ſed nequaquã tantũ redactẽ eſt: quãtæ ſummæ damnatus fuerat. Collata ea pecunia a cognatis amicis & cliẽtibus eſt. L. Scipioni: ut ſi acciperet eam: locupletior aliquanto eſſet: quã ante calamitatem fuerat. Nihil accepit: quæ neceſſaria ad cultum ernt redempta ei a proximis cognatis ſunt: uerteratq; Scipionum iuidia ĩ prætorem & conſilium eius & accuſatorem.

Att. Vehemẽte naſicæ oõne

Bona L. Scipionis P. uẽdita

TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE BELLO MACEDONICO ET ASIATICO.

LIBER NONVS.



VM HAEC Romæ gerunt:cõsules ambo ĩ liguribus gerebãt bellũ:iis hostis uelut natus ad cõtinendã ꝑ iterualla bellorꝝ romanis militarẽ disciplinã erat:nec alia ꝓuincia militẽ magis ad uirtutem acuebat:nã Asia & amœnitate urbiũ:& copia terrestrium maritimarũq; rerꝝ:& mollicia hostiũ regiisq; opibus ditiores quã fortiores exercitus faciebat: ꝑcipue sub impio.Gn.Mãlii solute ac negligẽter habiti sunt:itaq; asperius paulo iter in Thracia & exercitatior hostis magna clade eos castigauit in liguribus oia erãt:q̃ militem excitarent:loca mõtana & aspera:q̃ & ipsis cape labor erat:& ex ꝑoccupatis deiicere hostẽ:& ifra ardua accepta ifesta ab isidiis: hostis leuis & uelox & repentinus:q nullũ usquã tps:nullũ locũ q̃tũ aut securꝝ eẽ sineret:oppugnatio necessaria munitorꝝ castellorꝝ:laboriosa simul ꝑiculosaq; insidiis regio:q̃ si parsimonia astringeret milites:haud ꝑdæ multũ ꝑberet.Itaq; nõ lixa seq̃bat: non iumentorꝝ lõgus ordo agmẽ expediebat:nihil ꝑter arma & uiros oẽm spem in armis habẽtes erat.Nec deerat unq̃ cũ iis uel materia belli uel cã:qa ꝓp domesticã inopiã uicinos agros icursabant:nũq̃ tamẽ ĩ discrimẽ sũmæ rerꝝpugnabãt Flaminius cõsul cũ frisinatibus liguribus in agro eorꝝ pluribus ꝓliis secũdis factis in deditionẽ gentem accepit:& arma ademit:ea qa syncera fide nõ tradebãt:cũ castigarent:relictis uicis in montẽ auginũ cõfugerũt:cõfestim secutus est cõsul:cæteri effusi rursus:& pars maxia inermes ꝑ inuia & rupes deruptas ꝑcipitantes fugerũt:q̃ sequi hostis nõ posset.Ita trans appẽninũ redierũt:q castris se tenuerãt: circũsessi expugnati sunt.Inde trans appẽninũ ductæ legiones:ibi mõtis:quẽ ceperãt:altitudine paulisꝑ se tutati mox in deditionẽ cõcesserũt. Tum cõquisita cũ itentiore cura arma & oia adẽpta. Trãslatum deide ad apuanos ligures bellũ: q ĩ agrũ pisanũ bononiẽsẽq; ita icursauerãt: ut coli nõ posset:his quoq; ꝓdomitis cõsul pacẽ dedit finitimis:& qa a bello q̃ta ut eẽt ꝓuincia:effecerat:ne ĩ otio militẽ haberet:uiã a Bononia ꝓduxit Arretiũ.M.Aemylius alter cõsul agros ligurꝝ uicosq;:q ĩ cãpis aut uallibus erãt:ipis mõtes duos ballistã suismõtiũq; tenẽtibus deuslit:depopulatusq; ẽ:deide eos:q in mõtibus erant adortus: prio leuibus ꝓliis fatigauit:postremo coactos in aciẽ descendere iusto ꝓlio deuicit:ĩ quo & ædẽ Dianæ uouit.Subactis cis appẽninum oibus tum trãsmontanos adortus ĩ his & frisinates ligures erant: quos nõ adierat.C.Flaminius:omnes Aemylius subegit:armaq; ademit:& de montibus in cãpos multitudinẽ deduxit.Pacatis liguribus ĩ agrũ gallicũ exercitũ duxit.uiãq; ab Placẽtia: ut flaminiæ cõmitteret. Ariminum ꝓduxit:ꝓlio ultimo:quo cum liguribus signis collatis cõflixit:ædem Iunoni reginæ uouit: hæc ĩ liguribus eo anno gesta.In Galliã Furius ꝓtor ĩsontibus cenomanis in pace specie belli q̃rens ademerat arma:ide cenomani conquesti Romæ apud senatum reiectiq; ad consulẽ Aemyliũ cui:ut cognosceret:statueretq; senatus:permiserat:magno certamine cũ ꝓtore habito tenuerũt causam arma reddita cenomanis:decedẽ e ꝓuincia ꝓtor iussus.Legatis deide sociorꝝ latini noĩs:q toto undiq; ex latio frequẽtes cõuenerãt:senatus datus ẽ:his q̃rẽtibus magnã multitudinẽ ciuiũ suorũ Romã cõmigrasse: & cẽsos esse.Qu.Terẽtio Culleoni ꝓtori negociũ datũ est:ut eos conqreret:& quẽ.C.Claudio.M.Fuluio censoribus postue eos cẽsores ipsum parẽtemue eius apud se censum esse probassent socii : ut redire eo cogeret:ubi cẽsi eẽnt ac conquisitione duodecim millia latinorꝝ domos redierũt iã tum multitudine alienigenarꝝ urbẽ ornãte.M.Fuluius priusq̃ consules Romã redit:isq; ad ædẽ Apollinis in senatu cum de rebus ĩ Aetolia Cephaleniaq; ab se gestis disseruisset:petiit a patribus:ut æquũ cẽsẽrẽt ob rẽpublicã bene ac fœliciter gestã:& diis imortalibus honorẽ haberi iubere:& sibi triumphũ decernere. M.Amburius tribunus plebis:si quid de ea re ante Aemylii consulis aduẽtum decerneret itercessurꝝ se ostendit: cum contradicere uelle proficiscentẽq; ĩ ꝓuinciam ita sibi mãdasse:ut ea disceptatio itegra ĩ aduentum suum seruaretur.Fuluius temporis iacturã se facere:senatum etiam ꝑsente consule:quod uellet:decreturꝝ.M. Fuluius:si aut simultas.M.Aemylii secum ignota hoĩbus eẽt aut quã is eas inimicitias impotẽti ac ꝓpe regia ira exerceret:tamen non fuisse ferẽdum absentẽ consulem & deorꝝ imortalium honori obstare & debitum meritumq; triumphũ morari:iperatorẽ rebus egregie gestis uictoremq; exercitum cũ ꝑda ac captiuis ante portas stare:donec cõsuli ob hoc ipsum moranti redire Romam libitum esset.Verꝝ Eniuero cum sint nobilissimæ sibi cum cõsule inimicitiæ:qd ab eo quẽq̃ expectare æq̃:q ꝓ ifrequatiã furtim senatusconsultũ factũ ad ærarium detulerit.Ambraciã non uideri ui captã:q̃ aggere ac uineis oppugnata sit: ubi icẽsis operibus alia deitegro facta sũt: ubi circa muros supra subterq; terrã ꝑ dies quindeci pugnatũ:ubi a pria luce:cũ iã trãscẽdisset muros miles:usq; ad noctẽ diu ãceps ꝓliũ tenuerit:ubi plus tria millia hostiũ sint cæsa.Iam de deorꝝ imortaliũ tẽplis spoliatis ĩ capta urbe : qualẽ calumniã ad põtifices attulerit? nisi si Syracusarꝝ cæterarũq; captarꝝ ciuitatũ ornamẽtis urbẽ ornari fas fuerit: ĩ Ambraciã unã captã nõ ualuerit belli ius:&.P.C.orare & a tribuno petere:ne se superbissimo inimico ludribrio esse sinant. Vndiq; oẽs alii de ꝑcari tribunũ:alii castigare.T.Gracchi collegæ plurimũ oratio mouit:ne suas q̃dem simultates ꝑ magistratu exercer boni exẽpli eẽ alienarꝝ uero simultatũ tribunũ plebis cognitore fieri turpe & idignum collegii eius potestate:& sacratis legibus eẽ:suo quẽq; iudicio: & hoies odisse aut diligere:& res ꝓbare aut ꝑobare debere:nõ pẽdere ex alterius uultu ac nutu:nec alienis momẽtis aĩ circũagi:astipulariq; irato cõsuli tribunũ plebis:& qd priuatim M.Aemylius mãdauerit meminisse:tribuna

Liguꝝ ptinacia

Via Aemylia & Flaminis

M.Fuluii petitio

tum ſibi a populo romano mãdatũ ꝑ auxilio & libertate priuatoꝝ nõ ꝑ conſulari regno. Hoc q̃idẽ cernere æquũ fore:ut memoriæ mandaret:eiuſdẽ collegii alterꝝ e duobus tribunis plebis ſuas inimici tias remiſiſſe reipu.alterꝝ alienas & mãdatas exercuiſſe. His uictus caſtigationibus tribunus cum tẽplo exceſſiſſet referente Seruio Sulpicio ꝓtore triumphus Marco Fuluio eſt decretus: is cũ gratias patribus conſcriptis egiſſet:adiecit ludos magno ſe Ioui optimo maximo eo die:quo Ambraciã cepiſſet uouiſſe:

Triumphus M.Fuluio decernit

in eã rẽ cẽtũ decẽ põdo auri a ciuitatibus collatũ:petere ut ex ea pecunia: q̃ i triũpho latã i ærario poſitu rus eẽt:i ærariũ ſecerni iuberet. Senatus:põtificũ collegiũ cõſuli iuſſit:num id oẽ augꝝ i ludos cõſumi ne ceſſariũ eſſet:cũ pontifices negaſſent ad religionẽ ꝓtinere:q̃ta ipenſa i ludos fieret ſenatus Fuluio:q̃tum uellet:ipenderet:ꝓmiſit:dũ ne ſummã octogitamilliũ excederet Triũphare mẽſe ianuario ſtatuerat:ſed cũ audiſſet cõſulẽ Aemyliũ litteris Amburii tri.pl.acceptis de remiſſa iterceſſione ipſum ad ipediendũ triumphum Romã ueniẽtẽ ægrũ i uia ſubſtitiſſe:ne plus i triũpho certaminũ: q̃ i bello haberet:ꝓtulit triũphi diẽ:triumphauit ad decimũ Kalen.ianuarias de ætolis & de Cephalenia:aureæ coloniæ cẽtum duæ decẽ põdo ante currũ latæ ſunt:argẽti pondo millia.lxxxiii.auri põdo.ccxliii.tetracia attica.cxviii. mœnia. Philippei nummi decẽmillia.ccccxxii.ſigna ænea duxit.cclxxxv.ſigna marmorea.ccxxx.arma tæla cætera ſpolia hoſtium magnus numerus:ad hæc catapultæ:baliſtæ:torméta oĩs generis duces aut ætoli & cephales aut regii ab Antiocho ibi relicti ad ſeptẽ & uigiti. Multos eo die:priuſq̃ i urbẽ iueheret in circo flaminio tribũos ꝓfectos eqtes cẽturiões romãos ſocioſq; donis militaribus donauit:militibus ex ꝓda q̃nos uicenos denarios diuiſit:duplex cẽturioni:triplex eqti. Iam cõſulariũ comitiorũ appetebat tps:qa.M.Aemylius:cuius ſortis ea cura erat occurere nõ potuit. C.Flaminius Romã uenit:ab eo creati cõſules Poſthumius Albinus.Qu.Martius Philippus ꝓtores ĩde facti. T.Menius.P.Cornelius Sulla.C. Calphurnius Piſo.M.Licinius Lucullus.C.Aurelius Scaurus.L.Quirius Criſpinus. Extremo anni ma/giſtratibus creatis:iã ad tertiũ nonas martias.Gn.Mãlius Volſo de gallis q aſiã ĩcolũt:triũphauit: ſerius eo triumphandi cauſa fuit ne Quito Terẽtio Culleone ꝓtore cauſam lege petilia diceret:& ĩcendio alieni iudicii:quo.L.Scipio damnatus erat:conflagraret eo ifenſioribus:ĩ ſe q̃ i illũ iudicibus quo diſciplinã militarem ſeuere ab eo conſeruatã ſucceſſor ipe oĩ genere licẽtiæ corruperat:neq; ea ſola ifamiæ erãt:q̃ ĩ prouicia procul ab oculis facta narrabantur:ſed ẽt magis:ea q̃ i militibus eius conſpiciebant. Luxuriæ .n.peregrinæ origo ab exercitu aſiatico iuectam i urbẽ eſt: ĩde primũ lectos æratos ueſtem ſtragulam ꝓcioſam:plagulas:& alia textilia:& quæ tum magnifice ſupellectilis habebantur:monopodia & abacos Romam adduxerũt:tũc pſaltriæ ſambuciſtriæq; & cõuiualia ludionũ oblectamẽta addita epulis: epulæ quoq; ipſe & cura & ſumptu maiore apparari cœptæ. Tum coquus uiliſſimũ antiquis mancipium & æſtimatione & uſu i pretio eſſe:& quod miniſteriũ fuerit ars:haberi cœpta:uix tamẽ illa: quæ tũ cõſpiciebant:ſemia erãt futuræ luxuriæ. In triũpho tulit. Gn.Mãlius coronas aureas.cc.decẽ:pondo duas argẽti põdo.ccxx.millia centũ tria:tetracinũ atticum.cvii.millia uiginti ciſtophori.ccl. Philippeoꝝ aureoꝝ nũmoꝝ ſedecim millia.cccxx.& arma ſpoliaq; multa gallica carpẽtis trãſuecta: duces hoſtiũ duo & q̃nq̃ginta ducti ante currũ. Militibus q̃dragenos binos denarios diuiſit:duplex cẽturioni & ſtipẽdiũ duplex in pedites dedit:triplex i eqtes:multi oĩum ordinũ donati militaribus donis currũ ſecuti ſunt: carminaq; a militibus ea in imꝑatorẽ dicta:ut facile appareret:in ducẽ idulgentẽ ambitioſumq; ea dici triũphũ eẽ militari magis fauore q̃ populari celebrẽ. Sed ad populi quoq; gratiã cõciliãdã amici Manlii ualuerũt:qbus annitẽtibus ſenatuſcõſultũ factũ eſt:ut ex pecunia:q̃ in triũpho trãſlata eẽt:ſtipẽdiũ collatum a populo i publicũ:qd̃ eius ſolutũ antea nõ eẽt:ſolueret:uicenos qnos & ſemiſſes i millia æris q̃ſtores urbani cũ fide & cura ſoluerũt. Per idẽ tps tribuni militum duo & ex duabus Hiſpaniis cũ litteris. C. Attinii &. C. Manlii:q eas ꝓuincias obtinebãt:uenerũt:ex iis litteris cognitũ eſt celtiberos luſitanoſq; in armis eẽ & ſocioꝝ agros populari:de ea re cõſultationẽ integrã ſenatus ad nouos mgr̃atus reiecit. Ludis romanis eo anno:quos.P.Cornelius Cethegus.A.Poſthumius Albinus faciebãt:malus i circo inſtabilis in ſignũ pollẽtiæ ꝓcidit:atq; id deiecit. ea religiõe moti pres & diẽ unũ adiiciẽdũ ludoꝝ celebritati cẽſuerũt:& ſigna duo ꝓ uno reponẽda:& nouũ auratũ faciẽdũ:& plebei ludi ab ædilibus. C. Sẽpronio Blæſo: &. M. Furio Luſco diem unũ iſtaurati ſunt. Inſeq̃ns ãnus. Sp. Poſthumiũ Albinũ:&. Q. Martiũ Philippũ cõſules ab exercitu bellorũq; & ꝓuinciaꝝ cura ad inteſtinæ cõiuratiõis uindictã auertit:ꝓtores ꝓuincias ſortiti ſunt. T. Menius urbanã:Marcus Licinius Lucullus iter ciues & pegrinos. C. Aurelius Scaurus Sardiniã. P. Cornelius Sulla Siciliã:Hiſpaniã certiorẽ. C. Calphurnius Piſo. Hiſpaniã ulteriorẽ. Q. Criſpinus. Cõſulibus ambobus q̃ſtio de clãdeſtinis cõiuratiõibus decreta ẽ. Græcus igno bilis in Ethruriã primũ uenit:nulla cũ arte eaꝝ:q̃s multas ad aioꝝ corporũq; cultũ nobis eruditiſſima oĩum gens inuexit:ſacrificulus & uates nec iis:q apta legione ꝓpalã & q̃ſtũ & diſciplinã ꝓfitẽdo aios error imbueret:ſed occultoꝝ antiſtes ſacroꝝ:initia erãt:q̃ primo paucis tradita ſunt:dein uulgari cœpta ꝑ uiros mulieresq;:additæ uoluptates religioni uini & epulaꝝ:quo pluriũ ai illicerent: cũ uinũ aios & nox & mixti fœminis mares ætatis teneræ maioribus diſcrimẽ oẽ pudoris extixiſſent:corruptelæ primum omnis generis fieri cœptæ:quod ad id quiſq;:quo natura pronioris libidinis eſſet paratam uoluptatem haberet:nec unum genus noxæ ſtupra promiſcua ingenuoꝝ fœminarũq; erant:ſed falſi teſtes falſa ſigna teſtimoniaq; & idicia ex eadem officina exibant:uenena identidẽ inteſtinæq; cædes:ita:ut ne corpora qdem interdum ad ſepulturã extarent:multa dolo plæraq; ꝑ uim audebãt. Huius mali tabes ex Ethruria Romam uelut cõtagione morbi penetrauit. Primo urbis magnitudo capacior patiẽtiorq; talium malorum celauit:tandem indicium hoc maxime modo ad Poſthumium conſulem peruenit.

Poſthumius Albinꝰ Q.Martius philippus conſ.

Aſiaticæ illecebræ q̃do primũ ro. iectæ

Bacchanaliã ũde ro. allata

P.Ebutius:cuius pater publico equo ſtipédia fecerat:pupillus relictus:mortuis deíde tutoribus ſub tutela Durõiæ matris &uitrici.T.Sépronii Rutilii educatus fuerat:mater dedita uiro erat:&uitricus:qa tutelá ita geſſerat:ut rationé reddere nõ poſſet:aut tolli pupillũ:aut obnoxiũ ſibi uinculo aliquo fieri cupiebat:uia una corruptelæ bacchanalia erát:mater adoleſcétem appellat ſe,p egro eo uouiſſe:ubi primũ cõualuiſſet bacchis eũ ſe initiaturá:dánatá uoti deum benignitate exoluere id uelle.x.dieꝝ caſtimonia opus eé:decimo die cœnatũ:deíde pure lautũ in ſacrariũ deducturá.Scortũ nobile libertina:Hiſpala:Fecenia noie digna q̃ſtu:cui ancillula aſſueuerat:libera huic uni adoleſcẽti aíum applicuit:adeo nõ dánoſa famæ reiq;:ut maligne p̃bentibus ſuis ipſa eũ magna ex parte opibus ſuis ſuſtentaret:nãq; eo ꝓeſſerat cõſuetudine capta:ut poſt patrõi morté:qa in nullius manu erat:tutore a tribunis & p̃tore petito: cũ teſtamétum faceret:unũ Ebutiũ iſtitueret hæredé.Hæc amoris pignora cũ eẽnt:nequicq̃ ſecretũ alter ab altero haberét:p iocũ adoleſcés uetat eá mirari:ſi p aliquot noctes ſecubuiſſet:religiõis ſe cá ut uoto ꝓ ualitudine ſua facto libereť:bacchis initiari uelle.Id ubi mulier audiuit:pturbata dii meliora:inqt:mori & ſibi & illi ſatius eé:q̃ id faceret:& in caput eoꝝ deteſtari minas piculaq;:q id ſuaſiſſet.Admiratus tũ uerba:tũ pturbationé tantá adoleſcés parcere execrationibus iubet:matré id ſibi aſſẽtiente uirico iperaſſe.Vitricus ergo:inqt:tuus(matré.n. iſimulare forſitan fas nõ ſit)pudicitiá famá ſpem uitáq; tuá p̃ditũ ire hoc facto ꝓperat.Eo magis mirabundo q̃rentiq; qd rei eét:pacẽ ueniáq; p̃cata deoꝝ dearũq;:ſi coacta caritate eius ſiléda nũciaſſet:ancillá ſe ait dominæ comité id ſacrariũ intraſſe liberá nũq̃ eo acceſſiſſe:ſcire corruptelaꝝ oís generis ſe officiná eé:& iam biénio cõſultare neminẽ initiatũ ibi maiorẽ ánis xx.ut qs itroductus ſit uelut uictimá tradi ſacerdotibus:eos íducere í locũ:q circũſonet ululatibus cantuq; ſymphoniæ & cíbaloꝝ & tympanoꝝ pulſu:ne uox q̃ritátis cũ p̃ uí ſtuprũ íferreť:exaudiri poſſet. Orare deíde atq; obſecrare:ut eá ré quocũq; diſcuteret mõ:nec ſe eo p̃cipitaret:ubi oía íanda patienda primũ:deíde faciéda eẽnt:neq; ante dimiſit eũ:quá fidé dedit adoleſcẽs ab his ſacris ſe tẽperaturum.Poſteaq̃ domũ uenit:& mater mentionẽ ítulit:qd eo die:qd deiceps cæteris:q̃ ad ſacra ptinerent:faciendũ eét:negat eoꝝ ſe qcq̃ factuꝝ:nec initiari ſe í aío eé.Aderat ſermoni Vitricus:cõfeſtim mulier exclamat Hiſpalæ concubitu carere eum decem noctes non poſſe:illius exteræ dilinimentis & uenenis imbutũ nec parentis:nec uitrici:nec deorum uerecundiá habere & iurgátes hinc mater:hinc Vitricus cũ quatuor eum ſeruis domo exegerunt.Adoleſcens inde ad Ebutiá ſe amitam cõtulit:cauſamq;: cur eiectus eét:narrauit:deíde ex auctoritate eius poſtero die ad cõſulé Poſthumiũ arbitris remotis ré detulit. Cõſul poſt dié tertium ad ſe iuſſum redire dimiſit:ipſe Sulpiciam graué fœminá ſocrum ſuá p̃cunctatus é ecq̃ anum Ebutiam ex auẽtino noſſet:cum ea noſſe:probam &antiq moris fœminá reſpondiſſet:opus eſſe ſibi ea conuẽta dixit:mitteret nũcium ad eam:ut ueniret.Ebutia accita ad Sulpiciam uenit:& cõſul paulo poſt uelut forte íterueniſſet:ſermonẽ de Ebutio fratris eius filio ífert.Lachrymæ mulieri oborte & miſerari cãm adoleſcẽtis: cœpit:q ſpoliatus fortunis:a qbus minie oporteret;apud ſe tũc eſſet:eiectus a matre quod ꝓbus adoleſcés(dii porpitiíeſſent) ob ſcœnis:ut fama,eſſet:ſacris initiari nollet. Satis de Ebutio exploratum ratus cõſul nõ uanum auctorẽ eſſe:dimiſſa Ebutia ſocrũ rogat:ut Hiſpalam idẽtidem ex auẽtino libertiná nõ ignotá uiciniæ accerſeret ad ſeſe eá quoq; eé q̃ p̃cũctari uellet.Ad cuius nũctium p̃tubata Hiſpala:quod ad tá nobilẽ:& graué fœminá ignara cauſæ accerſeretur:poſteaq̃ lictores í ueſtibulo turbáq; cõſuléq; ipſum cõſpexit: ꝓpe exaíata eſt.In íterioré parté ædium adductá ſocru adhibita cõſul:ſi uera dicere íducere í aíum poſſet negat p̃tubari debere:fidé uel ab Sulpicia tali fœmina uel ab ſe acciperet:expromeret ſibi:q̃ í ludo ſimili bacchanalibus í ſacro nocturno ſolerét fieri. Hæc ubi audiuit:tátus pauor tremorq; oíum mẽbroꝝ mulieré:cœpit:ut diu hiſcere nõ poſſet:tádé cõfimata puellá admodũ ſe ancillá initiatá cũ domina ait:aliquot annis:ex quo manumiſſa ſit:nihil:qd ibi fiat:ſcire.Iá id ipſũ cõſul laudať cũ initiatá ſe nõ ificiaretur:ſed & cætera eadé fide expromeret:nagáti ultra qcq̃ ſcire nõ eadẽ dicere:ſi coarguať ab alio ac fatenti ueniá aut gratiam fore:cũ tibi oía expoſui:ná q ab illa audiſſet alia.Mulier haud dubie id:quod erat.Ebutiũ ídicé arcani rata eſſe:ad pedes Sulpiciæ ꝓcidit: & eam prio orare cœpit:ne mulieris libertinæ cũ amatore ſermoné í ré nõ ſeriá mõ:ſed capitalé ét uerti uellet: ſe terrédi eius cauſa nõ qđ ſciret qcq̃ locutá eé.Hic Poſthumius accéſus ira tũ quoq; ait eá cũ Ebutio ſe amatore cauillari credere? nõ í domo grauiſſime fœmiæ &cũ cõſule loq? &ſulpicia attollere pauétem: ſimul illá adhortari:ſimul irã generi lenir.Tádé cõfirmata multũ icuſata pfidiá Ebutii:q optiæ í eo ípo meritæ talé gratiá retuliſſet:magnũ ſibi metũ deoꝝ quorũ occulta initia nũciaret:maioré multo dixit hoíum eé:q ſe ídicé máibus ſuis diſcerpturi eẽnt:itaq;:hoc ſe Sulpiciá hoc cõſulé orare ut ſe extra Italiã áliquo albegarét:ubi degere reliquũ uitæ tuto poſſet.Bono aío eſſe iubere eá cõſul:& ſibi curæ fore dicere ut.Romæ tuto habitaret.Tũ Hiſpala originẽ ſacroꝝ expromit:prío ſacrariũ id fœminarũ fuiſſe: nec quéq̃ uirũ eo admitti ſolitũ:tres í anno dies ſtatutos habuiſſe:qbus íterdiu bacchis initiarétur:ſacerdotes íuicẽ matronas creari ſolitas.Pacullam.Miniá.Eſoponá ſacerdotẽ oía tãq̃ deũ monitu ímutaſſe: nam & uiros eã primá ſuos filios initiaſſe Minium & herenniũ Cerinios:& nocturnũ ſacrũ ex diurno: & pro tribus í anno diebus qnos ſingulis méſibus dies initioꝝ feciſſe:Ex quo íde,pmiſcua ſacra ſint:& pmixti uiri fœminis:& noctis licétia acceſſerit:nihil ibi facinoris:nihil ibi flagitii p̃termiſſum:plura uiroꝝ iter ſe:q̃ fœminaꝝ eé ſtupra:ſi q minus patiétes dedecoris ſint:& pigriores ad facinus ꝓ uictimis ímolari:nihil nefas ducere.Hác ſummá iter eos religionẽ eé:uiros uelut méte capta cũ iactatiõe fanatica coporis uaticinari:matronas bacchaꝝ habitu crinibus paſſis cũ ardétibus facibus decurreť ad tyberí demiſſáſq; í aquã faces.qa uiuũ ſulphur cũ calce íſlit:integra flama efferre.Raptos a diis hoíes dici:quos

Act. Sacri flagitia

Bacchanalium initia & ſcelera ſacris ad miſſa

adhuc usus:neq; apud socios neq; liberæ gentis ee:sed uere seruoꝝ disceptatiu apud dominos: nã si nõ uox illa uana pconii fuit:qua liberos esse oium prios achæos iussistis:si fœdus ratũ é:si societas & amicitia obseruat ex æquo:cur ego:qd Capua capta feceritis romani nõ quæro:uos rõnem reposcitis:quid achæi lacedæmoniis bello uictis fecerimus? iterfecti aliq sunt finge a nobis:qd uos senatores campanos securi nõ percussistis? muros diruimus:uos non muros tantũ:sed urbẽ & agros ademistis:specie iniqs æquum est fœdus apud achæos pcaria libertas:apud romanos ét iperium est. Sétio Appi:& si nõ oportet: non idignor: sed oro uos:quantum libet:iterfit iter romanos & Achæos:modone in æquo hostes uestri nostriq; apud uos sint ac nos socii:imo ne meliore iure sint:nã ut i æquo essẽt:nos fecimus:cum leges iis nostras dedimus:cũ ut achæi concilii eẽnt:effecimus:parum é uictis:quod uictoribus satis est: plus postulant hostes:quã socii habent:q̃ iureiurando:q̃ monumentis litteraꝝ in lapide isculptis i æternam memoriam sancta atq; sacrata sunt:ea cum periurio nostro tollere parant:ueremur qdem uos romani:& si ita uultis:etiã timemus:sed plus ueremur:& timemus deos imortales. Cum assensu maxiæ partis est auditus:& locutũ omnes ꝑ maiestate magistratus cẽsebant:ut facile appareret molliter agendo dignitatẽ suã tenere apud romanos nõ posse. Tum Appius suadere sẽ magnopẽ achæis dixit: ut dũ liceret uolũtate sua facere:gratiã inirent:ne mox inuiti & coacti facerẽt. Hæc uox audita qdem cũ oium gemitu est:sed metu iniecto iperata recusandi id modo petierunt:ut romani:q̃ uiderent de lacedæmoniis:mutarent:nec achæos religione obstrigerent irrita ea:q̃ iureiurãdo sanxissẽt:faciendi:dãnatio tãtum Arei & Alcibiadis:q̃ nuper facta erat:sublata ẽ. Romæ pricipio eius anni cum de comitiis consulũ & prætoꝝ actum essẽt:consulibus ligures:qa bellũ nusq̃ alibi erat:decreti. Prætores. C. Decius Flauius urbanã. Publius Cornelius Cethegus iter ciues & pegrinos sortiti sunt. Publius Sempronius Blesus Siciliam. Quitius Neuius Matho Sardiniã:& ut idẽ de ueneficiis q̃reret. C. Terentius Varro Hispaniá citeriorem:Quitus Sempronius Longus Hispaniam ulteriorem. De iis duabus ꝓuiciis legati per id fere tempus. L. Iuuentius Calua:&. T. Quitilius Varus uenerunt. q quantũ bellũ iã ꝓfligatũ i Hispania eẽt: senatu edocto:postularũt:simul ut ꝓ rebus tã ꝓspere gestis diis imortalibus haberetur honos:& ut ptoribus exercitũ deportare:liceret. Supplicatio i biduum decreta é de legionibus deportãdis:cũ de cõsulum ptorumq; exercitibus ageretur:rẽ itegrã referri iusserũt. Paucos post dies cõsulibus i ligures binæ legiones:quas Appius Claudius &. M. Sépronius habuerãt decretæ sunt. De exercitibus hispaniẽsibus magna cõtẽtio fuit iter nouos ptores & amicos absentium Calphurnii Quitiiq; utraq; cã tribunos plebis:utraq; cõsules habebat:ii se itercessuros. S. C. si reportãdos cẽserẽt exercitus:denũciabant: illi si hæc intercessio fieret:nullam rẽ aliã se discerni passuros. Victa postremo absentiũ gratia est:&. S. C. factum: ut prætores q̃ttuormillia peditũ romanoꝝ scriberẽt:q̃drigentos eqtes:& qnquemillia socioꝝ peditũ latini noĩs:qngentos eqtes:quos secũ i Hispaniã portarent:cũ eas legiões q̃ttuor descripsissent:qd plus quã qnquemillia peditũ:trecenti eqtes i legionibus singulis eẽnt:dimitterẽt:eos primũ:q emerita stipẽdia haberent:deide ut cuiusq; fortissima opa Calphurnius:& Quitius i ꝓlio usi eẽnt. Hac sedata cõtentione alia subide. C. Decii ptoris morte exorta est. Gn. Sicilius &. L. Puppius:q ædiles proxio anno fuerant:&. C. Valerius flamẽ dialis:&. Q. Fuluius Flaccus is qa ædilis curulis designatus erat sine toga candida:sed maxia ex oĩbus contentione petebãt:certamẽq; ei cũ flamĩe diale erat:& posteaq̃ prio æquare mox supare é uisus:pars tribunoꝝ plebis negare rõnẽ eius habendam esse:qd duos simul unus magistratus ꝑsertim curules neq; cape posset nec gerere:pars legibus eũ solui æquũ cẽsere:ut quẽ uellet ptorem creãdi populo potestas fieret. L. Portius cõsul prio i ea sentẽtia eẽ ne nomen eius accipet:deinde ut ex auctoritate senatus idẽ faceret:cõuocatis patribus se referre ad eos dixit:qd nec iure ullo:nec exẽplo tolerabili liberæ ciuitati ædilis curulis designatus ꝓturam peteret sibi:nisi qd aliud iis uideretur:in aio esse:e lege comitia habere. Patres cẽsuerunt uti. L. Portius cõsul cũ. Q. Fuluio ageret:ne impedimento esset:quomius comitia ptoris i locũ. C. Decii subrogãdi e lege haberent. Agẽti consuli ex. S. C. respõdit Flaccus nihil:qd se ĩdignum eẽt:facturũ:medio responso ad uoluntatẽ iterpretãtibus fecerat spem cessurũ patrum auctoritati eẽ:comitiis acrius ét:quã ante petebat:criminando extorqueri sibi a consule & ab senatu Po. Ro. beneficiũ:& iuidiã gemiati honoris fieri:tãq̃ nõ appareret:ubi designatus ptor eẽt:ex tẽplo ædilitate se abdicatuꝝ. Cõsul cũ & ptinaciã petẽtis crescere:& fauoré populi magis magisq; i eũ iclinari cerneret:dimissis comitiis senatũ uocauit:cẽsuerũt frequẽtes:quoniã flaccũ auctoritas patrũ nihil mouisset:ad populũ cũ flacco agẽdũ. Cõciõe aduocata cũ egisset cõsul:ne tũ qdẽ de snia motus gras Po. Ro. egit:qd tãto studio quotiẽscũq; declarãdæ uolũtatis potestas facta eẽt:ptoré se uoluisset facere: ea sibi studia ciuium suoꝝ destituere nõ i aio esse. Hæc uero tam obstinata uox tantum ei fauoris accẽdit:ut haud dubius ptor eẽt:si cõsul accipe nomen uellet:igens certamẽ tribunis & iter seipsos & cũ cõsule fuit:donec senatus a consule é habitus:decretumq; quoniam prætoris subrogãdi comitia ne legibus fierẽt ptinacia. Q. Flacci & parua studia hoium ipedirẽt: senatũ cẽsere satis ptorum eẽ. P. Cornelius utrãq; i urbe iurisdicionẽ hẽret. Apolliniq; ludos faceret. His comitiis prudẽtia & uirtute senatus sublatis:alia maioris certaminis quo & maiore de re & iter plures potẽtioresq; uiros sunt exorta cẽsurã summa cõtẽtiõe petebãt. L. Valerius Flaccus:& Publius:&. L. Scipiões. Gn. Manlius Volso. Furius Purpurio pricii:plebeii ãt. M. Portius Cato. M. Fuluius Nobilior: Tiberius &. M. Sépronius Lõgus & Tuditanus: sed oẽs pricios plebeiosq; nobilissimaꝝ familiaꝝ. M. Portius longe anteibat: i hoc uiro tanta uis ai ige niiq; fuit:ut quocũq; loco natus eẽt:fortunã sibi ipe facturus uideret:nulla ars neq; priuatæ:neq; publicæ rei gerẽdæ ei dfuit:urbanas rusticasq; res piter callebat:ad summos honore alios sciẽtia iuris:alios

Act. Appii denũcia tionem

Prouinciarũ ordinatio

Catõis maioris laus

eloquentia:alios gloria militaris prouexit:huic uersatile ingenium:sic pariter ad oia fuit:ut natum ad id unum diceres:quodcūq; ageret:i bello manu fortissimus:multisq; insignibus clarus pugnis:idē postcaq; ad magnos honores peruenit summus imperator:& idē in pace:si ius consuleres:peritissimus:si cā orāda esset eloquētissimus:nec ista tantū cuius lingua uiuo eo uiguerit:monumētū eloq̄ntiæ nullū extet: uiuit imo:uigetq; eloquētia eius sacrata scriptis:ois generis orones & ꝑ se multæ:& ꝑ aliis & i alios:nā non solū accusando sed ēt cām dicēdo fatigauit inimicos:simultates nimio plures & exercuerunt eū:& ipse exercuit eas:nec facile dixeris:utrū magis ꝓsserit eū nobilitas:an ille agitauerit nobilitatē. Asperi procul dubio animi & linguæ acerbæ & imodice liberæ fuit:sed iuncti a cupiditatibus animi & rigidæ innocentiæ:cōtemptor gloriæ:diuitiarū:i parsimonia i patientia laboris piculi ꝓpe ferrei corporis animiq; quē nec senectus qdē q̄ soluit oia:fregerit:q sextū & octogesimū annū agēs cām dixerit:ipse pro se orauerit: scripseritq; nonagesimo anno. Sergiū Galbā ad populi adduxerit iudiciū. Hūc sicut omni uita tū petentem ꝓmebat nobilitas:coierāt apud ꝓtorē. L. Flaccū:q collega i cōsulatu fuerat:cādidati oēs ad deiciēdū honore eū:nō solū ut ipsi potius adipiscerent:nec qa idignabātur nouū hominē cēsorem uidere:sed ēt qd' tristē cēsurā piculosamq; multoꝝ famæ ab læsoa plærisq; & lædēdi cupido expectabāt: &.n.tum quoq; minitabūdus petebat:refragari sibi:q liberā & fortē cēsurā timerēt criminādo:& simul. L. Valerio suffragabat:illo uno collega castigare se noua flagitia & priscos reuocare mores posse. His accēsi homines auersa nobilitate nō. M. Portiū mō cēsorē fecerūt:sed collegā ei. L. Valeriū Flaccū adiecerūt. Secūdum comitia cēsoꝝ cōsules ꝓtoresq; i ꝓuincias ꝓfecti:ꝑter. Q. Neuiū:quē q̄ttuor nō mius mēses prius quē in Sardiniā iret q̄stiōes ueneficii:quaꝝ magnā partē extra urbē ꝑ municipia cōciliabulaq; habuit: quia ita aptius uisum erat:tenuerūt:si Antiati Valerio credere libet:ad duo hominū millia dānauit:& L. Posthumius ꝓtor:cui Tarētū ꝓuincia uenerat:magnas pastoꝝ cōiuratiōes uindicauit:& reliqas bacchanaliū q̄stiōis cū cura exercitus ē:multos q ciuitati nō affuerāt:aut uades deseruerāt in ea regiōe Italiæ latētes:partim noxios iudicauit:partim cōpræhēsos Romā ad senatū misit i carcere oēs a. P. Cor. coniecti sunt. In Hispania ulteriore fractis ꝓximo bello lusitanis q̄tæ res fuerāt: & in citeriore. C. Terētius Sullo Lusitanis oppidū Corbionē uineis & opibus expugnauit:captiuos uēdidit:q̄ta deinde hyberna in citeriore ꝓuincia habuit. Veteres ꝓtores. C. Calphurnius Piso:&. L. Quintius Romā redierut:utriq; magno patrū cōsensu triūphus ē decretus:prior. C. Calphurnius de lusitanis & celtiberis triūphauit:coronas aureas tulit. lxxiii. & decē pōdo argēti:paucos post dies. L. Quintius Crispinus ex iisdē lusitanis celtiberisq; triūphauit: tātūdem auri:q̄tū argēti in eo triūpho trāslatū. Cēsores. M. Portius: &. L. Valerius metu mixta expectatiōe senatū legerūt:septē mouerūt senatu:ex q̄bus unū insignē & nobilitate & honoribus. L. Quintiū Flaminiū cōsularē. Patrū memoria institutū:fert: ut cēsores motis e senatu ascriberēt notas. Catonis & aliæ qdē acerbæ orones extāt in eos:quos aut senatorio loco mouit:aut quibus equos ademit:lōge grauissima in. L. Quintium oratio est:qua si accusator ante notam non censor post notam uisus esset: retinere. L. Quintium in senatu:ne frater qdē Titus Quintius:si tum censor eēt:potuisset:inter cætera obiecit ei Philippū Pœnū caꝝ ac nobile scortū ab Roma in Galliā ꝓuinciā spe ingētiū donoꝝ ꝓductū:eū puerū lasciuiā cū cauillaret:exprobrare cōsuli ꝓsæpe solitū:qđ sub ipsum spectaculū gladiatoꝝ abductus ab Roma eēt:ut obsequium amatori ei uēdicaret:forte epulātibus iis cū iā uino incaluissent:nūciatū in cōuiuio eē nobilē boiū cū liberis trāsfugā uenisse:cōuenire cōsulē uelle:ut ab eo fidē ꝑsens accipet:introductū i tabernaculū ꝑ interpretē alloq cōsulē cœpisse:iter cuius sermonē Quintius scorto uis tu:inqt:quoniā gladiatoriū spectaculū reliqsti:iā hūc gallū moriētē aspicere?:& cū is uix dum serio annuisset ad mutū scorti cōsulē stricto gladio:q sup caput pēdebat:loquenti gallo caput primū ꝓcussisse:deide fugiēti fidēq; Po. Ro. atq; eoꝝ q aderāt:iploráti latus trāsfodisse. Valerius Antias ut qui nec Catonis orone legisset:& fabulæ tātū sine auctore ædite credidisset:aliud argumentū simile tamē libidie & crudelitate ꝓgit:Placētiæ famosam mulierē:cuius amore depiret:i cōuiuiū accersitā scribit:ibi iactātē sese scorto iter cætera retulisse q̄acriter q̄stiōes exercuisset:& quā multos capitis dānatos i uiculis hēret:quos securi ꝓcussurus eēt:tū illa infra eū accubātē negasse unq uidisse quēq̄ securi ferientē & ꝓuelle id uidere:hic idulgētē amatorē unū ex dānatis attrahi iussum securi ꝓcussisse. Facinus atrox siue eo modo:quo censor obiecit:siue ut Valerius tradit:cōmissum est iter pocula atq; epulas:ubi libare diis dapes:ubi bene ꝑcari mos eēt:ad spectaculū scorti ꝓcacis i sinu cōsulis recubātis mactatā humanā uictimā eē:& cruore mēsam repsam. In extrema orone Catonis cōdicio fert:ut si id factū negaret: cæteraq; q̄ obiecisset spōsione defenderet:sese:q fateret. ignominia ne sua quēq; dolitura cēseret:cū ipse uino & uenere amens sanguine hois i cōuiuio lusisset? In eqtatu recognoscēdo. L. Scipiōi Asiatico adēptus ptus equus:in cēsibus quoq; accipiēdis tristis & aspera in oēs ordies cēsura fuit:ornamēta:& uestē mulierē:& uehicula:q̄ pluris:quā qndecimilliū æris eēnt:i cēsum referre uiatores iussit:itē mācipia maiora annis. xx. q̄ post ꝓximū lustrū. x. millibus æris aut eo pluris uænissent:uti ea quoq;. x. tanto pluris:q̄ quāti eēnt:æstimarētur:& his rebus oibus terni in millia æris attribuerent:aquā publicā omnē i priuatum ædificiū aut agrū fluētē ademerūt:& q̄ in loca publica iædificata immolitaue priuati habebāt:infra xxx. dies demoliti sunt:opa deide faciēda ex pecunia decreta:lacus sternēdos lapide tegēdosq;:qua opus esset:cloacas in auētino in aliis partibus:qua nondū erāt faciēdas locauerunt:& seperatim Flaccus molē ad neptunias aquas:ut iter populo eēt & uiā ꝑ formianū mōtē. Cato atria duo meniū & titiū i latumiis & quattuor tabernas i publicū emit:basilicāq; ibi fecit:q̄ portia appellata ē:& uectigalia summis pretiis ultro tributa infimis locauerūt:q̄s locationes cū senatus ꝑcibus & lachrymis publicanoꝝ uictus iduci

Aff. severissimā Catonis cēsurā

Quid Cato Flaminio obiecerit

Basilica portia

& deitegro locari iuſſiſſet:cẽſores edicto ſũmotis ab haſta:q̃ Iudificati ꝑorẽ locationẽ erãt:oĩa eadẽ pau
lum ĩminutis ꝑtiis locauerũt:nobilis cẽſura fuit:ſimultatũq; plena q̃.M.Portiũ:cui acerbitas ea aſſigna
bat:ꝑ oẽm uĩtã exercuerũt. Eodẽ anno coloniæ duæ polẽtia in Picenũ:Piſauꝛ in gallicũ agrũ deductæ
ſunt:ſena iugera in ſingulos data:diuiſerũt agrũ:coloniaſq; deduxerũt iidẽ treſuiri.Q.Fabius Labeor:
&.M.& Quintus Fuluii Flaccus & Nobilior.Cõſules eius anni nec domi:nec militiæ memorabile q̃q̃
egerũt:in ĩſequentẽ annũ crearũt cõſules.M.Claudiũ marcellũ.Q.Fabiũ Labeonẽ.M. Claudius.Q.Fa M.Cla/
bius idibus martiis quo die cõſulatũ inierũt:de ꝓuinciis ſuis ꝑtorũq; rettulerũt. Prætores creati erant udius
C.Valerius flamen dialis q̃ priore ãno petierat:&.Sp.Poſthumius Albinus:&.P.Cornelius Siſenna.L. marcel/
Puppius.L.Iulius.Gn.Sulpitius.cõſulibus ligures cũ iiſdẽ exercitibus:quos.P.Claudius.L.Portius ha/ lus.Q.
buerãt:ꝓuincia decreta eſt.Hiſpaniæ extra ſortẽ prioris anni ꝑtoribus cũ ſuis exercitibus ſeruatæ.Præ Fabius
tores ita ſortiri iuſſi uti flamini diali utiq; altera iuriſdicendi Romæ ꝓuincia eẽt:peregrinã eſt ſortitus. Labeo
Siſennæ Cornelio urbana.Sp.Poſthumio Sicilia.L.Puppio Appulia.L.Iulio gallia.Gn.Sulpicio Sardi conſ.
nia euenit.L.Iulius maturare ẽ iuſſus galli trãſalpini ꝑ ſaltus ignotæ antea uiæ ut ante dictũ eſt:in Italiã Galli in
trãſgreſſi oppidũ in agro:q̃ nũc eſt aq̃lienſis ædificabãt.Id eos ut ꝓhiberet:quo ad eius ſine bello poſſet agro aq̃
ꝑtori mãdatũ ẽ:ſi armis ꝓhibẽdi eẽnt:cõſules certiores faceret:ex his placere alteꝛ:aduerſus gallos du liẽſi edi
cere legiões.Extremo prioris anni comitia habita erãt:in demortui.Gn.Cornelii locũ auguris ſufficiẽ ficabãt
di creatus erat.Sp.Poſthumius albinus huius prĩcipio anni.P.Licinius Craſſus põtifex max. mortuus
eſt:in cuius locũ.M.Sẽpronius tuditanus põtifex max.creatus eſt.C.Seruilius geminus.P.Licinii fune
ris cã uiſceratiõe data ludos fecit:& gladiatores.c.uigĩti pugnauerunt:& ludi funebres ꝑ triduum facti
poſt ludos epulum:ĩ quo cũ toto foro ſtrata triclinia eẽnt tẽpeſtas cũ magnis ꝓcellis coorta coegit plæ
roſq; tabernacula ſtatuere ĩ foro.eadẽ paulo poſteaq̃ undiq; diſſerenaſſet:ſublata:defunctoſq; fato uul/
go ferebãt:qđ ĩter fatalia uates cecinĩſſent:neceſſe eẽ tabernacula in foro ſtatui:hac religione leuatis al/
tera iniecta:qđ ſanguine ꝑ biduũ pluuiſſet ĩ area Vulcani:& ꝑ decẽuiros ſupplicatio ĩdicta erat eius ꝓ/
digii expiãdi cã.Priuſquã cõſules ĩ prouicias ꝓficiſcerenẽ:legatiões trãſmarinas ĩ ſenatũ introduxerũt:
nec unq̃ ante tantũ regiõis eius hominũ Romæ fuerat:nam ex quo fama ꝑ gẽtes:quæ Macedoniã ac/
colunt:uulgata ẽ:crimina querimoniaſq; de Philippo nõ negligẽter ab romãis audiri:multis operæꝑ/
tũ fuiſſe queri:ꝑ ſe quæq; ciuitates gẽteſq; ſinguli etiã priuatim:grauis enim accola omnibus erat Ro
mam aut ad ſpem leuandæ iniuriæ:aut ad deflendæ ſolatiũ uenerũt:& ab Eumene rege legatio cũ fra/
tre eius Atheneo uenit ad querẽdum ſimul qđ non deducerenẽ ex Thratia põſidia:ſimul quod ĩ Bithy
niam Pruſiæ bellũ gerenti:aduerſus Eumenẽ auxilia miſſa forẽt.Reſpondendũ ad oĩa iuueni tũ admo
dũ Demetiro erat:cum haud facile eſſet:aut ea:q̃ obiicerenẽ:aut q̃ ãduerſa ea dicenda erãt: cõplecti me/
moria:nec.n.multa ſolũ:ſed ẽt plæraq; oppida q̃ parua erant de controuerſia finium: de hoĩbus raptis
pecoribuſq; abactis:de iure aut dicto per libidinẽ aut nõ dicto:de rebus ꝑ uim aut ꝑ gratiã iudicatis:ni/
hil hoꝛ neq; Demetriũ dilucide dicere:nec ſe ſatis liq̃do diſcere ab eo ſenatus cum cerneret poſſe:ſimul
& tyrocinio & ꝓturbatione iuuenis moueretẽ:q̃ri iuſſit:ab eo : ecquã de iis rebus cõmentarium a patre
accepiſſet? cũ reſpondiſſet accepiſſe ſeſe:nihil prius nec potius uiſum ẽ:q̃ regis ipſius de ſingulis reſpõſa
acc̃ipere librũ extẽplo popoſcerunt:deinde:ut ipſe recitaret:ꝓmiſerunt. Erant ãt de rebus ſingulis ĩ bre/
uem toactæ cauſæ:ut alia feciſſe ſe ſecundũ decreta legatorum doceret:alia non ꝑ ſe ſtetiſſe quo minus
faceret:ſed ꝑ eos ipſos:q̃ accuſarẽt:interpoſuerat ẽt querelas de iniq̃tate decretorũ: & q̃ non ex æquo di
ſceptatũ apud Ceciliũ foret:indigneq; ſibi nec ullo ſuo merito inſultatũ ab oĩbus eẽt : has notas irritati
ſui aĩ collegit ſenatus:cæteꝛ alia excuſanti iuueni:alia recipiẽti futura:ita ut maxie uellet ſenatus: reſpõ
deri placuit:nihil patrẽ eius:neq; rectius:nec magis qđ ex uoluntate ſenatus eſſet: feciſſe:q̃ qđ utcũq; ea
geſta eſſent:ꝑ Demetriũ filiũ ſatiſfieri uoluiſſet:romãis:multa & diſſimulare & obliuiſci & pati ꝑterita
ſenatũ poſſe:& credere ẽt Demetrio credendũ eſſe:obſidẽ.n.ſe aĩum eius habere & ſi patri corpus reddi
derit & ſcire quãtũ ſalua in patrẽ pietate poſſet:amicũ eum populi ro.eẽ: honoriſq; eius cauſa miſſuros
ſMacedoniã legatos ut ſiqd minus factũ:ſit q̃ debuerit:tũ quoq; ſine piaculo regꝛ ꝑtermiſſaꝛ fiat:uelle
ẽtſentiẽ Philippũ ĩtegra oĩa ſibi cũ po.ro.Demetrii filii beneficio eẽ:hæc q̃ augendæ ãplitudinis eius cã
facta erant:extẽplo ĩ iuidiã:mox ẽt ĩ perniciẽ adoleſcẽti uerterũt.Lacedæmõii deide ĩtroducti ſunt:mul Gratũ
tæ & paruæ diſceptatiões iactabãt:ſed q̃ maxie cõtinerẽt:erãt:utrũ reſtituerẽt:quos achæi damnauerãt ſenatus
nec ne iniq; aut iure occidiſſent:quos occiderãt:uertebat:& utrũ manerẽt ĩ achaico cõcilio lacedæmõii decretũ
an ut ante fuerat ſecretũ eius unius ĩ Pelopõneſo ciuitatis ius eẽt.Reſtitui: iudiciaq; facta tolli placeret. Deme/
Lacedæmonẽ manere ĩ achaico cõcilio ſcribiq; id decretum & cõſignaria lacedæmõiis & achæis:lega/ trii gra/
tus ĩ Macedoniã. Q.Martius eſt miſſus:iuſſus idẽ ĩ Pelopõneſo rocioꝛ res aſpicere:nã ibi quoq; ex ue/ tiam
teribus diſcordiis reſidui motus erãt.&Meſſene deſciuerat a cõcilio achaico:cuius belli & cauſas & ordi
nẽ:ſi expromere ueli:ĩmemor ſim ꝓpoſiti:quo ſtatui nõ ultra attigere externa:niſi q̃ romãis cohærerẽt
Euẽtus memorabilis eſt quod cũ bellõ ſuperiores eſſent achæi.Philopœmenes ꝑter eoꝛ ca/ (rebus
pitur ad ꝓoccupandã Coroneã:q̃ hoſtes petebãt in ualle iniq̃ cũ eq̃tibus paucis oppreſſus:ipum potuiſſe
effugere thracũ cretẽſiũq; auxilio tradũt:ſed pudor relĩquendi eq̃tes nobiliſſimos gẽtis ab ipſo nup le/
ctos tenuit:q̃bus dũ locũ ad euadendas anguſtias cogẽdo ipſe agmẽ ꝓbet ſuſtinẽs ĩpetus hoſtium: ꝓla/
pſo equo & ſuo ipſe caſu & onere eq̃ ſup eũ ruentis haud multũ abfuit:quin exanimaretẽ:ſeptuagitaan
nos iam natus & diutino morbo:ex quo tum primo reficiebat uiribus admodũ attenuatis: iacentẽ ho
ſtes ſupfuſi oppreſſerunt:cognitũq; primũ a uerecũdia memoriaq; meritorum haud ſecus q̃ ducẽ ſuũ

attolunt reficiuntq; & ex ualle deuia in uiam portant: uix sibimet ipsi præ nec opinato gaudio credentes: pars nuncios Messenem præmittunt debellatum: esse. Philopœmenem captum adduci: primum adeo incredibilis uisa res: ut non pro uano modo sed: uix pro sano nuncius audiretur: deinde ut super alium alius idem omnes affirmantes ueniebant tandem facta fides: & priusquã appropinquare urbi satis scirẽt: ad spectaculum omnes simul liberi ac serui pueri quoq; cum fœminis effundũtur: itaq; clauserant portam turbæ: dum p se q̃sq; nisi ipse oculis suis credidisset: uix pro comperta tantam rem haberetur: ægre summouentes obuios intrare portam: qui adducebant Philopœmenem: postuerũt: atq; turba cõferta iter reliquum clauserat: & cum pars clausa maxime a spectaculo eẽt: theatrũ repẽte qđ ꝓpinquũ uiæ erat: cõpleuerũt: & ut ĩ cõspectu populi adduceret: una uoce oẽs exposcebant. Mgratus & principes ueriti neq; motũ misericordia p̃sentis tãti uiri faceret: cũ alios uerecũdia pristinæ maiestatis collata p̃senti fortunæ: alios recordatio igẽtiũ meritorũ motura eẽt: ꝓcul in cõspectu eũ statuerũt: deide raptim ex oculis hoium abstraxerũt. Prætore dinocrate dicẽte esse q̃ ptinentia ad summã belli & pcũctari eum mgratus uellẽt: adducto in curiã & senatu uocato cõsultari cœptũ: iã inuesperascebat: & nõ mõ cætera: sed ne ĩ proximã qdem noctẽ: ubi satis tuto custodiret expediebant: ob magnitudinẽ pristinæ eius fortunæ uirtutisq; & neq; ipsi domũ recipere custodiẽdum audebãt: nec cuiq̃ uni custodiã eius satis credebant: admonẽt deide qdẽ esse thasaurũ publicũ sub terra saxo q̃drato septũ: eo uictus dimittit: & saxum igẽs: quo operit machina superimpositũ est: ita loco potius q̃ homini cuiq̃ credam custodiã rati lucẽ ĩsequẽtẽ expectauerũt. Postero die multitudo qdẽ ĩtegra memor pristinorũ eius in ciuitatẽ meritorũ: parcendũ ac peũ remedia q̃renda eẽ p̃sentiũ malorũ cẽlebãt: sed factionis auctores quorũ ĩ manu res: erat ĩ secreto cõsultãtes oẽs ad necẽ eius consentiebãt: sed utrũ maturarẽt: an differrẽt ambigebant: uicit pars auidior pœnæ mussusq; q uenenũ afferret: accepto poculo nihil aliud locutũ ferũt: q̃ quæsisse: si ĩcolumis Lycortas (is alter ĩperator achæorũ erat) eqtesq; euasissent: posteaq̃ dictũ est ĩcolumes eẽ: bene habet: inquit: & poculo ĩpauide hausto haud: ita multo post expirauit. Nec diuturnũ mortis eius gaudiũ auctoribus crudelitatis fuit: uicta nãq; messene bello exposcẽtibus achæis dedit noxios: ossaq; reddita Philopœmenis sunt: simul & sepultus ab uniuerso achaico ẽ cõcilio: adeo oĩbus humanis cõgestis honoribus ut ne diuinis qdẽ abstineret. Ab scriptoribus reũ græcis latinisq; tãtũ huic uiro tribuit: ut a qbusdã eorũ uelut ad insignẽ notã huius ãni memoriæ mãdatũ sit tres claros impatores eo anno decessisse Philopemenẽ. Annibalẽ. P. Scipionẽ: adeo ĩ æquo eũ duobus potẽtissimarũ gẽtiũ summis impatoribus posuerũt. Ad prusiã regẽ legatus. T. Quitius Flaminius uẽit: quẽ suspectũ romanis & receptus post fugam Antiochi Annibal: & bellum aduersus Eumenẽ motũ faciebat: ibi seu qa Flaminio inter cætera obiectum Prusiæ erat: hominem omnium: qui uiuerent: infestissimum Popũ. Roma. apud eum esse: qui patriæ suæ primũ: deinde fractis eius opibus Antiocho regi auctor belli aduersus populum Romanũ fuisset: seu quia ipse Prusias gratificaretur præsenti Flaminio romanisq;: puersus populum Romanũ fuisset: seu quia ipse Prusias gratificaretur præsenti Flaminio romanisq;: p se necandi aut tradendi eius in potestatẽ consilium cepit: a primo colloquio Flaminii milites extemplo ad domum custodiẽdam Annibalis missi sunt. Semper talẽ exitum uitæ suæ prospexerat Annibal animo: & romanorũ inexplicabile odium ĩ se cernens: & fidei regum nihil sane confisus: Prusiæ uero leuitatem etiã expertus erat. Flaminii quoq; aduentum uelut fatalem sibi horruerat: ad oĩa undiq; infestatus ut iter semper aliquod p̃paratum fugæ haberet: septem exitus e domo fecerat ex iis quosdam occultos ne custodia sepirentur: sed graue imperium regum nihil inexploratum: quod inuestigari uolunt: effici: totius circuitũ domus ita custodiis complexi sunt: ut nemo inde elabi posset: Annibal posteaquam est enũciatũ milites regios ĩ uestibulo esse: postico: quod deuii maxie atq; occultissimi exitus erat: fugere conatus: ut id quoq; occursu militum obseptum sensit: & omnia circa clausa custodiis dispositis esse: uenenum: quod multo ante p̃paratum ad tales habebat casus: popposcit: liberemus: inquit: diuturna cura populũ ro. quando mortẽ senis expectare longum cẽsent: nec magnam: nec memorabilẽ ex ĩermi p ditoq; Flaminius uictoriam feret: mores qdẽ populus romanus quantum mutauerint: uel hic dies argumẽto erit: patres eorũ Pyrrho regi hosti armato exercitũ in Italia habẽti: ut a ueneno caueret: p̃dixerũt: hi legatum consularẽ: q auctor esset. Prusiæ per scelus occidendi hospitis miserunt: execratus deide in caput regnũq; Prusiæ: & hospitales deos uiolatæ ab eo fidei testes inuocãs poculũ exhausit: hic uitæ exitus fuit Annibalis. Scipionẽ & Polybius & Rutilius hoc anno mortuũ scribunt: ego neq; his: neq; Valerio assentio: his qđ cẽsoribus Marco Portio. Lucio Valerio principẽ senatus ipsum. L. Valeriũ cẽsorẽ lectũ iuenio: cum supioribus duobus lustris Africanus fuisset: quo uiuo nisi ut ille senatu moueretur: q̃ notam nemo memoriæ ꝓdidit: alius princeps ĩ locũ eius lectus nõ esset. Antiatẽ auctorẽ refellit tri. pl. Marcus Neuius aduersus qué oratio iscripta. P. Africani est. Neuius hic magistratum nõ iniit tribunatus plebis. P. Claudio. Lucio Portio consulibus: sed iniit tribunatũ Appio Claudio. Marco Sempronio consulibus ad quartum idus decembres: ĩde tres menses ad idus martias sunt: qbus Publius Claudius Lucius Portius consulatũ inierunt. ita & uixisse in tribunatu Neuii uideret: diesq; ei dici ab eo potuisse decessisse autem ante. L. Valerii: &. M. Portii censuram. Trium clarissimorũ suæ cuiusq; gentis uirorũ: non tempore magis congruente comparabilis mors uidetur esse: quam quod nemo eorum satis dignum splendore uitæ exitu habuit: iam primum omnes non ĩ patrio solo mortui: nec sepulti sunt: ueneno absumpti Annibal & Philopœmenes: exul Annibal proditus ab hospite: captus Philopœmenes in carcere: & ĩ uiculis expirauit. Scipio: & si nõ exul: neq; damnatus: dic tamẽ dicta ad quam non affuerat: reus absens citatus uoluntarium non solum sibi ipse: sed etiam funeri suo exilium indixit. Dum ea

philopœmenes capit

Quos mortuo philopœmeni Achæi honores detulerit

Annibalis interitus

Mistrabilis exitus triũ illustrium ducum

in Pelopõneſo a q̃bus diũertit oratio:gerunt:reditus i Macedoniã Demetrii legatorũq; aliter alioꝝ af-
fecerat aios:uulgus macedonũ:quos belli ab romanis iminẽtis metus terruerat:Demetriũ ut pacis au-
ctorẽ cũ igenti fauore cõſpiciebãt:ſimul & ſpe haud dubia regnũ ei poſt morte patris deſtinabãt: nã &
ſi minor ætate quã Perſeus eẽt:hũc iuſta matrefamilias:illũ pellice ortũ eẽ:illũ ut ex uulgato corpe ge-
nitũ nullã certi patris notã habere:hũc iſignẽ ſimilitudinẽ Philippi præ ſe ferre:ac romanos Demetriũ
in paterno ſolio locaturos:Perſei nullã apud eos gratiã eſſe. Hæc uulgo loquebant:itaq; & Perſea cura
angebat:ne paꝝ p ſe una ætas ualeret:cũ oĩbus aliis rebus frater ſupior eſſet:& Philippus ipſe uix ſe ſui
arbitrii fore:quẽ hæredẽ regni relinq̃ret credẽs:ſibi quoq; grauiorẽ eẽ:q̃ uellet:minorẽ filiũ cẽſebat:of-
fendebat iterdum cõcurſu macedonũ ad eũ:& alterã iã ſe uiuo regiam eẽ ĩdignabat. Ipſe iuuenis haud
dubiæ iflatior redierat ſubnixus erga ſe iudiciis ſenatus:cõceſſiſq; ſibi:q̃ patri negata eẽnt:& ois mẽtio
romanoꝝ q̃tam ĩdignitatẽ ei apud cæteros macedonas:tãtã inuidiã nõ apud fratrẽ mõ:ſed ẽt apud pa- Occul-
trẽ cõciliabat. Vtiq; poſteaq; alii legati romani uenerũt:& cogebat decedere Thracia:p̃ſidiaq; deducere: ta Phi-
& alia aut ex decreto prioꝝ legatoꝝ:aut ex noua cõſtitutione ſenatus facere:ſed oĩa mœrẽs qdem & ge lippi in
mens:eo magis qd̃ filiũ frequẽtiorẽ ꝓpe cũ illis quã ſecũ cernebat:obediẽter tamẽ aduerſus romanos cõſilia
faciebat:ne quã mouẽdi extẽplo belli cãm p̃beret. Præuertẽdos ẽt aĩos a ſuſpicione taliũ cõſilioꝝ ratus
mediã i Thraciã exercitũ i odryſas:& dentelecos:& beſſos duxit. Philippopolin urbẽ fuga deſertã oppi
danoꝝ:q̃ in ꝓxima mõtiũ iuga cũ familiis receperãt ſeſe:cepit:cãpeſtreſq; barbaros depopulatus agros
eoꝝ i deditionem recepit:relicto ide ad Philippopolin præſidio:qd̃ haud multo poſt ab odryſis expul
ſum eſt:oppidũ in Derrhiopo cõdere iſtituit:Pæoniæ ea regio eſt ꝓpe erigonũ fluuiũ:q̃ ex Illyrico per
Pæoniã fluens in axiũ elabit amnẽ:haud ꝓcul Scobis uetere urbe nouã urbẽ Perſeida:ut iis filio maio
ri haberet honos:appellari iuſſit. Hæc dum in Macedonia gerunt:cõſules i ꝓuincias ꝓfecti. Marcellus
nunciũ p̃miſit ad Luciũ Portiũ ꝓconſulẽ:ut ad nouũ galloꝝ oppidũ legiões admoueret:adueniẽti con
ſuli galli ſeſe dediderũt:duodeci millia armatoꝝ erãt:plæriq; arma ex agris rapta habebãt:ea ægre patiẽ
tibus iis adẽpta:quæq; alia aut populãtes agros rapuerãt:aut ſecum attulerãt. De his rebus:q̃ q̃rerent:
legatos Romã miſerũt. Introducti in ſenatum a. C. Valerio p̃tore expoſuerũt ſe ſuperãte in Gallia mul Gallo-
titudine inopia coactos agri & egeſtate ad q̃rendam ſedẽ alpes trãſgreſſos:q̃ ſ culta p ſolitudies uiderẽt oratio
ibi ſine ullius iniuria conceſſiſſe:oppidũ quoq; ædificare cœpiſſe:qd̃ ĩdicium eẽt:nec agro nec urbi ulli ad ro-
uim allaturos ueniſſe:nup. M. Claudium ad ſe nuncium miſiſſe bellũ ſe cum iis:ni dederent:geſtuꝝ:ſe manos
certam & ſi non ſpecioſam pacẽ:q̃ incertam belli ſpem p̃optantes dediſſe ſe prius in fidem:q̃ in ptãtem
Po. Ro. poſt paucos dies iuſſos & agro & urbe decedere:ſeſe tacitos abire:quo terraꝝ poſſent:in aĩo ha
buiſſe:arma deĩde ſibi & poſtremo oĩa:alia:q̃ ferrent:agerentq;:adẽpta:orare ſe ſenatũ populũq; roma
nũ ne i ſe ĩnoxios deditos acerbius:q̃ i hoſtes ſceuirẽt:Huic oratiõi ſenatus ita reſpõderi iuſſit:neq; illos
recte geſſiſſe cum i Italiam uenirent:oppidumq; in alieno agro nullius romani magiſtratus:q ei prouĩ
ciæ p̃eſſet:permiſſu ædificare conati ſint:neq; ſenatui placere deditos ſpoliari:itaq; ſe cum iis legatos ad
conſulẽ miſſuros:qui redeant:unde uenerint:omnia iis ſua reddi iubeant:quiq; protinus eant:trans al-
pes & denunciẽt gallicis populis:multitudinẽ ſuam domi contineant:alpes prope ĩexuperabilẽ finem ĩ
medio:eſſe:non utiq; iis melius fore:q ea primi peruias feciſſent. Legati miſſi. L. Furius. Quintius. Mi-
nutius. L. Mãlius Accidinus:galli redditis oĩbus:q̃ ſine cuiuſquã iniuria habebant. Italia exceſſerũt:lega
tis romanis trãſalpini populi benigne reſponderũt:ſenatores eorum nimiam lenitatem po. ro. caſtiga-
runt quod eos homines:q gentis iniuſſu ꝓfecti occupare agrum imperii romani:& i alieno ſolo ædifi-
care oppidum conati ſunt:ĩpunitos dimiſiſſe grauem temeritatis mercedẽ ſtatui: quod uero etiam ſua
reddiderint:ueteri ne tanta indulgẽtia plures ad talia audenda impellant exceperũt:& proſecuti cũ do-
nis legatos ſunt. M. Claudius cõſul gallis ex ꝓuĩcia exactis:hiſtricũ bellũ moliri cœpit litteris ad ſenatũ
miſſis:ut ſibi in Hiſtriã traducere legiões liceret:id ſenatui placuit. Illud agitabãt:uti colonia deduceret Hiſtri-
nec ſatis cõſtabat:utrum latinã:an ciuium romanoꝝ deduci placeret:poſtremo latinã potius coloniam cũ bellũ
deducẽdam patres cenſuerũt triumuiri creati ſunt. P. Scipio Naſica. C. Flaminius. L. Mãlius Accidinus.
Eodẽ anno Mutina & Parma coloniæ romanorũ ciuium ſunt deductæ:bina millia hoĩum in agrum:
q proxĩe boioꝝ ante tuſcoꝝ fuerat:octona iugera Parmæ:quina Mutinæ acceperũt deduxerũt triũuiri
M. Aemylius lepidus. T. Ebutius Carus. L. Quĩtius Criſpinus: & Saturnia colonia ciuium romanorũ
in agrũ caletranũ eſt deducta:deduxerunt triũuiri. Qu. Fabius Labeo. C. Afranius Stellio. T. Sẽpronius
iugera i ſingulos data eodẽ:ãno. A. Terẽtius ꝓcõſul haud ꝓcul flumĩe ibero i agro auſetano p̃lia ſecũda
cum celtiberis fecit:& oppida:q̃ ibi communierant:aliquot expugnauit:citerior Hiſpania i pace fuit eo
anno:quia &. P. Sẽpronius procõſul diutino morbo eſt implicitus:& nullo laceſſente peropportune qe
uerũt luſitani:nec i liguribus memorabile quicq̃ a. Q. Fabio conſule geſtũ. Marcelluſ ex Hiſtria reuoca
tus exercitu dimiſſo Romam comitioꝝ cauſa:rediit:creauit cõſules. C. Bebium Tamphilũ:&. L. Ae- C. Bebi
mylium Paulum:cũ. M. Aemylio Lepido hic ædilis curulis fuerat a quo conſule quintus annus erat: us. L.
cũ is ipſe Lepidus poſt duas repulſas cõſul factus erat: p̃tores ĩde facti. Q. Fuluius Flaccus. M. Valerius Aemy-
Leuinus. P. Aemylius iterum. M. Ogulinus Gallus. L. Cecilius Dentrex. C. Terentius Hiſtria. Supplica lius cõſ.
tio extremo anno fuit ꝓdigioꝝ cauſa quod ſanguinẽ pluuiſſe per biduum in area Concordiæ ſatis cre
debant:nunciatũq; erat haud procul Sicilia iſulam:quæ nondũ ante fuerat:nouam editam e mari eſſe.
Anníbalẽ hoc anno Antias Valerius deceſſiſſe auctor ẽ: legatis ad eam rẽ ad Pruſiam miſſis:præter. T.
Quintium Flaminiũ:cuius in ea re celebre eſt nomẽ. L. Scipione Aſiatico. P. Scipione Naſica.

QVARTAE DECADIS TITI LIVII PATAVIN HISTORICI DE BELLO MACEDONICO ET ASIATICO. LIBER DECIMVS.

Ordinatio pucia/rum

PRINCIPIO Insequẽtis anni cõsules ptores q̃ sortiti puincias sunt:cõsu/libus nulla pter ligures:q̃ decerneret:erat iurisditio urbana.M.Ogulino Gallo iter peregrinos.M.Valerio euenit:Hispanaiꝫ.Q.Fuluio Flacco citerior.P.Manlio ulterior.L.Cecilio Dentrici Sicilia:Terẽtio Histræ Sardinia.Delectus habeꝝ cõsules iussi.Q.Fabius ex liguribus scripserat apuanos ad rebellionẽ spectare:periculosumq; eẽ:ne ipetũ in agrum pisanum facerẽt & ex Hispaniis citerioꝝ in armis eẽ & cũ celtiberis bellari sciebãt in ulteriore:qa diu æger esset ptor:luxuriæ otio solutã disciplinã militarem eẽ:ob ea nouos exercitus cõscribi placuit:q̃ttuor legiones in ligures uti singulæ qnamillia & ducenos pedites tricenos haberẽt eqtes sociorũ iisdẽ latini nois.xv.millia peditũ addita & octingẽti eqtes:hi duo cõsulares exercitus eẽnt:scribere pterea iussi septẽ millia peditum sociorꝫ ac latini nois & quadrigentos eqtes:& mittere ad.M.Marcellum in Galliam: cui ex consulatu prorogatum imperium erat.In Hispaniam etiam utranq;:quæ ducerentur quattuor millia peditum ciuium romanorum &.cc.equites:& septem millia peditum cum.cc. equitibus scribi iussa:&.Qu.Fabio Labeoni cum exercitu:quem habebat in liguribus prorogatũ in annum iperiũ est.

Ver procellosum eo anno fuit:pridie parilia medio ferme die atrox cum uento tẽpestas coorta multis sacris profanisq; locis stragem fecit:signa ænea in capitolio deiecit:forem ex æde Lunæ:quæ i auentino est:raptam tulit:& in postici parietibus Cereris templi affixit:signa alia in circo maximo cum columnis:quibus superstabant:euertit:fastigia aliquot templorum a culminibus abrupta fœde dissipauit.Itaq; in prodigium uersa ea tempestas procurariq;aruspices iusserunt:simul procuratum est:quod tripedem mulum Reate natum nunciatum erat:& a Formiis ædem Apollinis ac Caietæ de cœlo tactam:ob ea prodigia.xx.hostiis maioribus sacrificatum:& in diem unum supplicatio fuit.Per eosdem dies ex litteris Terentii proprætoris cognitum.P.Sempronium in ulteriore prouincia: cum plus annum æger fuisset:mortuum esse:eo maturius in Hispaniam prætores iussi proficisci. Legationes trãsmarinæ deinde in senatum introductæ sunt:prima Eumenis & Pharnacis regum & rhodioꝝ querentium de synopensium clade:Philippi quoq; legati & achæoꝝ & lacedæmonioꝝ sub idem tẽpus uenerunt:lis prius Martio audito:q ad res Græciæ Macedoniæq; uisendas missus erat responsa data sunt. Asiæ regibus ac rhodiis responsum est legatos ad eas res uisendas missuꝝ senatũ: de Philippo & iram auxerat Martius:nam ita feciss̃e:quæ senatui placuissent:fatebatur:ut facile appareret:non diutius:quã necesse esset: facturum:neq; obscurum erat rebellaturum:oiaq;:quæ tunc ageret:diceretq; eo spectare. Iam primũ oẽm fere multitudinẽ ciuiũ ex maritimis ciuitatibus cũ familiis suis i Emathiã:q̃ nũc dicit quõdã appellata Pæonia ẽ:traduxit:thracibusq; &aliis barbaris urbes tradidit habitãdas fidiora hæc genera hoium fore ratus i romano bello.Ingẽté ea res fremitũ i Macedonia tota fecit relinquẽtesq; suos cũ cõiugibus ac liberis pauci tacitũ dolorẽ continebãt:execrationesq;:q̃ i agminibus pficiscentiũ audiri solẽt i regẽ uincẽte odio metũ exaudiebãt.His ferox aius oẽs hoies:oia loca tpaq;suspecta habebat:postremo negare propalã cœpit satis tutũ sibi quicq̃ esse:nisi liberos eoꝝ: quos interfecissẽt: cõpræhensos in custodia haberet:& tpe alium alio tolleret.Eam crudelitatẽ fœdam per se:fœdioꝝ unius domus clades fecit.Herodicũ pricipẽ thessalonicensium multis ante ánis occiderat:generos quoq; eius postea iterfecit:i uiduitate relictæ filiæ singulos filios paruos habẽtes Theoxena & Archo noia mulieribus: erant. Theoxena multis petẽtibus aspnata nuptias ẽ.Archo Poridi cuidã lõge pricipi gẽtis nupsit:& apud eũ plures enixa partus paruis admodũ relictis oĩbus decessit.Theoxena:ut i suis manibus liberi fororis educarẽtur: Poridi nupsit:& tanq̃ ois ipsa enixa foret:suum sororisq; filios i eadem habebat cura posteaq̃ regis edictum de compræhendẽdis liberis eoꝝ:qui interfecti essent:accepit:ludibrio futuros non regis:mõ sed custodum etiã libidinis rata:ad rẽ atrocẽ aium adiecit:ausaq; ẽ dicer potius sua manu se oẽs iterfecturã: q̃ in potestatẽ Philippi uenirẽt.Poris abominatus mẽtioné tam fœdi facinoris Atheneon deportatuꝝ eos ad fidos hospites dixit: comitũq; ipsum fugæ futuꝝ esse.Proficiscunt ab Thessalonica Aeneam ad statutũ sacrificium quod cõditori Aeneæ cum magna cerimonia quotánis faciũt:ibi die p solennes epulas consumpto:nauem pparatam a Poride sopitis omnibus tertia uigilia conscẽdunt tanquam redituri in Thessalonicã:sed traiicere i Euboeam erat propositum:cæterum i aduersum uentũ neqcquam eos tẽdentes prope terrã lux opressit:& regii q præerant custodiæ portus:lembũ armatum ad protrahendũ eam nauem miserunt:cũ graui edicto ne reuerterent sine ea:quoniã dies appropiquabat.Poris qdẽ adhortationẽ remigum uautarũq; ĩtentus erat:iterdum manus ad cælũ tendens opẽ: ut dii ferrẽt orabat:ferox iterim fœmina ad multo ante præcogitatũ reuoluta facinus:uenenũ diluit:ferrũq; ꝑmit: & posito iconspetu poculo istrictisq; gladiis:mors inqt:una uindicta ẽ:uiæ ad mortem hæ sunt:q quenq; animus fert: effugite supbiã regiã:agite iuuenes mei primũ:q maiores estis:capite ferrũ aut haurite poculũ:si segnior mors iuuat:& hostes aderãt:& auctor mortis istabat:alii alio lœto absũpti semianimes e naue ꝓcipitãtur ipsa deide uiꝫ comitẽ mortis cõplexa i mare sese deiecit:naue uacua dominis regii potiti sunt.Huius atrocitas facinoris nouã uelut flamã regis iuidiæ adiecit : ut uulgo ipsum liberosq; eius execrarẽtur:quæ diræ breui ab oĩbus diis exauditæ:ut scæuiret ipse in suũ sanguinẽ effecerunt.Persey

Ema/thia olĩ pæonia

Hero/dius

Attur. Mulie/bre fa/cinus

enim cum in dies magis cerneret fauorem & dignitatē Demetrii fratris apud multitudinem macedonū creſcere:& gratiā apud romanos:ſibi ſpem nullā regni ſupeſſe niſi i ſcelere ratus:ad id unū oēs cogitatiōes itendit:cæteꝝ cū ſe ne ad id qdē:qđ muliebri cogitabat aīo ſatis ꝑ ſe ualidum crederet: ſingulos amicoꝝ patris temptare ſermonibus ꝑplexis iſtitit:& prīo qdam ex iis aſpernantium tale qcq̄ præbuerunt ſpem:quia plus in Demetrio ſpei ponebant:deīde creſcente in dies Philippi odio in romanos:cui Perſeus indulgeret:Demetrius ſumma ope aduerſaret̄:ꝑſpiciētes aīo exitū id cautius adiuuādū:qđ futuꝝ erat rati fouendā ſpem potētioris.Perſeo ſe adiungūt:cætera i ſuū quæq; tp̄s differūt:in p̄ſentia placet oī ope in romanos accēdi regē īpelliq; ad cōſilia belli:ad q̄ iā ſua ſpōte aium īclinaſſet:ſimul ut Demetrius in dies ſuſpectior eēt:excōpoſito ſermones ad ſpem romanoꝝ trahebāt:ibi alii cū mores & īſtituta eoꝝ:alii res geſtas:alii ſpeciē ipſius urbis nōdum exornatæ neq; publicis: neq; priuatis locis: alii in ſingulos prīcipū eluderēt:iuuenis īcautus & amore noīs romani & certamīe aduerſus fratrē oīa tuēdo:ſuſpectū ſe patri & opportunū criminibus factebat.Itaq; expertem eū pater oīum de rebus romāis cōſilioꝝ habebat:totus in Perſea uerſus cū eo cogitatiōes eius rei dies ac noctes agitabat:Redierāt:quos forte miſerat in baſternas ad accerſenda auxilia:adduxerātq; īde nobiles iuuenes & regii quoſdā generis:quoꝝ unus ſororē ſuā in matrimoniū Philippi filio pollicebat̄:erexeratq; cōſociatio gentis eius animū regis.Tum Perſeus:qd iſta ꝑſunt:inqt:nequaq̄ tātum in externis auxiliis eſt p̄ſidii:q̄tum periculi fraude domeſtica:ꝑditorē nolo dicere ſpeculatorē citius:ex quo obſes Romæ fuit:corpus nobis reddiderunt romani:aīum ipſi habēt:oīum pene macedonum in eum ora cōuerſa ſunt:nec regem ſe alium rentur habituros eē:quā quē romani dediſſent.His ꝑ ſe ægra mens ſenis ſtimulabat̄:& aīo magiſquā uultu ea crimīa accipiebat.Forte luſtrādi exercitus uenit tp̄s:cuius ſoléne eſt tale:prior hoſtiæ pars dextera:poſterior ad leuam uiæ ponit̄:īter hanc diuiſam hoſtiā copiæ armatæ traducunt̄: p̄ferunt̄ primo agmini arma inſignia oīum ab ultima origine Macedoniæ regum:deīde rex ipſe cū liberis ſequit̄:ꝑxima eſt regia cohors cuſtodeſq; corporis:poſtremū agmē macedonū cætera multituddo claudit: latera regis duo filii iuuenes cīgebant:Perſeus iā triceſimū annū agēs:Demetrius qnquénio minor:medio iuuentæ robore ille:hic flore fortunati patris matura ſoboles::ſi mens ſana fuiſſet. Mos erat luſtrationis ſacro peracto decurrere exercitū:& diuiſas bifariā duas acies cōcurrere ad ſimulacrū pugnæ regii:iuuenes duces ei ludicro certamini dati cæteꝝ non imago fuit pugnæ:ſed tanq̄ de regno ſudibus facta:nec p̄ter ſerrū quicq̄ defuit ad iuſtam belli ſpeciē:pars ea quæ ſub Demetrio erat:longe ſup̄ior fuit:id ægre patiēte Perſeo lætari prudētes amici eius:eamq; rem dicere ipſam præbituram cauſam criminādi iuuenis.Cōuiuium eo die ſodalium q ſimul decurrerāt:uterq; habuit:cum uocatus ad cœnā ab Demetrio Perſeus negaſſet feſto die īuitatio benigna & iuuenilis utroſq; ī uinū traxit:cōmemoratio ibi certaminis ludicri:& iocoſa dicta ī aduerſarios:ita ut ne ipſis qdē ducibus abſtineret̄: iactabant̄:ad has excipiēdas uoces ſpeculator ex cōuiuis Perſei miſſus:cū īcautior obuerſaret̄:exceptus a iuuēibus forte triclinio egreſſis male mulctat̄.Huius rei ignarus Demetrius qn comeſatū:inqt:ad fratrē imus?& iram eius:ſiq̄ ex certamine reſidet:ſimplicitate & hilaritate lenimus?oēs ſe ire:cōclamarūt p̄ter eos: q ſpeculatoris ab ſe pulſati p̄ſentem ultionē metuebāt: cum eos quoq; Demetrius traheret:ferrū ueſte abdiderūt : quo ſe tutari:ſi q̄ uis fieret:poſſent.Nihil occulti eſſe ī īteſtina diſcordia poteſt:utraq; domus proditorum & ſpeculatorum plena erat:p̄currit īdex ad Perſea ferro ſuccinctos nuncians cū Demetrio quattuor adoleſcentes uenire:& ſic cauſa apparebat:nā ab iis pulſatum cōuiuam ſuum audierat:tamen īfamandæ rei cauſam ianuam obſerari iubet:& ex parte ſup̄iore ædiū uerſiſq; ī uiā feneſtris comeſatores tāq̄ ad cædē ſuam ueniētes aditu ianuæ arcet.Demetrius ꝑ uinum:quod excluderet̄:pauliſper uociferatus ī conuiuium redit totius rei ignarus. Poſtero die perſeus q̄primum conueniendi poteſtas patris fuit:regiam īgreſſus ꝑturbato uultu ī conſpectu patris tacitus procul conſtitit:cui cum pater ſatin ſaluæ res?q̄nam ea mœſtitia eſſet:īterrogaret eū de ludicro:tibi:īquit:uiuere me ſcio:iam nō occulto a fratre petimur īſidiis:nocte cū armatis domū ad iterficiēdum me uenit:clauſiſq; foribus parietumq; p̄ſidio mea furore eius ſum tutatus.Cū pauoré mixtum admiratiōe patri iniecīſſet:atq ſi aures præbere potes:īquit:manifeſtam rem teneas:faciam.Enīuero ſe Philippus dicere auditurum:uocariq; extemplo Demetrium iuſſit:& ſeniores duos amicos exptos īter fratres certaminū:īfreq̄ntes iā ī regia Lyſimachū: & Onomaſtū accerſit:quos ī cōſilio haberet:dū ueniūt amici:ſolus filio ꝑcul ſtante multa ſecū animo uolutās inābulauit:poſteaq̄ ueniſſe eos nunciatū ē:ſeceſſit ī partē īteriorem cum duobus amicis totidem cuſtodibus corporis filiis:ut ternos īermes ſecum ītroducerēt:permiſit. Ibi cum conſediſſent:ſedeo:īquit:miſerrimus pater iudex īter duos filios accuſatorē parricidii & reū aut confecti aut admiſſi criminis labē apud meos iuēturus. Iampridē qdē hanc procellā imminētem timebā:cū uultus īter uos mīnime fraternos cerneré:cū uoces quaſdā exaudirē:ſed īterdū ſpes aīum ſubibat deflagaſſe iras ueſtras:purgari ſuſpiciōes poſſe:ét hoſtes armis poſitis fœdus iciſſe & priuatas multoꝝ ſimultates finitas:ſubiturā uobis aliquādo germāitatis memoriā:puerilis quōdā ſimplicitatis cōſuetudiniſq; īter:uos:meoꝝ deniq; p̄ceptoꝝ:q̄ uereor:ne uana ſurdis auribus cecineri.Quotiēs:ego audiētibus uobis deteſtatus exēpla diſcordiaꝝ fraternaꝝ? horrēdos euētus eoꝝ rettuli:qbus ſtirpē ſuā:domos:īgna funditus euertiſſent?meliora quoq; exēpla parte altera poſui:ſociabilem conſortionē īter binos lacedæmonioꝝ reges ſalutarem per multa ſæcula ipſis patriæq; :eādem ciuitatē poſteaquam mos ſibi cuiq; rapiēdi tyrrānidē exortus ſit euerſam: iam hos.Eumenē.Attalumq; fratres aquā exiguis rebus prope ut puderet regii noīs mihi Antiocho: & cuilibet regum huius ætatis:nulla re magis:q̄ fraterna unanimitate regnū æquaſſe ne romanis qdē

Decurſio militaris

Perſeus Demetrium apud patrē criminat

Attī uerba Philippi in filios amaritudinis plena

Philippus omni genere laboris ſine ullo effectu fatigatis militibus & Didæ fraude prætoris auctis in filium ſuſpicionibus in Macedoniam rediit:miſſus hic comes: ut ante dictum eſt:cum ſimplicitatem iuuenis icauti & ſuis haud imerito ſuccenſentis: aſſentando indignando ut & ipſe uicem eius captaret:i oia ultro ſuam offerẽs operam fide data arcana eius elicuit:fugã ad romanos Demetrius meditabatur:cui conſilio adiutor deum beneficio oblatus uidebatur Pæoniæ prætor:per cuius prouiciã ſpem ceperat elabi tuto poſſe. Hoc cõſilium extẽplo & fratri proditur:& auctore eo idicatur patri:litteræ primum ad obſidentem petram allatæ ſunt:ide herodorus priceps:hic amicorum Demetrii erat:i cuſtodiam eſt coniectus:& Demetrius diſſimulanter aſſeruari iuſſus:hæc ſuper cætera triſtem aduentum i Macedoniam regi fecerunt:mouebãt eũ & præſentia crimia:expectandos tamẽ quos ad explorãda oia Romam miſerat:cenſebat. His anxius curis cũ aliquot menſes egiſſet:tandẽ legati iam ante præmeditatis i Macedoniam:quæ ab Roma renunciarent:uenerunt:q ſuper cætera ſcelera falſas ẽt litteras ſigno adulterino. T. Quitii ſignatas reddiderunt regi:depcatio erat i litteris:ſi qd adoleſcens cupiditate regni prolapſus ſecũ egiſſet:nihil eũ aduerſus ſuos quẽquã facturũ:neq; eũ ſeſe eẽ:q ullius ipii cõſilii auctor futurus uideri poſſit. Hæ litteræ fidẽ Perſei criminibus fecerũt:itaq; Herodorus extẽplo diu excruciatus ſine idicio rei ullius i tormẽtis morit. Demetriũ itex ad patrẽ accuſauit fuga p Pæoniã ꝓparata: arguebãt & corrupti qdã:ut comites itineris eẽnt:maxie falſæ litteræ. T. Quitii urgebãt:nihil tamẽ palã grauis ꝓnũciatũ de eo ẽ:ut dolo potius iterficeret nec id cura ipſius:ſed ne pœna eius cõſilia aduerſus romanos nudaret:ab Theſſalonica Demetriadẽ ipſi cũ iter eẽt:ad Aſtreum Pæoniæ Demetriũ mittit cũ eodẽ comite Dida:Perſeum ad Pilippolin ad obſides thracum accipiẽdos:digrediẽti ab ſe Didæ mãdata dediſſe dicitur de filio occidẽdo. Sacrificiũ ab Dida ſeu iſtitutũ:ſeu ſimulatũ ẽ:ad qd' celebrandum iuitatus Demetrius ab Aſtreo Heracleã uenit:i ea cœna dicit uenenũ datũ:poculo epoto extẽplo ſenſit:& mox coortis doloribus relicto cõuiuio cũ i cubiculũ recepiſſet ſeſe:crudelitatẽ patris cõquerẽs parricidiũ fratris ac Didæ ſcelus icuſans torquebat:itromiſſi deide Thyrcis qdã Stabureus & Berreus Alexãder iniectis tapetibus i caput fauceſq; ſpiritũ itercluſerũt:ita inoxius adoleſcẽs:cũ i eo ne ſimplici qdẽ genere mortis cõtẽti inimici fuiſſent:iterficit. Dũ hæc i macedonia gerunt. L. Aemylius Paulus prorogato cõſulari iperio pricipio ueris ligures igaunos exercitũ itroduxit:ubi primũ i hoſtiũ finibus caſtra poſuit:legati ad eũ p ſpẽm pacis petẽdæ ſpeculatũ uenerũt:negãti Paulo niſi cũ deditis paciſci pacẽ: non tã id recuſabãt:quã tpe aiebãt opus eſſe:ut generi agreſti hoium pſuaderetur:ad hæc decẽ diex inducias cũ darentur:petierunt deinde:ne trans montes proxios caſtris pabulatũ lignatũq; milites irent: culta ea loca ſuox finiũ eẽ:id ubi ipetrauere:poſt eos ipſos mõtes:unde auerterãt hoſtẽ exercitu oĩ coacto:repẽte multitudie igẽti caſtra romanox oppugnare ſimul partis oibus aggreſſi ſunt:ſumma ui totũ unũ diẽ oppugnarunt:ita ut nec efferendi qdẽ ſigna romanis ſpatiũ:nec ad explicandã aciẽ locus eẽt: cõferti i portis obſtãdo magis:quã pugnãdo caſtra tutabat:ſub occaſu ſolis cũ receſſiſſent hoſtes:duos eqtes ad. M. Bebiũ cõſulẽ cũ litteris Piſas mittit:ut obſeſſo p iducias ſibi q̃primũ ſubſidio ueniret. Bebius exercitũ. M. Pinario eunti i Sardiniã tradiderat:cæterox & ſenatũ litteris certiorẽ fecit obſideri a ligur ibus. L. Aemyliũ:&. M. Claudio Marcello:cuius ꝓxĩa ide ꝓuicia erat:ſcripſit:ut ſi uideretur ei:exercitũ ex Gallia traduceret i ligures:q. L. Aemyliũ liberaret obſidione. Hæc ſera futura auxilia erant:ligures ad caſtra poſtero die redeunt. Aemylius cũ & uenturos ſciſſet:& educere i aciẽ copias potuiſſet:itra uallũ ſuos tenuit ut extrahere rem i id tẽpus:quo Bebius cũ exercitu uenire a Piſis poſſet. Romæ magnã trepidationẽ litteræ Bebii fecerũt:eo maioré quod paucos poſt dies Marcellus:tradito exercitu Fabio:Romã cũ ueniſſet:ſpẽ ademit:eũ:q i Gallia eẽt:exercitũ i ligures traduci poſſe:qa bellũ cum hiſtris eſſet ꝓhibentibus coloniã Aqleiã deduci:eo ꝓfectũ Fabiũ neq; ide regredi bello ichoato poſſe:una & ea ipſa tardior:quã tẽpus poſtulabat:ſubſidii ſpes erat:ſi conſules maturaſſent i prouiciã ire:id ut facerent pro ſe q̃ſq; patrum uociferari:cõſules niſi cõfecto delectu negare ituros ſe:nec ſuam ſegniciam:ſed uim morbi i cã eẽ:quo ſerius ꝓficiſcunt:nõ tamẽ potuerũt ſuſtinere cõſenſum ſenatus:qn paludati exirẽt: & militibus:quos cõſcriptos haberẽt:diẽ edicerẽt:quo Piſas cõuenirẽt:pmiſſum:qua irent. ꝓtinus ſubitarios milites ſcriberẽt:ducerẽtq; ſecum:& p̃toribus. Q. Pætilio:&. Q. Fabio iperatum ẽ:ut Pætilius duas legiones ciuiũ romanox tumultuarias ſcriberet:& omnes minores q̃nquagita annis ſacramẽto

Atť. quibus circũuẽtuſ iſidiis Demetrius pi clitareť Demetrii iteritus

Ro. caſtra a liguribuſ oppugnanť

rogaret:Fabio ut ſociis latini nominis.xv.millia peditum octigentos eqtes īperaret:duumuiri nauales creati.M.Macienus &:C.Lucretius naueſq; iis ornatæ ſunt:cuiuſq; ad gallicum ſinum ꝓuīcia erat:īperatū:ut claſſem prīo quoq; tempore duceret ī ligurum oram:ſiquo uſui eſſe.L.Aemylio:atq; eius exercitui poſſet.Aemylius poſteaquam uſquam nihil auxilii oſtēdebatur īterceptos credens eqtes:nō ultra differēdum ratus qn ꝑ ſe fortunam tēptaret:priuſquam hoſtes uenirēt:q iam ſegnius ſecordiuſq; oppugnabant:ad quattuor portas exercitum īſtruxit:ut ſigno dato ſimul ex oībus partibus eruptionem facerēt:quattuor extraordinariis cohortibus duas adiūxit præpoſito.M.Valerio legato: erumpere extraordinariis cohortibus a porta iuſſit:ad dexteram pricipalem haſtatos legionis primæ īſtruxit: prīcipes ex eadem legione ī ſubſidiis poſuit.M.Seruilio:&.L.Sulpicio tribunis militum his præpoſitis:tertia legio aduerſus prīcipalem ſiniſtram portam īſtructa ē:id tantum mutatum prīcipes primi & haſtati ī ſubſidiis locati.Sex.Iulius Cæſar:&.L.Valerius Cotta tribuni militum huic legioni præpoſiti ſunt Q.Fuluius Flaccus legatus cum dextera ala ad quæſtoriam portā poſitus:duæ cohortes & triarii duarum legionum ī præſidio caſtrorum manere iuſſi.Omnes portas concionabundus ipſe imperator circuit:& qbuſcunq; irritamētis poterat:iras militum acuebat:nunc fraudē hoſtium īcuſans q pace petita indiciis datis per ipſum īduciarum tempus contra ius gentium ad caſtra oppugnanda ueniſſent: nunc quātus pudor eēt edocēs ab liguribus latronibus uerius:quā hoſtibus iuſtis Romanum exercitum obſideri.quo ore qſq; ueſtrum:ſi hīc alieno præſidio nō ueſtra uirtute euaſeritis:occurret:non dico eis militibus:q Annibalē:q Philippum:q Antiochum maxīos noſtræ ætatis reges duceſq; uicerunt:ſed iis q eos ipſos ligures aliquotiēs pecoꝝ modo fugiētes ꝑ ſaltus īuios conſectati ceciderunt:qđ Hiſpani: qđ Galli:qđ Macedones pœniue nō audeant:liguſtinus hoſtis uallū romanū ſubit:obſidet ultro:& oppugnat:quē ſcrutantes antea ī deuios ſaltus abditū & latentē uix iueniebamus.Ad hæc conſentiens reddebat clamor:nullā militū culpā eē:qbus nemo ad erumpēdum ſignum dediſſet:daret ſignum:itelle ctuꝝ eoſdē:q antea fuerīt:romanos & ligures eē.Bina cis mōtes caſtra liguꝝ erāt:ex iis primis diebus ſole orto pariter cōpoſiti oēs īſtructi ꝓcedebāt:tum niſi exatiati cybo uinoq; arma cū capiebāt diſperſi inordinati exibant:ut qbus pro ſpe certum eſſet:hoſtes extra uallum ſigna non daturos:aduerſus ita īcompoſitos eos ueniētes clamore pariter omnium:q ī caſtris erāt:calonum quoq; & lixarum ſublato ſimul oībus portis romani eruperunt.Liguribus adeo improuiſa res fuit:ut ꝑ īde ac ſi inſidiis circūuenti forēt:trepidarēt:exiguum temporis aliqua forma pugnæ fuit:fuga deīde effuſa effugientium paſſim cædes erat:eqtibus dato ſigno ut conſcenderent equos:nec effugere quēquam ſinerēt:in caſtra omnes trepida fuga compulſi ſunt:deinde ipſis exuti caſtris ſupra.xv.milia liguꝝ eo die occiſa:capta duomilia quingenti.Triduo poſt ligurum ingaunorum omne nomen obſidibus datis in dicionem uenit:gubernatores nautæq; conquiſiti qui prædatores fuiſſent nauibus:atq; omnes in cuſtodiam cōiecti a.M. Macienio duūuiro nanes eius generis in liguſtina ora.xxxii.captæ ſunt.Hæc qui nunciarent : litteraſq; ad ſenatum ferrent.L.Aurelius Cotta.C.Sulpicius Hallus Romam miſſi:ſimulq; peterent : ut.L.Aemylio confecta prouincia decedere & deducere ſecum milites liceret atq; dimittere . Vtrunq; permiſſum ab ſenatu:& ſupplicatio ad oīa puluinaria per triduum decreta:iuſſiq; prætores Petilius urbanas dimittere legiones:Fabius ſociis atq; nomini latino remittere delectum:& uti prætor urbanus conſulibus ſcriberet ſenatū æquū cēſere ſubitarios milites tumultus cā conſcriptos prīo quoq; tpe dimitti.

Aemylii ſtrata gema

Liguꝝ cædes

Colonia Grauiſæ eo anno deducta ē ī agrū ethruſcū de tarqniēſibus quōdā captū:qna iugera agri data:triūuiri deduxerūt.C.Calphurnius Piſo.P.Clau.pulcher.C.Terētius Hiſter.ſiccitate & iopia frugū inſignis annus fuit:ſex mēſes nūq; pluuiſſe memoria ꝓditū.Eodē anno ī agro.L.Petilii Scribæ ſub ianiculo:dū cultores altius moliunt terrā:duæ lapideæ arcæ octonos ferme pedes longæ:q̄ternos latæ īuētæ ſunt operculis plūbo deuīctis:litteris latinis græciſq; utraq; arca īſcripta erat:ī altera Numā Pompilium Pōponis filiū regē romanoꝝ ſepultū eē: ī altera libros Numæ Pōpilii ineſſe:Eas arcas cū ex amicoꝝ ſnīa dominus apuiſſet:q̄ titulū ſepulti regis habuerat inanis iuenta ſine ullo ueſtigio corporis humani aut ullius rei ꝑ tabē tot annoꝝ oībus abſumptis:ī altera duo faſces candelis iuoluti ſeptenos habuere libros nō ītegros modo:ſed recētiſſima ſpecie:ſeptē libri latini de iure pōtificio erant:ſeptē græci de diſciplina ſapiētiæ:q̄ illius ætatis eēt potuit:adiicit Antias Valerius pythagoricos fuiſſe:uulgatæ opinioni:qa creditur Pythagoræ auditorē fuiſſe Numam:mēdacio ꝓbabili accommodat fidem . Prīo ab amicis:q ī re præſenti fuerunt:libri lecti:mox pluribus legētibus cum uulgarētur.Q.Petilius pētor urbanus ſtudioſus legēdi hos libros a.L.Petilio ſumpſit:& erat familiaris uſus:qd Scribam eum quæſtor Q.Petilius ī decuriā legerat.Lectis reꝝ ſummis cū aīaduertiſſet plæraq; diſſoluēdaꝝ religionū eē.L.Petilio dixit ſeſe eos libros ī ignē cōiectuꝝ eē:priuſq̄ id faceret:ſe ei ꝓmittere:uti ſiqđ ſeu ius:ſeu auxiliū ſe habere ad eos libros repetēdos exiſtimaret:experiretē:id ītegra ſua gratia eū factuꝝ.Scriba ad tribunos plebis adit:ab tribunis ad ſenatum res eſt reiecta:pētor ſe & iuſiurandum dare paratum eē aiebat libros eos legi ſeruariq; non oportere.Senatus cēſuit ſatis habendum:quod prætor iuſiurandum polliceretē: libros prīo quoq; tempore ī comitio cremandos eē:pretium pro libris:quantum.Q.Petilio pētori maioriq; parti tribunoꝝ plebis uideretur:domino eſſe ſoluēdū:id Scriba non accepit:libri ī comitio igne a uictimariis in conſpectu populi cremati ſunt.Magnum bellum ea æſtate coortum ī Hiſpania citeriore ad.v.&.xxx.millia hominum quātū nunquā ferme antea celtiberi cōparauerāt.Qu.Fuluius Flaccus eā obtinebat ꝓuinciā:is qa armare iuuētutē celtiberos audierat:& ipſe quāta poterat:a ſociis auxilia cōtraxerat:ſed nequaquā numero militū hoſtē æquabat.Prīcipio ueris exercitū in Carpentaniā deduxit:

Libri Numæ

Libri. Numæ publice cremati

& castra locauit ad oppidū Eburiā modico p̄sidio ī urbe posito:paucis post diebus celtiberi millia duo fere īde sub colle posuerūt castra quos ubi adesse p̄tor romanus sensit.M.Fuluiū fratrē cū duabus turmis socioꝝ eqtum ad castra hostiū speculatū misit:ut uiseret:q̄ta eēnt:pugna abstineret:reciperetq; se se:si hostiū eqtatū exeuntē uidisset.Ita ut p̄ceptū erat:fecit:p dies aliquot nihil ultra motum quā ut hæ duæ turmæ ostēderent:deīde subducerētur:ubi eqtatus hostiū procurrisset:postremo celtiberi oibus peditū eqtumq; copiis castris egressi acie dextera medio fere spatio īter bina castra cōstiterunt:campus erat:planus oīs & aptus pugnæ:ibi stetere hispani hostē expectātes.Romanus ītra uallū suos cōtinuit per quatriduū cōtinuū & illi eodē loco aciē īstructā tenuerūt:ab romanis nihil motum:īde q̄uere ī castris celtiberi:qa pugnæ copia nō fiebat:eqtes tantū in stationē egrediebant:ut parati eēnt: sīqd ab hoste moueret:pone castra utriq; pabulatū & lignatū ibant neutri alteros īpedientes. Prætor romanus ubi satis tot dieꝝ q̄ete credidit spē factā hosti nihil se prioré motuꝝ.L.Aciliū cū ala sinistra & sex millibus ꝓuincialiū auxilioꝝ circūire mōtes iubet:q ab tergo hostibus erāt:īde ubi clamorē audisset decurrere ad castra eoꝝ:nocte ꝓfecti sunt:ne possent cōspici.Flaccus luce pria.C.Scribonū p̄fectū sociū ad uallum hostiū cū eqtibus extraordinariis sinistræ alæ mittit:quos ubi & ꝓpius accedere & plures:quā soliti erāt:celtiberi cōspexerūt:oīs eqtatus effundit castris:simul & peditibus signū ad exeūdum dat. Scribonius:ut p̄ceptū erat:ut primū fremitū equestriū audiuit:auertit equos & castra repetit:eo effusus sequi hostes:prīo eqtes:mox & peditū acies aderat:haud dubia spe castra eo die se oppugnaturos q̄ngentos passus ab uallo aberant.Itaq; ubi Flaccus satis abstractos eos a p̄sidio castroꝝ suoꝝ ratus est:ītra uallum exercitū īstructo tribus partibus clamore nō tātū ad ardorē excitādum pugnæ sublato:sed ēt ut q in mōtibus erant:exaudirēt:nec morati sunt:q̄n decurrerent:sicut īperatū erat ad castra:ubi q̄nq; milliū armatoꝝ nō amplius relictū erat p̄sidiū:quos cum & paucitas sua:& multitudo hostiū : & īprouisa res terruisset:ꝓpe sine certamīe capiuntur castra:castris quæ pars maxīe a pugnantibus cōspici poterat iniecit Acilius ignē:postremi celtiberoꝝ:q ī acie erāt primi flamā cōspexere:deīde p totā aciē uulgatū é castra amissa eē:& rū cū maxīe arderēt:unde illis terror īde romanis aius creuit:iā clamor suoꝝ uicētiū accendebat:tā ardentia hostiū castra apparebant.Celtiberi parūper īcertis aīs fluctuati sunt:cæteꝝ postea quā receptus pulsis nullus erat nec usquā nisi ī certamīe spes:ptinacius deītegro capessunt pugnam acie media urgebātur acriter a q̄nta legione:aduersus leuū cornu ī quo sui generis prouīcialia auxilia īstruxisse romanos cernebāt cū maiore fiducia itulerūt signa:iā ꝓpe erat:ut sinistrū cornu oelleret:Romanis niseptia legio successisset:simul ab oppido Eburia:q in p̄sidio relicti erant:medio ardore pugnæ aduenerūt:& Acilius e tergo erat:diu ī medio cæsi celtiberi:q superant:ī omnes partes capessunt fugā: eqtes bipartito ī eos emissi magnam cædem ædidere:tria & uigītimillia hostiū eo die cæsa:capta quatuormillia &.dccc.cum eqs plus q̄ngentis:& signa militaria.lxxxvii.Magna uictoria nō tamē īcruenta fuit:romani de duabus legionibus milites paulo plus.cc.sociū latini noīs.dccc.trigīta externorum auxiliarium mille ferme & quadringenti ceciderunt.Prætor in castra uictorem exercitum reduxit. Acilius manere ī castris ab se captis iussus:postero die spolia de hostibus lecta & ꝓ cōcione donati : quorū uirtus īsignis fuerat:sauciis deīde ī oppidū Eburiā deuectis p Carpetaniā ad Cōtrebiā deductæ legiōes ea urbe circūsessa cum a celtiberis auxilia accersisset:morantibus iis nō q̄a ipsi cunctati sunt:sed q̄a profectos a domo īexplicabiles cōtinuis ībribus uiæ & īflati amnes tenebāt:desperato auxilio suoꝝ ī deditionē uenit.Flaccus quoq; tempestatibus fœdis coactus exercitum oēm ī urbem ītroduxit. Celtiberi q domo profecti erant:deditionis ignari cum tandē superatis ubi primum remiserunt ībres oībus.Contrebiam uenissent:posteaquam castra nulla extra mœnia uiderunt:aut ī alteram partem translata rati aut recessisse hostes:per negligētiam effusi ad oppidum accesserūt:ī eos duabus portis romani eruptionem fecerunt:& ī compositos adorti fuderunt:quæ res ad resistendum eos:& ad capessendam pugnā impediit:quod non uno agmīe nec ad signa frequētes ueniebant eadem magnæ parti ad fugam saluti fuit:sparsi.n.toto passim campo se effuderūt:nec usq̄ confectos eos hostis circūuenit:tamē ad duodecimillia sunt cæsa:capta plus q̄nquemillia hostiū:eq quadrigēti:signa militaria.lxii.q̄dā latini:q e fuga domū se recipiebāt:alterum agmē celtiberoꝝ ueniētiū deditionē Cōtrebiæ & suā cladem narrādo auerterunt extēplo ī uicos castellaq; sua oēs dilapsi.Flaccus a Cōtrebia profectus p Celtiberiā populabundus ducit legiones multa castella oppugnādo:nec maxīa pars celtiberorum ī deditionem uenit:hæc in citeriore Hispania eo anno gesta:in ulteriore Manlius prætor secunda aliquot prælia cum lusitanis fecit.

Aquileia colonia latina eodē anno ī agro galloꝝ ē deducta:triamillia peditum:q̄bus data q̄nquagena iugera:cēturionibus cētena:cētena quadragena eqtes acceperūt:triūuiri deduxerūt.P.Cornelius Scipio Nasica.C.Flaminius.L.Manlius Accidinus.Aedes duæ eo anno dedicatæ sunt:una Veneris Erycinæ ad portā collinā dedicauit.L.Portius.Lucii filius Lietanus duūuir:uota erat ab cōsule.L.Portio ligustino bello:altera ī foro olitorio Pietatis:eā ædē dedicauit.M.Attilius Glabrio duūuir:statuāq; auratā: quæ pria oīum ī Italia ē statua aurata p̄ris Glabrionis posuit:iis erat:q eā ædē uouerat : quo die cū rege Antiocho ad Termopylas depugnasset:locaueratq; idē ex senatuscōsulto.Per eosdē dies:q̄bus hæ ædes dedicatæ sunt.L.Aemylius Paulus cōsul ex liguribus īgaunis triūphauit:trāstulit coronas aureas q̄nq; & uigīti:nec p̄terea q̄q̄ auri argētiq; ī eo triūpho latum:captiui multi p̄cipes ligurū ante currū ducti: æris trecenos militibus diuisit.Auxerūt eius triūphi famā legati liguꝝ pacē ꝓpetuā orātes:ita ī aīum iduxisse ligurū gētē nulla unq̄ arma nisi īperata a Po.Ro.sumere Respōsum a Quīto Fabio p̄tore est liguribus iussu senatus orationē eā nō nouā liguribus eē:mēs uero ut noua & orationi cōueniens esset:

Ro.p̄tores stratagema

Celtiberoꝝ castra capiunt

Celtiberoꝝ cædes

Recēti-or Barbaroꝝ cædes

Aqleia Colōia

Aedes Veneris

Aedes pietatis

ipsoꝝ id plurimū referre:ad cōsules iret:& q̄ ab iis iperata eēnt:facerēt:nulli alii quā cōsulibus senatū credituꝝ eē:syncera fide ī pace ligures esse: pax ī liguribus fuit. In Corsica pugnatū é cū corsis ad duomillia eoꝝ.M.Pinarius ptor ī acie occidit: qua clade cōpulsi obsides dederūt:& cæræ.c.millia pōdo. Inde ī Sardiniā exercitus ductus:& cū bellēsibus gēte ne nūc qdē oī parte pacata secuda plia facta Carthaginēsibus eodē āno.c.obsides redditi:pacéq; cū iis Po.Ro.nō ab se tantū:sed rege ét Masinissā pstitit q tū psidio armato agrū. q in cōtrouersia erat:obtinebat. Ociosam ꝓuinciā cōs.habuerūt.M.Bebius comitioꝝ causa Romā reuocatus cōsules creauit.A.Posthumiū Albinū Luscū &.C.Calphurniū Pisoné:ptores īde facti.T.Sēpronius Gracchus.L.Posthumius Albinus.P.Cornelius Mamercus.T.Miutius Melliculus.A. Hostilius Mācinus.C.Menius:ii oēs mgratus idibus Martiis inierūt. Pricipio eius anni:quo.A.Posthumius Albinus &.C.Calphurnius Piso cōsules fuerūt:ab.A.Posthumio cōsule in senatū itroducti: q ex Hispania citeriore uenerāt:a.Q.Fuluio Flacco.L.Minutius legatus & duo tribuni militū.T.Menius: &.L.Terentiuꝰ Massaliotha:hi cū duo secūda plia deditionē Celtiberiæ cōfectā ꝓuinciā nūciassent: nec stipēdio:qd̄ mitti soleret:nec frumēto portato ad exercitū in eū ānū opus eē:petierūt ab senatu primū ob res pspere gestas:ut diis īmortalibus honos haberet:deinde ut.Q.Fuluio decedēti de ꝓuicia deportare īde exercitū:cuius forti opa & ipsi & multi ante eū ptores usi eēnt:liceret:qd̄ fieri pter q̄:qd̄ ita deberet:ét ꝓpe necessariū eēt:ita.n.obstinatos eē milites:ut nō ultra retineri posse in ꝓuicia uiderent:iniusꝙ abituri īde eēnt si nō dimitterent:aut ī pnicioſam:si qs īpensæ retineret:seditionē exarsuri. Cōsulibus ambobus ꝓuiciā ligures eē senatus iussit:ptores īde sortiti sunt.A.Hostilio urbana.T.Minutio pegrina euenit.P.Cornelio Sicilia.C.Menio Sardinia:Hispanias sortiti.L.Posthumius ulteriorē.T.Sēpronius citeriorē. Is qa succesſurus.Q.Fuluio Flacco erat:ne uetere exercitu ꝓuicias spoliaret:q̄ro:inqt de te L.Minutii cū cōfectā ꝓuiciā nūcies:existimesne celtiberos ꝓpetuo in fide māsuros:ita ut sine exercitu ea ꝓuicia obtineri possit? si neq; de fide barbaroꝝ qcq̄ recipe aut affirmare nobis potes:& habēdū illic utile exercitū cēses:utrū tādē auctor senatui sis supplemētū in Hispaniā mittēdi:ut ii mō qbus emerita stipēdia sint:milites dimittant:ueteribus militibus tyrones īmisceant an deductis de ꝓuincia ueteribus legionibus nouas cōscribēdi & mittēdi? cū contēptū tyrociniū ét mitiores barbaros excitare ad rebellādū possit:dictu quā re facilius sit ꝓuinciā īgenio ferocē rebellatricē cōfeciſſe:paucæ ciuitates:ut qdē ego audio q̄s:uicina maxīe hyberna pmebāt:ī ius deditionēq; uenerūt:ulteriores in armis sunt:q̄ cū ita sint ego tamē hæc pdico.P.C.me exercitu eo:q nūc ē:rēp.administratuꝝ:si deducat secū Flaccus legiōes lota pacata me ad hybernacula electuꝝ:neq; nouū militē ferocissimo hosti obiectuꝝ. Legatus ad ea:q̄ interrogatus erat:respōdit:neq; se:neq; quēq̄ aliū diuinare posse:qd ī aio celtiberi haberēt:aut porro habituri eēnt:itaq; negare nō posse qn rectius sit ét ad pacatos barbaros nondū satis assuetos īperio exercitū mitti nouo aūt an uetere exercitu possit tutius eē dicere:q possit:q̄ fide celtiberi ꝓpace māsuri sint? simul & q illos exploratū habeat:qeturos milites:si diutius ī ꝓuicia retineāt:si ex eo:qd̄ aut iter se loquātur:aut clamatiōibus apud cōcionantē īperatorē significēt qd sentiāt:cōiectandū sit palā uociferatos eē aūt īperatorē in ꝓuincia retēturos:aut cū eo in Italiā uēturos eē. Disceptationē iter ptorē legatūq; cōsulū relatio iterrupit:q suas armari ꝓuincias;priusq̄ de ptoris exercitu ageret:æquū eē cēsebāt:nouus oīs exercitus cōsulibus ē decretus:binæ legiōes romanæ cū suo eqtatu:& sociū latini noīs q̄tus semp numerus.xv.millia peditū &.dccc.eqtes:cū hoc exercitu apuanis liguribus:ut bellū inferrēt:mādatū ē.P.Cornelio:&.M.Bebio ꝓrogatū īperiū:iussiq; ꝓuicias obtinere:donec cōsules uenissent:tū īperatū ut dimisso:quē haberēt:exercitu reuerterent Romā. De.T.Sēpronii deinde exercitu actū ē:nouā legionē ei qnq; milliū &.cc.peditū cū eqtibus q̄drigentis cōsules scribere iussi: & mille ꝑterea peditū Romanoꝝ qnq̄gita eqtes: & sociis e noīe latino īperari septēmillia peditū.ccc.eqtes:cū hoc exercitu.T.Sēproniū ire in Hispaniā placuit citeriorē.Q.Fuluio ꝓmissum:ut q̄ milites ante.Sp.Posthumiū cōsulē.Q.Martiū cōsulē ciues Romani: sociiue in Hispaniam transportati eēnt:& ꝑterea supplemēto adducto quot amplius duabus legionibus:quam decem millia &.cccc.pedites:sexcenti equites essent:& socium latini nominis.xii.millia.dc.equites:quorum forti opera duobus aduersus celtiberos prælīis usus.Q.Fuluius esset eos:si uideretur:secum deportaret:& supplicationes decretæ:quod is prospere rempubli.gessisset:& cæteri prætores in prouincias missi.Qu.Fabio Buteoni prorogatum in Gallia imperium est: octo legiones præter exercitum ueterem:qui in liguribus in spe propinqua missionis erat:eo anno esse placuit:& is ipse exercitus ægre explebatur propter pestilentiam:quæ iam tertium annum urbē romanā atq; Italiā uastabat. Prætor.T.Minutius & haud ita multo post cōsul.C.Calphurnius moritur: multi alii omnium ordinum illustres uiri:postremo prodigii loco ea clades haberi cœpta est:Gaius Seruilius Pōtifex maximus piacula iræ deum conquirere iussus:decēuiri libros inspicere: consul Apollini Aesculapio Saluti dona uouere:& dare signa inaurata:quæ uouit:deditq;:decēuiri supplicationem in biduum ualitudinis causa & per omnia fora conciliabulaq; edixerunt.

Pax ligurib⁹ data

A.Posthumi. &.C. Calphurnius cōs.

Prætoris & legati di/scepta/tio

Ordinatio ꝓuiciarum

FINIS.

T.Liuii patauini Decades expliciunt. Venetiis per Bartholameum de Zanis de Portesio:summa cura & diligenti studio. Impressæ. Anno ab Incarnatione domini.1498.die.20.Iunii.

REGISTRVM HVIVS OPERIS.

a
prima alba
plex:ut
perii
duo noui
b
ſocio po.ro.
tuſq;
& iudicatum
A.Gabinius
c
M.Antonii
donec
d
T.Liuii
uir miraculo
tes
fuerat
e
ut non pater
T.Liuii
dicta
ſcum non
f
quos
ad arma
agri tanq̃
ctus in equos
g
etiam
ſtra:manus
bem
tandem
h
refecit ſeipſum
alteris
cantur
tolinus
i
inuenti
Iam
nit:pecunia ex
caſſent
k
deditionis
in agros
nihil moraturi:
ſtitiſſe?
l
ri poſſe
cuius
bore iuuentutis
& ipſe
m
dius ad.cccl.ex
& quod
Papyrius
ferre ſolitum.
n
Nouiiũq;
ingens
quarta fere uigilia
o
ligeret:quantæq;
quoq;
geram militibus.
A
T.Liuii
rus texiſſet:ita
Namq;
arma conſternati
B
bus:
dit.Flaminius:
fuit
Incluſus
C
Haud
ad erũpendũ
centia
mam:ſeu Capuã
D
copiis
propius
ma experiri
exercitu
E
cũ carthaginẽſibus
T.Liuii
cituum
genere:
F
re receptui
T.Liuii
& conuertere
abſtrahi
G
ctus ad exercitũ
intus
T.Liuii
L.Ariani
H
ginenſium
diale
tumultuaria
gna
I
funeris expectarẽt
hæc ad
nis exegit
cto illic
K
uincia
partim
(id Syphacis
T.Liuii
ei tumulo
aa
T.Liuii
feciſſet id præſidio
dum
ci)ingens
bb
Philippum
euerſam
egregie
patres conſulibus
cc
legionum
Sex
uerat
fuerunt
dd
ſua citius per
quoq;
hyderas
Ptolemæo
ee
perpacata
C.Fabricium
ues
tempus
ff
libertatis
T.Liuii
eminebant:
te poſtero
gg
nes:utinam
morabilis
T.Liuii
P.Ebutius
hh
deintegro
in Pelopõneſo
enim
patiatur

1149.8

Sala R
Gab.
Est.
Tab. 37
N.º 4